BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
C
1
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Racc. Viff. C. 348
523532

MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS BODIANI

DE TEMPORE HORARVM CANONICARVM

TRACTATVS IN TRES PARTES DIVISVS,

hac poſtrema editione recognitus & multis additionibus locupletatus.

Quid in hoc Tractatu præter id quod in titulo explicitum eſt, contineatur, ſequens Capitum Elenchus poſt nonam paginam breuiter indicabit.

Accedit eiuſdem tractatus de matrimonio Spadonis nunc primum æditus.

Omni negotio tempus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio. Eccleſ.8.

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.

VENETIIS, Apud Hæredem Damiani Zenarij 1605.
Superiorum permiſſu.

Digitized by Google

Digitized by Google

SANCTISSIMO PATRI. AC DOMINO NOSTRO GREGORIO XIII. PONT. MAX.

MARCELLVS FRANCOLINVS perpetuam fœlicitatem.

ETſi non ignoro, Beatiſſime Pater, non nullos fore, qui meam libelli huius dedicationem ea fortaſſe cauſſa minime ſint probaturi, quòd ego nullius exiſtimationis homuncio Sanctitatis tuæ celſitudinem appellare, vel quòd muneris alioquin per ſe ſatis exigui tripartitam largitionem facere audeam: Si quis tamen paulo æquius rem hanc perpendere, & conſilij mei rationem æſtimare velit, neminem adeo mihi ſeuerum futurum arbitror, qui iuſtæ excuſationis meæ cauſſam non admittat, & probet. Equidem non inficias iuero, me eum eſſe, qui ob perſonæ humilitatem ad Beatitudinis tuæ conſpectum adire erubeſcebam: proindeque cum mihi in animo eſſet, atque ita etiam apud me ſtatuiſſem, non niſi ſub feliciſſimis nominis tui auſpicijs opuſculũ hoc meum in lucem edere, vt ſi nõ ex auctoris dignitate, ſaltem ex inſcripta Sanctitatis tuæ appellatione maxime inſignitum prodiret, neceſſe habui ducem aliquem adhibere, qui me ad exoſculandos Sanctitatis tuæ pedes introducere poſſet. Ex ijs vero qui ſunt è latere tuo Cardinales, per quos tamquam per ampliſſimos riuos benedictionis tuæ fluenta in nos deſcendunt, nemo mihi in præſenti occurrit, ad quem facilior pateret mihi aditus, quàm Illuſtriſſimus Carolus Borromæus.

Hunc enim Sanctitas tua maxime diligit, vt ſolet virum heroica, & chriſtiana virtute præſtantem, qui in vinea Domini numquam non operatur, & laborat, ac magnum facit in dies incrementum. Hunc etiam Reuerendiſſimus Cæſar Coſta Capuæ Archiepiſcopus, cui ego præter conſanguinitatem, & in ſtudijs, & domeſtico vitæ vſu coniunctiſſimus ſum: vt patronum decet obſeruat, & colit. Quare hæc via commodiſſima mihi viſa eſt, ſi primum per Capuæ Archiepiſcopum, ad quem ſine vllo medio liber & expeditus eſt mihi acceſſus: deinde etiam per Cardinalem S. Praxedis, tamquam per quoſdam gradus, ad excelſæ Sedis tuæ Apoſtolicæ infimam partem deoſculandam pertingerem. Munus itaque hoc meum, qualecumque eſt, non iccirco a me fuit aliorum etiam Prælatorum titulis decoratum, vt inde aliquid detraheretur, ac minus propterea eſſet, ſed potius vt Sanctitati tuæ gratius hoc pacto ex probatiſſimorum virorum comitatu, atque exornatius proueniret. Noueram quidem Pater ſancte, potuiſſe me etiam ſolum ad ſacros Beatitudinis tuæ pedes recta accedere: non enim (quæ ſumma tua eſt clementia) viliores perſonas aſpernaris, ſed potius benignum te, ac ſuper omnes alios quot fuerunt, præſtabilem exhibes in excipiendo, in auſcultando, in ſubleuando, in omni conſolationis genere fouendo: Malui tamen duos mihi alios hac in re patronos apud Sanctitatem tuam adhibere, ne prorſus ignotus illi eſſem, ſed commendatior quadantenus his ſuffultus præſidijs apparerem. Quantum vero attinet ad munus ipſum, quod offero, Beatiſſime Pater, nihil ſane magnum polliceri me poſſe exiſtimo, quippe qui virium mearum imbecillitatem & noui & ſentio. Sed nihilominus tamen ſi non ex parte formæ, quam illi tribuere pulcherrimam, & omnibus numeris abſolutam nequiui, ſaltem ratione materiæ, de qua agitur, quæ profecto digna eſt & præclara, Sanctitati tuæ fore conueniens, & minime ei diſpliciturum confido. Nam cum in eo de Horis Canonicis, de Sacrificio Altaris, deque eccleſiaſticis Ieiunijs diſſeratur, quibuſnam diei articulis munia hęc a nobis ſint perſoluenda: cumque item in eodem de Kalendarij reſtitutione; ac præterea de hora crucifixionis, & reſurrectionis Ieſu Chriſti; de die Lunæ, in qua vltimum Paſcha ab eo celebratum fuit, de triduo mortis ipſius, deque die Pentecoſtes, in qua Spiritus ſanctus miſſus eſt,

diſpu-

diſputetur; & in ijs non nulla quædam difficillima ſacrarum litte-rarum loca explicentur, nemo alius operi huic præponendus videbatur, quàm ſummus Pontifex, in cuius vnius arbitrio poſitum eſt vniuerſa hæc ſtatuere, docere, & declarare. Addo quòd cum in limine operis huius ſtatim in primo capite de Vigilijs diſſeratur, nemo iuſtius præfici illi poterat, quàm Gregorius XIII. qui & vigilantiam ſonat in nomine, & vigilantiſſimum ſe præſtat in factis. Quis enim non dixerit, te bonorum paſtorum more vigilias ſuper oues creditas cuſtodire, qui gentium greges pecudum modo ante viuentes in caulam Domini congregare non deſinis? Teſtantur te vigilantiſſimum eſſe miſſiones factæ ad Maronitas, ad Moſchouitas, & ad alias exteras nationes. Teſtantur inſtituta collegia Neophytorum, Græcorum, Germanorum, Anglorum, & aliarum prouinciarum, quas ab vberibus eccleſiæ aſtu Satanæ reuulſas, in ouile Chriſti omni ſtudio, omni beneficentia, omni ceterarum rerum diſpendio reuocare contendis. Teſtantur templa exſtructa, & mirifice exornata, xenodochia pauperum erecta, virgines innumeræ dotibus auctæ, egentium familiarum myriades annuis ac menſtruis ſtipendijs enutritarum, eleemoſynæ magnæ & multiplices in religioſas perſonas, in loca pia, atque in cunctos egenos diſtributæ: Vt vere B. Gregorij magni non nudum duntaxat nomen: ſed & pietatem & ſollicitudinem referre videaris. Cura Iuris canonici, Martyrologij, Kalendarij, ſacrorum librorum in priſtinam & nitidam formam reſtituendorum clamat, & proteſtatur aperte, te in cuſtodiendis gregibus vigilem eſſe, & ſtrenue nauare operam, ne quos ſpiritalium beſtiarum per effuſas noctium tenebras patiantur incurſus. Hæc autem omnia, & multo etiam plura, quę breui orationis periodo comprehendi nequeunt, non iccirco a te præſtantur Beatiſſime Pater, vt mundi faſtum quæras, vt inanem gloriæ fumum captes; ſed vt nobis potius filijs tuis pacatam & tranquillam rempublicam tuearis. Atque vniuerſa tandem egregia tua facinora eo refers, vt in laudem & gloriam cedant Dei, ac domini noſtri Ieſu Chriſti, cuius tu merito vicem geris, & perſonam ſuſtines in terris. Recte enim te noſſe indicas, quod ait Beatus Ambroſius, Bene paſtores vigilant, quos bonus paſtor informat. Inter has vero immenſas, & prope infinitas vigilantiæ tuæ curas non fuiſſem auſus Pater ſancte meas has vigilio-

Digitized by Google

las & lucubratiunculas offerre, niſi intellexiſſem, Sanctitatem tuam in eo etiam excellere, quòd, dum maxima a ſe proficiſcantur, aliorum minima non dedignatur. Suſcipiat igitur (obſecro) hoc etiam quale quale eſt munuſculum meum quod ſincero illi ac deuotiſſimo animo exhibeo; & concedat, vt ſub eius nominis protectione ac luce in publicum, & in lucem exeat: vt tanti Principis clypeo, & fulgore munitum, nihil vmquam aduerſi ſentiat, nihil vmquam obſcuri formidare poſſit. Vale Beatiſſime Pater, quem dominus Ieſus Chriſtus diutiſſime nobis ſoſpitem atque incolumem ſeruet, cuique vitam tribuat in præſenti quidem hoc ſæculo longæuam, in altero autem futuro ſempiternam. Romæ, Pridie Cal. Septembris. M. D. XXCI.

Præclara

Digitized by Google

PRÆCLARA DE
AVCTORE TESTIMONIA.

1 HVgolinus Martellus Epiſcopus Glandatenſis in lib. qui inſcribitur Clauis Kalendarij Gregoriani cap. 51. pag. 356.

Et per queſto riſpetto (intender voglio di collocar la mutanza de gli anni centeſimi da biſeſtarſi a luoghi più ſegnalati, & più ricordeuoli) molto mi piacque l'opinione del dotto, & giuditioſo, et copioſo ſcrittore, M. Marcello Francolini: Queſta ſarebbe (la miſura tenendo d'Albategni) di ritener biſeſto ad ogni milleſimo più toſto; ò (quella ſeguendo del Re Alfonſo) ad ogni milleſimo & metà di milleſimo: grandemente dolendomi non hauer prima potuto leggere il dottiſſimo trattato dell'Hore Canoniche, perche dalle ricchezze della dottrina di lui, veſtito forſe haurei queſto pouero & gnudo libricciuolo alquanto più horreuolmente.

2 *Hieronymus de la Rua Toletanus Doctor Theologus in priori parte controuerſiarum theologicarum, quarta controuerſia poſitiua, p. 129*

Ea tamen ſolutio ſemper mihi magis placuit, quam latè & eruditè ſatis nobis expoſuit eximiæ eruditionis & magnæ pietatis vir Marcellus Francolinus, lib. de tempore Horarum canonicarum a cap. 21. vſque ad 23.

3 *Simon Maiolus Epiſcopus Vulturarienſis in ſecunda editione librorum de irregularitatibus, lib. 3. c. 24. in princ. pag. 284.*

De qua re ſi quis plura ſcrutari velit, videat eximiè doctum virum Marcellum Francolinum in tractatu de tempore horarum canonicarum, par. 1. pluribus in locis, ſed præcipuè c. 29. & ſeq. vbi materiam hanc pleniſſime & luculenter diſſerendo proſecutus eſt.

4 *Martinus ab Azpilcueta doctor Nauarrus in lib. Miſcellaneorum Romæ impreſſo anno 1586. miſcellaneo. 72 pag. 157.*

Legi ea, quæ ſcribit D. Doctor Marcellus Francolinus, quem ego pietatis, eruditionis, & facundiæ nomine laudare ſoleo.

5 *Marcus Antonius Maſſa Salernitanus in notis ad librum qui dici-*

inter Vitas fratrum per B. Iordanum de Saxonia compoſitum, lib. 2. c. 34. littera b pag. 180.

Agit vero fuſius de huiuſmodi lucernario Marcellus Francolinus vir eruditus, de tempore horarum canon cap. 17. nu. 8. & ſeq.

6 *Cæſar Baronius in Annalibus eccleſiaſticis. ſub anno Chriſti. 34 vbi agit de ritu celebrandi paſchatis pag 156 litera c.*

Faceſſant igitur qui ex reuelationibus quibuſdam inanibus, & commentitijs ſcriptis nomine Gamalielis vel aliorum, ac denique ex ſimulato Iudæorum concilio, de tranſlato paſchate nouam in Eccleſiam Dei inuexerunt opinionem: quam quidem permultis, ac grauibus, doctiſſimiſq, rationibus, & patrum teſtimonijs confutat ac reijcit noſter Marcellus, litteris eccleſiaſticis excultiſſimus in commentario quem diſerte admodum ſcripſit de horis canonicis; vbi hanc pertractantem quæſtionem eodem tempore quo nos iſthæc ſcriberemus in omnibus nobis conſentientem inueniſſe gauiſi ſumus, atque grato accipimus animo. Quod ſi quis hæc vberius tractata cupit, ipſum conſulat.

7 *Frater I. Benedicti ordinis fratrum Minorum de Obſeruantia; in ſumma de peccatis, & eorum remedijs, gallico idiomate conſcripta, lib. 3. cap. 1 & 2.*

Sæpiſſime citat Marcellum Francolinum, de Tempore horarum can. vt dicto c. 1 in princ pag. 388 & 397. & 398. & c. 2 pag 409. in princ. & in fi. ibi, Comme dit vn Docteur moderne & pag 410. & 422.

8 *Rob. Bellarminus Societatis Ieſu in tertia controuerſia generali ſecundi Tomi, quæ eſt de Sacramento Euchariſtiæ, lib. 4. c. 9. in fi poſt ſuſſiſſime explicatam quæſtionẽ de azymo & fermentato, & de tempore inſtitutionis Euchariſtiæ.*

Atque hæc de tota iſta diſputatione dicta ſint, in qua negare non poſſum quin multum me iuuerit egregium opus Doctoris Marcelli Francolini de horis canonicis in quo fuſiſſime quæſtionem iſtam pertractat c. 51 & ſeqq Illud autem omnino miratus ſum, quemadmodum in eandẽ ſolutionẽ inciderimus circa difficultatem de tempore Pentecoſtes; nam neque ego librum eius videram, cum ſcriberem de feſtis in 3 lib. de Eccleſia triumphante, neque ipſe ſcripta mea viderat, cum librum ſuum conſcriberet, vt idem mihi poſtea confirmauit.

ELEN.

ELENCHVS OMNIVM CAPITVM HVIVS
TRACTATVS DE TEMPORE
Horarum Canonicarum.

Cap. *Prima Pars.*

1 De Vigilijs,& Nocturnis.pag.1
2 De Vigilijs, & nocturnis orationibus. 4
3 De Cantu,qui alternatim fit in eccleſia. 19
4 De Vigilijs nocturnis. 29
5 De Vigilijs, & Nocturnis, & Laudibus. 31
6 De Matutino. 36
7 De Eodem Matutino. 42
8 De Eodem Matutino. 45
9 De Horis diei. 49
10 De Horarum diei pro horis canonicis alligatione. 55
11 De Horis canonicis. 59
12 De Eiſdem horis. 61
13 De Eiſdem horis. 71
14 De Prima,& Completorio. 74
15 De Prima. 78
16 De Eadem Prima. 83
17 De Completorio, Veſperis, & Lucernario. 91
18 De Completorio. 98
19 De Completorio,& Veſperis. 101
20 De Veſpera. 107
21 De Diei diuiſione pro horis canonicis. 112
22 De Hora crucifixionis Ieſu Chriſti. 118
23 De Eadem hora. 123
24 De Horis canonicis debito & competenti tempore in eccleſia perſoluendis. 128
25 De Priuata horarum canonicarum recitatione. 133
26 De Eadem recitatione. 136
27 De Priuata Matutini recitatione, & de interruptione diuini officij. 142
28 De Oratione Dominica dicenda in principio vel fine horarum canonicarum. 146
29 De Miſſæ ſollemnis celebratione. 152
30 De Miſſa Sabbathi Sancti, & feriæ quintæ in Cena Domini. 156
31 De Hora prandij. 161
32 De Eadem hora. 165
33 De Ieiunio vſque ad veſperã. 169
34 De Eodem ieiunio. 172
35 De Ieiunio vſque ad nonam. 175
36 De Comeſtione quæ fit in diebus ieiuniorum. 178
37 De Eadem comeſtione. 188
38 De Hora Miſſę & comeſtionis. 192
39 De Tempore a quo primum Miſſæ priuatæ celebrari poſſunt. 195
40 De Hora Miſſæ, & diuinorum officiorum in ijs regionibus, in quibus polus maxime eleuatur. 199
41 De Tempore vſque ad quod Miſſæ celebrari poſſunt. 202
42 De Miſſa ante Matutinum nõ celebranda. 208

Secunda Pars.

43 De Diei eccleſiaſtici initio. 217
44 De Initio diei naturalis. 222
45 De Dierum naturalium mutatione, & de Dominicæ diei dignitate. 225
46 De Hora reſurrectionis Chriſti. 229
47 De Eadem hora. 237
48 De Triduo ſepulturæ,ſeu mortis Chriſti. 243
49 De Eodem triduo. 246
50 De Eodem triduo. 250
51 De Duplici Paſcha, legitimo, & iudiciali. 255
52 De Paſchæ tranſlatione. 259

53 De

53 De Eadem tranſlatione. pag. 268
54 De Eadem tranſlatione. 270
55 De Paſchæ præparatione. 274
56 De Agni paſchalis ſignificatione. 277
57 De Tēpore crucifixionis Chriſti. 282
58 De Eodem tempore. 286
59 De Magno die Sabbathi. 290
60 De coniecturis quibus probari videtur, Chriſtus fuiſſe crucifixum Luna decimaquarta. 294
61 De Coniecturis, quibus probatur Chriſtum fuiſſe crucifixũ Luna decimaquinta. 297
62 De Eiſdem coniecturis. 302
63 De Solutionibus, quibus contrariæ coniecturæ, quæ videbantur probare Chriſtum Luna decimaquarta fuiſſe crucifixum, eliduntur. 308
64 De Eiſdem ſolutionibus. 314
65 De Eiſdem ſolutionibus. 318
66 De ijs quæ licerent, aut fieri prohiberētur in feſtis Iudęorum. 323
67 De Reſponſionibus ad dicta quorundam Auctorum circa diem paſſionis Chriſti. 329
68 De Eiſdem reſponſionibus. 334
69 De Dilatione Paſchæ facta a Iudæis in occiſione Chriſti. pag. 341
70 De Eadem dilatione. 345
71 De Nominis Paſchæ acceptione. 350
72 De Eadem acceptione. 356
73 De Die mēſis in qua Chriſtus paſſus eſt. 360
74 De Eadem die. 367
75 De Die ęquinoctij verni tempore paſſionis Chriſti. 375
76 De Eadem die. 381
77 De Eadem die. 386
78 De Aequinoctij verni in celebrando Paſcha conſideratione. 392
79 De Eadem conſideratione. 397
80 De Reſtitutione Romani Kalendarij. 401
81 De Eadem reſtitutione. 406
82 De Eadem reſtitutione. 414
83 De Feſto Pentecoſtes. 420
84 De Eodem feſto. 424
85 De Certitudine mortis Chriſti. 430
86 De Tēpore, quo Chriſtus manſit in ſepulcro. 435
87 De Triduo mortis, ſeu ſepulturæ Chriſti. 438
88 De Dierum a media in mediā noctem ſupputatione. 445
89 De Eadem ſupputatione. 449
90 De Eadem ſupputatione. 452
91 De Eadem ſupputatione. 455
92 De Varia dierum naturalium ſupputatione. 458

¶ *Tertia Pars.*

93 De Tabularum pro horis canonicis conſtructione. 469
94 De Temporis cuiuſlibet horę canonicæ inuentione. 478
95 De Crepuſculorum duratione inueſtiganda. 480
96 De Tabulis horarum canonicarum conficiendis. 483
97 De Locorum, & Ciuitatum latitudine. 486
98 De Tempore ſemidiurno. 496
99 De Duratione crepuſculorũ. 499
100 De Horis canonicis in gradu eleuationis poli. 39. 503
101 De Horis canonicis in gradu eleuationis poli. 42. 509
102 De Horis canonicis in gradu eleuationis poli. 45. 512
103 De Horis canonicis in gradu eleuationis poli. 48. 515

FINIS.

INDEX VARIORVM LOCORVM QVAE IN HOC TRACTACTV DE

Tempore Horarum Canonicarum vel explicantur, vel reſtituuntur.

Ex veteri teſtamento.

Gen. Cap.1. Factumque eſt veſpere, & mane.&c.)Cap.43.nu.17 & c.44.nu.3.

*Exho.*Cap.12. Ad veſperam.) c.20. nu.1.& ſeqq.

Cap.19. Méſe tertio egreſſionis Iſrael,&c.)cap.83.nu.4. & ſeqq.

Cap.20. Memento,vt dié Sabbathi ſanctifices.) cap. 66. nu.20.& 23.

*Leuit.*Cap.23. Omne opus non facietis in eo.)cap.66.nu.2.

Ibid.Ad veſperam.)c.20.num. 1.& ſeqq.

Ibid.Cum ingreſſi fueritis terram.&c.) cap.83. nu.13. & ſeqq.& c.84.nu.7.

Ibid. Decimo die méſis huius ſeptimi.&c.)c.88. nu.2.

Ibid.A veſpera vſque ad veſperam.&c.)cap.18.nu.4.

*Num.*Cap.9.Ad veſperam.)cap.20. nu.1.& ſeqq.

Cap. 28. Quartadecima die menſis.&c.)c.87.nu.16.

*Deut.*Cap.16. Immolabisq; phaſe.&c.)c.72.nu.5.

Cap.21. Quando peccauerit homo,&c.)cap.65.nu.4.& c.66.nu.24.

*2.Par.*Cap.35. Dederunt ſacerdotibus ad faciendum phaſe.&c.)cap.72.nu.5.

Sap. Cap.7. Decem menſium tempore.&c.) c.22.nu.9.

Ion. Cap.2. Et erat Ionas in ventre piſcis trib.diebus,& tribus noctibus.)c.86.nu.4.

Zach. Cap.14. Erit dies vna quę nota eſt Domino.&c.)cap.49 num.2.

*2.Mach.*Cap.7. Te in vtero nouem menſib.portaui.) c.22.n.11

Ex nouo teſtamento.

*Matth.*Ca.12.Sicut fuit Ionas.&c.) Cap.45.num.17. & c.46.in princ.& c.48.in princ.& c. 49. & c.86.nu.1. & ſeqq. & c.87.per totum.

Cap.14.Veſpere autem facto.) cap.20.nu.12.

Cap.20.Simile eſt regnũ cęlorum homini patrifam. qui exijt primo mane, &c.) c. 15.nu.25.& ſeqq.& c.21.n. 18.& ſeqq.

Cap.24 In tuba vocis magnę. iuxta tex.gręcũ.)c.55.n.13.

Ca.26.Scitis,quia poſt biduũ Paſcha fiet.&c.) c.57.nu.9.

Ibid. Non in die feſto. &c.) c. 63.in princ.& nu.10.

Ibid.Prima autem die azymorum.) c.87.nu.11. & ſeqq.

Ibi.Vbi vis paremus tibi.&c.) cap.54.nu.13.

Ibid.In hac nocte, ante quàm

gallus

gallus cantet.&c.) c.47.n.7
Cap.27. Euntes autem inuenerunt hominem Cyreneũ. &c.)c.64. nu.6.
Ibid. Et accepto corpore Ioſeph.&c.)c.65.nu.11.& ſeq. & c.66.per totum.
Ibid. Altera autem die, quę eſt poſt Paraſceuen.&c.) c.64. num.10.
Ibid.Poſt tres dies reſurgam.) c.86.nu.4.
Cap.28.Veſpere autem Sabbathi.&c.) cap.20.nu.28.& c. 88.nu.2.& ſeqq.
Mar. Cap 8.Et poſt tres dies reſurgere.)c.86.nu.3.
Cap.13.Vigilate ergo,neſcitis enim.&c.)c.1.nu.4.
Cap.14.Non in die feſto. &c.) c.63. in princ.& nu.16.
Ibid. Et primo die azymorũ.) c.87.nu.11.& ſeqq.
Ibid.Quo vis eamus, & paremus tibi,&c.)c.54.nu.13.
Ibid.In hac nocte,prius quàm gallus,&c.)c.47.nu.7.
Cap.15.Et angariauerunt prętereuntem quempiam.&c.) c.64.nu.6.
Ibid. Erat autem hora tertia. &c.)c.22.nu.1.& ſeqq.& c. 23.per totum.& c.68.num. 9.& ſeq.
Ibid. Ioſeph autem mercatus ſindonem.&c.) c.65.nu.11. & ſeqq. & c.66.per totum.
Cap.16.Orto iam Sole.)cap.6. num.31.
Ibid. Surgens autem Ieſus mane.&c.)c.46. nu.16.& c.50. num.14.
Luc. Cap.2.Poſtquam conſummati ſunt dies octo.) c.86.nu.4.
Ibid. Poſt triduum inuenerũt illum.) cap.86.nu.4.
Cap.18. Oportet ſemper orare.)c.13.nu.16. & ſeqq.
Cap.22.Venit autem dies azymorum.)c.87.n.11.& ſeqq.
Ibid. Vbi vis paremus?) cap. 54.nu.13.
Ibid. Dixit autẽ Ieſus ad eos, qui venerant ad ſe.&c.) c. 63.nu.8.& ſeqq.
Cap.23. Apprehenderunt Simonem quendã Cyrenenſem.)c.64.nu.6.
Ibid.Et Sabbathum illuceſcebat.)c.88.nu.7.& ſeqq.
Ibid. Et reuertẽtes parauerũt aromata.) cap.66.nu.27.& per totum.
Cap.24.Accepit panem.) cap. 72.num.9.
Ibid. Et ſurgentes eadem hora.)c.88.nu.18.
*Ioan.*Ca.12.Ieſus ergo ante ſex dies Paſchæ.)cap.62.in princ.
Cap.13.Ante diem feſtum Paſchæ) c.60.in princ.& cap. 87.nu.16.
Ibid.Quidam.n.putabãt,quia loculos.&c.)c.61.nu.6.
Cap.18.Et ipſi non introierũt in prætorium.&c.)c.69. in princ.& c.70.71.& 72.
Ibid. Nobis non licet interficere quemquam.) c.61.nu. 8.& ſeqq.
Ibid. Eſt autem conſuetudo vobis.&c.)c.61.nu.1.
Cap.19.Erat autem Paraſceue Paſchæ.)c.50.num.6.& 18. & cap. 51. in princ.& c.55. in princ.& cap.56.in principio,

cipio.& cap.58.in princ.
Ibid. Hora quaſi ſexta.) c.22. per totum. & c.23. per tot. & c.68.nu.9.& ſeq.
Ibid. Et baiulãs ſibi crucem.) c.64.nu.5.
Ibid. Iudæi ergo quoniam Paraſceue erat.&c.)c.65.nu.1. & ſeqq.
Ibid. Erat.n. magnus dies ille Sabbathi.) c.59. in princ.
Ibid. Venit ergo & tulit corpus Ieſu.&c.)c.65.nu.11.& ſeqq.& c.66. per totum.
Ibid. Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum.) c.66.nu.1. & ſeqq.
Act. Cap.2. Et cum complerentur dies Pentecoſtes.) c.84. nu. 2.& ſeqq.
Cap.20. Feſtinabat enim,&c.) cap.84.nu.5.
Rom. Cap. 13. Nox præceſſit.) cap. 5.nu.21.
1.*Theſ.* Ca.5. Sine intermiſſione orate.) c.13.nu.16. & ſeqq.

Ex iure Canonico.

c.litteras.de temp.ord.) c.87. num.11.
c.1.de celeb. Miſſ.) c.6.num.6. & ſeqq.& c.7. nu.5. & cap. 16.num.1.
c.conſilium. eod. tit.) c.7.nu. 8.& ſeqq.
c.vnum orarium.§.fi.diſt.25.) cap.36.in princ.
c.quiſquis.diſt.41.)c.37.nu.3.
c.quãdo presbyteri. diſt.44.) cap.38.nu.10.
c.fin.diſt.ead.) cap.32.nu.1.
c.presbyter.diſt.91.)c.6.num. 6.& ſeqq.& c.7.nu.5.
c.nocte.de cõſ.diſt.1.)cap.41. num.9.
c.ſacramenta.diſt.ea.)cap.32. nu.7.& ſeqq.
c.ſolent.diſt.ea.)c.34. n.10.& c.36.nu.8. & c.37.nu.10.
c.tribus.de conſ.diſt.2.) c.38. nu.5.& ſeqq.
c.Sabbatho.de conſ.diſt.3.)c. 30.nu.6.& ſeqq.
c.conuenit.de conſ.diſt.5.) c. 7.nu.5.in fi.
c.id ſemper. diſt.ea.) c.28.nu. 6.& ſeqq.
c.ſint tibi.2. diſt. ea.) cap.37. in princ.
c.contraria. diſt.ea.) c.31.n.2.

Ex iure Ciuili.

l.2.§.1. ff.de verb.ſig.) c.9. nu. 5.& ſeqq.
l.hæc verba, ille aut ille.eod. tit.)c.9.nu.13.
l.anniculus.§.1.§.ante diem. eo. tit.)c.73.nu.10.& ſeqq.

Ex auctoribus Eccleſiaſticis.

Gloſ.ordin. ſuper Ioan. ca.2.) cap.92.nu.14.
Hymnus ad Primam.)cap.15. num.19.
Hymnus ad Completorium.) cap.18.nu.9.
Rubrica Miſſalis Romani in c. de Feria, & Vigilia. & in c. de Commemor.)c.16.n.18.
Rubrica Breuiarij Romani in tit. de Oratione dominica.) cap.28.nu.5.& ſeqq. & num.18.
Eadem in fine Veſperarũ Sabbathi.)c.28.num.5. & ſeqq.
Eadẽ in die Natiuitatis Domini.)

mini.)cap.15.nu.4. & c.16. nu.5.& ſeqq.
B. Clemens Romanus lib. 5. conſt.apoſt.c.18.)c.75.n.6.
Idem lib.8. c.34.) c.14. nu.6.
B.Dionyſius Areop.de eccleſ. hierar.c.3.par.3.)c.3.nu.24
Lactantius Firmianus lib.4.diuin.inſt.c.10.) c.73.nu.3. & c.74.nu.17.
Idem lib.7.c.19.) c.47.nu.17
B.Irenæus lib.4. aduerſus hæreſes,c.23.)c.67.nu.11.
B.Theophilus Cęſareen.in epiſto. ſynodica de terminis Paſchæ.)c.74.in princ.& c. 77.nu.5.& c.78.nu.10.
Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos.c.51.nu.5.
B.Ambroſius in epiſt.83.) c. 75.nu.10.
B.Io.Chryſoſtomus in homil. 82.in Ioan.)c.51.nu.4.
Idem in ſerm. S. Ioan. Baptiſtæ.)c.68.nu.6.
B. Hieronymus in epiſt.7.) c. 14.nu.5.
Idem in epiſt.22.)c.36.nu.27.
Idem in 2. expoſitione ſuper pſal.119. ſi tamen eius ſit illa expoſitio.)c.16 nu.19.
B.Epiphanius aduerſus hæreſes,hær.50.)c.67.num.4. & ſeqq.& c.74. nu.11. & cap. 88.num.8.
Idem hær.51.)c.73.num.7. & ſeqq & c.74. nu.14. & c.75. nu.11.& ſeqq.
Ioan. Caſſianus l.b.3. de inſt. cęnob.c.4.)c.14.num.10. & ſeqq.& c.15.nu.14.
Prudentius in lib.Cathemerinon.) cap.12.nu.19. & cap. 14.num.7.
Idē in hymno. 5. Cathemer.) c.17.nu.15.& ſeqq.
B.Auguſtinus in 2. Regula, c. 1.ſi tamen ipſius ſit illa Regula.) c.12.nu.13.
Idem lib.3. de doctr. chriſt.c. 12.) c.37.nu.3.
Idem lib. 3. de conſ. euang. c. 13. in fi.) c.68. nu.8. & cap. 69.nu.7.
Idem in lib. quæſtionum veteris,& noui teſt.q.106.in prima edit. ſi tamen ipſius ſint illę quæſtiones.) c.67.n.10.
Idem in Ioan.tract.120.)c.68. in princ.
Concilium Turonen. 2. c.19.) c.8.nu.1.& ſeqq.
B.Benedictus in Regula, cap. 42)c.17.nu.1.
B.Gregorius papa in hom.21. ſuper euang.) c.47.nu.21.
Idem in homil.38.) c.36.num. 13.& ſeqq.
B.Iſidorus lib.1. de eccleſ.off. c 19)c.12.nu.21.
Amalarius in li.de ordine Antiph.c.70.)c.45.nu.1.
Nicolaus Primus papa,ad cōſulta Bulgarorum, c.60.) c. 32.nu.12.& ſeq.
Idem ibidem cap.61.)cap.16. in fi.
Theophylactus in Matth. cap. 27.) .67.nu.10.
B.Anſelmus Cantuar.in Matt. c.27. ſi tamen ipſe ſit in eo loco.)c.68.nu.12.
Rupertus abbas Tuitien. lib. 10.in Matth.in princ.) c.51. num.6.
Burchardus lib.2. Decreti, c. 73.)

Digitized by Google

73.)cap.26.num.36.
Idem lib.13.cap.24.) cap.37. num.2.
Iuo Carnoten. in Decreto par. 6.c.167.)c.16.nu.30.
Idem in Pannormia lib.2.cap. 188.)c.24.nu.2.
Alex. de Ales in 4. par. quæſt. 103.memb.2.)c.32.nu.18. & ſeqq.
B.Thomas in 4.ſent. diſt 15.q. 3.art.3.quæſtiuncula.3.& in 2.2.q 147.art 7.)c.32.num. 17.& ſeqq.
Idem in quol.5.art.vltimo.)c. 25.nu.3.& ſeqq.
Abbas Panormit. in cap.1. de fer.)cap.20.num.5.

Ex auctoribus externis.

Ioſephus Iudeus lib.2. antiq. iudaic.c.5.)c.88.nu.8.
Liber Peſachim, in princ.) c. 20.nu.30.& c.88.nu.8.
Ouidius lib.3.Faſtorum.)cap. 75.nu.2.& c.76.nu.19.
Pomp.Feſtus lib.14.de verborum veterum ſig.)c.31.nu. 12.et c.68.nu.3.
Iuuenalis Satyra.9.)c.47 nu.5
Plutarchus probl.84.)c.90.n.7

F I N I S.

E R R A T A.

Errata	Correctiones.	Errata	Correctiones
pag. 1. lin. 13 .meaia	media.	p. 250 l. 7. Audentes	Audientes
2. lin. 17. venerit.	venerit,	251. 20. nonas	nonas
44. quas	quarum	252. 11. piſcibus	piſcis
5. l. 19 Plinium ſm	Plinium Secundũ	279 3. Aſſerere	Aſſeruere
23. Epiſcopus	epiſtolarum	279. 10. imo	immo
l. 13. Phonicas	Phœnices	280. 46 ac	vt
8. 6. quas Iulianum	in Iulianum	282. 1. conſitere	conficere
7. memoratus	memorans	289. 35. Mitthai	Matthai
24. ſecedentes	ſecedens	262. 17. Fiſto	fiſto
14. 10. ſolus	ſolis	291. 9. alloquin	alioquin
21. 3. com	cum	291. 34. tranſigendam	tranſfigendam
27. 39 viris	vires	293. 47 e duo	duo,
29. 24 rem ipſam.	re ipſa	293. 48 qa	qua.
32. ea magna	ex magna	294. 4 ſacratum	ſacrarum
30. 32. ſ inſtiganti	inſtigante	294. 6. complete	complere.
36. 19. illud pſalmus	illud pſalmi	295. 45. maglium	magnum
38. 11. conuictim	coniunctim	295. 4. malieres	mulieres
47. 39. pronunciant	pranunciant	296 2 mandatumi	mandatum.
67. 20. Meſſalianos	Maſſalianos	296. 40 adimpleijs	adimplens
71. 18. EE	DE	298. 33. cepit	cœpit
74. 6. de hæreſi	de hæreſibus	298. 39. entit	ſentit
9. quartum	ad quartum	300. 31. veſtiam	veſtram
77. 31. inducia	inducias	302. 24. producre	producere.
79. 25. puqlico	publico	303. 17. vl imi	vltimi
83. 10. Iacifer	Lucifer	306. 6. ſollem ſua	ſolem ſuum
90. 24. operatio	opinio	307. 29. emtum	emptum
95. 16. acceſſionem	accenſionem	308. decimaoctauo	decimooctauo
99. 29. cerſus	verſus	317. 12. econtra	contra
102 10. a ſolis occaſum	ad ſolis occaſum	320. 31. dieo	dico
117. 3. clarus	clarius	322. 16. oraculo	oracula
126. 16. ſenſu	ſenſus	327. 1. Ludolphus	Landolphus
ult. animam	animal	328. 36. beneficijs	beneficij
124. 7. religioſos	religioſorum	330. 32. Euthymum	Euthymium
vnumquamque.	vnumquemque	335. 39. Iudai	Iudais
153. 39. tempore	tempus	336. 33. dies	die
161. 34. a ſolis	ad ſolis	346. 5. qui	quid
162. 37. pronunciatur	pronunciant	348. 28. ricordati	recondati
quod	qui	349. 5. vertere	verrere
170. 22. nũquam	nonnunquam	355. 8. neceſſitatis	neceſſitatibus
188. 2. aduerſus paſceret	adueſperaſceret	358. 33. Cilatum	Pilatum
213. 31. vaſibus	vaſis	368. 36 miarum	maiarum
215. 11. his	hic	375. 29. Baurici	Gaurici
245. 17. adminiſtrationẽ	admirationem	35. Caulum	Paulum
247. 35. Caſareenſis	Ceſarienſis	376. 14. dijutum	dilutum
249. 19. Synodum	Synodo	392. 26. pliny	Plinij

Digitized by Google

MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS BODIANI

DE TEMPORE HORARVM CANONICARVM TRACTATVS PRIMA PARS INCIPIT.

DE VIGILIIS, ET NOCTVRNIS.

Cap. I.

1 *Nox antiquitus diuidebatur in 4. partes, quæ dicebantur vigiliæ, & nu. 5.*
2 *Vigilia unaquæque per tres horas durabat.*
3 *Vigilia quarta, & ultima noctis appellabatur Matutina. & nu. 7.*
4 *Noctis quattuor partes appellantur a Chriſto domino Mar. 13. his nominib. Sero, media nocte, gallicantu, & mane.*
6 *Noctis quattuor partes dicebantur etiam Cuſtodiæ.*
8 *Vigiliæ nocturnæ ut celebrarentur, in eccleſia primitiua inſtitutum eſt.*
9 *Vigilate. fuit ultimũ uerbum, quod Chriſtus dixit Apoſtolis ante paſſionẽ.*
10 *Vigilias ad nocturnas omnes pariter ſurgebant in primitiua eccleſia, tam clerici, quàm laici, tam uiri, quàm fœminæ.*
11 *Nocturni tres, & Laudes repræſentant nobis quattuor noctis vigilias.*
12 *Noctis quattuor partes appellantur ab Hugone de S. Vict. Conticinium, Intempeſtum, Gallicinium, Antelucanum.*
13 *Noctis ſeptem partes aſſignantur a S. Iſidoro, octo a Macrobio.*
14 *Nocturni tres dicebãtur antiquitus ſeparatim ſecundum tres vigilias noctis.*
15 *Nocturnos ad canendos Clerus antiquitus diuidebatur in tres partes. Vel forte totus ad unumquemque nocturnum conueniebat. & num. 17.*
16 *Laudes matutinæ ultimam ſibi vigiliam noctis uendicant. Vigilia quarta, & ultima noctis vſque ad Solis ortum protenditur.*

DE HORIS canonicis, quo potiſſimum tempore ſint in eccleſijs publice concinendæ, vel etiam priuatim recitandæ, a Matutino, & nocturnis Vigilijs incipiẽtes dicturi ſumus ad laudem domini noſtri Ieſu Chriſti. Cuius rei notitiam vix aut nullo modo haberi poſſe putandum eſt, ſi antiquarum circa hoc conſuetudinum ritus ignorentur. Scien-
1 dum eſt, † ergo, apud antiquos noctem diuidi fuiſſe ſolitam in quat-

Digitized by Google

tuor partes æquales;quæ communi nomine omnes Vigiliæ appellabantur,
à militaribus excubijs origine,& denominatione ſumpta:ita ut prima pars
2 † quæ per tres primas horas protendebatur,prima vigilia diceretur,ſecun
da pars,quæ per tres alias horas vſque ad mediam noctem durabat,ſecun-
da vigilia,& ſic deinceps tertia & quarta vigilia conſtituerentur. De quib.
vigilijs habetur tam clara & expreſſa mentio in utroque teſtamēto, vt nul
lus ſit dubitandi locus. Thren.2. Conſurge,lauda in nocte in principio vigi
liarum. Iudicum 7. Ingreſſuſq; eſt Gedeon,& trecenti uiri,qui erant cū eo,
in partem caſtrorum,incipientibus vigilijs noctis mediæ. Exo.14. Iamque
aduenerat uigilia matutina Et 1. Reg. 11. Et ingreſſus eſt media caſtra in
3 uigilia matutina. Vbi notādum eſt,† quòd quarta, & ultima uigilia noctis
appellatur uigilia matutina,quia nempe mane, & per totam auroram du-
rabat,& ſtatim exoriente Sole finiebatur. Similiter Luc. 2. dicitur de pa-
ſtoribus, quòd cuſtodiebant vigilias noctis ſuper gregem ſuum. Et eiuſ-
dem 12. mentio fit ſecundæ,& tertiæ vigiliæ,quartæ autem Matth. 14. &
Mar.6.
4 Videtur autem,† vt bene notat B. Bonauentura ſuper illud Luc. 12. Et ſi
venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit. Chriſtus dominus
has omnes quattuor partes noctis alijs nominibus expreſſiſſe Mar. 13. dum
dicit, Vigilate ergo,neſcitis enim,quando dominus domus veniat,ſero, an
media nocte,an gallicantu, an mane.
5 Quòd autem † vt dicimus,quattuor eſſent uigiliæ noctis,non plures,ne-
que pauciores,declarat egregie S. Hieronymus in epiſt. 139. ad Cyprianū.
Nox(inquit)in quattuor uigilias diuiditur, quæ ſingulæ trium horarū ſpa
tio ſupputantur. Et lib.2. in Matth. ſuper illud cap. 14. Quarta autem uigi-
lia noctis venit ad eos ambulās ſupra mare. Stationes(inquit)& vigiliæ mi
litares in terna horarum ſpatia diuiduntur; quando ergo dicit, quarta uigi
lia noctis uenisse ad eos Dominum,oſtendit,tota nocte periclitatos, & ex-
tremo noctis,atque in conſummatione mundi eis auxilium præbiturum.
Idem etiam dicit in commentarijs in Iob,ca.35. ſuper illud, Qui dedit car-
mina in nocte. Et ſuper pſal.89. ſuper illud, Et cuſtodia in nocte, quæ pro
nihilo habentur. Sanctus item Auguſtinus lib. quæſtionum 4. ſuper Num.
ca.4. & de uerbis Domini, ſerm.14. ſuper illud idem Matth.14. Quarta(ait)
vigilia noctis,extrema pars noctis eſt: uigilia una tres horas habet, ac per
hoc nox quattuor vigilias habet,ternis horis per ſingulas uigilias diſtribu-
tis: quarta ergo uigilia noctis, hoc eſt pene iam nocte finita. Arnobius
etiam ſiue ille Rhetor,ſiue(vt Doctioribus placet)alius quiſpiam nō aſper-
nandus tamen auctor,qui circa tempora B. Auguſtini uixerit, in commen.
pſal.129. ſuper illis uerbis, A cuſtodia matutina vſque ad noctem. ait, Cuſto
6 dia una † quarta pars noctis eſt. Ergo prima cuſtodia à ueſpere incipit,ſecū
7 da ad medium noctis attingit,tertia pullorum cantus tranſit, quarta † eſt
vigilia matutina,quæ in ortum luminis adimpletur. Idem & S. Iſidorus lib.
1. de eccleſ. off. cap.19. aſſerit dicens. Siquidem & in nocte ſtationes,& uigi
liæ militares in quattuor partes diuiſæ ternis horarum ſpatijs ſecernuntur.
Et Suidas in uer. Prophylace. in quattuor(inquit)uigilias diſtribuitur nox,
quas ſingulæ ternas horas continent.

Tam clara ſunt hæc quæ de vigilijs dicimus,non ſolum apud eccleſiaſti-
cos ſcriptores,ſed etiam apud prophanos, ut uidere eſt apud Cicer. libr.5.

epi-

epiſtolarum,quas uocant,familiarium,epiſt.7.apud Cæſarem lib.1.de bello Gallico,apud Plinium lib.10.natur.hiſt.cap.21.apud Cenſorinum in lib. de die natali.cap.10.apud Vegetium,de re milit.lib.3.cap.8.cuius hæc verba ſunt.De ſingulis centurijs quaterni equites, & pedites, qui excubitum noctibus faciunt, eliguntur. Et quia impoſſibile videbatur in ſpeculis per totam noctem vigilantes ſingulos permanere, ideo in quattuor partes ad clepſydram ſunt diuiſæ vigiliæ,vt non amplius,quàm tribus horis nocturnis neceſſe ſit vigilare.Et apud pleroſque alios eadem tam expreſſe habentur,vt plures in hac re auctoritates adducere,ſuperfluũ omnino videatur.

8 Ad harum†igitur militarium vigiliarum exemplum,vt notat Amalarius in lib.de Ordine Antiphonarij,cap.4.& Thom.Vualden. in lib.de Sacramentalibus,cap.26.num.15.eccleſia primitiua a Chriſto domino inſtructa, qui nos ſæpiſſime ad vigilandum cohortatus eſt,vt patet Matth. 24. 25. & 26.

9 Mar.13.Luc.11.& 12.In quo illud†notandum eſt, quòd vltimum verbum, quod Saluator ſuis Apoſtolis dixit ante paſſionem, fuit, Vigilate,vt notat Aloyſius Lipomanus in eo opere quod italicè ſcripſit pro cõfirmatione omnium dogmatum catholicorum,lib.2.cap.15.de cærimonijs eccl. particula 4.ubi agit de ſeptem horis canonicis,in reſponſione ad obiectionẽ 22. Quod autem vobis dico(inquit Chriſtus Apoſtolis Mar.13.)omnibus dico. Et nedũ verbis, ſed etiam factis & exemplis ipſius Chriſti domini Saluatoris eadem primitiua eccleſia erudita, qui nõ ſemel in oratione legitur pernoctaſſe,vt apparet Matth.14.Mar.6.Luc.6.& 21.Statuit nocturnas vigilias in orationibus in laudem Dei a fidelibus celebrandas,tum ob ingruentes Tyrannorum timores, tum ob carnis petulantiam, & Dæmonum infeſtationes coercendas.

10 Et quidem credendum eſt,†initio naſcentis eccleſiæ, cum ardor fidei,& ſpiritus feruor corda diſcipulorum Chriſti incendebant, nõ ſolum clericos ſed etiam laicos,nec ſolum viros ſed etiã feminas ad huiuſmodi vigilias pariter ſurrexiſſe,& noctes fere totas in pſalmodijs, & canticis ſpiritalib.lucubraſſe.Teſtes quidem huius rei locupletiſſimi ſunt antiqui Patres,quorũ nemo non meminit,vt mox viſuri ſumus, harum nocturnarum orationum, & vigiliarum. Verum ſi etiam aliunde omnes probationes deficerent, id tamen ex horarum ſaltem canonicarũ officio maxime eluceſceret. Ibi enim ſæpiſſime tres Nocturnos recitamus,qui vna cum Laudibus ſequentibus quat-

11 tuor †nobis vigilias noctis repræſentant,vt bene ait Hugo de S. Vict.li.2. de eccl.off.cap.9.in prin.Cuius verba hæc ſunt.Pſalmi & lectiones & reſpõſoria diebus feſtis ſub tribus diſtinctionibus cantantur,quartam faciũt laudes matutinæ.Tres priores Nocturni, ſiue vigiliæ more Romano nuncupantur,ſiquidem nox in quattuor vigilias antiquo more diuiditur:quarum pri-

12 ma Conticinium† dicitur,ſecunda Intempeſtum,tertia Gallicinium,quarta Antelucanum. Vnaquæque autem trib.horis contenta eſt. Vnde & triũ Nocturnorum ſingulum tres habet pſalmos,quibus nos, totidem horis noctis,Dei ſeruitio præſentamus.

In quib.verbis notanda eſt diuiſio noctis in quattuor partes,ſupradictis nominib.nuncupatas,quæ deſumpta videtur ex B.Iſidoro lib.5.Etymol.c.

13 31.vbi tñ†addit ipſe tres alias partes,ſecutus fortaſſe Macrobium, qui Saturnal.lib.1.c.3.in fi.referens totius diei ciuilis diuiſionem,octo ferme partium noctis mentionem facit.Verum nobis hæc ſequenda eſt quadriparti-

ta diuiſio,quam refert Hugo,& quam ſequitur etiam Gl.in c. ſuperuenien
te.1.q.1.& q,vt ſupra vidimus,ex antiquiſſima ſacrę ſcripturę,& ſacrorũ Do
ctorũ auctoritate deſcēdēs , optime eccleſiaſticæ inſtõnis officijs deſeruit.
14 Licet autem† Nocturni omnes nunc ſimul dicantur , antiquitus tñ dice-
bantur diuiſim ſecũdum tres vigilias noctis,vt expreſſe aſſerit B. Th.ſuper
1.ad Cor.14 lect.6.Io.Belethus in Rationali, c.20.& ſeq.Guillel.Durant.
in ſuo etiam Rationali,lib.5.c.3.nu.3.& 6.Th.Vuald.de Sacrament.ca.24.
Coſmas Guimer.in ſtatuto Gallicano,tit.qualiter horæ &c.ver. officiũ.Na
uarrus in Manuali de oratione,c.3.num.28. & ſeqq.& Theſaurus Sacerdo-
talis in 3.par.tit.de off.diuinis,cap.24.& colligitur ex S. Iſidoro in lib.1.de
off.eccleſ.c.19.& 22.
15 Vnde putandum† eſt , quemadmodum refert Dominicus de Soto lib.vlt.
de iuſt.& iure,q.vlt.ar.1.concluſ.5.& Theodorus Peltanus, de trib.bono-
rum operum generib.lib.3.c.8.§.preces matutinæ . & §.multa hic dicit,q
Clerus in primitiua eccleſia in tres partes diuidebatur,quarum vna,in pri
ma vigilia,primum canebat,trium pſalmorum,nocturnum, altera,in ſecun
da,ſecũdum,atq; alia,in tertia tertium,vt tam in ſingulis,quam in omnib.
Trinitatem profiterentur , ac demum diluculo in quarta vigilia omnes ſi-
16 mul ad Laudes concinendas conueniebant.Laudes enim† matutinę,vt in-
quit Hugo de S.Vict.lib.2.de eccl.off.cap.10. noctis partem ſibi vindicant
vltimam,quartam videlicet vigiliam,quę vſque ad Solis ortum protenditur.
Hæc autē Cleri diſtributio eo pertinebat,vt tempus aliquod ſomno,& ne-
ceſſariæ quieti indulgeretur,cum alijs dormientibus,alij excubantes inui-
17 gilarent;Niſi ſit fortaſſe qui dicat† (quod mihi non omnino minus veriſi-
mile videretur)omnes ſimul ad omnes vigilias ſurrexiſſe , & facto modico
interuallo omnes pariter in qualibet vigilia aliquantulum quieuiſſe .

Hæc autē quæ de nocturnis lucubrationib.aſſerimus,niſi etiam teſtimonijs antiquorum Patrum vera eſſe conuincamus, non videbimur huic tantæ rei pro dignitate feciſſe ſatis.Quare veterum, & ſanctorum Scriptorum auctoritate oſtendamus,numquam non in eccleſia Chriſti vigilias, & nocturnas preces obſeruatas fuiſſe , ad eaſque populum Chriſtianum ſemper fuiſſe a ſanctis Patribus inſtantiſſime incitatum .

DE VIGILIIS, ET NOCTVRNIS ORATIOnibus. Cap. II.

1 *Vigilias,& nocturnas orationes antiquitus celebratas fuiſſe,& celebrãdas eſſe probatur teſtimonijs omnium Patrum Tertulliani,Philonis Iudæi.nu.2.S.Athanaſii.nu.3.S.Baſilij.nu.5.S.Gregorij Nazianzeni.n.7.S.Cypriani.nu 8.S.Hilarij.nu.9.S.Ambroſii.nu.10.S.Hieronymi.nu. 12. S.Ioan. Chryſoſtomi.nu.14.S.Epiphanij.num.16.S.Teleſphori papæ.num 17 Ioan. Climaci.num.19.Ioan.Caſſiani.num 20.S.Auguſtini.num. 21. Prudentij.nu.22.Bedæ.num.23.Concilij Carthaginienſis quarti.num.24 Decretorum iuris.num.25.S.Gregorij Papæ.num.26.S.Bernardi.num.27. Ruperti abbatis.num.28 S.Iſidori.num. 29. Rabani,Concilij Aquiſgranenſis,libri qui inſcribitur vitas patrum,Amalarij,& aliorum. nu. 30. Item*

pro-

Digitized by Google

probatur auctoritate ſacræ ſcripturæ.nu.32. Exẽplis Sanctorũ.nu.33. S.Petri Alexãdrini,ex Adone Treuerenſi.n.34.S.Carpi, ex S.Dionyſ. Areopagitæ.nu.35.S. Antonij abbatis.nu.36.Et aliorũ, ex alijs.n.37.

4 *Chriſtus reſurrexit media nocte,ſecundum S.Athanaſium.*

6 *Alternis ſuccinentes pſallebant in duas partes diuiſi tempore S.Baſilij.*

11 *Vigilia noctis prima,ueſpertina appellatur a S.Ambroſio.*

13 *Noctibus bis,terque ſurgendum ad orationem ſecundum S. Hieronymum.*

15 *Hebdomada ſancta appellatur hebdomada magna.*

18 *Nocturnos hymnos auxit primus B.Io. Chryſoſtomus ſumpta occaſione ex antiphonis,quas nocte canebant Arriani.*

31 *Nocturnas ad orationes ſurgendum eſſe probat decem rationibus Ioan. de Turre Cremata,ſex rationibus probat Archidiaconus.*

38 *Alternatim pſalmos canere primi inſtituerunt Flauianus & Diodorus monachi Antiocheni.Et B.Damaſus.num. 40.*

39 *Gloria Patri,& Filio,& Spiritui ſancto.vt in fine pſalmorum caneretur,inſtituit primus Flauianus monachus Antiochenus.Et B Damaſus. nu.41.*

1 TErtullianus in primis † antiquiſſimus auctor in Apologetico aduerſus gẽtes,circa principiũ,quẽ ẽt citat Euſebius Cæſareen.in hiſtoria Ecc. lib.3.c.26.& ſeq.refert,Pliniũ ſcdm cũ Prouinciã regeret,cõſuluiſſe Traianũ Imperatorẽ, quid de cetero ageret cũ Chriſtianis, nã præter obſtinationẽ nõ ſacrificandi,nihil aliud ſe de ſacris eorũ cõperiſſe aiebat,quã cętus antelucanos ad canẽdũ Chriſto,& Deo,& ad cõfęderãdã diſciplinã.Quã Plinij epiſtolã,& ad eã Reſcriptũ Traiani Imperatoris lib.10.epiſcopus Plinij offendẽs,& ponit ad verbum Galeſinius in annotationib. ad ſuum Martyrologium ſub die prima Februarij.Et in eodem Apologetico prope finẽ Tertullianus tractãs de cena Chriſtianorũ,quæ Agape vocabat,ita inquit.Editur,quantũ eſurientes capiunt,bibitur,quãtũ pudicis eſt vtile:ita ſaturant, vt qui meminerint,ẽt per noctẽ adorãdũ ſibi Deũ eſſe.Et in eãdẽ ſniam in epiſtola de cibis Iudaicis,in fine.Licet in Euangelio, ait,per omnia ciborũ redditus nobis vſus ſit,tñ intelligitur redditus ſed cum lege frugalitatis & continentię.Hæc enim vel maxime decent fideles,oraturos ſcilicet Deum, & acturos ei quidem gratias,non dieb.tm̃,ſed & ipſis noctib.quod fieri nõ poterit,ſi ſomnum grauẽ,& molẽ pectori impoſitã mens cibo,vinoq; ſepulta non valuerit excutere.De cętibus autem antelucanis idem Tertul.meminit in lib.de Corona militis,circa prin. ita ſcribens.Euchariſtię ſacramentũ & in tempore victus,& omnib.mandatum a Domino ẽt antelucanis cœtibus,nec de aliorum manib.quam Præſidentiam ſumimus. Et in li.2.ad vxorem,deteſtans connubia,quæ mulieres fideles cum gentilib. viris contrahebant,nocturnarum vigiliarum itidem meminit his verbis.Quis.n.ſcilicet vir gentilis,ſinat coniugem ſuam,fidelem,viſitandorum fratrum gratia uicatim aliena,& quidem pauperiora quæque tuguria circuire?Quis nocturnis conuocationib.ſi ita opportuerit,a latere ſuo eximi libẽter feret? Quid deniq; ſollemnibus Paſchę abnoctãtem ſecurus ſubſtinebit?Et paulo infra. Quanto curaueris ea occultare,tanto ſuſpectiora feceris,& magis cauenda gẽtili curioſitati.Latebiſne tu, cũ lectulũ, cum corpuſculum tuum ſignas,

cum aliquid immundum flatu expuis, cum etiam per noctem exſurgis oratum, & non magiæ aliquid uideberis operari?

2 Philo Iudæus† apud eumdem Euſebium lib.2.hiſt.eccl.ca.17.teſtatur, primitiuam apud Alexandrinos eccleſiam inter alia bona hymnos & pſalmos in conuentibus celebraſſe,& congregatos ſeorſum quidem viros, ſeorſum etiam in eiſdē locis feminas uigilias peregiſſe, ſicut (inquit Euſebius) apud nos fieri moris eſt,& maxime diebus illis,cum paſſionis dominicæ ſollemnitas celebratur,cum in ieiunijs pernoctare, & lectionibus ſanctis auditū præbere conſueuimus. Quæ omnia habentur etiam apud Nicephorum lib. 2.hiſt.eccleſ.cap.16. Verba autem Philonis ponemus infra, c.ſeq.nu.27.ad aliud propoſitum nobis inſeruitura.

3 S.Athanaſius† in lib.de Virginitate, ſiue Exercitatione, prope finem. Media (inquit) nocte ſurgito,& laudato dominum Deum tuum. In hac enim
4 hora† ſurrexit Dominus noſter a mortuis. Et laudibus celebra patrem; propter hoc in hac hora præcepit nobis laudare Deum. Cum autem a ſomno ſurrexeris, cum primus hunc verſiculum dicito. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, ad iudicia iuſtificationis tuæ. Et orans incipito dicere pſalmum quinquageſimum totum donec perfeceris. Et hæc ſint tibi ſingulis diebus præſcripta. Hos autem pſalmos dicito quantum potes ſtans, ac poſt pſalmum precatio, genuumque flexio addatur cum lacrimis, commemoreſque Domino peccata tua, poſtuleſque, ut remittantur tibi. Poſt tres autem pſalmos dic Alleluia. Quòd ſi etiam virgines fuerint tecum, & hæ pſallant, atque alia poſt aliam, precationem perficite. Diluculo vero hunc pſalmum dicite, Deus Deus meus ad te de luce vigilo, Sitiuit in te anima mea. Interſpiratio vero ſit, Benedite omnia opera Deo. Gloria in excelſis Deo.& reliqua. Idem B.Athanaſius in Apolog.li.1.in fine, narrans, quo modo ipſe eccleſia pulſus, ne caperetur, militum plus quàm quinque millium armatorum,& Arrianorum ipſum quærentium manus effugerit, ait, ꝙ nox erat,& peruigilium in eccleſia a fidelibus agebatur, quodque dum conſonantia pſalmodiæ celebraretur, ipſe inter medios pſallentium, milit ib. non ſentientibus illæſus abſceſſit. Cuius hiſtoriç meminerunt etiam Socrates li. 2.hiſtor.eccl.c.8. Theodoretus lib.2.c.13. Sozomenus lib.3.cap.5. Caſſiodorus in Tripartita, lib.4.c.11.& lib.5.c. 1. & 2.

5 B.Baſilius† in regulis fuſius diſputatis interrogatione.37. late explicās horas canonicas, ut latius etiam infra nos viſuri ſumus c. 12.nu.3.circa finem ita ſubiungit. De tēpe autem dimidiæ noctis, ꝙ id ad orationem neceſſariū ſit, traditum nobis eſt a Paulo & Sila in Actis. Scriptum eſt enim ſic. Circiter aūt mediam noctē Paulus & Silas laudabant Deum. Atque hoc quidem ēt Concentor pſalmorum confirmat ſic dicens. Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Poſt anteuertendum diluculū eſt,& ad orationem ſurgendum, cauendūq; ne dies nos in lectulo dormiētes opprimat,& ille imitandus qui dixit; Præuenerunt oculi mei diluculū, vt meditarer eloquia tua. Et in epiſ.1.ad S.Gregor. Nazianzenum, in fine ſic ait. Ceterum quod alijs mortalibus aurora eſt, hoc erit mediæ noctis tēpus his, qui ad pietatis ſtudium exerceri pergunt, cum præcipue ſingulare otium animæ nocturna quies atque ſilentium pariat, quādo nec oculi, nec aures aſpectum aliquem aut auditum noxium ad cor adiciſcunt, ſed mens ſola in ſeipſa Deo iugiter aſſiſtens compungit ſeipſam quidem ex eorū m recordatione.

Digitized by Google

cordatione, quę ante peccauit, normam uero ſibi ſtatuit ad euitandum malum, inquiritque cum gemitu & lacrymis diuinum adiutorium ad ea perficienda quæ ſtudioſe proponit. Et in epiſt. 63. ad Clericos Neocæſaren. circa medium ita inquit. Ad id vero, quòd propter pſalmodias accuſamur, quare potiſſimum ſimpliciores perterreſaciunt qui nos traducunt, hoc habeo quod dicam, quòd uidelicet qui iam obtinuerunt ritus, omnibus eccleſijs Dei concordes ſunt, & conſoni. De nocte ſiquidem populus conſurgens antelucano tempore domum precationis petit, inque labore, & tribulatione, ac lacrymis indeſinentibus facta ad Deum confeſſione, tandem ab oratione ſurgentes ad pſalmodiam inſtituuntur. Et nunc quidem in duas partes diuiſi alternis † ſuccinētes pſallunt, atque ex eo ſimul eloquiorum Dei exercitationem, ac meditationem corroborant, & cordibus ſuis attentionem, & reiectis uanis cogitationibus, mentis ſoliditatem ſuppeditant: deinde uni ex ipſis hoc muneris dato, vt quod canēdum eſt prior ordiatur, reliqui ſuccinunt, atque ita pſalmodię varietate, precibusque ſubinde interſertis noctem ſuperant. Illuceſcente iam die pariter omnes uelut ore uno, ac corde uno confeſſionis pſalmum Domino offerunt, ac ſuis quiſque uerbis reſipiſcentiam profitentur. Horum gratia ſi nos fugitis, fugietis ſimul & Aegyptios, fugietis Libyam vtramque, Thebęos, Palæſtinos. Arabes, Phonicas, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & vt ſemel dicam omnes apud quos vigiliæ, ac preces communesq; pſalmodiæ in pretio ſunt. Et in ſerm. in martyrem Iulittam declarans, quo modo ſine intermiſſione orandum ſit. Deſinit (inquit) dies, gratias ei habe, qui Solem nobis tribuit operum diurnorū miniſtrum, ignem quoque, & Lunam per noctem, & multa alia uitæ neceſſaria abunde ſuppeditat. Nox uero adueniens alias tibi occaſiones, ac materias orandi miniſtrabit, quando in cęlum reſpexeris, quando aſtrorum pulchritudines contemplaberis viſibilium Domino ſupplica, Deum omniū conditorem & artificem adora, qui in ſapientia cuncta creauit. Quando item uideris omnium animalium naturam ſomno occupatā, rurſus eū adora, qui nos inuitos etiam per ſomnum a laboribus continuis liberat, & parua requie rurſus ad agendi virtutem reducit. Nox igitur non ſit quaſi ſors quædam propria & peculiaris, tota ſomno dedita; Neque committas, vt per ſomni inſenſibilitatem, vitæ tibi medium ſit inutile. Sed noctis diducas tēpus in ſomnum & orationem. Et poſtremo in expoſitione pſal. 14. in princ. Vigiliarum idem B. Baſilius meminit his verbis. Iam inde ex nocte media cum ad hoc dicatum Martyribus templum fratres dilectiſſimi veneritis, ipſorum Martyrum Deum per hymnos vſque ad horam hanc diei noſtrū expectantes aduentum placare nō deſtitiſtis. Vobis igitur pro eo quòd Martyrum honorem, & cultum Dei ſomno & quieti prætuliſtis, parata eſt merces. Nos vero ſi apud vos apologiam ob moram, lentamque miſſionem veſtram facere oportet, cauſſam afferimus, quod in alio ſimili huic templo, nō paruo a nobis diſtante ſpatio officium obeuntes, tempus diei huius conſūpſimus. Quoniam itaque largitus eſt Dominus, vt & illis per me ſatis ſit factum, & veſtræ propterea non deſim caritati, gratias ei mecum reddite, qui hanc viſibilem noſtri corporis fragilitatem inuiſibili ſua virtute moderatus eſt. Ex quo ne nimium diu vos deſtineamus, iam iam dimittemus, ſi pauca prius ſuper pſalmo vobis decantato differendo ſermonis conſolatione veſtras animas aliquantulum ædificauero, atque ita ad curanda corpora ve-

ſtrum quemlibet miſſam faciemus. Quid igitur id erat, quód decantaſtis? Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. &c.

7 B.Gregorius Nazianzenus† in oratione habita in præſentia centum quinquaginta Epiſcoporum, earumdem vigiliarum mentionem faciens ſic loquitur. Valete Nazarzorum chori, pſalmodiarum concentus, ſtationes nocturnę. Et in oratione, prima quę Iulianum. circa medium de Monachis loquẽs inter alias laudes, quas illis tribuit, hanc memoratus. Quorum (inquit) angelici pſalmos cauſatus, & pernox ſtatio, & mitis ad Deum exceſſio, ante mortẽ in cęlum ſe rapientis. Quæ verba refert ẽt S.Io. Damaſc. lib. 2. parall. cap. 93. Et in oratione 2. in Paſcha, in prin. idem B. Gregorius loquens ſpecialiter de peruigilio Paſchæ, Præclara quidem (ait) nobis quoque fuit heſterna ſplendoris, luminumque ſollemnitas, quam priuatim iuxta, publiceque peregimus, omne genus hominum ferme, atque omnes magiſtratu & dignitate inſignes copioſo igne noctem colluſtrantes. Super quibus verbis Nicetas. Præclara (inquit) etiam fuit heſterna luminum celebritas, hoc eſt cœtus ille qui ad veſperam magni Sabbathi celebrabatur. Peruigilem enim noctem traducebant vſq; ad horam ſeptimam cantantes, ac lãpades accendentes, atque imminentem Seruatoris noſtri reſurrectionem exſpectantes. Hunc porro cętum celebrant alij priuatim & domi, alij publice & in catholicis eccleſijs.

8 S.Cyprianus in tractatu† de orõne Dominica, prope finẽ ſic ait. Nec uerbis tm̃, ſed & factis Dñs orare nos docuit, ipſe orans frequẽter & deprecãs, & quid facere nos oporteret exẽpli ſui conteſtatione demonſtrãs. Sicut ſcriptum eſt. Ipſe aũt fuit ſecedentes in ſolitudinem, & adorãs. Et iterũ. Exiuit in montẽ orare, & fuit pernoctans in oratione Dei. Quòd ſi ille orabat, qſi ne peccato erat, quanto magis peccatores oportet orare? Et ſi ille per totã noctẽ iugiter uigilãs cõtinuis ꝑcib. orabat, quãto nos magis in frequẽtãda oratione debemus nocte uigilare? Et deinde rurſus in fine, poſtquã egiſſet de horis canonicis diurnis, ſubiũxit. Qđ ſi in ſcripturis ſanctis Sol uerus & dies uerus eſt Chriſtus, hora nulla a chriſtianis excipitur, quo minus frequẽter ac ſp Deus dẽat adorari, ut qui in Chriſto, hoc eſt in Sole, & in die uero ſumus, inſiſtamus per totã diẽ precib. & oremus, et qñ mundi lege decurrẽs vicib. alternis nox reuoluta ſuccedit, nullũ de nocturnis tenebris eſſe orantib. damnũ põt, quia filijs lucis & in noctib. dies eſt. Qñ enim ſine lumine eſt, cui lumen in corde eſt? Aut qñ Sol ei & dies nõ eſt, cui Sol & dies Chriſtus eſt? Qui aũt in Chriſto, hoc eſt in lumine ſp ſumus, nec noctib. ab oratione ceſſemus. Sic Anna vidua ſine intermiſſione rogans ſp & vigilãs perſeuerabat in promerendo Deo, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt. Non recedebat, inquit, de templo, ieiunijs & orationib. ſeruiens nocte ac die. Viderint vel Gẽtiles qui nec dum illuminati ſunt, vel Iudæi, qui deſerti lumine in tenebris remanſerunt. Nos fratres dilectiſſimi qui in Dñi luce ſp ſumus, qui meminimus & tenemus, quid eſſe accepta gratia cępimus, cõputemus noctẽ pro die. Ambulare nos credamus ſp in lumine, non impediamur a tenebris quas euaſimus, nulla ſint horis nocturnis precum damna, nulla orationum pigra & ignaua diſpendia. Per Dei indulgentiam recreati ſpiritaliter & renati, imitemur quod futuri ſumus: habituri in regno ſine interuentu noctis ſolum diem, ſic nocte quaſi in lumine vigilemus, oraturi ſemper & acturi gratias Deo, hic quoque orare & gratias agere non deſinamus.

S.Hila-

Digitized by Google

9 S. Hilarius † in pſal. 118. ſuper illud, Memor fui nocte nominis tui Dñe. agens de oratione nocturna, inter alia dicit: Scit (Propheta) pcipue nocturno tpe diuini eſſe a nobis nominis recordandum: ſcit tũ maxime cuſtodiã Dei legis a nobis eſſe retinendã, cum ſubrepunt aĩo impuræ cupiditates, cum vitiorum ſtimuli per recens aſſumptum cibũ corpus exagitant, tũ Dei nomen recordandũ eſt, tum cuſtodiẽda lex eius eſt, pudicitiã, continentiã, timorem Dei ſtatuens. Nouit hoc præcipue tpe Dñm orandum, deprecandum, promerendũ, dicens in loco alio. Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ, lacrymis meis ſtratum meũ rigabo. Non eſt periculoſo nocturnarum vigiliarũ otio animus relaxãdus, ſed in orationibus, in deprecationibus, in confeſſionib. peccatorum occupandus eſt; vt cũ maxime corporis vitijs opportunitas datur, tũ præcipue eadem vitia diuinæ legis recordatione frangantur. Et ſuper illud eiuſdẽ pſal. Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo. Non vacat (inquit) totis noctib. ſomno, nec otioſus lecto continetur: ad confitendũ Deo non ſolũ nocte, ſed ẽt media nocte conſurgit. Meminit hoc eſſe tps, quo primitię Aegyptiorũ meritiſſima impię obſtinationis clade percuſſæ ſunt. His ergo horis non laxatur in ſomnũ, ne gladio Aegypti admiſceat. Hoc noctis tpe introeũte ſpõſo ſapiẽtes virgines in nuptias cũ lãpadib. introibũt: vigilat ergo, ne cũ ſtultis mereat excludi. Hoc tpe pſallentib. Paulo & Sila Apoſtolis catenę & vincula reſoluunt: nõ dormit itaq; ne vinctus ſit. Nec hẽt eũ nocturni tpis ſomnus, nec ei obliuio officij ſui reqe mediæ noctis obrepit. Surgit. n. ad cõfitendũ Deo. Cõfeſſio vero nõ ſolũ ad peccata referẽda eſt, verũ ẽt in Dei laudib. intelligẽda eſt.

10 B. Ambroſius † ẽt in eoſdẽ locos dicti pſal. 118. præclare multa dicit de oratione nocturna. Et primum ſerm. 7. par. 7. ſuper illud, Memor fui nocte nominis tui Dñe. Sic ait. Hoc nomen Ieſu inuocetur dieb. ac noctibus: nullum tps prædicandi vacuum ſinat ſancta deuotio præterire. Si ſtudentes igitur doctrinis ſæcularib. perparum ſomno indulgent, quanto magis qui Deũ cupiunt cognoſcere, non debent ſomno torporis impediri, niſi quantum naturæ ſatis eſt? Dauid per ſingulas noctes lectũ ſuum lacrymis diluebat, ſurgebat ẽt noctis medio, vt Dño confiteretur. Et ne totam noctẽ ſopori exiſtimes deputandam, tunc magis tibi orandus eſt Dñs, tunc præſidiũ poſtulanda, culpa cauenda, qñ videtur habere ſecretum: tunc maxime qñ tenebræ in circuitu meo, & parietes me operiunt, conſiderandũ, quia Dominus omnia intuetur abſcondita. Ne dixeris ergo circumfuſus tenebris, Quis me videt? & quẽ vereor ſæptus parietibus, & incluſus? Quia vultus Domini ſuper facientes mala. Deinde ſi arbitrum non vides, teipſum non vides? Tuę conſcientię teſtimoniũ non vereris? Neſcis illã caliginẽ noctis non opertorium, ſed incentiuũ eſſe peccati? Cũ ſomno & cibo feruent corpora, tunc ẽt vigor mentis ſopore laxatur, ſomno reſoluitur, tũc irrepit impuri libido cõcubitus, tunc perturbatur cor, ſqualorem immunditiæ nõ veretur, caſtitatis puritas non conſideratur, pudicitię gloria nõ recẽſetur. Nox erat, qñ Iudas prodidit, qñ Petrus negauit. Illo igitur præcipue tpe iuſtificationes Dei animo retexendę ſunt, releganda mandata hortatoria. Illa de caſtitate præcepta non abſint, vt his occupata mens flagrantiam libidinis, carnis reſtinguat ardorẽ. Tene illud animo, lauabo p ſingulas noctes lectũ meũ. Quis. n. ſtupris deditus, flagitijs inuolutus, lauat p ſingulas noctes lectũ ſuũ? Neſcit flere qui flenda cõmittit, & cũ ſit ipſe lacrymabi-

lis,

Digitized by Google

lis,non habet pœnæ lacrymas ſuæ. At ille qui caſtigat corpus ſuum, & ſui ſollicitus gubernator eſt,atque ingemiſcens & dolens lapſus ſuperioris offenſam quærit quo modo abluat fluctib.pęnitentiæ.hic lauat per ſingulas noctes lectũ ſuum.Non dormiamus ergo totis noctibus,ſed maximam partem earum lectioni,& orationibus deputemus.Audi eccleſiæ vocem quęrentis etiam in noctibus Chriſtum.In cubili(inquit)meo,in noctibus quęſiui quem dilexit anima mea.Accipe ſecundum litteram. Quæſiuit in noctibus orando,deprecando,etiam lacrymis deplorando.Et rurſus ſerm.8. par.6.ſuper illud,Media nocte ſurgebam.&c.ſic ait . Non ſatis eſt dies ad deprecandum,ſurgẽdum eſt & nocte,& media nocte. Ipſe Dominus pernoctauit in oratione,vt te proprio ad deprecãdum inuitaret exemplo . Et paulo infra.Multa enim illo in tempore tentamenta proſerpunt. Tunc feruet carnis illecebra,tunc Tentator illudit. Et ſerm.19. par.3. ſuper illud, Præueni in maturitate . Pernoctabat (inquit) in oratione dominus Ieſus non indigens precationis auxilio,ſed ſtatuens tibi imitationis exemplum. Ille pro te rogans pernoctabat , vt tu diſceres , quo modo pro te rogares. Redde igitur ei,quod pro te detulit.Audi ſupra dicentẽ Prophetam, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi . Et tu ſurge vel media nocte ſi non potes tota ſemper nocte vigilare,vt dum oras nocte ,veri Solis pectori tuo ſplendor irradiet;quia omnis anima quæ Chriſtum cogitat,in lumine ſemper eſt.Dies lucet tibi, Chriſtus aſpirat . Rurſus in eodem ſerm.19. par.4.ſuper illud,Præuenerunt oculi mei ad te diluculo.inquit.Supra ait, Præueni in maturitate,hoc eſt ante horas,ante tempus,hic ait mane,aliud ſignificans tempus orandi,atque pſallendi Domino:vt ſit illud prius ſecundum quod ait,Media nocte ſurgebam,hoc autẽ iuxta illud,Præueni orientem Solem.Graue eſt enim,ſi te otioſum in ſtratis radius Solis orientis inuerecundo pudore conueniat,& lux clara feriat oculos ſomnolento adhuc torpore depreſſos.Arguit nos tanti temporis ſpatium ſine vllius deuotionis munere,ac ſacrificij ſpiritalis oblatione feriata tranſmiſſum. An neſcis o homo, quod primitias tui cordis ac vocis quotidie Deo debeas ? Quotidiana tibi meſſis,quotidianus eſt fructus. Occurre ergo ad Solis ortus , vt te oriens inueniat iam paratum,ne lumina tua madido adhuc ſopore mergentia primus diei fulgor exagitet. Idem lib.5.in Luc.ad cap.6.Sic ait. Et erat(inquit)pernoctans,in oratione Dei.Species tibi datur,forma præſcribitur,quam debeas æmulari. Quid enim te pro ſalute tua facere oportet, quando pro te Chriſtus in oratione pernoctat ? Et lib.7. ſuper illud cap. 11.Quis veſtrum habens amicum.&c. ſic dicit.Alius præcepti locus eſt, vt omnibus momentis, non ſolum diebus, ſed etiam noctibus oratio deferatur.Vides enim,quòd iſte,qui media nocte perrexit , tres panes ab amico ſuo poſtulans , & in ipſa petendi intentione perſiſtens , non defraudetur oratis.Et paulo infra.Petijt ab hoc media nocte panes Dauid,petijt,& accepit.Petijt enim,quando dicebat, Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi.Ideo meruit hos panes,quos appoſuit nobis edendos . Petijt,cum dicit,lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Neque enim timuit,ne excitaret dormientem,quem ſcit ſemper vibrare vigilantem.Et ideo ſcriptorum memores noctibus ac diebus orationi inſtantes , peccatis noſtris veniam poſtulemus.Nam ſi ille tam ſanctus, & qui regni erat neceſſitatibus occupatus,ſepties in die laudem Domino dicebat, matutinis, & veſpertinis

nis ſacrificijs ſemper intentus, quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus, vt de via laſſis, & iſtius æui curſu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatigatis panis refectionis deeſſe non poſſit, qui hominis cor confirmet? Nec ſolum media nocte Dominus, ſed omnibus prope docet vigilandum eſſe momen
11 tis. Venit enim & veſpertina † & ſecunda & tertia vigilia, & pulſare conſueuit. Beati itaque ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Si ergo deſideras, vt virtus Dei præcingat ſe, & miniſtret tibi, vigilandum eſt ſemper. Multæ enim inſidiæ ſunt bonis, & grauis corporis ſomnus: cum ſi dormire mens cęperit, vigorem ſuę virtutis amittit. Excita igitur ſomnum tuum, vt pulſes oſtium Chriſti. Idem præterea in epiſt. 82. ad Vercell. eccleſiam, loquēs de diſcipulis B. Euſebij Vercell. epiſc. ait. Sed ſatis de magiſtro dictum puto, nunc diſcipulorum vitam proſequamur. Qui in illam ſe laudem induerunt, hymnis dies ac noctes perſonant. Hæc nempe Angelorum militia eſt, ſemper eſſe in Dei laudibus: Orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum ſtudent. Et lib. 2. de pœnitentia, c. 10. Statuens modum agendę pœnitentiæ. Renunciandum (ait) ſæculo eſt, ſomno ipſi minus indulgendum quàm natura poſtulat, interpellandus eſt gemitibus, interrumpendus eſt ſuſpirijs, ſequeſtrandus orationibus; viuendum ita, vt vitali huic moriamur vſui. Quod habetur etiam per Gratianũ, de pœn. diſt. 1. c. ſint qui. §. facilius. Idem poſtremo in lib. 1. de Abraham Patriarcha, cap. vltim. de coniugibus fidelibus agens inquit. Simul ad orationem nocte vobis ſurgendum eſt, coniunctis precibus obſecrãdus Deus. Quod etiam a Gratiano refertur. 28. q. 1. c. caue.
12 B. Hieronymus † pluribus in locis idem probat, quorum aliquos hic annotare non pigebit. In epiſt. 7. ad Lętam, de inſtitutione filiæ, poſt mediũ, ſic ait. Vigiliarum dies, & ſollemnes pernoctationes ſic virguncula noſtra celebret, vt ne tranſuerſum quidem vnguem a matre diſcedat. Et paulo poſt. Præponatur ei, probæ fidei, ac morum, & pudicitiæ virgo veterana, quæ illam doceat, & aſſueſcat exemplo ad orationes, & pſalmos nocte conſurgere. Item in epiſt. 8. ad Demetriadem virginem, de virginitate ſeruanda, prope finem, ſtatuit præter alias horas diei, media nocte, & mane pſalmorum, & orationis ordinem ſemper eſſe exercendum. Et in epiſt. 10. ad Furiam, de viduitate ſeruanda. Ardentes (ait) Diaboli ſagittæ ieiuniorum, & vigiliarum rigore reſtinguendæ ſunt. Et in epiſt. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, ante medium. Ad orationem (inquit) tibi nocte ſurgenti non indigeſtio ructum faciat, ſed inanitas. Et paulo infra. Eſto cicada noctium, laua per ſingulas noctes lectum tuum, lacrymis tuis ſtratum tuum riga. Vigila, & fias ſicut paſſer in ſolitudine: pſalle ſpiritu, pſalle &
13 ſenſu. Et longe poſt, prope finem, ait. Noctibus bis, † terque ſurgendum. Idem in epiſt. 27. ad eamdem Euſtochium, poſt medium, loquens de monaſterijs virginum, quę Paula mater fundauerat, ait, quòd præter horas diei, noctis medio per ordinem pſalterium cantabant. Idem in epiſt. 4. ad Ruſticum monachum, de viuendi forma, poſt medium. Laſſus (inquit) ad ſtratum venias, ambulanſq; dormites, & nec dum expleto ſomno ſurgere compellaris: dicas pſalmum in ordine tuo. &c. Et in epiſt. 13. ad Paulinum, de inſtitutione monachi, poſt medium, Semper (ait) in manu tua, ſacra ſit lectio. Frequenter orandum, & flexo corpore mens erigenda ad Dominum.

Crebræ

Crebræ vigiliæ,& ventre vacuo ſæpius dormiendum.Et in cap.4 Daniel. ſuper illis verbis,Et ecce vigil.Vigil(ait)ſignificat Angelos, quód ſemper vigilent, & ad Dei imperium ſint parati. Vnde & nos crebris pernoctationibus imitamur Angelorum officia.Et in pſal.91.in princ.ſuper illis verbis,Bonum eſt confiteri Domino,& pſallere nomini tuo Altiſſime:Ad annunciandum mane miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Certe(inquit)chriſtianorum & monachorum eſt, maxime in noctibus peccata ſua confiteri.

14 Beatus etiam Ioan. Chryſoſtomus † multis in locis, ſed præcipue in homil.41.& 42.ad populum Antiochenum,& in homil.26.ſuper Acta Apoſt. vbi eadem omnino repetit, quæ in dicta 42.homil. dixerat, commendat nocturnam orationem, & ad illam viros ac mulieres eloquentiſſime adhortatur. Non ideo(inquit)facta eſt nox,vt per totã dormiamus, & otioſi ſimus.Teſtantur hoc & opifices,nautæ,negotiatores. Eccleſia Dei medijs ſurgit noctibus,ſurge & tu, & vide aſtrorum choream, profundum ſilentium,magnam quietem:obſtupeſce Dei tui magnam diſpenſationem. Purior tunc eſt anima,leuior,ſubtiliorque tunc eſt:ſublimia videt,ac expedita eſt.Tenebræ ipſæ, ſilentiumque multum in compunctionem inducere ſufficiunt.Et infra.Hic ſane mihi & ad viros,& ad mulieres ſermo eſt: flecte genua, ingemiſce, ora Dominum, vt tibi miſericors ſit.plus inflectitur nocturnis precibus, ſi quando tu quietis tempus facias lamentorum tempus.Memor eſto Regis,qualia verba dicebat,laboraui in gemitu meo,lauabo per ſingulas noctes lectum meum,in lacrymis meis ſtratum meum rigabo.Quantumuis delicatus fueris,non es illo delicatior:quantumuis diues, non es ditior Dauide.Et rurſus infra.Hoc fac & tu vir,non ſola mulier.Sit eccleſia domus ex viris,mulieribuſque conſtituta.Et poſt pauca.Si tibi etiã filij ſunt,excita & filios,& fiat modis omnibus domus noctu eccleſia.Si autem teneri ſunt, & vigiliam ferre nequeunt, vnam & alteram orationem faciant,& iterum finito quieſcere.Tantum ſurge,tantum in conſuetudine temetipſum inſtitue.Nihil hoc prõptuario melius,quod tales ſuſcipit preces.Idem præterea in ſerm.cui tit.eſt.Quòd diſpenſatio rerum per teipſũ exſequenda eſt. qui duplicatus eſt cum homil.59. ad populum Antioch. immo vero etiam triplicatus cum homil.14.in cap.5.epiſt.1.ad Timoth.egregie explicat Monachorum mores in orationibus nocturnis, matutinis, & diurnis celebrandis,in decantandis pſalmis, & hymnis ſpiritalibus. Et inter alia dicit.Ante diem cum gallus vocẽ dederit, omnes ſtatim cum reuerentia ſomnum deponentes exſurgunt excitante eos Prælato, & conſiſtunt ſanctum conſtituentes chorum, & ſtatim manus extendentes,ſacros hymnos decantant.Et poſt pauca.Vt dixi, poſtquã gallus cantauit, ſtatim veniens Prçlatus,& pede ſolum ſimpliciter cædens,omnes excitauit; nec enim nudos illic fas eſt dormire.Mox ſtatim ſurgentes ſtant hymnos cantantes propheticos,multa cum vocis conſonantia,cum apte compoſitis cõcentibus. Neque cithara, neque fiſtulæ, nec vllum aliud muſicum inſtrumentum talem emittit vocem,qualem audire licet in profunda quiete, & ſolitudine Sanctis cantantibus illis.At & ipſa cantica commoda,& in Deũ caritate plena. In noctibus (inquit)extollite manus veſtras ad Deum. Et De nocte vigilabit ſpiritus meus ad te Deus, quoniam lux præcepta tua ſuper terram. Et Dauidica cantica multos mouentia fontes lacrymarum.

quippe

Digitized by Google

quippe cum cantet dicens, Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo. Et Septies in die laudaui te ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. nobis hiantibus, & nos ſcalpentibus, ſtertentibuſque, vel ſupinis negligenter iacentibus, & innumeras cogitantibus fallacias. Quanti eſt eos in hoc totam noctem inſumere? Et paulo infra. Itaque mundani quidem & die dormiunt, illi vero & nocte vigilant: vere lucis filij ſunt. Et in homil. 56. ad populum Antiochenum, quæ ſimiliter duplicata eſt cum homil. 69. in Matth. de eiſdem Monachis agens, inter alia inquit. Multo ante auroram ex lectulo ſtatim ſurgentes incolumes, & ſollertes, & ſobrij, chorumque conſtituentes in alacri conſcientia conſonanter omnes tamquam ex vno ore hymnos omnium Deo concinunt, eum venerantes, & ei gratias de omnibus agentes tam proprijs, quàm communibus beneficijs. Et in homil. 57. ad populum Antiochen. circa finem, hæc de ſupradictis Monachis rurſus ait. Poſt hymnum dictum multa repleti compunctione, & feruentibus lacrymis ſic ad ſomnum ſe conferunt, tantum dormientes, vt parum requieſcant. Et rurſum noctes dies faciunt, in gratiarum actionibus, & hymnodijs degentes. Nec vero viri tantum, ſed & mulieres hanc exercent philoſophiam, naturæ infirmitatem promptitudinis abundantia ſuperantes. Et in homil. 30. in Gen. in princ. loquens de hebdomada ſancta, dicit appellari hebdo-
15 madam illam † magnam, quia magna quædam, & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa. Ac ſubiungit. Et iccirco fideles & ieiunium intendunt & vigilias, & pernoctationes ſacras, & eleemoſynas faciunt, vt hebdomadæ huic honorem habeant.

16 De qua item hebdomada S. Epiphanius † libro 3. aduerſus hæreſes, hæreſi. 75. de Arrianis hæreticis tractans, ſic loquitur. In diebus autem Paſchatis quando apud nos fiunt humi dormitiones, caſtitates, afflictiones, ſiccorum eſus, preces, vigiliæ, ac ieiunia, & omnes animarum ſalutes per ſanctas afflictiones; ipſi a ſummo mane obſonantur, carneque, ac vino venas ſuas explentes cachinnantur ridentes ac ſubſannantes eos, qui ſanctum hunc cultum hebdomadis paſchatis perficiunt. Et de eiſdem vigilijs hebdomadæ paſchatis rurſus agit idem B. Epiphanius in dicto lib. 3. aduerſus hæreſes, in fine.

Immo vero non ſolum illa vna hebdomada magna, ſed per ſeptem hebdomadas continuas ante ſanctum paſcha præcepit B. Teleſphorus Pon-
17 tifex † ſummus, & martyr, vt Clerici omnes in eadem obſeruantia viuerent. Cuius verba in epiſtola ad omnes vniuerſaliter, cap. 1. hæc ſunt. Has ergo ſeptem hebdomadas omnes Clerici a carne & delitijs ieiunent, & hymnis, & vigilijs, atque orationibus Domino inhærere die noctuque ſtudeant.

B. Petrus Chryſologus ſerm. 74. de Reſurrectione Chriſti. in principio earundem vigiliarum mentionem faciens. Aliquantulum (ait) nos tacere fratres chariſſimi, & vigiliarum labor fecit, & coegit ieiunij laſſitudo: & ideo hodie reddimus de Dominica reſurrectione ſermonẽ. Et ſerm. 24. de vigilijs in cõi agens, ita loquitur. Sẽper & ad omnia vigilias eſſe ſalutares nullus ignorat: quia reuera plus vigilare, plus viuere eſt. Nã quid tã mortis ſimile, q̃ dormientis aſpectus? quid tã vita plenũ, q̃ forma vigilantis? Indulgendũ ſõno eſt, vt corpus reparet, nõ reſoluat: & vires reuocet, nõ ener

uet.

uet. Semper ergo ad omnia vigilias eſſe ſalutares, nullus ignorat. *Quæ ars,* quod opus, quod tempus, quæ poteſtas, quod officium non vitæ *lucra lucubratione* perquirit? Hinc eſt, quod rex in procinctu peruigil *callidi* hoſtis præcauet & euitat inſidias: tunc in caſtris miles ſuperuenientes nocturnos impetus cauta pernoctatione propellit. Sic nauta vigilando diffuſi itineris incertas vias intrat, & calles tranſit inuios, & veſtigio furtiuo, ad lucroſi portus votiuam peruenit manſionem. Hinc paſtor adiungit noctes diebus, & totum ſibi tempus denegat dormiendi; ne qua lupis ſuffragante ſomno graſſandi in gregem præbeatur occaſio. Sic viator ſolers per auras noctis æſtus Solis præuenit: actumque diem prouidentius deputat manſioni. Hoc Propheta ſciens non die ſolo, ſed de nocte tota clamabat ad Dominum: Domine Deus ſalutis meæ in die clamaui, & nocte coram te. Quid plura? Ipſe Dominus pernoctat in oratione Dei, vt ante nos oratione liberet, quàm redimat paſſione. Et ſi pro ſeruis Dominus vigilat, merito pro ſeipſis ſeruos vigilare ſic iubet. Præcincti, inquit, ſint lumbi veſtri, & lucernæ ardentes in manibus ueſtris; & vos ſimiles hominibus expectantibus Dominum ſuum, quando veniat a nuptijs.

Sed vt ad S. Chryſoſtomum redeamus, in ſerm. in Iuuentinum & Maximum martyres, narrans quæ ab ipſis Martyribus agerentur dum in carcere tenerentur incluſi, ſacrarum vigiliarum meminit, ita inquiens. Multi contempta præſenti vita frequenter eos viſitando ſacras apud eos vigilias continuis pſalmis perficiebant. Erant familiaritates illæ ſpiritalis eruditionis, atque conſolationis plenæ. Et clauſa quidem tunc eſt eccleſia, carcer autem eccleſia factus eſt. Longum eſſet, ſi omnia, quæ ſanctus vir, vere os aureum, de vigilijs, & nocturna oratione ediſſerit, tranſcribere vellem; Idcirco iſta ſufficiant. Vnum tamen de eo prætereundum minime eſt, quòd
18 ipſe ſcilicet auxit primus † in nocturnis hymnis orationes. Nam cum Arriani hymnos & antiphonas ex ſuo dogmate cõpoſitas infra portas ciuitatis Conſtantinopolitanæ, & per porticus congregati decantarent: & hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cum ipſis antiphonis per mediam ciuitatem egreſſi portã ad ſuam eccleſiam concurrerent; cumq; hoc crebro quaſi ad vituperationem orthodoxorum facere non ceſſarent, B. Chryſoſtomus metuens, ne ſimplices huiuſmodi cantibus traherentur, inſtituit ſuum populum, vt & ipſi nocturnis occuparentur hymnis, quatenus & illorum obſcuraretur opus, & fidelium profeſſio firmaretur; dum clariores hymni omouſianorum noctibus apparerent. vt habent in hiſtorijs ſuis eccleſiaſticis Socrates libro 6. Sozomenus libro 8. Tripartita libro decimo. Nicephorus libro 13. omnes capitibus octauis.

Nunc ad alios Scriptores veniamus.

S. Cyrillus Hieroſolymitanus Catecheſi. 9. circa med. Quid autem eſt (inquit) ad ſapientiam nocte commodius? In hac enim perſæpe de Deo cogitamus; in hac lectioni & contemplationi diuinarum ſcripturarum vacamus. Quando autem magis in pſalmodiam, & orationem mens noſtra componitur? nunquid non noctu? & peccata perſæpe noſtra noctu in memoriam reuocamus. Non igitur male opinemur, alium eſſe tenebrarum factorem; bonas enim eſſe illas & vtiliſſimas ipſa docet experientia.

19 Ioannes Climacus † cap. 19. de vigilijs agens ait inter cetera, quòd diuitias agricolæ ex area & torculari colligunt, Monachi vero ſuas opes &

Digitized by Google

ſcientiam veſpertinis maxime, nocturniſque orationibus, & animi exercitationibus congregant. Nilus, quem refert S. Io. Damaſc. lib. 2. parallelorum, cap. 15. Si ex probi (inquit) viri congreſſu, atque colloquio perſæpe vtilitatem cepimus, quantum tandem quæſtum faciemus, noctu, & interdiu per orationem ac pſalmodiam Domino colloquentes?

20 Ioannes Caſſianus † toto lib. 2. de Inſtit. cœnobiorum, agit de canonico nocturnarum orationum, & pſalmorum modo. Et lib. 3. c. 4. teſtatur, inter Monachos fuiſſe quoſdam dies, quibus a veſpertinis horis excubias vſque ad auroræ viciniam celebrabant. Et cap. ſeq. narrat de Aegyptijs Monachis, quod ſolebant certis temporibus etiam ante gallorum cantum cõſurgere, & Miſſa canonica celebrata, vſque ad lucem poſt hæc vigilias extendere. Et c. 8. ait, ſingulis hebdomadibus vigilias per totam noctem fuiſſe in oratione conſumptas, ita vt duæ ferme horæ ad reficienda ſomno corpora tantum relinquerentur: atque dictas vigilias tripartitis diſtinctas fuiſſe officijs, vt labor hac diuerſitate diuiſus delectatione quadam defectionem corporis releuaret.

21 S. Auguſtinus † in ſerm. in Dominica ſecunda Aduentus, qui eſt ſecundus de tempore. Hoc (ait) admonuimus fratres, vt quia Natalis Domini imminet, tamquam ad nuptiale, & cœleſte conuiuium ab omni luxuria alieni, & bonis operibus adornati, nos per Chriſti adiutorium præparemus. Et paulo infra. Ad vigilias maturius ſurgite: quæ Eccleſia ſtantes aut orate aut pſallite. Et in ſerm. 2. feriæ quartæ in capite ieiunij, qui eſt de tempore 56. in fine, Si infirmitas (inquit) non prohibet, quotidie ieiunate, ad vigilias alacri & feruenti deuotione conſurgite, propter illud quod ſcriptum eſt, De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus. Et iterum, Ad te orabo Domine mane, & exaudies vocem meã. Et iterum, Media nocte ſurgebam ad confitendum nomini tuo Domine. Ad quam rem etiam Dominus, & Saluator noſter in Euangelio hortatur, & admonet, dicens, Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. Et in ſerm. 1. Dominicæ 26. poſt Trinit. qui eſt de tempore. 251. loquens de Dominica die ſic ait; Veniat ergo cuicumque poſſibile ſit, ad veſpertinam atque nocturnam celebrationem, & oret ibi in conuentu eccleſiæ pro peccatis ſuis Deum. Qui vero hoc non poſſit, ſaltem in domo ſua oret, & non negligat Deo ſoluere votum, ac reddere pẽſum ſeruitutis. Et in pſal. 32. ſuper illud, Confitemini Domino in cithara; vigiliarum mentionem faciens, Nonne (ait) id egit inſtitutio in nomine Chriſti vigiliarum iſtarum, vt ex iſto loco citharæ pellerentur? Et de peruigilio, quod Sabbatho ſancto celebrabatur, ad Neophytos loquens in ſerm. 42. inter quinquaginta homilias, in fine, In die Sabbathi (ait) quando vigilaturi ſumus in Dei miſericordia, reddituri eſtis non orationem, ſed ſymbolum. Et in ſerm. 1. feriæ ſecundæ Paſchæ, qui eſt de tẽpore. 140. in princ. Heſterno die, id eſt nocte lecta eſt ex euangelio reſurrectio Saluatoris. Et clarius in concione ad Catechumenos, contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. c. 1. Exigit a nobis ratio huius tantæ congregationis, & noctis tranſactæ vobis reddere rationem, & iſtius diei de tanto ſacramento percepto veram ſempiternamque demonſtrare ſalutem. Si enim dilectiſſimi opera tenebrarum tranſactæ noctis conſideremus, & quid egerimus Domino donante explicare valuerimus, inueniemus nos in nocte, non opera noctis, ſed diei peregiſſe; Neque enim delectatione ſomni ſopitos ſenſus noſtros

agno-

agnouimus, neque vanis phantaſmatibus animas noſtras illuſas, nec ipſa corpora noſtra ſtramentorum calore depreſſa in alto ſopore requies inclinauit; ſed vigilando, orando, pſallendo, cõtra aduerſarium Diabolum dimicando, & magnam lucem incluſam cordibus noſtris ſenſimus, & in nocte opera Dei peregimus. Et in ſermone ad populum, in Vigilijs Paſchæ, quem refert Amalarius lib. 1. de eccleſ. off. c. 16. Dicendum eſt, cur tanta celebritate hodierna potiſſimum nocte vigilias celebremus, &c.

22 De quibus vigilijs Prudentius † poeta præter hym. 1. totum, & 2. Cathemerinon, qui ſunt ad Gallicantum, & Matutinum, i. vt modo dicimus, ad Matutinum, & Laudes, eleganti ſſime agit in hymno 5. eiuſdem libri, ita inquiens.

Nos feſtis trahimus per pia gaudia
Noctem concilijs, votaque proſpera
Certatim vigili congerimus prece,
Exſtructoque agimus liba ſacrario.
Pendent mobilibus lumina funibus,
Quæ ſuffixa micant per laquearia,
Et de languidulis fota natatibus
Lucem perſpicuo flamma iacit vitro.
Credas ſtelligeram deſuper aream
Ornatam geminis ſtare Trionibus,
Et qua phoſphoreum temo regit iugum
Paſſim purpureos ſpargier heſperos.

23 Et venerabilis Beda † in homil. in vigilia Paſchæ, ſuper illud Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi. de eiſdem vigilijs ſic loquitur. Vigilias nobis huius ſacratiſſimæ noctis, ſicut lectione euangelica audiuimus fratres chariſſimi, reſurrectio Domini, ac Saluatoris noſtri dedicauit. Iuſte enim hanc pro eius amore vigilijs celebramus & hymnis, qui pro noſtro amore in ea dormire in mortem, ac de morte voluit excitari. Et infra. Quapropter neceſſe eſt fratres chariſſimi, vt quia noctem hanc præcipua gratia Dominicæ reſurrectionis illuſtratã cognouimus, ipſi quoq; ſollicite curemus, ne qua eius particula noſtro in corpore tenebreſcat, ſed tota luceſcat in diem. Et nunc videlicet nobis vigilias eius, dignæ deuotione laudis agentib. & completis quoq; vigilijs ſobria ac pura conſcientia diei Dominicę paſchalia feſta exſpectantibus. Idem Beda in lib. de ratione temporum, cap. 24. agens ibi, qua ratione Luna cum ſit ſitu inferior, ſuperior Sole aliquoties videatur, hęc verba habet. Quod hoc probabitur exemplo. Intrabis noctu in aliquam domum prægrandem, certe eccleſiã longitudine, latitudine, & altitudine pręſtantẽ, & innumera lucernarũ ardentium copia pro illius cuius natalis eſt Martyris honore repletã. &c. Ex quib. vt colligi poſſe, vigilias nocturnas tẽpore ipſius Bedę in ſollẽnitatib. Martyrum celebratas fuiſſe.

In conc. Matiſconen. 2. c. 1. poſtquam ſtatutũ fuiſſet, vt in diebus Dominicis vacarent omnes ab operibus ſeruilibus, atque in hymnis, & laudibus Dei intenti eſſent. in fi. hæc ſubiunguntur. Noctem quoque ipſam, quæ nos inſperatæ ſaluti inacceſſibili reddidit, ſpiritalibus exigamus excubijs, nec dormiamus in ea, quemadmodum dormitant, qui nomine tenus chriſtiani eſſe noſcuntur, ſed oremus & vigilemus operibus ſacris, vt digni habeamur in regno coheredes fieri Saluatoris.

In

Digitized by Google

24 In Concilio item Carthaginienſi 4. † cap.49. quod habetur apud Gratianum diſt.91.c.clericus victum.dicitur,quod clericus,qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate, vigilijs deeſt, ſtipendijs priuatus excommunicetur.

25 Et in c.Eleutherius.† diſt.ea.pcipitur, Clericos modis omnibus vigilijs cōpellendos vacare,contumaces vero debita obiurgatione compeſcendos.

26 Et diſt.61.c.fi.ex lib.4.epiſtolarum B.Gregorij † Papæ, epiſt.12. ſiue c.56.omnem vigilantiam,atque cautelam circa clericos,plebemque eccleſiæ exhibendam eſſe ſtatuitur,vt in vigilijs,obſequioque eccleſiaſtico ſedule ac deuote debeant deſeruire.

27 B.Bernardus † in ſerm.7.ſuper Cantica,vigiliarū meminit,ita inquiens. Doleo proinde aliquos veſtrum graui in ſacris vigilijs deprimi ſomno, nec cęli ciues reuereri,ſed in præſentia Principum tamquam mortuos apparere,cum veſtra ipſi alacritate permoti veſtris intereſſe ſollemnijs delectentur.Et in lib.qui inſcribitur,Modus bene viuendi,ad ſororem ſuam (ſi tamen B Bernardus auctor extitit illius libri) ſerm.49. qui eſt de oratione. Surge(ait)in nocte ad precem,vigila, & ora, pernocta in oratione & prece,incumbe nocturnis vigilijs;ad modicum clauſis oculis rurſus ora.

28 Rupertus abbas † Tuitienſis lib.2.in Exho.c.17.ſuper illud c.12. Factū eſt autem in noctis medio percuſſit Dominus omne primogenitum.Proinde(inquit) per os Pſalmiſtæ ſancta Eccleſia dicit, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.Illud enim tempus ſacris vigilijs,& confeſſioni ſaluberrimę deputatum eſt;vt videlicet Domino profunda nocte confitentes, commoneamus nos,quatenus illa hora,quæ præuideri non poteſt, non ſimus imparati. Ille ergo clamor, qui ortus eſt in Aegypto, ſalubriter interiori auditu fatigat nos,vt non dormiamus ſicut Aegyptij, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus.Qui enim dormiunt(inquit Apoſtolus)nocte dormiunt:& qui ebrij ſunt,nocte ebrij ſunt.

29 S.Iſidorus,† de eccleſiaſt.off.lib.1.c.22.tractans de vigilijs, Antiqua eſt (inquit)vigiliarum deuotio,familiare bonum omnibus Sanctis.& ibique ex multis ſacræ ſcripturæ teſtimonijs,& exemplis probat, nocturnas vigilias & orationes numquam eſſe prætermittendas.

30 De eiſdem etiam vigilijs agunt Rabanus † de inſtit.cleric.lib.1.c.9.& cōcilium Aquiſgranēſe c.130.eiſdem omnino verbis quib.egerat. B.Iſidorus. Item inter opera,S Hieronymo adſcripta,Tomo 9.epiſt.36.agitur de vigilijs diffuſiſſime. De quib.etiam tractat liber qui inſcribitur Vitaſpatrum, lib.3.c.16.& ſeq.Amalarius lib.4.de eccleſ.officijs,c.7.in princ.& c.9 Rupertus abbas Tuitien.præter ſupracitatam auctoritatem, lib.1. de diuinis off.c.8.Galeſinius in ſuo martyrologio ſub die 5.Ianuarij,annotatione 1. & alij innumerabiles rerum diuinarum eccleſiaſtici ſcriptores.

31 De oratione nocturna ſcribit egregie Ioannes de Turre cremata † in comment.ſuper Regulam S.Benedicti,tract.65.vbi ponit decem rationes, ob quas libenter ſurgere quis debet ad nocturnas vigilias. Et ante ipſum Archidiaconus in c.imitare.6.q.1.ſex cauſſas aſſignat,propter quas orandum eſt media nocte. Et multas etiam adducit Vmbertus in expoſitione ſuper Regulam S.Auguſtini, cap.37.

32 Non deſunt etiam multę ſacrarū litterarū auctoritates,† pręter eas,quæ in ſupracitatis Sanctorū Patrum teſtimonijs adductæ ſunt, quibus ad vigilandum nocte in orationibus & exemplo inducimur, & cohortatione.

Digitized by Google

In die tribulationis meæ (inquit Propheta pſal.76.) Deum exquiſiui, manibus meis nocte contra eum,& non ſum deceptus. Anticipauerunt vigilias oculi mei.Et meditatus ſum nocte cum corde meo , & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.Leuit.8.Numer.3.& Deut.18 pręcipitur filijs Aaron,& Leuitis omnibus,vt die ac nocte maneăt in tabernaculo, obſeruantes cuſtodias Domini,atque vt excubent in cuſtodia Sanctuarij, & in miniſterio altaris.Iudith.6.habetur,quòd conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra eccleſiam orauerunt , petentes auxilium a Deo Iſrael.& c.12.dicitur, habetur, quòd ſancta illa vidua petijt dū introiret, vt daretur ei copia nocte,& ante lucem egrediendi foras ad orationem,& deprecandi Dominum.S.Paulus Apoſtolus 2.Cor.6.exhortatur, vt in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in laboribus , in vigilijs,in ieiunijs.Et cap.11.gloriatur,ſe tamquam miniſtrum Chriſti fuiſſe in labore & ærumna,in vigilijs multis,in fame & ſiti.Rurſus ad Coloſſ.4.Orationi (inquit) inſtate,vigilantes in ea in gratiarum actione.Et 1.Theſſal.5.Vos autem fratres (ait) non eſtis in tenebris,vt vos dies illa tamquam fur comprehendat.omnes enim vos filij lucis eſtis,& filij diei:non ſumus noctis,neque tenebrarum.Igitur non dormiamus ſicut & ceteri , ſed vigilemus & ſobrij ſimus.Prouer.8.Beatus homo qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie . Sap. 16. Oportet præuenire Solem ad benedictionem tuam,& ad ortum lucis te adorare.Eccleſ.39. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum , & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.Iob.8.Si diluculo conſurrexeris ad Deum, & omnipotentē fueris deprecatus: ſi mundus & rectus inceſſeris,ſtatim euigilabit ad te,& pacatum reddet habitaculum iuſtitię tuæ . Iſaiæ 26. Anima mea deſiderauit te in nocte: Sed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.

33 Siquis pręterea legat res Sanctorum † geſtas, mira & innumera paſſim offendet, quę in nocturnis ꝑcationib. vigilantes Sācti Dei viri peregerūt.

34 B.Petrus epiſcopus Alexandrinus,† & martyr (vt eſt apud Bedam & Adonem Treueren. in ſuis martyrologijs , ſub die 25. Nouembris) cum in carcere a Maximino tyranno teneretur incluſus,narrans duobus presbyteris Achillæ & Alexandro , quos ſibi in epiſcopatu ſucceſſuros eſſe præuiderat, quam ſibi ea nocte viſionem de Arrij peruerſa hæreſi , & magna in eccleſia ſciſſura oſtenderat Dominus,his propemodum verbis vſus eſſe dicitur. In hac hora denique noctis,vt vobis totum de Arrio aperiam,cum ſollemni conſuetudine Deo ſacrificium orationum conſummaſſem , ecce ſubito apparuit mihi in habitu pueri Chriſtus dominus meus. &c.

35 S.Dionyſius † Areopagita,in epiſt.8.ad Demophilum, circa finem , viſionem narrans S. Carpi ſacerdotis,viri (vt ipſe inquit) ob eximiam animi munditiam ad Dei ſpeculationem vltra ferme omnes aptiſſimi , inter alia de eo hæc effatur . Circa vero mediam noctem , quo tempore conſueuerat ipſe ſemper apud ſe ad diuinos euigilare hymnos , expergiſcitur quidem & ſurgit. &c.

36 B.Antonius † abbas,vt de eo referunt Sozom.libro 1.hiſt. eccleſ.cap.13. Caſſiodorus in Tripar.lib.1.cap.11.& Nicephor. libro 8.cap.40. vigilabat ſemper fere integras noctes,& vſque dum luceſceret,precari non deſtitit. Vnde abbas Iſaac apud Ioan.Caſſian.collat.9.cap.30.ita non nunquam,ait, B.Antonium in oratione perſtitiſſe, vt eodem in exceſſu mentis frequen-

ter

ter orante, cum Solis ortus cœpiſſet infundi, in feruore ſpiritus proclamauerit: Quid me impedis Sol, qui ad hoc iam oriris, vt me ab huius veri luminis abſtrahas claritate?

37 Idem Sozom. lib. 6. cap. 29. narrat de Moſe † Aethiope monacho in Scete, quòd interdum ad ſexennium ſingulas noctes integras ad preces faciendas pedibus conſiſtendo perdurauerit, totoque illo ſpatio neque flectere genua, neque oculos ad ſomnum capiendum occludere voluerit. De abbate Arſenio dicitur in libro qui inſcribitur Vitaſpatrum, par. 2. De eo vt ſine intermiſſione oretur. in princ. quòd a Veſpere Sabbathi relinquebat poſt ſe Solem, & extendebat manus ſuas ad cœlum, orans, donec mane Dominico Sol illuſtraret accedens faciem eius. In hiſtoria B. Agnetis virginis & mart. quam refert S. Ambroſ. ſerm. 90. legit, quòd ipſius parentes aſſiduis pernoctationibus vigilabant ad tumulum eius. De Flauiano præterea, & Diodoro Antiochenis, qui tempore Conſtantij Imperatoris monachicam quidem amplectentes vitam, clare autē pro apoſtolicis dogmatibus laborabant, habetur in Tripart. lib. 5. cap. 32. & lib. 2. Theodoreti, cap. 24. quod primi pſalmos alternatim canere inſtituentes, vigilias apud ſepulcra Martyrum cum populis celebrabant. Verba Caſſiodori in Tripart. ex Theodoreto, hæc ſunt. Porro mirabilis illa ſocietas, id eſt, Flauianus & Diodorus ſacerdotali miniſterio non dum potiti, populis tamen admodū placentes, noctibus ac diebus cunctos ad zelum pietatis armabant. Iſti
38 namque primi † in duas partes choros pſallentium diuidentes, ex ſucceſſione Dauidicam melodiam cantare docuerunt.

Et hoc in Antiochia primitus fieri cœpit, & diſperſum ad terminos totius orbis vſque peruenit. Iſti diuinos amatores ad ſepulcra Martyrum prouocantes vigilias celebrabant cum illis laudantes Deum.

De eodem Flauiano (poſtquam eius incidit mentio) illud etiam inſigne fertur & memorandum, apud Niceph. lib. 9. cap. 24. quòd cum prius nonnulli quidem Patrem & Filium eodem honore celebrarent; nonnulli vero Patrem in Filio, præpoſitione interiecta obſcurius ſecundas partes Filio tribuerent; alij Gloria Patri per Filium in Spiritu ſancto; quidam etiam, Gloria Patri & Filio in Spiritu ſancto canerent: (ſententiam enim quam quiſque de Deo obtineret, in choro ſtantes ad finem pſalmodiæ declara-
39 bant) primus omnium ipſe, † monachorum coacta caterua clare accinuerit, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto. quod quidem vt nihil habens ſuſpicionis in eccleſijs Dei obtinuit.

40 Et deinde B. Damaſus † ſummus Pontifex, vt de eo legitur in lectionibus Breuiarij Romani, inſtituit, vt in eccleſia pſalmi ab alternis caneren-
41 tur, & in fine cuiuſque pſalmi diceretur, † Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto. quod monitu B. Hieronymi feciſſe, in tomis Conciliorum ex eorum epiſtolis deprehenditur.

DE CANTV QVI ALTERNATIM FIT in eccleſia. Cap. III.

1 *Alternatim canendi formula primus inſtitutor fuiſſe dicitur a nonnullis B. Ignatius epiſcopus Antiochenus. Ab alijs Flauianus & Diodorus mona-*

ibi Antiocheni.num.2. Quæ diuerſitas ſic concordatur.num.3. In vrbe Conſtantinopolitana auctor fuit B.Ioannes Chryſoſtomus. num.7. In eccleſia occidentali primus fuiſſe dicitur a pleriſque B Ambroſius. num.8. A pleriſque vero Beatus Damaſus.num.9. Quæ diuerſitas ſic concordatur.num.10. Auctor autem fuit B.Ambroſius huiuſmodi cantus ſub Damaſo, circiter annum Domini 383.num.12. Sed Beatus Damaſus primus huic canendi formulæ auctoritatem impartiuit,et præceptionem adhibuit. num.13. Quòd autem pſalmi alternatim canerentur ante ſacrificium Miſſæ,Cæleſtinus primus inſtituit. num.16.

4 *Alternatim pſalmos canendi modum in vſu fuiſſe tempore B. Baſilij apparet ex iis,quæ ipſe ſcribit. Contrarium videtur colligi ex Caſſiano.num.5. Quæ diuerſitas ſic concordatur.num.6. B.Dionyſius Areopagita non facit mentionem huiuſmodi cantus . num.24. Facit tamen eius mentionem Philo Iudæus.num.27.*

11 *Pſalmi vt die noctuque in eccleſijs canerentur inſtituit B. Damaſus.*

14 *Auctoritatem quibus impartimur,noſtra merito facimus .*

15 *Pſalterium in ſeptem partes diſtinctum iuxta numerum dierum vnius hebdomadæ B.Damaſus canendum decreuit.*

17 *Introitus, Gradualia, Offertoria, & Communiones ex inſtituto Cæleſtini Primi in Miſſa cantari cœperunt. Et ex inſtitutione Beati Gregorij Primi. num.18.*

19 *Pſalmos ante ſacrificium Miſſæ canere,longe ante Cæleſtinum,in principio eccleſiæ inſtitutum fuerat .*

20 *Antiphona quid ſit .*

21 *Antiphonæ pſalmis impoſitæ quid ſignificent .*

22 *Alternatim canere non erat in vſu apud Iudæos in veteri teſtamento. Erat tamen in vſu apud prophanos . nu.23. Et fuit ſemper in eccleſia cognitus huiuſmodi cantus aliquo modo,& in vſu.num.29.*

25 *Chorus antiquitus vnus erat in modum coronæ circa aram ante quam eſſet diuiſus in duas partes ad alternatim canendum.*

26 *Chorus dictus eſt a chorea,vel corona .*

28 *Philo Iudæus in lib. de vita contemplatiua, ſiue ſupplicum virtutibus, licet putet ſe agere de ſuis Iudæis, agit tamen de primis Chriſtianis diſcipulis Sancti Marci apud Alexandriam commorantibus, ex Iudaiſmo conuerſis .*

DE cantu autem,qui alternatim fit in eccleſijs, poſtquam eius incidit ſermo,& multas ſupra de eo auctoritates adduximus, libet hic pauca diſſerere,vt ſciamus,quiſnam primum eius inſtitutor extiterit,cũ varia alioquin hac de re a Scriptoribus afferantur , quos tamen conciliare non erit fortaſſe difficile,ſi regionum prius, & deinde eorum etiam quæ canuntur diſtinctionem aliquam conſtituerimus.

1 Sciendum eſt † itaque,ꝙ Socrates hiſtoriæ eccleſiaſticæ ſcriptor,lib.6.c.8. hãc alterna vice canẽdi conſuetudinẽ B.Ignatio acceptã refert his verbis.

Iam

Iam vero dicamus, vnde cõſuetudo hymnorum qui in eccleſia alternis decantantur, initium cęperit. Ignatius Antiochiæ, quæ eſt in Syria tertius a Petro Apoſtolo epiſcopus, qui cum Apoſtolis ipſis multum verſatus eſt, viſionem vidit Angelorum, ſanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium: & formam canendi in ea viſione expreſſam eccleſiæ Antiochenæ tradidit. Vnde illa traditio in omnibus eccleſijs recepta eſt. Idem etiam habet Caſſiod. in Tripart. lib. 10. c. 9. & Nicephorus li. 13. c. 8.

2 Porro Theodoretus † lib. 2. hiſt. eccleſ. cap. 24 quem refert etiam Caſſiodorus in Tripar. lib. 5. cap. 32. vt paulo ante vidimus cap. præced. num. 38. hanc eamdem conſuetudinem ad Flauianum, & Diodorum monachos Antiochenos refert, qui tempore Conſtantij Imperatoris floruerunt. Ita enim inquit. Iſti duo admirabiles viri Flauianus & Diodorus, quamquam ſacerdotij adminiſtrationem non dum ſunt conſecuti, ſed annumerati laicis, tamen noctu, & interdiu ad pietatis ſtudium omnes ſedulo excitarũt. Hi primi pſallentium choro in duas partes diuiſo hymnos Dauidicos alternis canendos tradiderunt. Quæ res primum incœpta Antiochiæ vbique peruaſit, & ad vltimas orbis terræ oras peruagata eſt. Quod idem habet etiam Suidas in ver. Chorus.

3 Verum pro concordia † ſupradictorum dicendũ eſt, ꝙ B. Ignatius primus quidem eccleſię tradidit ſimpliciter modũ canendi alternatim, ſed Flauianus & Diodorus primi in ſpecie pſalmis Dauidicis hunc alternandi morẽ accommodauerunt. Quos deinde plurimæ in Oriente eccleſię ſecutę ſunt.

4 Cuius rei † teſtimonium afferunt quæ ſcribit B. Baſilius in epiſt. 63. ad Clericos Neocæſareen. Ibi enim, vt ſupra citauimus cap. præced. num. 5. & 6. dicitur, quòd ritus iam in omnibus eccleſijs huiuſmodi obtinuerant, quòd populi de nocte conſurgentes & in ſacris ædibus conuenientes poſt factam orationem ad pſalmodiam inſtituerentur: & nunc quidem in duas partes diuiſi alternis ſuccinentes pſallerent, nunc vero vni ex ipſis hoc muneris dato, vt quod canendum eſſet prior ordiretur, reliqui ſuccinerẽt: atque ita pſalmodiæ varietate, precibuſque ſubinde interſertis noctem ſuperarent. Aitque hoc pſallendi more vſos tunc fuiſſe Aegyptios, vtramque Libyam, Thebæos, Palæſtinos, Arabes, Phoenicas, Syros, & qui ad Euphratem habitant, & omnes denique apud quos vigiliæ ac preces, communeſque pſalmodiæ in pretio erant.

5 His tamen † quæ a B. Baſilio narrantur obuiare videtur Ioan. Caſſianus, qui in lib. 2. de inſtit. cœnob. cap. 5. 8. 10. & ſeqq. refert, in Aegypto, & in omni Oriente hunc pſalmorum canendorum morem viguiſſe, vt vnus in medium cantaturus procederet, ceteri vero cuncti ſedilibus humillimis inſidentes ad vocem pſallentis omni cordis intentione dependerent.

6 Niſi forte † dicamus, ꝙ Caſſianus loquitur de ſolo ritu Monachorum. Beatus autem Baſilius de populorum, & clericorũ ſæcularium more. Quæ ſolutio vera mihi apparet, & ex ipſorum verbis colligitur.

Atque hęc quidem dicta ſufficiant quantum ad eccleſiam orientalem, ſi

7 tñ illud etiam vnũ addiderimus, ꝙ in vrbe Conſtantinopolitana † in ſpecie primus hanc alternis canendi hymnos conſuetudinem inter catholicos introduxiſſe dicitur B. Ioan. Chryſoſt. illius vrbis epiſcopus: nam cum Arriani noctu congregati, & in cœtus diſtributi alternatim hymnos & carmina in ſectę ſuæ gratiã compoſita publice modularẽtur, B. Chryſoſtomus

veritus, ne aliquis ex catholicis ſimplicioribus eiuſmodi cantibus ab eccleſia abduceretur, populum ſuum ad conſimilem canendi modum exſuſcitauit. vt habetur apud Socratem lib. 6. apud Caſſiodorum in Tripart. lib. 10. apud Niceph. lib. 13. vbique cap. 8. quos ſupra iterum citaui cap. præced. num. 18. & apud Sozom. libr. & cap. ſimiliter 8. vbi ſubiungit, quòd abrogatis deinde ab Imperatore Arrianorum conuentibus catholici ex illiuſmodi cauſſa ad prædictum modum canere exorſi ſequentibus etiam temporibus perpetuo ita perſeuerarunt.

8 Quantum vero ad eccleſiam † occidentalem pertinet, ſciendum eſt, quòd B. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis, primus tradidiſſe dicitur eccleſiæ Latinæ hunc canendi modum per antiphonas, id eſt per alternas vices, Græcorum exemplum imitatus. Ita enim de eo ſcribit B. Iſidorus lib. 1. de eccl. off. cap. 7. & ipſum poſtea ſecutus Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. clericorum, cap. 50. & Smaragdus abbas in Regulam S. Benedicti, cap. 9. & Radulphus Tungren. de canonum obſeruantia, propoſit. 12. Antiphonas (inquiunt B. Iſidorus, & Rabanus) Græci primum compoſuerunt, duobus choris alternatim concinentibus, quaſi duo Seraphim, duo quoque teſtamenta inuicem ſibi conclamantia. Apud Latinos autem primus idem beatiſſimus Ambroſius antiphonas cõſtituit, Græcorum exemplum imitatus. Ex hinc in cunctis occiduis regionib. earum vſus increbuit. Paulinus etiã idem ſcribit in vita B. Ambroſij his verbis. Hoc in tempore primũ antiphonæ, hymni, ac vigiliæ in eccleſia Mediolanenſi celebrari cęperunt: cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem, non ſolum in eadem eccleſia, verum per omnes pęne Occidentis prouincias manet.

Et poſtremo S. Auguſtinus huius inſtituti meminit libro 9. Confeſſ. ad Deum loquens his verbis, cap. 6. Quantum fleui in hymnis, & canticis tuis, ſuaue ſonantis eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Voces illæ influebant auribus meis, & eliquabatur veritas tua in cor meum, & ex ea æſtuabat inde affectus pietatis, & currebant lacrymæ, & bene mihi erat cũ eis. Et ſubiungit ſtatim cap. 7. Non longe cœperat Mediolanenſis eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrũ concinentium vocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, cum Iuſtina Valentiniani regis pueri mater hominem tuum Ambroſium perſequeretur hæreſis ſuæ cauſſa, qua fuerat ſeducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo. Ibi mater mea ancilla tua ſollicitudinis, & vigiliarum primas partes tenẽs, orationibus viuebat. Nos adhuc frigidi a calore ſpiritus tui, excitabamur tamen ciuitate attonita atque turbata. Tunc hymni & pſalmi vt canerentur ſecundum morem orientalium partium, ne populus męroris tędio cõtabeſceret, inſtitutum eſt: & ex illo in hodiernum retentum, multis iam ac pęne omnibus gregibus tuis & per cetera orbis imitantibus. Hæc B. Auguſtinus. qui alibi etiam alternationis huius mentionem faciens, indicat iam tum in eccleſia fuiſſe in vſu. Dicit enim in ſerm. 2. de Annunciat. dominica, qui eſt. 18. de Sanctis. Plaudat nunc organis Maria, & inter veloces articulos tympana puerperæ concrepent. Concinant lætantes chori, & alternantibus modulis dulciſona carmina miſceantur.

9 Quod igitur † a pleriſque aſſeritur, B. Damaſum inſtituiſſe, vt in eccleſia pſalmi die, noctuque alternatim canerentur, vt habetur apud Martinum

Polonum.

Polonum, Supplementum chronicorum, Platinam, Onuphrium in vita ipſius, apud Guill. Durant. in Ration. lib. 5. cap. 2. num. 35. & 36. & in lectionibus Breuiarij Romani, id intelligendum † eſt, non quòd primus ipſe B. Damaſus modum canendi pſalmos alternatim introduxerit; (alioquin quo modo vera eſſent, quæ S. Auguſtinus, Paulinus, & S. Iſidorus de B. Ambroſio narrant?) ſed ꝙ cum eſſet ſummus Pontifex præcepit omnibus eccleſijs, vt die, noctuque pſalmos canerent, & vt illo modo a S. Ambroſio primum in Occidente adinuento, in pſalmis canendis vterentur.

11 Et re vera † ad B. Damaſum magis hoc factum, ꝙ ſcilicet die noctuque pſalmi in eccleſijs canerentur, quàm modus & qualitas huius facti, ꝙ ſcilicet alternatim canerentur, tamquam ad primum auctorem referri debet. Cuius rei teſtimonium afferunt Beda in Martyrologio ſub die 11. Decẽb. & Vulafridus Strab. in lib. de rebus eccleſ. cap. 25. & liber Pontificalis in vita ipſius B. Damaſi. qui ſimpliciter nulla facta alternationis mentione, de eo hæc referunt. Hic conſtituit, vt pſalmi die noctuque canerentur per omnes eccleſias, & hoc præcepit presbyteris, epiſcopis, ac monaſterijs.

Sigebertus etiam Gemblacenſis idem videtur innuere, dum in ſuo chronico de B. Damaſo loquens ſub anno Domini 382. ita ait. Inſtituit etiam in eccleſia pſalmos nocte dieque cãtari. Vt autem chori in duas partes diuiſi ipſos pſalmos alternatim cantarent iam tempore Conſtantij Imperatoris in eccleſia Antiochena inſtituerant primi Flauianus & Diodorus viri probatæ vitæ, & doctrinæ: quod inde ad terminos totius orbis vſque peruenit. Et de B. Ambroſio idem Sigebertus ſub anno Domini 387. hæc refert. Ambroſius Epiſcopus ritum canendi antiphonas in eccleſia primus apud Latinos tranſtulit a Græcis apud quos hic ritus iam inoleuerat ex inſtituto Ignatij Antiocheni Epiſcopi, & Apoſtolorum diſcipuli, qui per viſionem in cęlum raptus vidit & audiuit, quomodo Angeli per antiphonarum reciprocationem hymnos S. Trinitati canebant. Hæc Sigebertus. qui tamen in vno (vt mihi videtur) non bene ſentit: in calculo ſcilicet anno-

12 rum: nam cum hanc antiphonarum per B. Ambroſium† inſtitutionem debuiſſet ponere ſuperius ſub Damaſo circiter annum Domini 383. ponit eam ſub Siricio Papa, anno 387. Id autem facta annorum ſupputatione ſic videor mihi poſſe oſtendere.

S. Auguſtinus erat annorum 30. cum baptizatus eſt Mediolani, vt refert Poſſid. in eius vita, cap. 2. & habemus in Breuiario Romano in lectionibus feſti ipſius: Cum autem dicit, ſe fuiſſe acriter commotum vocibus & cantibus Mediolanenſis eccleſiæ, catechumenus erat, & de proximo baptizandus, vt ex verbis ipſius ſupra relatis apparet. Inſuper ex eodem B. Auguſtino colligimus, quòd modus ille canendi inſtitutus fuerat a B. Ambroſio in eccleſia Mediolanenſi per annum antea, nimirum in perſecutione, quæ per Iuſtinam Imperatricem illi, & catholicis omnibus mouebatur. Cui conſonat etiam Paulinus in vita B. Ambroſij, vbi ait, quod tunc temporis antiphonæ & vigiliæ in ea eccleſia inſtitutæ ſunt. Igitur concludere poſſumus, quòd quando cœpta eſt illa canendi forma Mediolani, B. Auguſtinus annorum erat non plurium quam 29. Habemus autem ex eodem Poſſidio in dicta vita, c. vltimo. quòd S. Auguſtinus vixit annos 76. Et defunctus eſt anno Domini 430. Si Ioanni Trittenhem. abbati credimus in lib. de Scriptoribus eccleſiaſt. vbi etiam refert Marianum Scotum in hanc ſententiã.

Modo ſi ex annis 430.ſubduxerimus annos 47. quibus ſuperuixit S.Auguſtinus poſt annum 29.ſuæ ætatis, reperiemus in anno 383. poſt Chriſtum natum, inſtitutum fuiſſe Mediolani modum canendi antiphonas & pſalmos ſecundum morem orientalium partium.Quo tempore præſidebat Romæ in cathedra B.Petri non Siricius,ſed Damaſus, qui peruenit vſque ad annum Domini 387.ſecũdum ipſum Sigebertum in dicto chronico, & ſecundum Proſperum in additionibus ad chronicon Euſebij, & ſecundum multos alios Chronographos. Et confirmatur hæc ſententia præſertim ex eo,quòd idem Sigebertus ponit ſub Damaſo,anno.385. Iuſtinam matrem Valentiniani Arrianam in Ambroſium,& in omnem ſanctam eccleſiam catholicam execrabili odio deſæuiſſe:quo tempore inſtitutum fuiſſe cantum antiphonarum a B.Ambroſio patet expreſſe per B.Auguſtinum, & Paulinum ſupra relatos. Quare multo melius ſenſiſſe hac in re dicẽdi ſunt Martinus Polonus,& Pontacus in chronographia,qui ſub Damaſo,& non ſub Siricio ponunt, S.Ambroſium ritum canendi antiphonas in eccleſia inſtituiſſe. Idque omnino neceſſarium eſt aſſerere (quidquid ſit de annorum Domini ſupputatione, in qua certe mirum in modum variant ſcriptores) nam ſi alioquin poſt S. Damaſum B. Ambroſius antiphonas inſtituiſſet, quo modo verum eſſet,quod de eo referunt S. Auguſtinus,Paulinus,& S. Iſidorus?quòd ſcilicet primus B.Ambroſius in Occidente eiuſmodi canendi formulæ auctor fuerit?Neque enim hic poſſumus diſtinguere,quemadmodum ſupra fecimus de inſtitutione,quæ facta eſt in eccleſia orientali,q; ſcilicet B.Damaſus ſpecifice in pſalmodia alternationem inſtituerit,& deinde S.Ambroſius generaliter cantum antiphonatum ſeu alternatum adinuenerit,Tum quia poſita ſpecie continuo ponitur genus, vnde ſi prior B. Damaſus alternationem in pſalmis inſtituerat, nullo modo B.Ambroſius dici poterat primus auctor alternationis in eccleſia Latina.Tum etiã quia expreſſe S.Auguſtinus refert,vt ſupra vidimus,quòd tunc Mediolani a B. Ambroſio inſtitutum eſt, quòd hymni & pſalmi ſecundum morem orientalium partium canerentur.Concludendum eſt itaque, vt omnia ſibi inuicem optime conſonent, quòd B Ambroſius primus ſimpliciter in eccleſia occidentali modum cantandi alternatim Græcos imitatus adinuenit: quem modum poſtea approbans B.Damaſus præcepit omnib.presbyteris, epiſcopis,& monaſterijs,vt die, noctuque pſalmos in eccleſijs ita canerẽt.

13 Et hoc modo recte etiam ipſe B Damaſus † dici poteſt primus inſtituiſſe, vt pſalmi alternatim canerentur,quia ſcilicet primus huic canendi formulæ auctoritatem impartiuit,immo & præceptionem adhibuit per totum orbem,cum extra Mediolanenſem eccleſiam S.Ambroſius nullam haberet iu

14 riſdictionem.Omnia autem † merito noſtra facimus,quibus ex nobis omnis eis impartitur auctoritas,inquit Iuſtinianus Imperator in l.1.col.3.C. de vet.iu.enucl. Et hunc dicendi modum pro ſupradictorum concordia ſequi videtur Polydorus Virgil.lib.6.de Inuentoribus rerum,c.2.vbi de hac prima alternatim canendi inſtitutione loquitur.

15 Quod autem B.Damaſus † in epiſtola,quam ſcribit ad S.Hieronymũ,in 1.Tom.Concil.petit, Græcorum pſalentiam ad ſe dirigi; intelligendum eſt non de cantu qui alternatim fit, ſed de pſalterio, quod ſibi poſtea a B. Hieronymo tranſmiſſum fuit in ſeptem partes diſtinctum iuxta numerum dierum vnius hebdomadę,vt quilibet dies certum pſalmorũ numerum haberet,

Digitized by Google

beret,qui caneretur,quod ita diſtinctũ,nunc,ex ipſius B.Damaſi decreto,
in omnibus templis canitur,cũ prius,in eccleſia Romana, nihil fere ex pſal
mis in templis legeretur,vt ipſemet B. Damaſus in eadem epiſtola fatetur.
Et ita videtur intelligere Ioan.Beleth.in Ration.cap.19. Radulphus Tun-
gren.in lib.de cano.obſer.propoſ. 8. Polyd. Virgil. in d.lib.6. capit. 2. de
Inuentor.rerum,& Theſaurus ſacerdotalis in tertia part.tit.de officijs di-
uinis,cap.5.

16 Poſt B.Damaſum,& B.Ambroſium Cæleſtinus Papa † primus, qui vixit
poſt annum Domini 420.conſtituit ſpecialiter,vt pſalmi Dauid.150. canta
rentur ante ſacrificium antiphonatim ex omnibus;quod antea non fiebat,
ſed tantum epiſtolæ B.Pauli recitabantur, & ſanctum euangelium. Et ex
17 hoc inſtituto † excerpti de pſalmis Introitus,Gradualia,Offertoria,& Com-
muniones cum modulatione ad Miſſam in eccleſia Romana cantari cœ-
perunt,vt referunt liber Pontificalis, Martinus Polonns, Supplementum
chronicorum,Platina,& Onuphrius in vita ipſius Cæleſtini, Sigebertus in
chronico ſub anno Domini 426.Rabanus lib.1.de inſtitut. cler. capit. 32.
Amalarius lib.3.de eccleſ.offic.capit.5.Alcuinus in libr. de diuinis off.cap.
quid ſignificent veſtimenta.Rupertus abbas,de eiſdem diuinis off.lib.2.ca
pitu.21.Hugo de S.Vict.lib.2.de ſacramentis.part.9.cap. 9.Vualafr.Strab.
lib.de reb.eccl.cap.22.Microl.de reb.eccl.obſ.c.1. Innocentius III. libr. 2.
Myſteriorum Miſſæ.capitu.18.Radulphus de Riuo in lib. de cano. obſer.
propoſ. 12. in princi. Ado Treuer. in Martyrol. die 7. Aprilis, & Galeſi-
nius in Martyrologio die 6. Aprilis, & non nulli alij quos citat Iacobus
Pamelius in 1.Tom.Liturgicon Latinorum,pag.554. vbi de eodem S. Cæ-
leſtino agit.

Quamuis reuera ad S. Cæleſtinum hoc tantum referri debeat, quòd
pſalmi in Miſſæ officio antiphonatim canerentur. Quòd vero dicti pſal-
18 mi † in introitum ſint mutati,ex inſtõne B.Gregorij factum tradit Clictho
ueus in Propugnaculo eccleſiæ lib.1.c.5.nu.6.Qui attendens (vt ait)pſal-
morum prolixitatem interdum ingerere faſtidium fideli populo, & totum
Miſſæ officium in tædioſam protendere temporis moram, vt huiuſmodi oc
curreret incommodo,conſtituit loco integri pſalmi, deſumendum eſſe ver
ſum vnum ex officio Miſſæ celebrandæ accommodum, quem nunc Introi-
tum vocamus:Et ipſius pſalmi principium pro verſu accipiẽdũ, poſt quem
repetatur Introitus.Qui mos in eccleſia ſancta deinceps obſeruatus,in hũc
vſq; diẽ impermutatus perſeuerat.Hæc Clicthoueus. Et idem aſſerit ẽt Cõ
19 radus Brunus lib.2.de Cærimon.c.1.in prin. At in eccleſia † longe antea ſi
non antiphonatim,ſaltẽ ſimpliciter ſolitos fuiſſe decantari pſalmos in prin
cipio ſacrificij Miſſæ teſtatur euidẽtiſſime S.Dionyſ. Areop. in lib.de eccl.
hierar.c.3.par.3.ibi enim ita ait.Porro pſalmorum ſancta modulatio, quæ
omnibus ferme ſacerdotalibus myſterijs iungitur, & ſubſtantiæ ratione
cohæret,ſummo omnium, principalique myſterio deeſſe non debuit. Et
pluribus deinde ſubiungit rationes quaſdam,ob quas factum eſt, vt pſal-
mi ſancto ſacrificio præmitterentur. Quod ipſum etiam probatur ex Caſ-
ſiano lib.3.de inſtitut.cœnob. capitu. 11.citato a Pamelio in loco proxime
adducto. Hancque pſalmos in Miſſæ officio decantandi morem ex a-
poſtolica inſtitutione in ipſo eccleſiæ principio ordinatum, & ex Iudæo-
rum ritu deductũ probat Clicthoueus in dicto Propugnaculo Eccleſię li.1.

cap.

Digitized by Google

cap.4.num.1.& 2.& ante ipſum Thomas Vualden.Tom. 3. de Sacramentalibus.capit.31.vbi in hoc citat auctoritatem S. Hieronymi,S.Auguſtini, & aliorum.

20 Ne quis autem†dubitet,dum ſupra diximus,B.Ignatium,aut B. Ambroſium antiphonas inſtituiſſe,per antiphonas intelligi cantum, qui alternatim fit a duobus choris,ſciat S.Iſidorum lib.6.Etymol.cap.9.id expreſſe aſſerere his verbis.Antiphona ex græco interpretatur vox reciproca, duob. ſcilicet choris alternatim pſallentib.ordine commutato, ſiue de vno ad vnum:quod genus pſallendi Græci inueniſſe traduntur. Et idem etiam notant Rabanus,de inſt.cleric.lib.1.cap.33.Alcuinus de diuinis offi. ca.de celebratione Miſſæ,& eius ſignificatione.Amalarius lib.4.de eccl.off. cap. 7. Smaragdus abbas in Regulam S.Benedicti,ca.9.Innocentius III.lib.2. Myſter.Miſſæ,cap.18.in fin.Guil.Durant.lib.5.Ration.cap.2.num. 26.& ſeqq.

21 & Radulphus Tungren.de cano.obſer.propoſ.12. Vnde antiphonæ†quæ in officio diuino pſalmis imponũtur,id ſignificare mihi videntur, quod ad ipſarum antiphonarũ ſymphoniã pſalmi qui ſequuntur cãtari debeãt alternatim per duos choros,vt ait Amalarius, & Guil.Durãt. locis ſupra citatis.

22 Quod autem†quidam,inter quos eſt Polyd.Virgil.lib.6.de Inuent.rerũ.cap.2.exiſtimant,hunc canendi morem per antiphonas,ex veteri teſtamento originem habuiſſe,cum ibi legamus,Dauid quãdoque conſtituiſſe ſeptẽ choros canentium Domino,& Eſdram duos magnos choros inſtituiſſe, vt patet.2.Reg.6.& Nehem.12.mihi id non probatur. Tum quia hebræorum mos eſt non alternatim,ſed confuſe ſimul omnes canere, vt inquit Nauar. in Manuali de oratione,cap.12.num.34.Tum quia ex pluralitate chororum non concluditur neceſſario alternatio cantus, nam poſſunt eſſe plures chori,qui ſimul omnes canant in diuerſis partibus ita vt vnus cum alio nihil communicet,quemadmodum fit in longa proceſſione,atque ita factum videtur in reductione arcę per Dauid,& in Dedicatione templi per Eſdram. Vel poſſunt conſtitui plures chori in eadem parte, qui ſibi inuicem ſuccedant in cantu,ita vt perfecte finita pſalmodia & cãtu vnius chori alter chorus pſallere,& cantare incipiat.Quare non concludit hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe.l.neque natales.C.de probat.Potius videretur mihi colligi poſſe alternatio hæc cantus in veteri teſtamẽto, ſi alicubi colligi valeat, Iſaiæ cap.6.vbi dicitur,quòd duo Seraphim clamabant alter ad alterum,& dicebant,Sanctus,Sanctus,Sanctus;Dominus Deus exercituum; Plena eſt omnis terra gloria eius.Quod non multum diſſimile eſt ab ea viſione, quã vidit B.Ignatius epiſcopus Antiochenus,vt ſupra retulimus.Idque innuere videtur B.Iſidorus,dum dicit, Antiphonas Græcos primum compoſuiſſe, duobus choris alternatim concinentib.quaſi duo Seraphim. &c.Et hoc aſſerit etiam Conradus Brunus lib.5.de Cærimonijs.c.2.

23 Scio hãc cãtus†alternationem antiquitus fuiſſe in vſu apud prophanos, vt patet apud Virgilium Ecloga 3.

Incipe Damœta,tu deinde ſequere Menalca.
Alternis dicetis,amant alterna Camœnę.

Verum nos de prima huius cantus origine quærimus, quæ in eccleſia ſecuta eſt,non de prophanorum vſibus diſputamus.

24 Sunt nonnulli,†quorum vnus eſt Nauarrus in Enchir.de oratio.cap.10. num.27.qui putant,B.Dionyſium Areopag.in lib.de eccl.hierar.c.3. pa.3.

videri

videri innuere hunc canendi morem ad alterutrum, quaſi vna concordi, & conſona ſacrarum rerum chorea. Verum ſi recte inſpiciantur verba B. Dionyſij, vel nihil faciunt ad propoſitum, vel potius contrarium indicant. Ibi enim dictio, ad alterutrum, non refertur ad cantum, ſed ad conſenſionem & concordiam. Ait namque B. Dionyſius, quòd pſalmorum modulatio, quę ſacrificio Miſſæ præmittitur, animales habitus noſtros congrua diſpoſitione præparat ad ea quæ paulo poſt ſunt celebranda myſteria, & diuinorum illorum carminum concentu atque conſenſu inſtituit quaſi vna concordi, & conſona ſacrarum rerum chorea vnicam illam ad diuina, & ad ſemetipſos, atque ad alterutrum cõſenſionem, & concordiam, id eſt producit & generat quodam modo caritatem quæ eſt ad Deum, ad ſe, & ad proximos. In quib. verbis, dum dicit, quaſi vna concordi, & cõſona ſacrarum rerum cho-
25 rea, tangit modum canẽdi antiquum, qui fiebat per vnum dumtaxat † chorum ſtantem circum aram in modum coronæ aut choreæ, ante quam eſſet diuiſus in duas partes ad alternatim canendum. Quod colligitur ex S. Iſidoro lib. 6. Etymol. cap. 19. & lib. 1. de diui. off. cap. 3. ex Rabano lib. 1. de inſtit. cler. cap. 33. ex Amalario lib. 3. de eccle. off. cap. 3. & ex Guill. Durant. in Ration. lib. 1. cap. 1. num. 18. vbi ita habet. Sane chorus clericorum eſt conſenſio cantantium, vel multitudo in ſacris collecta. Dictus eſt autem chorus
26 † a chorea, vel corona. Olim enim in modum coronæ circum aras ſtabant, & ita pſalmos concorditer concinebant: Sed Flauianus & Diodorus alternatim pſallere conſtituerunt edocti ab Ignatio qui ſuper hoc fuit diuinitus edoctus. Duo ergo chori pſallentium deſignant Angelos, & Spiritus iuſtorum, &c. Et pręterea ſuadetur, B. Dionyſium non loqui de cantu, qui alternatim fit, ex eo, quòd vt ſupra annotauimus, Cæleſtinus Papa inſtituiſſe dicitur primus, vt pſalmi ante ſanctum ſacrificium antiphonatim, id eſt alternatim canerentur. Licet poſſet ad hoc reſponderi, quòd Cæleſtinus primũ in eccleſia latina pſalmorum cantum antiphonatum ante ſacrificium inſtituerit, non in eccleſia græca, in qua longe ante ipſum hmõi mos inoleuerit.

Quamuis autem B. Dionyſius nullam faciat alternationis in cantu men-
27 tionem, reperitur tamen Philo iudęus † manifeſte eam innuere in lib. de vita contempl. ſiue ſupplicum virtutibus, vbi licet de ſuis Iudæis ſe ſcribere
28 exiſtimet, vere tamen agit de primis illis chriſtianis diſcipulis † B. Marci euãgeliſtæ, qui ex Iudaiſmo conuerſi apud Alexandriam monaſticam vitã exercebant. vt interpretatur Euſebius Cæſareen. lib. 2. hiſtor. eccleſ. ca. 16. & B. Hieronym. in Catalogo de viris illuſtrib. c. 18. & 21. & in epiſt. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, in fi. Et S. Epiphanius in lib. aduerſus hæreſes, hæreſi. 29. contra Nazæreos. & alij antiqui Patres, quos citamus infra, capit. 33, num. 4. & quos citat Lipomanus lib. 2. de viris Sanctorum, pag. 77. vbi dictum Philonis librum ponit. In eo igitur libro, circa finem, ad propoſitum noſtrum hæc habentur. Tum exſurgens vnus hymnum canit in Dei laudem, vel recens a ſe factum, vel pridem ab aliquo priſcorum vatum, qui carmina & cantica per multa ipſis reliquerunt trimetri generis: proſodias item, & hymnos varios, qui ad libramina, ad aram, in ſtationibus quoque, & choris concinuntur, diuerſis quæ in choro fiunt conuerſionum vicib. eleganter commenſurati. Poſt illum alij quoque ſigillatim canunt, ordinem ſuum ac decorum optime ſeruantes, ceteris interim magna cum quiete attẽdentibus, præterquam vbi ad extremas certas hymni partes accinẽda ſunt

quæ vocant Ephymnia. Tunc enim omnes ſimul viri & mulieres pariter exclamant. Et paulo infra. Peracta cena ſubdunt vigilias, in quibus pernoctare ſolent, & cantare hoc modo. Confertim ſurgunt omnes ex vtraq; parte conuiuium quoddam celebraturi, & primum fiunt chori duo, virorum vnus, alter mulierum. In vtroque ſuus eligitur dux, ac præſultor, qui ſimul & perſonæ dignitate, & arte muſicæ antecellit. Deinde hymnos canunt in Deum metris & modulationibus multis compoſitos, nunc iunctis vocibus reſonantes vna, nunc ſibi inuicem congrue reſpondentes. Vel vt alia habet translatio. nunc ore vno, nunc alternis. Et infra quibuſdam intermiſſis. Poſtea quam ita duo chori diuiſim ſuum tale agitauere conuiuium, diuini amoris ſtudio, vt mero, æſtimantes vnicum ex ambobus chorum efficiunt ad æmulationem illius, qui olim ſecus mare rubrum factus eſt ob patratum illic miraculum, quando Dei opere conſpecto, & beneficio accepto, quod ſermonem, cogitationem, ſpemque omnem vinceret, permoti ſimul viri ac feminæ, numineque afflati, & in vnum collecti chorum, pro gratiarum actione hymnos ſeruatori Deo concinebant; Moyſe quidem propheta inter viros, Maria vero prophetide inter mulieres chori præſidem agente. Illius itaque chori ſimulacrum refert hic Cultorum & Cultricum chorus. in quo editis, redditiſque viciſſim vocibus & cantibus, ſonus virorum grauior, & acutior, mulierum contemperati ſuauem efficiunt, ac vere muſicam ſymphoniam. Pulcherrimæ ibi ſententiæ, venuſtiſſimæ dictiones, & perſonæ chori honeſtiſſimæ. Horum porro omnium vnicus eſt finis, pius Dei cultus. Eo igitur tam honeſto temulentiæ genere ad diluculum vſque inebriati, non capite grauati, non oculis ſomno conniuentibus, ſed magis etiã quàm in conuiuij acceſſu experrecti illi, vultuque & toto corpore recti, ad auroram ſtantes ſimul atque orientem Solem conſpexerint, extenſis in cęlum manibus felicem ſibi diem precantur, lucemque veritatis, & viſum mentis perſpicacem. Finitis precationibus redeunt in ſua ſinguli domicilia, quæ ſemneia dicuntur, ad parandam, atque excolendam grauiter, vt ſolẽt, philoſophiam. Hæc Philo.

29 Dicendum autem† videtur, ſemper apud chriſtianos ab initio naſcentis eccleſiæ aliquo pacto cognitum, & in vſu fuiſſe cantum alternarum, ſed idcirco dici B. Ignatium, Flauianum, & Diodorum, ſiue alios inſtituiſſe alternationem in cantu, quia continuationem in ea canendi formula primi inſtituerunt in eccleſijs, nam cum prius partes tantum quędam modicæ alicuius hymni alternatim canerentur, ipſi continuatam alternationem ad totos hymnos, vel ad totam pſalmodiam eccleſiaſticam primitus accommodauerunt.

Verum dimiſſo iam cantu qui alternatim fit, ad exempla ſanctorum Patrum, quibus nocturnas precationes probabamus, redeundum eſt.

DE VIGILIIS NOCTVRNIS.
Cap. IV.

1 *Acœmeti monachi non dormientes.*

2 *Vigilias nocturnas execrabatur Vigilãtius hæreticus a S. Hjeronymo redargutus. Item fortaſſe Marcion hæreticus a S. Epiphanio reprehenſus. num. 3.*

vel

Item qui vocãtur Nyctages, ſeu Nyctazontes hæretici, id eſt Somniculoſi, vel Lethargici, a S. Iſidoro notati. num. 4. Item Vuitcleffiſtæ hærtici a Thoma Vualdenſe confutati. nu. 5.

1 INter exempla ſanctorum patrum, quæ de nocturnis precationibus referuntur, illud non eſſe arbitror prętermittendum: fuiſſe antiquitus quoddam monachorum genus, qui Acœmeti, id eſt † non dormientes vocabantur; quorum tantum erat ſtudium & zelus in hymnis Deo canendis, vt neque in nocte vmquam intermitterent precandi & pſallendi perpetuitatem. Horum quidem primus inſtitutor fuiſſe dicitur Alexãder abbas, qui (vt habetur apud Metaphraſtem in vita S. Marcelli archimandritæ monaſterij Acœmetorum, ſub die. 29. Decembris) cum prius Byzantij exerceretur in templo magni martyris Menæ, poſtea in ipſo quoque oſtio Ponti venerandum ſtatuit monaſterium, in quo nouam quidem, ſed longe omnium pulcherrimam legem impoſuit, vt hymnorum ad Deum numquam interrumperetur perpetuitas; ſed per vices mutatis miniſtris hæc numquam ſilens & numquam conquieſcens tribueretur Deo glorificatio. Poſt hunc Alexandrum ſucceſſit abbas Ioannes, de quo ibidem Metaphraſtes inter alia, hæc narrat. Poſt aliquod autem tempus a Philotheo perſuaſus Ioannes recedit quidem ab hoc loco, venit autem ad quemdam locum ex æquo liberum a turba ciuium, & a difficultate ſolitudinis. Locus vero eſt Bythinorum quidem regionis, ſitus eſt autem in faucibus maris, cui ex aduerſo ſitum cernitur quod vocatur Soſthenium. Hoc ſiue propterea quòd ſit remotum a ſtrepitu, ſiue propter aliquod aliud, tunc quidem nominabatur Irenæum, cum Ioannes autem rem ipſam nomen loco dediſſet, propter perpetua quæ ad Deum fiunt cantica in hodiernum vſque diem nominatur monaſteriũ Acœmetorum hoc eſt, non dormientium. Nam cum eamdem formam, quam Alexander, imitatus eſſet Ioannes, eorum qui per vices canebant, nullo ſomno interruptam faciebat glorificationem. Poſtremo de S. Marcello abbate, qui Ioanni ſucceſſit, narrat ibidem Metaphraſtes, quòd ipſe eccleſiam, & monaſterium amplificauit, non ſolum ædificijs, ſed etiam numero & multitudine maxima monachorum. Et ſubiũgit. Porro autem cum etiam crediſſet, ſalem diuinum eſſe factum eum, qui ei parebat gregem, eos mittebat, vt alios quoque diuino ſale implerent & voluptate. Et quo modo ea magnã Eden qnattuor dicunt manare fluuios, ita etiam ex Marcelli tabernaculo cœpit per vniuerſum fere orbem terræ profundi purum, & iucundiſſimum, & ſalutare fluentum: ill (inquam) accuratiſſima vitæ, quę ab eo agebatur imitatio. Præterea autem ſupernarum poteſtatum miniſterij, quod nullo ſomno interrumpitur zelus, cum hinc cœpiſſet initium, venit ad primam, & vrbium reginam: deinde ad alia quoque loca tranſijt imitatio. Et ſiue quis tẽpla extruebat, aut monaſteria, ſiue aliquid aliud ſacrum faciebat, a Marcello etiam accipiebat curatores & duces. Sic monaſteriorum & templorum quæ erant vbique, per ſuos diſcipulos communis extructor fuit, & communis curator. Perſuaſum enim habebant qui hæc ab illo quærebant, non ſolum ſe fore illius doctrinæ participes, ſed etiam quamdam gratiam & ſanctificationem ab illo etiam ad eos eſſe venturam. Et id idem in fi. de prędicto S. Marcello dicitur, quòd in tota vita totam quidem noctem, diei vero plu-

Digitized by Google

alij deinde catholici ſcriptores, qui fortiter pro Dei eccleſia dimicarunt. Non eſt, cur modo nos contra huiuſmodi belluas rurſus bellum incamus. Qui ſi quid vel modicum ſaperent, iam centies millies victos ſe, & proſtratos a tot illuſtribus viris fateri deberent. Quod ſi hoc iugum nocturnarum precum ſibi qui ventri & gulæ dediti ſunt, nimis graue & oneroſum videt, ſaltem illud in alijs non reprehendant, qui vel talem laborẽ exercitati non ſentiunt, vel certe cum alacritate pro Chriſti amore ſuſcipiunt. Quare his dimiſſis ad id, quod initio agebamus, reuertatur oratio.

DE VIGILIIS, NOCTVRNIS, & laudibus. Cap. V.

1 *Vigiliæ nocturnæ quantum ad Laicos caſſatæ ſunt. & num.6. Earum loco S. Bonifacius primus ieiunia retinuit. num.7.*

2 *Nocturni tres non ſeparatim ut antea, ſed coniunctim. & una cum laudibus cantantur. & nu. 8. Et a principio omnes canebantur media nocte. num.9. Deinde tempore vltimi nocturni. nu.10. Item quidam eos cantant in prima vigilia. num.11. Quidam in ſecunda media noctis. nu.12. Quidam in tertia, in gallicantu. num.13. Quidam in quarta, de mane. nu.14. Inſignes eccleſiæ permultæ, monaſteria, & religioſæ domus circa mediam noctem, nu.15. Sed ſi modo competenti hora celebrandi ſunt, non niſi circa finem tertiæ uigiliæ ſunt decantandi. nu.16. Secundum communem opinionem. nu.18. Et ſecundum morem Romanæ eccleſiæ antiquum. num.19. Hodie a plerisque religioſis in media nocte celebrantur. nu.25. A clericis ſæcularibus in ortu Solis. nu.26.*

3 *Vigiliarum uſus non fuit ſublatus tempore B. Ambroſii. Sed potius in meliorem formam redactus. nu. 4.*

5 *Abuſus ſunt potius corrigendi, quàm ritus & cærimoniæ eccleſiaſticæ propter ipſos tollendæ.*

17 *Laudes ante Solis ortum in claræ auroræ luce finiri debent. Et debẽt inchoari in proceſſu auroræ. nu.22. Et incipiente luce. nu.23.*

20 *Natiuitatis Domini prima Miſſa in media nocte celebrari debet.*

21 *Proceſſus noctis finem noctis ſignificat.*

24 *Medium intelligitur non tantum per æqualem diſtantiam terminorum extremorum, ſed etiam per ſolam intra dictos terminos incluſionem.*

Dicebamus, eccleſiam nocturnas preces & vigilias antiquitus obſeruaſſe. At vero quoniam poſtmodum refrigeſcente caritate, & vitijs ſubinde nouis in populum Dei ingruentibus, vigiliæ inter laicos in ludos & choreas, & quod deteſtabilius eſt, in fornicationes & homicidia interdum degenerabant; & Cleri imbellicitas tantam nocturnarum precum prolixitatẽ
1 ſuſtinere nequibat, factum eſt, vt & vigiliæ † quantum ad laicos caſſarẽtur, vt not. Ioan. Beleth. ii. Ratio. cap.11. & Guill. Durant. ſimiliter ii. Ratio. lib. 6. c.7. num.8. & Nauarr. in Manuali de oratio. c.3. num.32. & ſeq. & ut tres

ſimul

2 ſimul Nocturni † non ſeparatim vt antea, ſed continuatis precibus vna cũ Laudibus a Clero decantarentur.

Licet autem dicatur in ſerm.25.ad fratres in eremo,(qui licet S.Auguſtini nomine feratur,cuius tamen non eſt ille ſermo) quòd vigiliæ ob turpem quamdam conſuetudinem Mediolani a B. Ambroſio S. Monica inſtiganti
3 caſſatæ fuerint,non tamen exiſtimandum † eſt,omnem tunc temporis vigiliarum vſum penitus fuiſſe ſublatum:nam ipſe B.Auguſtinus alibi vigiliarũ meminit,vt ſupra vidimus,cap.2.num.21.& ex ipſomet B.Auguſt.atque ex alijs etiam auctoribus expreſſe colligitur, quòd immo a B. Ambroſio cœpta tũc ſit hymnorum & antiphonarum,& vigiliarum celebratio, & quòd ex illo deriuata eſt in ceteras Occidentis eccleſias huiuſmodi deuotio. Verba S.Auguſtini ad Deum,lib.9.Confeſſ.cap.6.quæ ſupra nos ca.3. num.8. ad aliud propoſitum citauimus,hæc ſunt. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis ſuaue ſonantis eccleſiæ tuæ vocibus commotus acriter. Et c.7.Nõ longe cęperat Mediolanenſis eccleſia genus hoc conſolationis & exhortationis celebrare magno ſtudio fratrum concinentium vocibus & cordibus. Et infra. Excubabat plebs in eccleſia mori parata cum Epiſcopo ſuo ſeruo tuo.Ibi mater mea ancilla tua ſollicitudinis & vigiliarum primas partes tenens orationibus viuebat.Et infra.Tunc hymni & pſalmi vt canerentur ſecundum morem orientalium partium,ne populus mœroris tædio contabeſceret,inſtitutum eſt:& ex illo in hodiernum retentum, multis iã ac pæne omnibus gregibus tuis & per cetera orbis imitantibus. Et Paulinus in vita S.Ambroſij,vt ſimiliter ſupra eodem ca.vidimus,ſic habet. Hoc in tempore primum antiphonæ,hymni,ac vigiliæ in eccleſia Mediolanenſi celebrari cœperunt: cuius celebritatis deuotio vſque in hodiernum diem non ſolum in eadem eccleſia,verum per omnes pæne Occidẽtis prouincias manet.Et ipſe etiam demum B. Ambroſius in ſerm.60. de feſto Pentec.in prin.quod etiam habetur inter homilias B.Maximi Taurinenſis, in ſollemnitate S.Pentecoſtes,homil.1.& per Gratianum in c.noſſe.76.diſt.fatetur, ſe vigilias quandoque cum populo celebraſſe, & orationibus pernoctanter inſtitiſſe.Et in epiſt.85.quæ eſt vltima.ad ſororem ſuam,dicit,in inuentione corporum SS.Geruaſij & Prothaſii martyrum,vigilias tota nocte fuiſſe celebratas. Et S. Leo magnus non ſemel in ſermonibus de ieiunio decimi menſis,& in ſermonibus de ieiunio Pentecoſtes, & in ſermonibus de ieiunio ſeptimi menſis,admonet populũ,quarta & ſexta feria quattuor tẽporũ eſſe ieiunandum, Sabbatho vero vigilias apud S. Petrum eſſe celebrãdas.
4 Quare dicẽdum † eſt,vt ego arbitror,ſublatos quidem fuiſſe abuſus quoſdam a B.Ambroſio,qui maxime in populum circa vigilias magnarum ſollẽnitatum irrepſerant,ſed alium tñ vigilandi modum cum decãtatione hymnorum,& canticorum ſpiritalium fuiſſe ab eodem introductum. Quemadmodum et in Africa contigiſſe,refert S.Aug.in ſer.habito in die natali S.Cypriani marty.qui eſt ordine.115. de diuerſis.Tom.10.in edit. Louan.ibi.n.c.5.hæc hñtur.Aliqñ ante annos non ualde multos iſtum locum inuaſerat petulãtia ſaltatorũ. iſtum tam ſanctum locum,ubi iacet Sãcti Martyris corpus(ſicut meminerunt multi qui ætatem hñt) locum (inquã) tam ſanctum inuaſerat peſtilẽtia & petulantia ſaltatorum. Per totam noctem hic cantabantur nefaria, & cãtantib.ſaltabatur.Qñ uoluit Dñs per ſanctum fratrem noſtrum epiſcopum veſtrum,ex quo hic cœperunt ſanctæ uigiliç celebrari, illa

illa peſtis aliquantulum reluctata, poſtea ceſſit diligentiæ, erubuit ſapientię
5 Hæc B.Aug. Non.n.p.p. abuſus † tollendi ſunt penitus ritus, & cæremonię
eccleſiaſticæ, ſed ipſi potius abuſus ſunt corrigendi. vt bene in propoſito no-
ſtro declarat S.Hieronymus in tract. aduerſus Vigilantiū, qui incipit, Mul-
ta in orbe monſtra in 2.Tom. epiſtolarum, poſt epiſ.53. vbi circa med. ita in-
quit. Error, & culpa iuuenū, viliſſimarumque mulierum, qui per noctem ſæ-
pe deprehenditur, non eſt religioſis hominib. imputādus: quia & in vigilijs
Paſchæ tale quid fieri plerumque conuincitur, & tñ paucorum culpa non
præiudicat religioni; qui & abſque vigilijs poſſunt errare vel in ſuis, vel in
alienis domib. Apoſtolorum fidem Iudæ proditio non deſtruxit: & noſtras
ergo vigilias malæ aliorum vigiliæ non deſtruent: quin potius pudicitiæ vi-
6 gilare cogantur qui libidini dormiunt. Hæc B. Hierony. Hodie tamen † vt
videmus, omnes fere uigilię excepta nocte Natiuitatis Domini, in deſue-
tudinem, quantum ad laicos abierunt: quod factum fuiſſe tandem Patrum
decretis, & epiſcoporum, atque Pontificū auctoritate, referunt Polydorus
Virgil. de Inuentor. rerum lib.6.ca.4. & Did. Couarruuias lib.4. variarū re-
ſolu.c.19.nu.10. Et ob turpes cantilenas, & comiſſationes, ſublatas fuiſſe vi-
gilias dicunt Io.Beleth.c.11. Rationalis diuinorum officiorum, & Guill. Du-
rant. lib.6.c.7.nu.8. & Clicthoueus lib.2. Elucidatorij eccleſ. in expoſit. be-
nedictionis noui ignis, quę fit Sabbatho ſancto. in fi. Et olim in conc. Elibe-
rino circa tēpora B.Sylueſtri papę, ſtatutum fuerat c.35. ne feminę in cęme-
terio peruigilarent, eo q ſępe ſub obtentu orationis ſcelera latenter cōmit-
terent. Et in conc. Antiſiodoren. c.5. prohibitę fuerunt uigilię, quę in hono-
rem Domini Martini obſeruabantur. Et refert Pontacus in ſua chronogra-
7 phia ſub anno Domini 423. q S.Bonifacius Primus † Pontifex ſummus vigi-
lias nocturnas ad ſepulcra Martyrum ſuſtulit, & ieiunia retinuit. Quod idē
refert Hieronymus Vielmus in opere de ſex dieb. lect.12. circa med. Quod
tñ non indiſtincte de omnibus vigilijs, & de omnib. eccleſijs, ſed forte de
quibuſdam tantum intelligi poſſe apparet ex ijs, quæ ſupra citauimus ex S.
Leone Primo qui poſt annos fere viginti ſedit in pontificatu, & qui vigilias
cum populo apud S.Petrum non numquam celebrauit.
8 Quantum vero ad Clericos, ex quattuor (vt dicebamus) diſtinctis † facta eſt
vna tantum vigilia, quæ & pro Nocturnis omnib. & pro Laudibus ſimul ce-
9 lebrandis deſeruiret. Et quidem a principio † vt auctor eſt idem Guil. Du-
rant. in Rationali lib.5.c.3.nu.3. & Io.Beleth.c.20. ſtatutum fuit, vt media no-
cte omnes ſurgerent, & totum Nocturnorum officium vna cum Laudib. illa
hora continuarēt: Illud enim tēpus medię noctis puto ēt antea ab antiquio-
ribus obſeruatum fuiſſe, quando non tres, ſed vnus dūtaxat Nocturnus de-
cantabatur, vt ſatis clare ex auctoritatibus ſanctorum Patrum, quas ſupra
c.2. enumerauimus, cum ſemper huius temporis medię noctis mentionem
facere videantur, colligi poteſt. Et ita notat Clicthoueus in expoſit. hymni.
Nocte ſurgentes. vbi ait, quòd Matutinum officium ſecundum eccleſię pri-
mitiuę inſtitutionem circa medium noctis curriculū celebrari ſolitū eſt ad
imitationem S.Prophetę dicentis, Media nocte ſurgebam, &c. Sed quoniam
neque hanc inſtitutionem quidam nocturnis delicijs plus quām Dei ſerui-
tio vacantes obſeruabant, rurſus, inquiunt Durant. & Beleth ſupradicti,
10 ſtatutum fuit † vt ſaltem tempore vltimi Nocturni ad Matutinum in eccle-
ſia concinendum conuenirent.

Refert item Thomas Vualden. de ſacramentalibus, cap. 24. num. 4. quod poſtquam Nocturni omnes vna cum Laudibus ad vnam ipſorum vigiliam redacti ſunt, cum pondus illud laboris, tot ſcilicet vigiliarum infirma caro
11 iugiter & continue ferre non poſſet: quidam deuoti † in prima noctis vi-
12 gilia totum officium decantant. Plurima vero † pars eccleſiæ, vt cathedrales tenentes eccleſias, monachi nigri, & fratres canonici ad ſecundam me-
13 diæ noctis vigiliam ſurgunt. Alij autem † vt monachi albi, & ceteri religioſi
14 in tertia noctis vigilia gallicantum obſeruant. Clerici denique † cum populo per minores parochiales eccleſias quarta vigilia canunt de mane. Vt euangelica regula, quæ de diuerſis non obſeruatur ab omnibus ſaltem integrato officio teneri poſſit a ſingulis. Et Clicthoueus in expoſit. dicti hym-
15 ni, Nocte ſurgentes, ait. quod adhuc in permultis inſignibus † eccleſijs, vt ſacroſanctæ Virginis Mariæ apud Pariſios, & compluribus alijs, in omnibus etiam fere monaſterijs, & religioſis domibus obſeruatur hic mos celebrandi officium Matutinum circa medium noctis ſpatium. Et de eccleſia Pariſienſi idem notant Coſmas Guimer. & Philippus Probus in decreto eccleſiæ Gallicanæ, tit. qualiter horæ canonicæ, ver. officium.

Poſtremo Ioan. Tritemius li. 1. ſermonum. ho. 17. quæ eſt de ſomno, & vigilia monachorum, circa princ. hæc ad propoſitum noſtrum inter cætera, inquit. Erubeſco fratres mei, & vehementer confundor de vigilantia monachorum afferre ſermonem: quia dum præcedentium ſanctorum patrum conſuetudinem vigilandi ad memoriam reuoco, quam longe ab illorum perfectione diſtet noſtra infirmitas, mœrēs recognoſco. illi diuino ſuccenſi amore in Dei laudibus noctes integras frequenter duxerunt inſōnes: nobis autem, horarum octo ſpatium dormiendi vix interdum videtur ſufficere, quarum ante Matutinum quinque, poſt ea vero tres breuitatis accuſare non ceſſamus. Vera enim monachorum abſtinentia non ſolum in ciborum & potuum parcimonia conſiſtit, ſed etiam in vigiliarum ad Dei laudem cōtinuatione, quia ſtulta eſt maceratio carnis, in qua venter ab eſcis reſtringitur, & totum corpus per ſomnolētiam impinguatur. Non ſolum quippe corpus cibo & potu in ſui ſubſtantiam reficitur, Sed etiam ſomni quiete reformatur. Quale nam eſt illud monachorum ieiunium, cibis & potibus abſtinendo parcere, & ſomno ad ſatietatem indulgere. Parum refert, cibo an ſomno reficias corpus, cum in vtroque ſatietas ſit vitium. Propterea veteres, & primi monachorum principes non minus dormiendi, quàm comedendi, atque bibendi temperantiam cuſtodientes in vtroque continentiſſimi perdurarunt. Eorum aliqui ſtantes in pedibus ſuis, aliqui vero ſuper nudam terram iacentes parciſſimum naturæ ſomnū conceſſerunt. Quorum non infimum ſāctitatis merito quendā nouimus dixiſſe. Sufficit una hora monacho ad dormiendum, ſi pugnator fuerit, & aduerſarius vitiorum. Non enim minus luxuriam nutrit ſomnus, quàm cibus & potus. Alius quidam ſanctorum duas ad dormiendum horas, vel tres monacho volebat ſufficere, vt parcitatē ciborum, quietis etiam temperantia commendaret. Recentiores autem ordinis noſtri reformatores, qui nobis ſub nomine vnionis de Burſfeldia per Germaniam viuendi modum ad puritatem Regulæ tradiderunt, conſiderantes infirmitatem humanæ conditionis, vigiliarum rationem modeſtiſſime ordinarunt. Quinque etenim horarum ſpatium ante nocturnas laudes monachis in conuentu miſericorditer indulſerunt, &

duarum,

duarum, vel ſemitrium poſt Matutinas dormitioni ſimiliter addiderunt.
Cui hoc tempus videlicet ſeptem horarum, ad quieſcendum non ſufficit, ni
mis ſe pigrum, & acedioſum monachum oſtendit. Hactenus Tritemius. Ve
rum, &c.

16 Verum ſi modo † competenti hora Nocturni in eccleſijs celebrandi
ſint, non niſi poſt mediam noctem in fine tertiæ vigiliæ, vel ſaltem in prin
cipio quartæ eſſent incipiendi: ſiue vnus dumtaxat vt in ferijs, & feſtis ſim
plicibus, ſiue plures ſimul Nocturni, vt in Dominicis, & feſtis non ſimpli-
17 cibus recitentur: ita vt Laudes † ante Solis ortũ in clara auroræ luce fini-
rentur. Nam cum in hymnis Nocturnorum frequẽs habeatur noctis men
tio, indiceturque in illis aliquam noctis partem ſomno & refectioni mem-
brorum tributam tranſactam eſſe: cumque in laudum hymnis expreſſa fiat
memoria de lucis aduentu, tale tempus eligendum eſt ſi Laudes continua-
to cantu ſtatim poſt Nocturnos celebrandæ ſint, vt & Nocturni in nocte,
Laudes in mane concinantur. Quod non alia ratione fieri poſſe cer-
tum eſt, niſi officium nocturnum circa finem tertiæ vigiliæ, vt diximus in-
choetur.

18 Quod tempus pro Matutino celebrando & communiter † probant Do-
ctor. vt videre eſt per Sanctũ Antoninum tertia parte, titulo 13. capitulo
quarto, §. quarto, Nicolaum de Plot. in tracta. ſacerdotali, in part. de horis
canon. quæſtione decimaquinta, Tabienam ver. Hora Canonica, §. 25. Piſa-
nellam ver. eodem, §. quarto, Roſellam ver. eodem, §. 15. Nauarrum in Ma-
nuali de orat. capitulo tertio, numero trigeſimonono, & videtur fuiſſe an-
19 tiquitus † Romæ obſeruatum; vt colligitur ex Ordine Romano antiquo,
ſub rubrica, de officijs diuinis a Cęna Domini vſque in Octauas Penteco
ſtes, & in libro Alcuini de diuin. offic. ſub eodem capitulo, de Cęna Domi-
ni, in princip. Ibi enim dicitur. Feria quinta maioris hebdomadæ eadem
nocte ſurgunt ad vigilias hora noctis octaua. Quæ hora octaua eſt circa
finem tertiæ vigiliæ, vt notum eſt. Et ſub alia rubric. de vigilia Natalis Do
mini, in dicto Ordine Romano, & capitulo primo, dicti lib. Alcuini, in fi-
ne, & in fragmento quodam incerti auctoris, De ritibus & cærimonijs ec
cleſiæ Romanę impreſſo per Vuolfgangum Lazium, circa princip. hęc ver
ba habentur. In crepuſculo noctis intrat Apoſtolicus ad Vigilias in præfa-
tam eccleſiam (ſanctæ Mariæ Maioris) tamen non cantant ibi Inuitatoriũ,
ſed expletis vigilijs & Matutinis, ſicut in Antiphonario continetur. ibi-
dem canunt primam Miſſam in nocte. Qua expleta vadunt ad ſanctam
Anaſtaſiam canere aliam Miſſam de Nocte. Dehinc pergunt ad ſanctum
Petrum, vt ibi vigilias celebrent ab eo loco vbi inuenerit eos pſallere, qui
ibidem excubant. Ipſi enim intrant ad vigilias debito tempore in proceſ-
ſu noctis, & canunt Inuitatorium, & proſequuntur ordinem Antiphona-
rij. Ex quibus verbis videtur colligi, quòd vigiliæ apud Sanctum Petrum
circa finem tertiæ vigiliæ noctis inchoarentur. Nam ſi prius celebratæ
fuiſſent, ſummus Pontifex vix ad illas potuiſſet peruenire, poſt tantum
ſcilicet temporis in officijs & Miſſis alibi decantatis, & in ſatis longi itine-
20 ris ſpatio conſumpti. Cum præſertim prima Miſſa † apud ſanctam Ma-
riam Maiorem circiter mediam noctem celebrari deberet ex inſtitutione
ſancti Theleſphori Papæ, vt referunt Martinus Polonus, Supplementum
chronicorum, & Platina in vita ipſius; quo tempore Chriſtus Dominus in

Bethleem natus eſt. Et ita etiam ordinabatur in Antiphonario Beati Gregorij Papæ, & in libro Sacramentorum eiuſdem impreſſis per Iacobum Pamelium in ſecundo tom. Liturgicon Latinorum. Et deinde verbum illud
21 ſupracitati Ordinis Romani, In proceſſu noctis,† idem videtur ſignificare quod circa finem noctis, ſicut in illo ad Rom. capitulo 13. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit. aliqui legunt, Nox proceſſit, ideſt progreſſa eſt, & maxima ex parte peracta eſt, vt ibi not. Adamus Saſbout.

Hæc autem eadem Romanæ Eccleſiæ conſuetudo colligitur etiam ex Amalario in lib. de Ord. Antiphonarij, capitulo quarto, in fine, vbi ita ait. Vt reor, ſancta Romana eccleſia hoc ſpeciatim nobis inſinuat per ſuam conſuetudinem. Ipſa enim quotocumque ordine, vel numero lectionum viderit Matutam (ideſt Auroram) procedere vt audiui, dimittit nocturnale offi-
22 cium, & incipit Matutinale, ſcilicet Laudes. Et facit etiam pro hac ſententia, quòd Sanctus Benedictus conſtituit in Regula, c.8. vt hiemis tempore
23 octaua noctis ſurgatur ad Nocturnos; Matutini vero, ideſt laudes incipiente luce agantur.

Non obſtat huic cõcluſioni, quàm fecimus de Matutino circiter finem ter
24 tiæ vigiliæ celebrando, illud Pſalmus 118. Media nocte ſurgebam, &c. quia media ibi intelligi poteſt, non per æqualem diſtantiam terminorum extremorum, ſed per ſolam intra dictos terminos incluſionẽ, vt declarat in propoſito noſtro Ioan. de Turrecremata, in capitulo presbyter, quæſtione ſexta, in fine, diſtinctione 91. & in Comment. ſuper Regulam ſancti Benedicti. tract. 73. in fine. Et bene facit quod notant Beatus Thomas, & Caietanus, in tertia parte, quęſtione quinquageſimaquinta, articulo quarto, ad ſecundum.

25 Scimus tamen pleraſque religioſorum eccleſias tempus mediæ noctis in Matutino canendo retinuiſſe: Scimus etiam (quod dolentes exprimimus)
26 cunctas fere eccleſias Canonicorum ſæcularium non niſi iam in ortu Solis, aut etiam poſt ortum, incipere nocturnum officium ſolere. Verum ſicut illud diligentiori ſtudio adſcribendum, ita hoc temporum fragilitati condonandum putamus. Certe nihil aliud dicere poſſumus, niſi (vt infra etiam latius dicturi ſumus, capitulo vigeſimoquarto) clericalem diſciplinam ſatis in hoc labaſcentem uideri. Loquor nunc de publica horarum canonicarum recitatione, nam de priuata agemus poſtea inferius, capitulo 25. & ſequentibus.

DE MATVTINO CAP. VI.

1 *Matutinum cur ſic appelletur, & num. 14.*

2 *Nocturnorum officium ſumptum cum Laudibus conſtituit vnam horam canonicam, & appellatur Matutinum, & num. 11. Sed ſeparatim ſumptum non conſtituit vnam aliquam horam canonicam per ſe, neque appellatur Matutinum, num. 4. & 10.*

3 Hora

3 *Horæ canonicæ denominatio non ſumitur, niſi a poſtrema ſui parte in qua accipit complementum.*

5 *Horæ canonicæ ſeptem numerantur, ſcilicet Matutinum, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſpera, & Completorium. Secundum aliquos Canoniſtas ſunt octo. nu. 7. Sed communiſſima ſententia eſt, quòd ſint ſeptem. num. 8. & 21. Apud Monachos tamen vigiliæ nocturnæ ſunt diſtincta hora de ſe, & ſeparatim a Laudibus celebrantur. nu. 16. Et ideo apud illos ſunt octo horæ canonicæ. num. 17.*

6 *Intellectus c. 1. de celebr. Miſſ. & c. presbyter. diſt. 91.*

9 *Nocturni tres dicebantur antiquitus ſeparatim a Laudibus, & vnus ſeparatim ab alio. Hugo de S. Victore dicit, quòd dicuntur coniunctim cum Laudibus. nu. 12.*

13 *Vigiliarum nomine intelliguntur omnes horæ canonicæ ſecundum Canoniſtas, ſed falſo.*

14 *Vigiliæ nocturnæ, et horæ canonicæ nocturnæ ſunt tres ſecundum Canoniſtas, ſcilicet Matutinum, Prima, & Completorium, ſed falſo, & nu. 36.*

15 *Matutinæ orationis nomine apud antiquos intelliguntur Laudes. Sed non ſecundum noſtrorum Breuiariorum inſcriptionem. nu. 19. Neque ſecundum iura. num. 20.*

18 *Nocturni etiam coniuncti cum Laudibus abuſiue appellantur Matutinum ſecundum Radulphum de Rino.*

22 *Laudes inter officium diurnum, et inter horas canonicas diurnas cõputantur.*

23 *Matutinum an cenſeri debeat officium diurnum vel nocturnum.*

25 *Matutinum tempus eſt inter obſcuras noctis tenebras, et claram diei lucẽ. Et intelligitur totum illud quod eſt ab initio auroræ vſque ad ortum Solis. num. 32.*

26 *Matutini temporis ea eſt natura, ut plures etiam contrarias denominationes admittat.*

27 *Dies artificialis vno modo incipere dicitur ab initio auroræ, alio modo ab ortu Solis. & nu. 33. Ita quòd vſque ad ortum Solis dici poſſit nox, num. 28. Immo & media nox. num. 29.*

30 *Auroræ tempore dici poteſt Sol eſſe ortus. Et eſſe ante ortum Solis nu. 31.*

34 *Prima hora canonica uno modo eſt inter horas canonicas diurnas, alio modo eſt ſecunda, & Matutinum eſt prima.*

35 *Horæ canonicæ ſeptem omnes ſunt diurnæ.*

EX his, quæ hactenus viſa ſunt, colligenda eſt ratio huius denominatio-
1 nis Matutini; † Nam cum ex Nocturnis cõſtet, & nocturno tp̃e celebretur, vel celebrari q̃eat, quo modo Matutinũ appellatur? Sed ſciendum eſt, q
2 nocturnum † officium dupliciter ſumi poteſt. Vno modo ſimul cum Laudibus, inquantum ex eo & Laudibus ſequentibus conſtituitur vna tantũ hora canonica, & hoc modo etiam nocturnum officium appellatur Matutinum, non ratione ſui, ſed ratione totius horæ canonicæ, quæ cum complementũ accipiat tempore matutino, rectiſſime Matutinũ appellatur. Denominatio

3 enim † horæ canonicæ non ſumitur niſi a poſtrema parte, in qua comple-
mentum & perfectionem accipit, vt etiam infra in reliquis horis viſuri ſu-
4 mus, cap.8.nu.8.& c.10.nu.2. Altero modo ſumitur nocturnum † officium
per ſe ſine Laudibus inquantum eſt pars quædam diuini officij ſeparata a
reliquis omnibus partibus, non conſtituens tamen per ſe aliquam vnam ho
ram canonicam;& hoc modo nequaquam appellari poteſt Matutinum. Pro
bantur hæc ſatis euidenter in c.1.de celebr.Miſſ. quod eiſdem omnino ver
bis repetitur in c.presbyter.91.diſ.In quibus locis poſtquam tex. enumeraſ
5 ſet ſeptem † horas canonicas fundatas ſuper illud pſalm.118. Septies in die
laudem dixi tibi.ſcilicet Matutinum, Primam. Tertiam, Sextam, Nonã, Ve-
ſperas,& Completorium.demum ſubiungit. Nam de Nocturnis vigilijs idẽ
ipſe Propheta ait, Media nocte ſurgebã.&c. Vnde colligitur expreſſe, quòd
nocturnæ vigiliæ inquantum conſiderantur ſeparatæ a toto reliquo offi-
cio diuino, non dicuntur Matutinum; nam ibi mentio prius facta fuerat Ma
tutini pro prima hora canonica diurna,& deinde fit mentio vigiliarum no
cturnarum pro officio nocturno.
6 Cauendum eſt autem in intelligentia † dictorum iurium, ne cæcutientes
incidamus in Scyllam dum volumus Charybdim euitare. Quidam enim vi-
dentes ibi enumerari vigilias nocturnas poſt enumerartas ſeptem horas ca
7 nonicas diei, coacti ſunt fateri; octo † eſſe, non ſolum ſeptem horas canoni-
cas, vt eſt Archidiac.in d.c.presbyter.& Io.de Turre crem.ibidem, q.1.con
cluſ.2.qui id fatetur ſaltem ſecundum antiquum vſum, ſecundum quem vi-
giliæ diuiſim dicebantur a Laudibus, & Nauarrus in Manuali de oratio-
ne, c.3.nu. 27. Verũ hæc opinio præterquam ꝙ eſt contra communiſſimam
8 † omniũ ſñiam, quæ habet, ſeptem tantum eſſe horas canonicas, et computã
tis nocturnis vigilijs, vt patet infra ex S.Baſilio,& ex Caſſiano, c.12.nu.4.
& 18.ſi vera eſſet ſeipſam interimeret: nam non ſolum octo, ſed decẽ eſſent
horæ canonicæ. Ibi enim fit mentio non de nocturna vigilia, ſed de noctur
nis vigilijs in plurali, quæ tres ſunt: Et quemadmodũ antiquitus vigiliæ no
9 cturnæ † diuiſim a Laudib. canebantur, ita ſeparatim vnus Nocturnus ab
alio dicebatur, vt ſupra vidimus c.1.nu.14.ex B.Thoma,& ex alijs,& colligi
tur ex B.Hieronymo, qui in epiſt.22.ad Euſtochium, quam ſupra citauimus
c.2.nu.13.dicit, Noctibus bis, terque ſurgendum.
Alii vero communiter, vt Hoſt. Io.An.Ant. de Butrio, Card.Zabarella,&
Abbas Panor.in d.c.1.de celebr.Miſſ.& Tabiena, verſi.Hora canonica.in
prin.fugientes hoc incommodum, conſtituendi ſcilicet plures horas quàm
ſeptem, dixerunt illam auctoritatem pſal. 118. Septies in die laudem dixi
tibi allegatam in illis textibus, intelligendam eſſe de die naturali, qui com-
prehendit diem & noctem, non de die artificiali, contra tamen expreſſi-
ſſimã mentem illorum iurium. Nam cum ibi ſeorſum diei, & ſeorſum noctis
mentio habeatur, qua rectitudine in diei expreſſione noctem includere
poſſumus? Certe hi Docto. dum videri volunt textus illos a contradictione
vindicare, ipſimet contraria, & repugnantia ad illos tex. ſunt locuti. Qua-
re dicendum eſt, quòd illa auctoritas, Septies in die, &c. accipitur in illis
tex. (nam extra illos quo modo accipienda ſit non pertinet ad diſputatio-
nem hanc noſtram determinare) pro die artificiali, inquantum diſtinguitur
a nocte,& non pro die naturali. Nec per hoc ſequitur, quòd plures ſint,
10 quàm ſeptẽ horæ canonicæ, nam vigiliæ nocturnæ † quarũ poſtea fit mẽ
tio,

Digitized by Google

tio, non conſtituunt per ſe aliquam vnam horam canonicam, vt ſupra diximus. Quod etiam ex eo apparet, quia non habent concluſionem per Orationem, & per Benedicamus Domino, & per orationem Dominicam, ſicut
11 habent horæ canonicæ; ſed coniunguntur cum Laudibus † ad conficiendā vnam horam canonicam, quæ appellatur Matutinum. Qua de re videndus eſt Hugo de S. Vict. lib. 2. de eccl. off. cap. 2. vbi rationem reddens huius diuerſitatis, cur ſcilicet nocturnum officium oratione non concluditur,
12 ſicut quolibet officium diurnum, † dicit poſt alia, in fi. quòd hoc ideo fit, quia in officio nocturno non eſt ſeparatio, ſed Laudes matutinæ coniunctim cum eo canuntur.

Quòd ſi obieceris, ibi in dictis tex. fuiſſe primo loco enumeratum Matutinum pro prima hora canonica diei, aut ergo capitur ibi Matutinum pro ſolis Laudibus, aut pro toto officio matutinali, intelligendo cum Laudibus includi Nocturnos. Si pro ſolis Laudibus, ergo ſolæ Laudes erunt vna hora canonica, & vigiliæ nocturnæ, quæ poſtea ſeparatim enumerantur, erunt alia hora canonica, & ſic plures quàm ſeptem erunt horæ canonicæ; quod aſſerebat Archidiaconus. Si vero Matutinum capitur ibi pro toto officio Nocturnorum & Laudum, ergo fruſtra deinde enumerantur rurſus vigilię nocturnæ, cum prius ſub Matutini nomine fuiſſent comprehenſæ; Et deinde ſequitur, veram eſſe expoſitionem communem Canoniſtarum, quòd dies in illa auctoritate, Septies in die, &c. capitur pro die naturali, prout etiam comprehendit noctem, non pro die artificiali.

Reſpondeo ad hanc obiectionem, in qua videtur conſiſtere tota difficultas. Et omiſſis expoſitionibus quibuſdam Canoniſtarum extortis, & a germano verborum ſenſu nimium alienis, ſcilicet Hoſtien. Ioan. Andr. Ant. de Butr.
13 Panorm. & aliorum in d. c. 1. de celebr. † Miſſ. qui aiunt, quòd vigiliarum nomine intelliguntur omnes horæ canonicæ, quia quando dicuntur, illis
14 inuigilandum eſt, & non torpendum; & quod vigiliæ † nocturnæ ſunt tres horæ, ſcilicet Matutinum, Prima, & Completorium: Hæc enim aſſerere videtur mihi nihil eſſe aliud (vt verum fatear) quàm noctem diem appellare, & diem noctem. Dico primo cum Petro de Anchar. ibidē notab. 7. quòd vigiliarum nocturnarum appellatione non venit niſi quid diſtinctum a ſeptem horis canonicis diurnis ſupra in dictis tex. enumeratis, licet ipſe dicat, quòd vellet doceri, quid in ſpecie intelligendum ſit pro vigilijs nocturnis. Deinde dico quòd vigiliæ nocturnæ, vt not. ibi Card. Zabar. quæſt. 10. Archid. & Ioan. de Turre crem. in c. presbyter. diſtin. 91. & alij plerique auctores qui de diuinis officijs tractant, non ſunt niſi Nocturni ipſi, id eſt prima pars Matutini vſque ad Laudes. Demum reſpon-
15 dendo ad obiectionem factam, dico, quòd licet ſciam, † apud antiquos Patres Matutinæ orationis nomine intelligi ſolum orationē illam, quæ mane diluculo ſeparatim a nocturnis precibus fiebat, quæ hodie Laudes appellantur, & licet etiā non ignorē, quòd vere in hac ſignificatione textus illi in c. 1. de celebr. Miſſ. & in c. presbiter. diſt. 91. intelliguntur in Regula S. Benedicti, cap. 16. ex quo deſumpti ſunt; nā apud Monachos vigiliæ no-
16 cturnæ ſunt diſtinctæ horæ de ſe, † & diuiſim a Laudibus, quas Matutinas vocant celebrantur; & terminātur etiā per orationē, ſicut reliquæ horę ca-
17 nonicæ: Vnde apud illos octo ſunt † horæ canonicæ, & nō ſeptē, vt not. Amalar. in lib. de ordine Antip. c. 7. in princ. & Io. de Turre crem. in d. c.

pit.16.Regulæ S.Benedicti,tract.73.& clarius Radulphus de Riuo in lib.
18 de cano.obſer.propoſ.14.vbi etiã ait,quòd ſæculares iungũt† vigilias Matutinis Laudibus,& abuſiue vtrũque appellant Matutinas: & Hugo de S. Vict.in Speculo eccleſiæ,cap.3.& lib.de eccleſ.off.cap.1.& cap 9.in fi.vbi de nocturnali agens officio inquit.Hoc officium ſecundum vſum Monachorum oratione,ſicut cetera,terminatur;in quo primariam ſeruare videntur inſtitutionem;noſtra autem conſuetudo humanæ infirmitati parcens, & labori,officio prædicto Laudes Matutinas continuat, & oratione vna
19 duo claudit officia. † Tamen quoniam huiuſmodi Matutini acceptio †neque eſt ſecũdum noſtrorũ Breuiariorum inſcriptionẽ, in quibus omnibus
20 Matutini titulo etiã Nocturni inſcribũtur,neque adeo iuri † conſona videtur,nam tex.in c.dolentes.de celebr.Miſſ.(ſiquis recte inſpexerit) Matutini nomine intelligit Nocturnos ſine dubio vna cũ Laudibus:Ibi enim reprehẽdũtur Miniſtri eccleſiæ,qui totã noctẽ comiſſationibus, & ſomno tranſigẽtes, tranſcurrebant mane excitati continua ſyncopa Matutinum. Clarũ eſt autẽ, quod illi mane ſurgentes,tenebantur prius recitare Nocturnos,quã Laudes.Et deinde eſt tex.clarus in clem.in fi.de reliq.& vener.ſanct vbi pro matutinali officio accipiũtur Nocturni & Laudes ſimul.
21 Et quia poſtremo ſuſtinẽda eſt nobis cõmunis opinio,ꝙ ſeptẽ tãtum† ſiut horæ canonicæ iuxta Romanæ Eccle.morẽ, dimiſſis Monachorum inſtitutis.Icciroo dico,quòd in d.c.1.de celebr.Miſſ.&c.presbyter.91.diſt.Matutini nomine cõprehẽditur totũ officiũ Matutinale,Laudes ſcilicet,& No-
22 cturni ſimul.Sed cũ hac differẽtia,quod Laudes†cõprehendũtur ibi principaliter & explicite tãquam officium diurnũ,quòd mane diluculo tẽpore matutino in principio diei celebratur.Laudes enim Matutinas inter horas canonicas diurnas cõputari,teſtis eſt inter alios Hugo de S.Vict.lib.2. de eccl.offi.c.1.circa prin.& Io.Caſſia.lib.3.de canonico diurnarũ orationũ & pſalmorũ modo,c.3. Nocturni vero nõ cõprehenduntur ibi niſi implicite,& in conſequẽtiã,inquantũ ſcilicet ſunt pars iſtius horæ canonicę, quæ Matutinũ appellatur,licet ipſi neque tẽpore matutino, neq; alio diei artificialis tempore celebrentur. Vnde non ſequitur,ergo fruſtra inferius in dictis tex.vigiliæ nocturnæ repetuntur,cum ſuperius fuiſſent comprehenſæ:nam reſpondetur,quòd cum ſuperius fuiſſet enumeratum expreſſe totum officium diuinum diurnum,ex auctoritate Prophetæ Dauid,vt oſtẽderetur eodem Propheta auctore aliquod etiam eſſe officium diuinum nocturnum,erat expreſſa facienda mentio vigiliarum nocturnarum. Quare ex hoc maxime conuincitur,ibi diem accipi pro artificiali prout diſtinguitur a nocte non pro naturali prout comprehendit etiam noctem: Nam ſi ſub diei appellatione intellexiſſent illa iura comprehendere etiam noctem, & totum recenſere officium diuinum tam diurnum quàm nocturnum,vere fruſtratorie ſubiunxiſſent poſtea de vigilijs nocturnis.
23 Quòd ſi rurſus dicas, Matutinum † videri potius officium nocturnũ quã diurnum, cum in noctis vigilijs celebretur,quo modo ergo ibi enumeratur inter reliquas horas diurnas? Ad hoc reſponſionem ipſum Matutini nomen afferre poteſt, nam cum Matutinum officium ſit in lucis initio, a
24 ſtella Matutina,† id eſt Lucifero appellatum, quæ oritur inchoante mane,vt inquit S.Iſidor.lib.6.Etymol.c.vlt.& cum dicatur a tempore Matutino in quo accipit complementum, vt ſupra diximus, tempus au-

tem

25 tem † matutinum dictum a mane, ſit quaſi medium inter obſcuras noctis
tenebras & claram diei lucem, vt ait idem S. Iſid. lib. 5. Etymolog. c. 31. &
colligitur ex S. Anſelmo in 2. lib. de imag. mundi, c. 4. niſi tamen liber ille
ſit Honorij Auguſtodunen. vt putat Abbas Trittenhem. in lib. de ſcripto-
ribus eccleſ. Et cum denique medium participet de vtroque extremo, re-
cte connumerari potuit Matutinum inter officium diurnum, ſicut connu
merari poſſet alia ratione inter officium nocturnum.
26 Ea enim eſt natura temporis † matutini, vt plures non ſolum diuerſas,
ſed etiam contrarias denominationes admittat. Tunc enim & dies, & nox
eſſe dici poteſt.
27 Dies, quia in initio † auroræ incipere dicitur dies artificialis, vt not. B.
Tho. in 4. ſent. diſt. 13. q. 1. art. 2. q'ſa. 4. & ibidem Ricar. de Media villa, ar-
tic. 2. q. 3. & Duran. quæſt. 2. art. 2. poſt S. Iſidorum in d. lib. 5. Etymol. cap.
31. & poſt S. Ambroſ. lib. 1. Hexem. cap. 9. vbi ſuper illud, Et vocauit Deus
diem lucem, & tenebras noctem. ait, Aduertimus itaque quod lucis ortus
28 ante quam Solis diem videatur aperire. Nox vero † dici poteſt, quia quo-
uſque ſubſtantia Solis oriatur ſupra horizontem, adhuc nox eſſe, immo &
29 media nox † dici poteſt, vt ex B. Gregorio Papa not. B. Thom. & Caiet. in
3. part. quæſt. 51. art. 4. ad ſecundum. Illo etiam tempore matutino dici po-
30 teſt Sol ortus, & ante ortum Solis. Sol quidem † ortus, inquantum claritas
31 radiorum eius incipit apparere. Ante ortum vero † Solis, quia corpus ſo-
lare adhuc ſupra horizontem non eſt ortum. Vnde Mar. 16. dicitur, quòd
Mulieres venerunt ad monumentum orto iam Sole, cum tamen, vt habe-
tur Ioan. 20. venerint cum adhuc tenebræ eſſent. Sic enim hanc apparen-
tem contrarietatem ſoluit B. Thom. in 3. par. quæſt. 53. art. 2. ad tertium, &
quæſt. 83. art. 2. ad quartum, & Io. de Tur. Cre. in c. nocte. q. 1. ad ſecundũ,
de conſec. diſt. 1. poſt S. Auguſt. in lib. 3. de conſ. Euangel. c. 24.
Quamuis autem S. Iſidorus in d. lib. 5. Etymol. cap. 31. & S. Anſel. in d.
lib. 2. de Imag. mundi, cap. 4. diſtinguat inter tempus matutinum, & dilu-
culum; nos tamen hic magis communiter accipimus tempus matutinum
32 † pro toto eo ſpatio quod eſt a fine tenebrarum, vel a primo principio au-
roræ vſque ad ortum ſubſtantiæ ſolis, vna cum Beato Hieronymo, qui in
Oſe. cap. 11. in princip. pro eodem habet ortum auroræ, & diluculum, &
principium diei, quod appellatur mane inter noctis, Soliſque viciniam.
Nam aliàs etiam B. Iſid. ibi diſtinguit inter Conticinium & Intempeſtum,
quod tamen idem eſt ex ſententia M. Varronis in libro quinto, de lingua
Latina, circa princ.
Videre videor quempiam alium ita adhuc vrgentem. Si Matutinum eſ-
ſet computandum inter officium diurnum diei artificialis, ſequeretur,
quòd illa hora canonica, quæ dicitur Prima, iam non eſſet prima, ſed po-
tius ſecunda, cum ante ipſam conſtituendum eſſet Matutinum in prima
hora diei. Hoc autem implicat contradictionem, eamdem horam eſſe Pri-
mam, & non primam. Verum ad hoc facilis eſt ſolutio, quòd dies artificia-
33 lis † dupliciter ſumi poteſt. Vno modo inquantum comprehendit tempus
illud quod eſt ab ortu ſubſtantiæ Solis ſupra horizontem vſque ad eiuſ-
34 dem occaſum, & hoc modo illa hora canonica, quæ dicitur Prima † eſt
prima, & denominatur a prima hora diei artificialis hoc modo ſumpti.
Altero modo ſumi poteſt dies artificialis inquantum comprehendit totum
illud

Digitized by Google

illud tempus quod eſt ab initio crepuſculi matutini vſque ad finem crepuſculi veſpertini, nam etiam crepuſcula pro parte diei artificialis comprehendi poſſunt, vt modo proxime dicebamus; & hoc modo Matutinum erit prima hora canonica diei artificialis, & illa quæ appellatur Prima, erit ſecunda. Non eſt autem inconueniens, idem diuerſis rationibus quandoque appellari primum, quandoque ſecundum.

35 Sit igitur firma concluſio, omnes ſeptem horas † canonicas apud illos tex. in c. vnde celebr. Miſſ. & c. presbyter. 91. diſt. eſſe diurnas. Vnde quando in alijs iuribus mentio fit officij diuini nocturni, vt in clem. 1. de celebr. Miſſ. & in c. dolentes. eod. tit. in Decretal. ſatis eſt intelligere ſolos Nocturnos, qui celebrantur ante Laudes, abſque eo quò † totum Matutinum intelligamus; licet etiam totum Matutinum (vt diximus) poſſit alia ratione intelligi, & nocturnum officium appellari. Quæ tamen appellatio in alia hora canonica non procedit, nam reliquæ ſex horæ ita ſunt diurnæ, vt nulla ratione ſecundum rei veritatem nocturnæ appellari poſſint. Quare non ſunt audiendi Hoſtien. Ioan. Andr. & cæteri in d. c. 1. de celebr. Miſſ. quos ſupra enumerauimus, & Roſella, ver. Hora canonica. §. 13. qui aiunt, tres
36 eſſe † horas nocturnas, ſcilicet Matutinum, Primam, & Completorium: nam hoc nulla firma ratione, quantum attinet ad Primam, & Completorium, fulciri poteſt. De quibus tamen erit infra ſpecialis dubitatio a cap. 15. vſque ad 20.

DE MATVTINO CAP. VII.

1 *Matutinum comprehendit ſimul & Nocturnos, & Laudes.*
2 *Nocturni appellantur Matutinum non inquantum ſeparantur a Laudibus, ſed inquantum cum Laudibus coniunguntur.*
3 *Laudes ſpecialiter accipiuntur pro ea parte diuini officij, quæ eſt poſt Nocturnos. & nu. 15. Quandoque tamen latiſſime ſumuntur pro qualibet hora canonica. nu. 10. 11. & 16.*
4 *Nominatio fit potius a ſpecie, quàm a genere.*
5 *Matutini nomine ipſæ maxime Laudes cenſentur.*
6 *Matutini nomine ſolæ Laudes intelligi videntur; ſed nihil obſtat, quin etiam Nocturni vna cum Laudibus intelligantur.*
7 *Iura iuribus concordari debent.*
8 *Te Deum laudamus, hymnus, Nocturnisne, an Laudibus adſcribatur.*
9 *Laudes, quæ pars ſunt Matutini, cur ſic appellentur.*
12 *Nomen idem interdùm generice, interdum ſpecifice ſumitur.*
13 *Adoptionis nomen habet ſe vt genus ad arrogationem, & ad adoptionem ſpecifice dictam.*
14 *Exhalatio habet ſe vt genus ad vaporẽ, & ad exhalationẽ ſpecifice dictam.*
17 *Laudes antiquitus accipiebantur interdum pro Alleluia. Interdum pro pſalm. Laudate dominum de celis. & nu. 18.*

FInem nunc huic diſputationi de Matutino facerem, niſi intelligerem, ſcrupulũ quemdam, qui ſupradictis obſtare videtur, prius neceſſario amotrendum

dum eſſe. Dictum eſt ſupra, Nocturnos prout a Laudibus ſeparantur, nullo modo Matutini nomine inſigniri poſſe; contra tamen videmus in Breuiarijs ſolos Nocturnos Matutini nomine inſcribi, illiſque finitis quæ ſequuntur non Matutinum, ſed Laudes nuncupari. Sed dicendum eſt, vt etiam ſu
1 pra eſt dictum, quod Matutinum † cum ſit vna hora canonica comprehendit ſimul & Nocturnos & Laudes, & tunc incipit, quando Nocturni incipiunt, finit vero, quando finitæ ſunt Laudes. Vnde Nocturni nomine Ma
2 tutini † inſcribuntur non inquantum ſeparantur a Laudibus, ſed inquantum cum Laudibus potius continuantur. Quòd vero Laudes nõ inſcribantur ſub eodem nomine Matutini, ratio eſt, quia cum habeant ſpeciale no
3 men † ſcilicet Laudum, ſatius fuit, eas a nomine magis ſpeciali, quàm com
4 muni denominari. Denominationem enim fieri potius † a nomine ſpeciei, quàm generis not. Glo. in rubr. C. de rer. permut. & Paulus Caſtren. in rubr. ff. de verb. oblig. quæſt. 2. Exempla huius rei facile in iure reperiuntur. Nam in Codice eſt rubr. de ſeruitutibus & aqua, cum tamen aqua ſit quędam ſeruitus. Item eſt rubr. ff. de rebus creditis, ſi cer. pet. & de certi cõdic. Et tñ res creditæ ad omnia ſequentia referuntur. vt probatur in l. 1. eo. tit.
5 Quòd autem Laudes ipſæ † maxime Matutini nomine cenſeantur, pâtet tum ex rubricis Breuiarij, ex quibus deſumptum fuit argumentum in contrarium; tum ex iure expreſſe. Ex rubricis quidem, nam in rubr. de Precibus, habentur hæc verba, in fin. In vigilijs autem preces feriales dicuntur tantum ad Matutinum, & per horas. Item in rubr. de Antiphonis B. Mariæ in fine officij, hæc verba habentur. Dicuntur autem extra chorum tãtum in fine Completorij, & in fine Matutini dictis Laudibus. Et alibi ſæpe.
Ex iure autem, nam in d. c. 1. de celebr. Miſſ. & c. presbyter. 91. diſt. dicitur, Presbyter mane matutinali officio expleto. &c. Nocturni autem ſoli ſine Laudibus non mane, ſed nocte explentur. Neque opus eſt in dictis tex. illud mane ad ſequentem particulam referre, vt facit Manipulus curatorum in tract. de ſacram. Euchar. cap. 6. vbi ſic exponit. Presbyter matutinali officio expleto, ſcilicet media nocte, mane penſum ſeruitutis ſuę perſoluat, videlicet Primam, Tertiam, &c. Nam cum paulo infra in dictis iuribus enumeretur primo loco Matutinum pro prima hora canonica diei artificialis, vt late nos ſupra deduximus ca. præcedenti, non poteſt Matutinũ (vt etiam ipſum nomen ſonat) niſi mane expleri. Et dato deinde, quod eo modo exponerentur textus illi, quo inquit Manipulus Curatorum, adhuc tamen appareret, Laudes ſub matutinali officio comprehendi, nam nullo pacto eſſet dicendum, fuiſſe ibi Laudes prætermiſſas, vbi totum officium diuinum per partes recenſetur.
Præterea in c. ad ſemper. de conſecr. diſtin. 5. præcipitur, quòd poſt Matutinas ſemper oratio Dominica proferatur; quæ tamen oratio non niſi finitis Laudibus profertur. Item in c. fi. diſt. 12. iubetur, quòd vnus atque idem pſallendi ordo in matutinis, vel veſpertinis officijs teneatur. quod idem etiam repeti videtur in c. conuenit. de conſecr. diſt. 5. pro cuius text. declaratione, qui eſt difficilis, vide Radulphum Tungren. in libr. de Cano. obſer. propoſit. 14. Licet autem in dictis iuribus pro Matutinis officijs ſolæ
6 Laudes † intelligi videantur; ſi præſertim ad concilia, & loca vnde deſumpta ſunt, & ad tempora in quibus ſunt edita attendamus, nihil tamen obſtat, quin ibi pro Matutinis totum officium Nocturnorum vna cum Lau-
dibus

7 dibus accipiatur. Et hoc vt iura † iuribus concordentur, iuxta tex. in c. cum expediat. de elect. lib. 6.

Poſtremo in cap. conſilium. in fi. de celebr. Miſſ. dicitur, quòd Te Deũ laudamus, diebus profeſtis regulariter dimittitur, quàm dicatur in Laudibus matutinis. Ex quo tex. colligitur, quòd Laudes quodam modo incipiunt ab
8 hymno Te Deum laudamus, † Nam tunc completi videntur omnes Nocturni, & hymnus ille totus proprie in laudem Dei eſt compoſitus, vt ex ip
9 ſius verbis aperte liquet. Et ipſæ etiam Laudes † idcirco ſic appellantur, quia laudem potiſſimum ſonent diuinam. vt notant Hugo de S. Vict. in Speculo eccleſiæ, c. 3. & lib. 2. de eccleſ. off. cap. 10. Ioan. Beleth. in Ration. cap. 28. Guill. Durant. ſimiliter in Ration. lib. 5. cap. 4. in princ. & Theſaurus ſacerd. 3. par. tit. de off. diui. c. 38. Huic autem expoſitioni fauent dictorum Belethi, & Guillelmi verba, nam hic lib. 5. c. 3. nu. 3. ille c. 20. ſuorum Rationalium, loquentes de antiquo vſu vigilias & laudes matutinas celebrandi, ſic aiunt. Cum Nocturni finiti eſſent, & lectiones cum ſuis reſponſorijs perlectæ prius quam luceſceret; aurora apparente cum pulſu campanarum decantabant Te Deum laudamus, & ſic deinceps Laudes matutinas. Et alio in loco, nempe Beleth. cap. 26. & Guill. d. lib. 5. cap. 3. nu. 30. ſic inquiunt. Abſolutis Nocturnis eccleſiæ lumina accenduntur, & pulſantur campanæ, atque alta voce canitur Te Deum laudamus. Ex quibus verbis apparet, hymnum Te Deum laudamus, potius quodam modo ad Laudes, quàm ad Nocturnos pertinere. Niſi tamen dicere velimus (quod mihi ma-
10 gis placet) quòd Laudes † in d. c. conſilium. accipiuntur latiſſime, prout cuilibet horæ canonicæ conueniunt, iuxta illud pſalm. 118. ſæpius allegatum, Septies in die laudem dixi tibi. Et intelligatur ibi, In laudibus matutinis, ac ſi dixiſſet, In precibus, ſiue in orationibus, ſiue in officijs matutinis, prout dicitur in c. veniens. de ſent. excomm. Quæ expoſitio videtur magis conſona & inſcriptioni Breuiariorum, in quibus completo hymno Te Deum laudamus, Laudes inſcribuntur, & verbis etiam Micrologi, cap. 34. quæ ſic habent. In Natali Domini, finito nono reſponſorio, euangelium, Liber generationis, legitur, deinde Te Deum laudamus cum pulſatione ſignorum dicitur: ſicque finitis nocturnalibus Vigilijs, Miſſa, Dominus dixit ad me, ante matutinales laudes, cum Benedicamus Domino, nõ cum Ite Miſſa eſt, completur. Et Hugo de S. Vict. in Speculo eccleſiæ, cap. 3. poſtquam expoſuiſſet omnia, quæ in nocturnali officio continentur, & in eius fine conſtituiſſet hymnum Te Deum laudamus; poſtea aliam incipiens declarationem, dicit, Sequitur Matutinale officium. &c. Intelligens ſcilicet per matutinale officium Laudes matutinas. Ex quibus apparet, matutinales Laudes non incipere, niſi finito hymno Te Deum laudamus: & dictum hymnum ad Nocturnorum officium, & non Laudum pertinere: & conſequenter laudes matutinas in d. c. conſilium. ſumi non pro ſolis Laudibus, ſed pro toto officio matutinali, in quantum cum Laudibus coniunguntur etiam Nocturni. Et hanc expoſitionem ſequitur Nauarr. in Manua. de Orat. cap. 3. num. 64.

11 Quòd autem laudum nomine † omnes quandoque horæ canonicæ appellentur, patet, ſi non aliunde, ſaltem ex Regula Monacharum, quæ impreſſa eſt inter opera B. Hieronymi, Tom. 9. par. 3. Et licet falſo B. Hieronymo adſcribatur, nihil tamen abſurdi erit, ſi ex ea modum hunc loquendi colligamus.

colligamus. Ibi igitur capit.33. habentur hæc verba. De cellulis, oratione præmiſſa, mediæ noctis, ſumma quiete ad eccleſiam ſingulæ ſorores adue nientes, ſponſum dilectum matutinis excitant laudibus, vt exſurgat in earum auxilium. Et cap.ſeq. Cum laudibus Primæ dies ſalutaris incipiat. Et infra. Adueniente vero refectionis hora diebus communibus laudes Tertiæ & Sextæ horarum prius Deo deuote ſoluantur.

Neque obſtat quòd ſupra diximus, Laudum nomen eſſe ſpeciale ad ſignificandum officium illud matutinum, quod poſt Nocturnos decantatur. Vtrumque enim ſtare poteſt, neque eſt nouum in iure, aut in philoſophia,
12 vt idem nomen † interdum generice, interdum ſpecifice ſumatur. Exem-
13 pli gratia, Adoptionis † nomen quidem generale eſt: in duas autem ſpecies diuiditur, vt inquit Modeſtinus in l.1.ff.de adopt. quarum altera adoptio ſimiliter dicitur, altera arrogatio: adoptantur filij fam. arrogãtur qui
14 ſui iuris ſunt. Similiter ex Ariſtot. in primo Meteorol. Exhalatio † habet ſe vt genus ad Vaporem, & ad Exhalationem ſpecifice dictam.
15 Quare dicendum eſt, quòd Laudum nomen † ſignificat quidem proprie & ſpecifice Laudes illas, quæ poſt Nocturnos celebrantur. Sed quandoq;
16 tamen communiter & latiſſime † ſumptum quamlibet partem diuini officij ſignificare poteſt; quando videlicet nomini alicuius alterius horæ canonicæ cohæreat; dicendo (verbi gratia) Laudes Primæ, Laudes Tertiæ, Laudes Veſpertinæ. Et hoc modo Laudes Matutinæ ſignificare poſſunt non ſolum Laudes illas quæ ſunt poſt Nocturnos, ſed etiam totum officiũ Matutini, quod comprehendit ſimul Nocturnos & Laudes.
17 Antiquitus etiam Laudes † pro Alleluia intelligebantur, vt patet per S. Iſid.lib.1.de eccleſ.off.cap.13.in princ.& in Regula Monachorum, cap.de Officio. quæ citatur a nobis infra. cap.17.nu.22.& diſt.25.c.1.§.ad pſalmi-
18 ſtam.& ibi glo. Vel etiam intelligebantur Laudes † pro pſalmo 148. Laudate dñm de cęlis, vt habetur apud B.Benedictum in Regula, c.12.& ſeq.

DE MATVTINO CAP. VIIII.

1 Matutini appellatio pro Nocturnis quando cum Laudibus coniunguntur, nõ eſt tam abuſiua, quàm putat Radulphus Tungren.

2 Matutinum ad officium duodecim pſalmi recitari debent ſecundum Conc. Turonicum 2. Et ſecundum Caſſianum num.3. Quod obſeruatur hodie in Matutinis ferialibus nu.5. Et probatur alijs auctoritatibus num.6.

4 Veſperæ appellantur Duodecima.

7 Matutinum tempus ſtatim poſt mediam noctem ex ſententia quorundam incipit, cum primum galli canunt.

8 Matutini nominatio ſumitur a fine, in quo accipit complementum. Et idem eſt in reliquis horis canonicis. num.10.

9 Finis ſpectandus eſt.

11 Nocturnos coniungere cum Laudibus non eſt recens inuentum.

12 Matutini officij nomine late ſumpto comprehenduntur non ſolum Nocturni & Laudes, ſed etiam Prima, Tertia, & Sexta. Veſpertini vero officij nomine Nona, Veſpera, & Completorium intelliguntur.

Dies

Digitized by Google

13 *Dies totus diuiditur in mane & veſpere ſecundum quoſdam: & ita mane durat vſque ad meridiem, a meridie autem incipit veſpere. Secundum alios diuiditur in mane, meridiem, & ſupremum: Et mane durat vſque ad horã poſt tertiam: meridies vſque ad horam ante nonam. num. 14.*

15 *Horarum canonicarum in materia, text. in c. 1. de celebr. Miſſ. & tex. in c. presbyter. 91. diſt. ſunt meliores qui in iure reperiantur.*

EX his autem omnibus apparet, Matutini appellationem pro nocturno officio, quando a Laudibus non ſeparatur, non eſſe tam abuſiuam 1 † quàm putat Radulphus Tungren. in loco, quem ſupra citauimus c. 6. nu. 18. Nam præter Breuiariorum inſcriptionem, & communem Theologorum, atque Canoniſtarum loquendi vſum, & auctoritatem iurium adductorũ; reperiuntur etiã auctores alij, qui huiuſmodi nũcupatione ſunt vſi. Hugo de S. Victor. ſcriptor elegans, & qui ante annos quadringentos vixit, hoc nomine in hac ſignificatione vſus eſt non ſemel, vt videre eſt in libro 2. de eccleſ. off. cap. 2. & 8. Auctor item Regulæ Monacharum, quam ſupra cap. proximo citauimus, in d. c. 33. de Matutino agens, non aliter hoc vocabulum ſumit. Et inter opera venerabilis Bedæ eſt libellus de Meditatione paſſionis Chriſti per ſeptem diei horas, vbi per horam matutinalem proculdubio intelliguntur Nocturni ſimul cum Laudibus. Immo vero videtur mihi (niſi me fallat opinio) eodem modo vſurpatum fuiſſe hoc nomen in ſynodo Cabilonen. 2. ſub Carolo magno, cap. 59. vbi præcipiuntur Sanctimoniales, vt horas canonicas, Matutinam videlicet, Primam, Tertiã, Sextam, Nonam, Veſpertinam, Completoriam pariter celebrent. Nõ enim videtur dicendum, fuiſſe ibi prætermiſſam horam nocturnam, quæ omnium celeberrima eſt.

Idem etiam colligi videtur ex conc. Turonico 2. quod circa tempora Pelagij I. ante annos plus mille celebratum eſt. Ibi enim cap. 19. hæc verba, inter alia, habentur.

2 Ad Matutinum ſaltem duodecim † pſalmi expediantur, quia Patrum ſtatuta præceperunt vt ad Duodecimam duodecim pſalmi dicantur cum Alleluia. Quod etiam Angelo oſtendente didicerunt. Si ad Duodecimã duodecim pſalmi, cur ad Matutinum non itemque vel duodecim explicentur? Quod autem Matutini nomine intelligam ibi officium nocturnum, duæ me mouent coniecturæ.

Vna eſt, quod Ioan. Caſſianus lib. 2. de inſtit. Monac. vnde habetur perfecta declaratio ſupradicti canonis, cap. 4. ſic habet. Per vniuerſum Aegyptũ 3 & Thebaidem duodenarius † pſalmorum numerus tã in veſpertinis, quàm in nocturnis ſollemnitatibus cuſtoditur: qui modus antiquitus conſtitutus iccirco per tot ſæcula penes cuncta illarum prouinciarum monaſteria intemeratus nunc vſque perdurat, quia non humana inuentione ſtatutus a ſenioribus aſſirmatur, ſed cęlitus Angeli magiſterio Patribus fuiſſe delatus. Et cap. ſeq. narrans deinde totam hiſtoriam, quo modo ſcilicet Angelus in veſpertinis officijs apparens poſtquam duodecimum pſalmum cum Alleluia decantaſſet, ab vniuerſorum oculis repente ſubtractus finem officio, & cęrimonijs impoſuiſſet; demum cap. 6. ſubiungit. Exin venerabilis Patrum Senatus intelligens, Angeli magiſterio, congregationibus fratrum

genera-

generalem canonem, non ſine diſpenſatione Domini conſtitutum, decre-
uit hunc numerum tam in Veſpertinis, quàm in Nocturnis conuenticulis
cuſtodiri. Apparet ergo, quòd quam horam Caſſianus veſpertinam, Conci-
4 lium Duodecimā † appellat, & optima quidem ratione, vt infra latius ex-
plicabimus, capitulo 17. Quod vero Caſſianus nocturnum, id Sinodus vo-
cat Matutinum.
Altera coniectura, quæ me mouet eſt, quod vſque hodie videmus in feria-
5 libus † Nocturnis conſuetudinem hanc perduraſſe duodecim pſalmos cū
ſex antiphonis decantandi, prout in dicto Concil. ad Matutinum officium
celebrandam obſeruari pręcipitur. Pro qua conſuetudine facit optime tex.
in cap. in die, de conſe. diſt. 5. vbi Gregorius Papa VII. ait, quòd omnibus
6 diebus per annum, exceptis feſtis duodecim † pſalmi & tres lectiones ad
Nocturnos ex antiquo more recitantur: & quod illi qui in quotidianis die-
bus tres tantummodo pſalmos, & tres lectiones celebrare volunt, non ex
regula ſanctorum Patrum, ſed ex faſtidio & negligentia cōprobantur hoc
facere. Sanctus etiam Benedictus in Regula, capitu. 9. 10. 11. & 18. conſti-
tuit, vt duodecim Pſalmi, & numquam minus ad nocturnas vigilias de-
cantentur.
7 Accedit prężerea, quòd Matutinū tempus ex ſententia grauiū, & antiquo-
rum quorumdā patrum ſtatim poſt mediam noctē incipere dicitur, cum pri-
mum galli canunt. Ita enim inter alios cenſet S. Gregor. Nyſſen. in oratio.
2. de Paſcha. Euthymius etiam Zigabonus in comment. ſuper Matth. c. 28.
in princ. ſuper illis verbis. Veſpere autē Sabbati ad hoc propoſitum habet
hæc verba. Cū autem ita ſcripſit Matthæus, principium Dominici diei ma-
nifeſtauit. Omne vero diluculum poſt ſextam noctis horam incipitur, quan
do primum galli canunt. Idem quoque tempus ſcripſit, & Marcus dicens,
Et valde mane una ſabbathorū veniunt ad monumentum orto iam Sole.
Valde mane enim principiū eſt diluculi. Verum ſi valde mane erat, quo mo
do dixit orto Sole? quia tunc proprie Sol oritur & ſi nobis non dum appa-
reat, demoratus adhuc circa profundiſſimas, extremaſque Orientis partes,
& paulatim exſurgens: Cuius teſtimoniū eſt gallicinū. Nam galli primi
inter omnia animantia ſentientes illius calorem repente clamant, eiuſque
prężentiā hominibus pronunciant. Hæc Euthymius. De quibus tamen in-
fra latius diſputabimus, capit. 46. nam vere in eis non nulla ſunt, quæ mihi
non probantur. Vltimo contra Radulphū facit etiā illa ratio, quā ſupra te-
tigimus, cap. 6. in princ. quòd cum Nocturni vna cū Laudibus ſine interpoſi-
latione recitentur, & pro vna tantū hora canonica omnia hęc ſimul officia
8 habeantur, non omnino male, neque abuſiue denominatio ſumi poteſt a fi-
ne, vbi totius hora perfectio & complementū exiſtit, per tex. in l. pen. in fi.
C. de his, quibus, vt indig. Nihil etenim (inquit ibi Iuſtinianus Imperator)
actū eſſe credimus, dū aliquid ſupereſt addendū. Et regula iuris eſt, quan-
9 doque finē ſpectandū eſſe, l. non intelligitur, §. ſi quis palā, ff. de iur. fiſci,
l. ſi. cōmunia pręd. præſertim cū quæritur, quando aliquid factum, vel di-
ctū eſſe videatur, vt not. Glo. in cap. dudū 2. in ver. electionis tempore, de
elec. Quod ſimiliter in reliquis horis canonicis contingere, ut ſcilicet deno
10 minationem accipiant a fine, & ab ultima ſui parte, inferius, c. 10. cum de ip-
ſis agemus, palam erit.
11 Ne quis autē putet, nocturnis uigilijs Laudes coniungere matutinas ...
ce-

cens eſſe inuentum, ſcit Ioan. Caſſianum, cuius proxime mentionem fecimus, & quem paulo poſt annum Domini quadringenteſimum claruiſſe conſtat, referre in 3. lib. de inſtit. Monach. cap. 4. hanc matutinam ſollemnitatem (quam nos videlicet Laudes appellamus) in Galliæ quidem monaſterijs, expletis nocturnis pſalmis & orationibus poſt modicum temporis interuallum ſolitam celebrari, ſed in Orientis partibus fuiſſe cum quotidianis vigilijs pariter conſummatam. Et Amalarius in prologo libr. de Ordine Antiphonarij ad hoc propoſitum ita inquit. Interrogaui Archidiaconum Theodorum ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, quem rogauit dominus Apoſtolicus, vt me inſtrueret iuxta interrogationem meam de ordine Romani officij, Si aliquid dicerent Magiſtri Romanorum inter interſtitium nocturnalis officij, & matutinalis. Reſponſum eſt mihi, Nihil: Sed cõtinuo poſt nocturnale officium dicunt, Deus in adiutorium meum intende. Orationem Dominicam non cantant poſt pſalmos nocturnales, ſed dicunt aliquod Capitulum tale, quale iſtud eſt, Intercedente B. Principe Apoſtolorum Petro ſaluet, & cuſtodiat nos Dominus.

Non omittendum eſt hic poſtremo loco poſtquam de Matutini acceptione egimus, quòd quandoque in iure totum officium diuinum diuiditur in
12 matutinum & veſpertinum. quo caſu Matutini nomine † late ſumpto intelligitur, nõ ſolum comprehendi Nocturnos & Laudes, ſed etiam Primam, Tertiam, & Sextam: Veſpertini vero Nonam, Veſperas, & Completorium. vt habetur in cap. fi. & ibi not. 92. diſt. & in c. ſi quis epiſcopus in Concilio. 11. q. 3.
13 Nam ſicut quandoque totus † dies diuidi dicitur in mane & veſpere, iuxta eos qui dicunt mane intelligi vſque ad meridiem, poſt meridiem verò veſpere, vt no. Aegidius Rom. in 2. par. Hexem. cap. 2. & iuxta illud hymni, qui a non nullis B. Ambroſio, a pluribus vero B. Gregorio adſcribitur,

Qui mane iunctum veſperi
Diem vocari præcipis.

ut not. Glo. in l. more. ff. de fer. & in l. 2. §. 1 ff. de verb. ſign. licet verba dicti hymni aliũ ſenſum habere poſſint. Ita totũ officiũ diuinum diuidi poteſt in matutinum ac veſpertinũ; ac ſi diuideretur in antemeridianum, & poſtmeridianũ. Et hoc modo diẽ antiquitus diuidi fuiſſe ſolitũ apud Romanos tẽpore Legis duodecim tabularũ, ita vt partes diei bifariã diuiſi meridies diſcerneret, teſtatur Cenſorinus in lib. de die natali. cap. 10.
14 Alij tamen ſunt, qui diẽ artificialẽ † in tres partes ſecant, in mane, meridiem, & ſupremũ, vt eſt S. Iſid. in lib. de natura rerũ. cap. 1. Et mane quidẽ vſque ad horã ante tertiã Meridiẽ vſque ad horã ante nonam. Supremũ vſque ad occaſum Solis extẽdunt. vt declarant venerab. Beda in lib. de diuiſionibus tẽporum. c. de die. & S. Anſel. in lib. 2. de Imag. mũdi, c. 3. Quos infra iterũ citabimus c. 16. vbi a num. 22. quo mõ mane, & quo modo primũ mane accipiatur, latius diſſeremus. Hæc volui pluribus fortaſſe verbis, quàm par eſſet, examinare; tũ quia ſentiebã, viros alioqui illuſtres in hac denominatione Matutini ſe torſiſſe, illam a Dijs Manibus abſque neceſſitate acceptã ferẽtes; tũ quia tex. illi in c. 1. de celebr. Miſſ. & in c. presbyter. 91. diſt. qui habẽtur etiã apud Iuonẽ par. 6. c. 181. & 182. & qui ſunt (vt ego
15 arbitror) meliores † qui in iure reperiantur in hac materia horarum canonicarum, non erant omnino conniuentibus oculis pertranſeundi.

DE

DE HORIS DIEI. CAP. IX.

1 *Dies quilibet, & nox qualibet in duodecim horas inæquales diuiditur. & num. 4.*

2 *Horæ inæquales quæ ſint, & cur ſic appellentur.*

3 *Horæ æſtiuæ longiores ſunt, quàm brumales.*

5 *Intellectus l. 2. §. 1 ff. de verb. ſig.*

6 *Diei prima pars eſt melior & aptior rebus gerendis, quàm ſuprema.*

7 *Meridies in duas æquales partes diem artificialem diuidit, & eſt poſt ſextam diei horam.*

8 *Horæ æquinoctiales vnumquemque diem naturalem in vigintiquattuor partes ſecant.*

9 *Loquendum eſt, vt plures, ex ſententia Ariſt.*

10 *Operariorum nemo eſt, qui diem ſibi non auſpicetur ſaltem ab ortu Solis.*

11 *Diei cuiuſque artificialis ſunt quattuordecim horæ inæquales, ſi computetur etiam crepuſcula pro die.*

12 *Crepuſcula & diei & nocti tamquam inter vtrumque media adſcribi poſſunt.*

13 *Intellectus l. hæc verba, ille aut ille. ff. de verb. ſig.*

14 *Dies artificialis definiri poteſt pluribus modis, vel quando Sol in ſuo corpore eſt ſuper terram, vel quando in ſuis radijs.*

15 *Exemplorum non requiritur veritas, ſed manifeſtatio.*

16 *Crepuſculum ſignificat dubium, quia dies an ſit etiamnum, an nox, multis eſt dubium.*

17 *Crepuſculũ eſt totũ illud ſpatiũ tẽporis, quod eſt vel mane ab initio auroræ uſque ad Solis ortũ, vel ſero ab occaſu Solis vſque ad initiũ noctis perfectæ.*

18 *Crepuſcula ſingula in Italia nũquam minus, quàm horam vnam cum dimidia continent.*

19 *Crepuſcula ſingula pro vna hora inæquali computantur.*

20 *Diei initium ab aurora ſumendum eſt ijs, qui agendi principium conſiderant.*

21 *Horæ duodecim inæquales diei ab ortu ſubſtantiæ Solis computantur.*

22 *Diei artificialis initiũ duplex eſt. Vnum ab aurora, alterum ab ortu Solis.*

23 *Mane eſt initium diei, & eſt ante ortum Solis.*

24 *Horis cõputandis ſumere oportet initium punctũ aliquod maxime cõſpicuũ.*

25 *Horas computabant Antiqui in ſolarijs.*

ACturi nunc de reliquis horis canonicis, operæ pretium eſt, vt quemad
1 modum noctem partiti ſumus, ita etiam diem, prius quidem in duodecim horas inæquales, quas vocant, deinde vero in quattuor partes æqua-
2 les ex antiquorum inſtituto diuidamus. Dico autem duodecim horas † inæquales, quia ſiue tempus quod eſt ab ortu ſubſtantiæ Solis ſupra horizontem vſque ad eiuſdem occaſum, contineat plures horas æquinoctiales quàm duodecim, ſiue pauciores, totũ tamen illud ſpatiũ in duodecim partes, ſiue horas ſecandum eſt, inæquales quidem per comparationem ad horas nocturnas eiuſdem diei, ſiue ad horas alterius diei, ſiue etiam ad illas horas æquinoctiales, quæ diuidunt totum diem naturalem in vigintiquattuor partes; ſed inter ſe tamẽ æquales. vt not. Io. Stofl. in lib. de fabrica

Digitized by Google

& vſu aſtrolabij,par.2.propoſ.6.& Chriſtoph.Clauius Bambergen.in comment.ſuper 3.cap.ſphæræ Ioan.de Sacro Boſco,par.2.& lib.1.Gnomonices.in princ.Et quod de die nūc dicimus,idē de nocte prorſus intelligatur.
3 Sit(exempli gratia)dies æſtiuus,cuius horæ † brumalibus comparatæ maiores ſunt,vt inquit B.Auguſt.in lib.de vera relig.cap.43.& Beda in lib.de ratione cōputi,c.2.& in lib.de ratione temporum,cap.itidem.2.& Cælius Rhodig.lib.12.lect.antiq.c.9.qui dies contineat ex vigintiquattuor horis, quindecim;nox vero nouem. Hunc diem ſi in duodecim horas inęquales diſtinguamus,quælibet talis hora continebit minuta ſeptuagintaquinque, cum tamen vna ex vigintiquattuor diei horis non complectatur niſi ſexaginta minuta.Si autem nox eiuſdem diei diuidenda ſit in duodecim horas inæquales, vnaquæque huiuſmodi hora non niſi ex quadragintaquinque minutis conſtabit.

Scio B.Thomam ſuper illud Ioan.11.Nonne duodecim ſunt horæ diei? aliter
4 diuiſiſſe diem artificialem in duodecim horas † inæquales, ſecundum ſcilicet aſcenſiones ſignorum Zodiaci; quæ horæ eſſent inæquales & inter ſe,& per comparationē ad alias horas. Sed quoniam illa diuiſio non ſeruit propoſito noſtro,ideo nos ea dimiſſa,hanc aliam quæ & ipſa eſt ſecundum Mathematicorum diſciplinam,vt videre eſt per Ioan. Stofl. in d. tract. de fabrica & vſu aſtrolabij,par.2.propoſ.6.& 21.cum multis ſeqq. & in Kalend.Rom.propoſ.28.& per Chriſtoph.Clauium locis ſupracitatis;& quæ Iuriſconſultis non eſt incognita:vt videre eſt in l.1.ff.de manumiſſ.& quæ omnibus fere auctoribus eſt nota,quorum plurimos citat Cælius Rhodig. in d.lib.12.lectio.antiq.cap.9.& quæ etiam optime ad rem noſtram facit, ſecuti ſumus.

Hoc autem loco ſeſe mihi offert tex.† in iure ciuili ſatis difficilis,in l.2.§.1.
5 ff.de verb.ſig.vbi licet Glo.Bart.& Doct.notent quæ nos proxime de diei artificialis in duodecim horas inęquales diuiſione dicebamus,ipſe tamen tex.niſi recte intelligatur,ſupradictis obſtare videtur.Quare vt ſcrupulum hunc auferamus;et quoniam præterea tex.ille non ſolum ad ea,de quibus nunc agimus,ſed etiam ad quædam ſuperius tractata optime facit,et infra a nobis ſæpius eſt allegandus, ideo facile mihi veniam lector præſtare debet,ſi circa intellectum eius paululum immoratus ſententiam meam pauciſſimis verbis aperuero.

Verba tex.ſunt hæc.Cuiuſque diei maior pars eſt horarum ſeptem primarum diei,non ſupremarum.Ex quibus verbis colligunt Doct.ibi, et alibi,
6 quod vna pars diei,quæ eſt prima,eſt melior † et aptior rebus gerendis, quàm altera,quæ eſt poſtrema. Quod tamquam veriſſimum et multorum auctorum ſententijs, et rationibus probari poſſet.Verum quoniam in hoc non videtur eſſe difficultas,veniam ad id quod me pungit in illo tex.Vide-
7 tur enim,quòd non horarū ſeptem,ſed ſex dicere debuiſſet,cū meridiem † qui diem artificialem in duas æquales diuidit partes, poſt ſextam horam, non poſt ſeptimam eſſe notiſſimum ſit.

Et quidem Glo.quam late ſequitur ibi Bartolomæus Cepolla,et in effectu ſequitur etiam Did.Couarr.lib.4.varia.reſolut.ca.20.num.14.vbi de horis inæqualibus diffuſe tractat,et Anton.Auguſt.lib.4.emendat.cap.13.in fi. putat, voluiſſe textum duo inferre.Primum,quod ſeptem horæ primę diei cenſeantur eſſe maior pars,quàm reliquæ quinque horæ ſupremæ,quæ re-

manent. Secundum, quòd ſeptem horæ poſtremæ diei non cenſentur eſſe maior pars, quam quinque præcedentes. Sed vtrumque horum videtur mihi inconueniens; nam & primum nullã haberet dubitationem, & ſecundũ contineret falſitatem.

Quis enim in primis dubitare vnquã poſſet, ſeptem primas diei horas, eſſe maiorem diei partem, quàm quinque horæ ſequentes, cum etiam quinque ſolæ horæ primæ cenſeantur eſſe maior pars, quàm quinque ſupremæ? Et quis deinde crederet, ſeptem poſtremas horas non eſſe maiorem partem, quàm quinque præcedentes, cũ ſeptem ad quinque proportionem habeat fere ſeſquialterã? Certe nullo modo eſt dicendũ, per hunc ſubauditum intellectũ voluiſſe ibi Iuriſconſultum deciſionẽ facere tam admirabilem, & tam grandem, vt qui per dictas ſeptẽ ſupremas horas laborauerit, dimidiũ diurnæ operæ præſtitiſſe non dicatur.

Quare eruditiſſimus Alciatus conſiderauit ibi, alio etiam modo intelligi poſſe tex. illum, nempe quòd agatur ibi de horis non inæqualibus, quæ
8 vnumquẽque diem artificialẽ diuidunt in duodecim partes, † ſed de horis æquinoctialibus quæ diẽ naturalẽ in viginti quattuor partes ſecant. Dico autem diẽ naturalem, & artificialẽ; & horas ſimiliter inæquales & æquinoctiales, vt Doct. cõmuniter appellant, & ſpecialiter Ioan. de Sacro Boſco in Computo eccleſiaſtico. cap. de diebus, & Beda in lib. 2. de elementis philoſophiæ, & in lib. de diuiſionibus temporũ, c. de die. vbi de die naturali, & artificiali loquitur. & in lib. de ratione computi, cap. 2. & in lib. de ratione tẽporũ, cap. ſimiliter. 2. vbi de horis æquinoctialibus agit. Nã licet ſciã, ab ipſo Alciato, & a Lilio Greg. quẽ citat Hieron. Vielmus in opere de ſex diebus, lect. 11. & a quibuſdam alijs, vt Cenſorin. in lib. de die natali, cap. 10.
9 quod eſt de diebus, aliter appellari, nobis tamen loquendũ eſt † vt plures, ex ſentẽ. Ariſt. in 2. Topic. c. 2. Dicit itaque Alciatus, ex illo tex. hoc haberi, quod ſeptem primæ horæ æquinoctiales diei ſunt maior pars cuiuſq; diei quàm reliquæ horæ ſequentes, etiã ſi ſequentes plures eſſent quàm ſeptẽ, vt contingit in ſolſtitio æſtiuo, quo tẽpore in Italia, & in Prouincijs dies (ait) continet quindecim horas. Verum licet hic intellectus melior ſit apud me, quàm præcedens, & non omnino male quadret, videtur tamen, quòd nimis reſtringat tex. illum, & contineat deciſionẽ quamdam vix Paulo Iuriſconſulto dignam. Nam ſi in ſolſtitijs æſtiuis ſeptem primæ horæ cenſentur eſſe maior pars diei, eadem ratione in ſolſtitijs hibernis quattuor primæ horæ, vel paulo plus, maior diei pars cenſeri debent: cur ergo ſeptem horarum pro quocũque die facta eſt mentio, cum pro toto fere anno (exceptis quibuſdam ſolſtitij æſtiui diebus) pauciores ſufficiant? Deinde quãuis concedam, per illũ tex. partes diei primas cenſeri maiores virtute quàm poſtremas, licet quantitate æquales; non tamen facile conceſſerim, partes primas cẽſeri maiores etiam cũ quantitate breuiores ſunt: Nam hoc quiddam aliud diuerſum eſt, & cum ex illo tex. clare non habeatur, aliunde ex aliqua alia lege eſſet probandum.

Nouiſſime Petrus Rebuffus in ijs comment. qui in titul. de verbo. ſig. nuper prodierunt in lucem, alium quemdam intellectum ad illam legem excogitauit. Putat ipſe agi ibi de horis æquinoctialibus, & horas ſupremas ſubintelligi debere ſeptem, ſicut ſeptem aſſeruntur primæ diei horæ. Inquit etiam, quòd ſeptem primæ horæ intelliguntur quæ ſunt ante meridiem;

ſeptem vero ſupremę, quę poſt meridiem ſequuntur. Statuens autē vnumquemque diē artificialem quattuordecim horarum ęquinoctialium , more (vt ait) quorumdam artificum, qui vt tantumdē operis ſingulis diebus expleant, nunc tēporius, nunc tardius mane ſurgunt , prout noctes vel longiores, vel breuiores exiſtunt; aſſerit, tex. illum hanc facere determinationem, quòd cuiuſque diei maior pars cenſeantur ſeptē primę horę antemeridianę, quàm ſeptem reliquę poſtmeridianę. Verum ego adduci non poſſum vt credam, Iuriſconſultum ad hunc Rebuffi intellectū reſpexiſſe. Nam cum dies ſumi poſſit , & ſoleat dupliciter, vel ſcilicet naturalis pro ſpatio vigintiquattuor horarum, vel artificialis pro ſpatio illo, quo Sol ab ortu ad occaſum hemiſphęrium noſtrum illuſtrat ; ſecundum tamen hanc expoſitionem neque hunc, neque illum ſumpſiſſet diem Iuriſconſultus, ſed alium ſibi quemdam nouum fabricaſſet , qui interdum quidem per horam quaſi poſt ortum Solis, interdum vero per tres fere horas ante Solis ortum inciperet. Quod eſt dictu quiddam valde mirabile , & hactenus inauditum. Neque obſtat quod de quibuſdam artificibus aſſeritur, nam in primis non eſt dicendum, Iuriſconſultum ad quoſdam tantum artifices, puta typographos, ſeſe voluiſſe accommodare; ſed generaliter vt verba ſonant, locutum
10 fuiſſe dicendum eſt pro omnibus. Deinde neminem puto ex operarijs† aut artificibus reperiri (ſiue typographi, ſiue alij quicumque fuerint) qui ſaltem vna cum Solari luce matutina diem ſibi ad operandum nō auſpicetur, iuxta illud pſal. 103. Ortus eſt Sol, exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam.

Exiſtimo itaque, alio modo intelligi poſſe verba illius legis, nouo quidem, ſed fortaſſe vero, niſi fallor. Et (vt paucis dicam) credo per ſeptem horas nō intelligi ibi niſi mediā partē cuiuſque diei vſque ad meridiē, exponēdo tamē de horis inæqualibus, quæ diuidūt quemcūque diē artificialē in duodecim partes, vt exponit etiā Bart. & Glo. Sed ad vnū eſt aduertendū, ꝙ dies artificialis ſi ſumatur ab ortu ſubſtātię Solis ſupra horizontē vſque ad eiuſdē occaſum, cōtinet ſolas quidē duodecim horas ; verū ſi ſumatur alio modo, prout ſumi poſſe ſupra nos diximus c. 6. nu. 27. ex ſacris litteris, & ex Theologorū ſētētia, nēpe a principio aurorę, & crepuſculi matutini vſque ad finē crepuſculi veſpertini, tūc dictis duodecim diei horis duę alię ſuperaddēdæ erunt, ſpatiū ſcilicet vniuſcuiuſque crepuſculi pro vna hora inęqua
11 li cōputādo: Vnde in totū erunt quattuordecim† horę inæquales cuiuſque diei: Et ſic ſeptē primæ horæ non erunt niſi cuiuſque diei prima medietas. Duo autē ſūt, quę in hac interpretatione ſcrupulū aliquē inijcere cuipiam poſſent. Vnum eſt, crepuſcula ſintne diei , an potius nocti adſcribenda. Alterum eſt, an ſpatium cuiuſque crepuſculi pro vna hora poſſit cōputari.
12 Et quantum ad primum diximus ſupra cap. 6. num. 26. & ſeqq. crepuſcula† & diei & nocti tamquam inter vtrumque media annumerari poſſe: Quod non ſolum ex ſacræ theologiæ profeſſoribus, vt ibi annotauimus, ſed etiam ex iuris tum pontificij , tum cæſarei interpretibus probatur, vt videre eſt in c. ſi perfodiens. & ibi per Abb. & Fely. de homic. & in l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & poſt. ſuper qua lege Bart. Bal. Caſtren. Aret. & Doct. magis communiter concludere videntur , quòd potius diei, quàm nocti attribuenda ſunt, ſi præſertim benignior id interpretatio ſuadeat : quod iterū infra ad aliā quęſtionē dicturi ſumus circa finē totius operis cap. 93. num. 6. Neque

obſtat

obſtat tex.† in l.hæc verba,ille aut ille.ff.de verb.ſigni.vbi Proculus iuriſ-
conſultus aſſerit,diem & noctem ita eſſe diſiuncta,vt poſito altero neceſſe
ſit tolli alterum,& item ſublato altero poni alterum. Nam reſponderi po-
teſt,quòd ille tex.procedit ex ſuppoſitione,ſuppoſita ſcilicet prius vna ali-
qua certa definitione diei & noctis:ſi enim definiatur (verbi gratia)dies
eſſe, quando ſol in ſuo corpore eſt ſuper terram, nox vero priuatio corpo-
ris ſolaris,tunc neceſſario conſequetur, quòd ad poſitionem diei nox au-
14 feratur,& contra ad diei remotionem nox ponatur.Sed quoniam non ſolũ
hoc modo † definiri poteſt dies,ſed etiam alijs modis, vt ſit(verbi gratia)
poſitio lucis,prout definit Bart.in d.§. Lucius.vel quando Sol in ſuis ra-
dijs eſt ſuper terram;hinc eſt,quòd non ſemper eodem modo ſequetur, ad
poſitionem diei noctem auferri,& ad diei remotionem noctem ſtatui. Il-
lud namque ſpatium temporis,quod eſt in crepuſculo cũ primũ aer incipit
illuſtrari vſque ad ortum ſubſtantiæ ſolis,nunc diei,nunc nocti adſcribi po
teſt,ſecundum quòd varijs modis diem & noctem accipi cõtingat.Et quã-
quam vel diei vel noctis pars eſt,ſub iudice tamen lis pendet , an diei,an
vero noctis potius ſit.Præterquam quòd dici etiam poteſt ad d.tex.in l.hęc
verba,ille aut ille.quòd principalis deciſio eius ſtat in verbo,aut, declarãs,
quòd verbum illud quandoque eſt diſiunctiuum , quandoque ſubdiſiun-
ctiuum:quæ autem affert de die & nocte,in exemplum affert, non tãquã
15 primo intenta,& principaliter deciſa.Exempla autẽ † afferuntur interdũ
ad declarandam dumtaxat rem de qua agitur, non quòd ipſa omnino ſint
vera,ſed ſufficit,ꝗ quoquo modo ex hypotheſi aliqua verificent. Vt enim
ait Philoſophus primo priorũ,ſecto 3.c.1.& 2.Poſter.tex.cõm.80. exemplis
vtimur,nõ ꝗ ita ſint,ſed vt per ea intelligãt qui addiſcunt. Et cõmentator
Auerr.in 2.de Anima,cõm.67.inquit,quòd de exẽplo non requiritur veri-
ficatio,ſed manifeſtatio.Alioquin cõtra Iuriſcõſultũ eſſet auctoritas M.Var
16 ronis,qui in lib.5.de lingua lat.in princ.ait, Crepuſculum † ſignificat du-
biũ,ab eo res dubię dictę creperę:quod crepuſculũ dies etiã nũc ſit, an iã
nox,multis dubiũ.Quod idẽ repetit Cẽſorinus in lib.de die natali c.10. Et
S.Iſid.lib.5.Etymol.c.31.Crepuſculũ (inquit)eſt dubia lux,nam creperum
dubium dicimus,hoc eſt inter lucem & tenebras.Et hæc quantũ ad primũ.
Quantum vero ad ſecundum,an ſpatium ſcilicet cuiuſque crepuſculi pro
17 vna hora computari poſſit(Voco autem crepuſculum hoc in loco † totum
illud temporis interuallum, quod eſt mane ab initio crepuſculi matutini,
& incipientis auroræ vſque ad ortum ſolis,& quod eſt ſero ab occaſu ſolis
vſque ad finem crepuſculi veſpertini,& initium noctis perfectæ)ſciendum
eſt,quòd licet in Italia & in Prouincijs,in quibus dies maximus ad quin-
decim horarum æquinoctialium longitudinem protenditur, & de quibus
loqui Paulum Iuriſconſultum credibile eſt, ſingula crepuſcula numquam
18 minus quam ſpatium vnius†. horæ cum dimidia alterius parte ex Mathe-
maticorum ſententia contineant,qua de re fuſius a nobis infra habebitur
ſermo cap.39. & 99.tamen quoniam Mathematici diligentiſſime rem per-
ſcrutantes terminum crepuſculorum conſiderant,vbi quædam ſaltẽ vix mo
dica & minima lux vel mane circa Orientem,vel circa Occidẽtem veſperi
apparẽte dignoſcitur,ideo ſatius fuit Iuriſconſulto,qui ſeſe multitudini ac-
19 commodat,non niſi pro vna hora†inæquali totũ ſpatium illud generaliter
computare, accipiendo nempe diei principium vbi claritas radiorum ſolis

Digitized by Google

aliqua ex parte notabilis hemiſphærium noſtrum colluſtrat,& efficit,vt rerum corpora non omnino male incipiāt ab hominibus internoſci. Et quod pro vna hora ſpatium illud crepuſculi generaliter computari poſſit,reperi inter alios Calliſtum Placentinum id aſſerere in enarrationibus euangeliorum quadrageſi milium,enarr.46.quę eſt de Reſurr. Domini, in princ. & Cornel.Ianſenium in comment.cap.129.Concord.euang.in fi.Ad quod etiam optime facit ſynhodus Saleguſtadien. apud Iuonem in 4.par.c.246. quæ hoc modo loquendi vtitur. Hora diei prima ante ſolis ortum eijciātur omnes ab eccleſia.&c.Quo loquendi modo vſum erat antea conciliū Toletanum 4.c.3.& S.Iſid.in tract.de ordine celebrandi concilij.in princ.

Quòd ſi quis a me petat,cur potius Iuriſconſultus initium diei ſumpſit ab aurora,quam ab ortu ſubſtantiæ Solis ſupra horizōtem,reſpondebo,quòd
20 ratio eſt in promptu,quia ſcilicet inde cōſtituendus erat Iuriſconſulto diei ortus,vnde eſt agendi principium:nam & iccirco prima diei pars cenſetur maior,quia aptior eſt rebus agendis,vt ſupra diximus,quàm ſuprema. Principium autem agendi eſſe hominibus a mane primo illuceſcente aurora, non tantum ab ortu ſolis,clarum eſt tum ex parabola Patrisfam.Matth.20. qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam; tum ex Virgilio,lib.11.Aeneidos,vbi ſic ait.

Aurora interea miſeris mortalibus almam.
Extulerat lucem,referens opera,atque labores.

Illud poſtremo vnum video mihi in hac interpretatione obijci poſſe, me quiddam ſupponere tamquam manifeſtum, quod tamē videretur maxime probandum;horas ſcilicet diurnas,quę diem artificialem in duodecim par
21 tes ſecant,ab ortu ſubſtantię ſolis† ſupra horizontē fuiſſe ſolitas numerari, cum fortaſſe quiſpiam exiſtimare poſſit,non ab ortu ſolis,ſed ab initio diei primo,& aurorę numeratas antiquitus fuiſſe. Verum ſi quis paulo diligētius ea inſpexerit quę nos ſupra c.6.de horis canonicis diſſeruimus,facilem huius rei ſolutionem inueniet.Conſtat namque ex dictis ibi,horā canonicam Matutinam priorem eſſe illa,quę Prima appellatur;primam autem canonicam horam ab hora diei prima denominari,Matutinam vero a mane, nemini poteſt eſſe dubium.

Quare neceſſario conſequitur,ante primam diei horā mane eſſe, & ante
22 initium illud diei a quo diurnę horę ſupputantur,aliud † diei initium ponendum,quod in ipſo mane inchoatur. Mane etenim principium diei eſſe & abſque alia probatione clarum eſt,& habetur ex d.lib.5.M.Varronis,de
23 lingua lat.Diei principium†(inquit ipſe)mane, quod tunc manat dies ab Oriente,niſi potius quod bonum antiqui dicebant manū. Et apparet,primam diei horam poſt ſolis ortum conſtitui,quia in hymno,qui ſtatim in ipſo primę horę canonicę initio canitur,expreſſa fit mentio ſolis ortus, perindeac ſi proxime pręceſſiſſet,cum dicitur ibi.

Iam lucis orto ſidere
Deum precemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus
Nos ſeruet a nocentibus.

Horas autem canonicas tam antiquas eſſe,ne dicam antiquiores,quàm eſt Paulus Iuriſconſultus, nemini poterit eſſe dubium, qui noſtra hęc legerit tū ſupra c.2.tū potiſſimum infra c.11.& ſeqq.Addo his præterea,q cū pro

horis

24 horis computandis † ſumere initium oporteat ab aliquo puncto maxime
conſpicuo,& inſigni, difficillimum foret huiuſmodi punctum aſſignare,
niſi aſſeramus,tunc ſumendum eſſe,cum corpus ſolare finitorem attigerit.
Ad quod optime faciunt quæ ſcribit Plutarchus in Problem.cap. 84. Huc
demum accedit,quòd ſi dicatur,modum ſupputandi horas antiquis per So
larium conſtitutum fuiſſe(eſt autẽ ſolariũ id,in quo horæ in Sole inſpiciũ-
25 tur)nullam prorſus hæc dubitatio difficultatem habebit.Solarijs † autem
vſos fuiſſe veteres & eſt notiſſimum apud omnes,& auctor eſt Varro in lo-
co ſuperius proxime adducto,& Palladius in libris de re ruſtica,qui in fine
cuiuſque menſis ponit diuerſitatem quantitatis ſingularũ horarũ diei per
differentes vmbras gnomonis.& Plinius libr.7.natur.hiſt. capit. vltimo. &
Macrob.lib.2.in ſomnium Scipionis,cap. 7. & Plautus apud Gellium libr.
3.Noctium Attic.c.3.& habetur etiam in ſacra pagina.4.Reg.20.& Iſa.38.
Sed clariſſime id habetur apud Cẽſorinũ ĩ lib.de die natali. c.10.vbi ita ait.
In horas duodecim diuiſum eſſe diẽ,noctẽque in totidẽ, vulgo notum eſt.
ed hoc credo Romæ poſt reperta ſolaria obſeruatum.
Verum tẽpus eſt,vt a latiſſimis campis iuris ciuilis iam ad ſemitã noſtram
redeuntes propoſitam artificialis diei diuiſionem proſequamur.

DE HORARVM DIEI PRO HORIS CA-nonicis aſſignatione. Cap. X.

1 *Horarum diei diſtinctio ſeruit aſſignationi horarum canonicarum.* *(tur.*
2 *Nominatio horarũ canonicarũ ſumitur a fine horæ,in qua vnaquæq; perſolui-*
3 *Horarum canonicarum ſchemata.*
4 *Sexta toto tempore anni in meridie locum habet.*
5 *Nona aſſignatur a Couarr.poſt tertiam diei partem, diuiſo die in quattuor partes,ſed illa eſt decima.*
6 *Horis canonicis exſoluendis tẽpus non adeo ſtricte, & præciſe ſumendum eſt,*
7 *Horæ canonicæ tempus competens tunc cenſendum eſt,quando hora officij reſpondet horæ diei.*
8 *Horæ canonicæ tempus debitum eſt,vt intra ſpatium horę diei ſibi reſpondentis recitetur.Et ſi in fine recitationis finiatur hora diei. tunc preciſe & pũctualiter eſt tempus debitum.num.9.*
10 *Prima ſtatim poſt ortum Solis incipienda eſt.*
11 *Horis canonicis per exſoluendis diuidebatur antiquitus dies in quattuor partes æquales.*

Diuiſo itaque die in duodecim partes æquales,quæ horę inęquales ap-
pellãtur,facile erit,eũdẽ diẽ in quattuor ęquales partes deſtribuere,
vnicuique ſcilicet parti tres horas tribuẽdo: ita ꝙ prima pars in tertia diei
hora,ſecũda in ſexta,tertia in nona,quarta in duodecim a cõcludat. Quo-
niã autẽ prima& vltima diei hora ſpecialẽ habẽt& inſignẽ quãdã inſpectio
nẽ per ſe propter ortũ & occaſum ſolis,principiũ ſcilicet & finẽ diei,factũ
eſt,vt hæ ambæ horæ ab alijs ſegregarentur, & ſolæ per ſe computarẽtur.
1 Quare ex hac diei diſtinctione† totã iã habemus & perfectã reliquarũ om
niũ horarũ canonicarũ aſſignationẽ.Nẽpe in prima diei hora Primã,in ſe-
cũda & tertia Tertiã,in quarta quinta & ſexta Sextã,in ſeptima octaua &
nona Nonã,in decima & vndecima Veſperas,in duodecima Cõpletorium.

Digitized by Google


2 Sumunt autem denominationem † horæ canonicæ ab vltima hora illius partis diei,in qua ponuntur,quia in ea præcipue complementum accipiũt, & in ea eſſent potiſſimum celebrandæ.

3 Vt autem ea quæ dicimus melius intelligantur,ſubiectis ſchematibus† hãc rem declarare procurauimus,quæ in ſequentibus magis patebunt.

Primum ſchema eſt pro tempore æquinoctiorũ,Secundũ pro tempore ſolſtitij æſtiui,Tertium pro tempore ſolſtitij hiemalis.

Eorum autem primus circulus oſtendit horas æquinoctiales Italicas , quæ ab occaſu Solis incipiunt.Secundus horas æquinoctiales extra Italiã,quarum initium a meridie ſiue a media nocte ſumitur, Tertius horas inæquales tam noctis,quàm diei.

Litteræ C.V. Crepuſculum Veſpertinum , & litteræ C. M. Crepuſculum Matutinum denotant.



Miror autẽ Dominicũ de Soto virum doctiſſimum in aſſignatione tempoporis pro horis canonicis nõ parũ erraſſe in 4.ſentent.diſt.13.quæſt.2. art.2. per ſi. verſ. Circa tertiam concluſionem. Ibi enim ait , quòd ſi horologium

incipiat

Digitized by Google

incipiat a dimidia nocte, dum ſignatur hora ſexta toto tempore anni incipit hora Prima, & nona cenſetur Tertia, & meridies Sexta, & poſt meridiē hora tertia dicitur Nona. Quæ computatio tantum abeſt, vt toto tempore anni ſecundum quod ipſe ait, ſit vera, vt ſolum in tempore æquinoctiorum
4 procedat: excepta tamen Sexta † quæ ſemper in meridie locum habet. Similiter notandum eſt, reperiri mendum apud Couarr. lib. 4. variar. reſol. cap. 20. num. 14. Ibi enim diſtinguens quemlibet diem in duodecim horas inæquales, quemadmodum diſtinguebatur ab antiquitus, dicit nonā diei ho-




tam ita inquirēdam eſſe, vt in ipſo meridie ſit hora ſexta, & ab ea hora nona deducatur, reliqua diei parte in alias ſex horas diuiſa; qua ratione hora nona incipiet (inquit) poſt tertiam diei partem, ipſo die in quattuor æ-
5 quales portiones diſtincto. Et tamen clarum eſt, quod poſt tertiam † diei partem incipiet hora decima, non autem hora nona, vt ipſe inquit.

Nauarrus in Manuali de Orat. cap. 3. num. 34. & ſeqq. agit de huiuſmodi horis inæqualibus, applicando eas noſtris horologijs tum Italicis, tum ijs, quę extra Italiam in vſu habentur. Videat qui vult, cum ibi, nam

ſatis

ſatis diffuſe, ne dicam curioſe multa pertractat ad propoſitum noſtrum. Vnum tamen tradit in fine d.c.3.nu.76.in hac materia de qua agimus conſideratu dignum, quod (pace ipſius) puto falſum. Ibi enim non obſcure in-



dicat, quod tempus debitum horæ canonicę recitandę non eſt ſpatium horę diei, quæ illi horę canonicę reſpondet, ſed finis horę diei. Verbi gratia, Prima hora canonica non erit incipienda ſecundum ipſum in ortu Solis, qui eſt initium primæ partis diei, diuiſo die in duodecim partes æquales, imo vero neq; in medio dictę primę partis, ſi præciſe & punctualiter ſuo debito tēpore recitanda ſit, ſed in fine dictę primę partis diei incipienda erit. Similiter Tertia hora canonica in fine tertię horę diei, & Sexta in fine ſextę, ſ. ſtatim poſt meridiem, & eodē modo reliquę recitandę erunt. Verum eſt, quod
5 tempus † pro horis canonicis exſoluendis non adeo ſtricte ſumendum eſſe docet, vt non poſſint paulo ēt ante, aut paulo poſt ſecundum aliquam latitudinē recitari; ſed ſi debitum tēpus præciſe inueſtigandum ſit, non niſi quod ſupra dictum eſt, ſecundum ipſum conſtituendum erit. Qua in re ipſe, & Couarr. qui ad eumdem ſenſum fortaſſe reſpexiſſe videtur, dum ait, vt proxime vidimus,

horam

Digitized by Google

horam Nonam incipere poſt tertiam diei partem, proculdubio (niſi fallor
ego) decipiuntur. Nam cum omnes Doct. aſſerant, & ipſa etiam ratio mani-
7 feſte hoc inſinuet, competens horæ canonicæ tempus† tunc cenſendū eſſe,
quando hora officij reſpondet horæ diei, quo modo verum erit, quod ad
recitationem horæ officij exſpectandum ſit, vt hora diei ſit finita, & com-
plete tranſacta? Iam enim non recitaretur hora officij in hora diei ſibi re-
ſpondenti, ſed in ſequenti potius. Vnde ſecundum Nauarrum prima hora
canonica recitanda eſſet in ſecunda diei hora, & Tertia in quarta, & Sexta
in ſeptima, & Nona in decima. Quod eſt maxime abſurdū. Quis enim ne-
ſciat, primam diei horam incipere ab ortu Solis, & durare vſquequo finitū
ſit ſpatium vnius horæ: quo ſtatim finito incipere ſecundam horam, & con-
ſequenter ſingulas deinde horas eodem modo incipere & terminari?
8 Quare dicendum eſt, quòd debitum tempus† horæ canonicę recitandę eſt,
vt intra ſpatiū horę diei ſibi reſpondentis, nō extra illud, eo videlicet tran-
ſacto & finito recitetur.
9 Quòd ſi adhuc magis præciſe† quæras, in quanam parte illius ſpatij recitā-
da ſit hora canonica, in principio, an in fine, cum ſatis longius ſpatium ſit
vnius horæ diei, quàm recitationis vnius horæ canonicæ. Reſpondeo, quòd
in quacumque parte horæ recitetur, dummodo tota recitatio intra ſpatiū
illud compleatur, recte & ſuo tempore recitata cenſebitur. Sed ſi fieri poſ-
ſit, vt cum finitur hora diei, finiatur etiam ſimul tota recitatio horę canoni-
cæ, tunc rectiſſime, & iuſtiſſime facta recitatio quantum ad temporis cir-
10 cumſtantiam pertinet, dici debet: excepta tamē prima hora canonica† quæ
ſtatim poſt ortum Solis incipienda eſſet.
Ratio autem horum pendet maxime ex his quæ infra latius dicturi ſumus;
11 Nam cum antiquitus totus dies artificialis in quattuor partes æquales† di-
uideretur pro quattuor horis canonicis celebrandis, Tertia ſcilicet, Sexta,
Nona, & Veſperis, dum ſingulæ dictæ partes implebantur, ex ſententia B.
Chryſoſtomi citati infra cap. 12. num. 2. non cum impletæ iam eſſent, vna
hora canonica exſoluebatur. Ex quibus tamen quattuor diei partibus duæ
poſtmodum particulæ fuerunt ſeparatæ, prima ſcilicet, & vltima diei hora,
pro Prima & Completorio, quæ in ortu, & in occaſu ſolis (vt diximus) cele-
brarentur.
Sufficiat nunc leuiter tantum hæc tetigiſſe, nam copioſius de his, cū teſti-
monijs ſanctorū patrum, & Doctorum auctoritatibus, infra (vt dixi) & præ-
ſertim c. 15. num. 14. & c. 21. ſuus erit diſſerendi locus.

DE HORIS CANONICIS.
Cap. XI.

1 *Horarum canonicarum probatio ſumitur ex veteri teſtamento. Et ex nouo numero 3.*

2 *Horarum canonicarum numerus ſeptenarius probatur ex illo pſal. 118. Septies in die laudem dixi.*

3 *Sanctorum verba multum habent ponderis, & energiæ ad figendos aculeos deuotionis.*

De

Digitized by Google

De his horis canonicis habetur tam clara & expreſſa mentio in vtroque
teſtamento, vt aliunde probationes aſſumere, quaſi ſuperfluũ videatur.
1 Apparet † in primis 1.Paral.6.9.& 25.conſtitutos fuiſſe cantores in domo
Dñi ex familijs Leuitarũ, qui laudarẽt Dominũ, & die ac nocte iugiter ſuo
miniſterio deſeruirẽt. Itẽ eiuſdẽ 1.Paral.23.pręcipitur, vt Leuitę ſtẽt mane
ad cõfitẽdũ, & canẽdũ Dño, ſimiliterque ad veſperã. Et 2.Par.31.iubetur vt
offeratur holocauſtũ mane ſemper & veſpere: quod idẽ habetur Exho.29.
Pſal.33. Benedicã Dominũ (inquit Propheta) in omni tẽpore, ſemper laus
eius in ore meo. Pſal.54. Veſpere, & mane, & meridie narrabo & annũcia-
bo, & exaudiet vocẽ meã. Pſal.70. In te cantatio mea ſemper. Repleatur os
meũ laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuã. Exſulta-
bunt labia mea cũ cantauero tibi, & anima mea, quam redemiſti. Sed & lin
gua mea, tota die meditabitur iuſtitiã tuã. Et pſal.118. Septies in die laudẽ
2 dixi tibi. Quẽ locũ pro ſeptenario † canonicarũ horarũ numero, & B.Baſil.&
Io. Caſſianus. & alij infra in ſeq.c.allegandi adduxerũt. & præter ipſos B.
Benedictus in regula, c.16. eũdẽ locũ ad hoc propoſitũ adduxit, vt apparet
in ijs quę ſupra expoſuimus iuribus c.1.de celeb.Miſ. & c. preſbyt.91.diſt.
Iſai.62. Super muros tuos Hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte
in perpetuũ non tacebũt. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis, & ne de-
tis ſilentiũ ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Hieruſalem laudem in terra.
Dan.6. Ingreſſus eſt Daniel domũ ſuã, & feneſtris apertis in cenaculo ſuo
cõtra Hieruſalẽ tribus temporibus in die flectebat genua ſua & adorabat,
cõfitebaturque corã Deo ſuo, ſicut & ante facere cõſueuerat. Et paulo poſt.
Tribus tẽporibus per diẽ orat obſecratione ſua. Quem locum exponentes
Tertull. B.Cyprianus, B.Hieronymus, B.Iſidorus, & alij mox citãdi inter-
pretantur de Tertia, Sexta, & Nona horis canonicis. Nehem.9. Quater in
die, & quater in nocte cõfitebantur, & adorabant Dominum Deum ſuũ.
Quem ſimiliter locũ congrue adaptant horis canonicis, poſt venerabilem
Bedã ibi, Amalar. lib.4. de eccleſ.offic.capit.3. & inter alios Canoniſtas Ar-
chid. in c.presbyter.91.diſt. & Guill.Durãt. in Ratio.lib.5.c.1.nu.2. Act.3.
3 † Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis
nonã. Et eorumdem.10. Aſcendit Petrus in ſuperiora, vt oraret circa hò-
ram ſextã. Quid quòd in parabola Patriſfam. vocãtis operarios in vineam
ſuã, Matth.20. adeo graphice, & per ordinẽ expreſſa ſunt tempora, quibus
penſum ſeruitutis noſtræ Deo perſolui ſtatutũ eſt, vt nihil mirũ videri poſ-
ſit, ſi Eccleſia a Spiritu ſancto edocta eas elegerit horas, vt laudem referat
Creatori, quibus potiſſimũ ſentit, ſe ab ipſo in regnũ eius, & gloriã vocatã.
Ibi etenim Matutinæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, & Veſpertinæ horæ clara &
ordinatiſſima habetur mẽtio. Sanctus præterea Paulus apoſtolus harũ vi-
detur horarum meminiſſe, cum dicit Ephel.5. Implemini Spiritu ſancto lo-
quẽtes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & cãticis ſpiritalibus, cantãtes,
& pſallẽtes in cordibus veſtris Domino. Et Coloſſ.3. Verbũ Chriſti habitet
in vobis abũdanter in omni ſapiẽtia docẽtes, & cõmonentes voſmetipſos
in pſalmis, hymnis, & cãticis ſpiritalibus, in gratia cãtãtes in cordibus ve-
ſtris Deo. Et Hebræ.vlt. Per ipſum ergo (Chriſtũ) offeramus hoſtiam laudis
ſemper Deo, id eſt fructum labiorum confitentium nomini eius.
Ceterum vt oſtendamus præter fundamentum, quod in ſacris litteris
habent horæ canonicæ, fuiſſe etiam a ſanctis patribus vnanimi conſenſu

receptas,

Digitized by Google

receptas, & perpetua ſerie ab Apoſtolorum temporibus ad hos noſtros vſque dies in eccleſia celebratas, age producamus in medium auctoritates aliquas antiquorum Patrum, quibus ſi non confundantur hæretici, fideles ſaltem in Domino ædificentur.

Et primum quidem repetendi hic ſunt S.Cyprianus,S.Baſilius,S.Chryſoſtomus,S.Hieronymus,S.Iſidorus,Ioan.Caſſianus,& alij fere omnes,quos ſupra citauimus c.2.cum de nocturnis vigilijs ageremus. Nam illi de Tertia,Sexta,Nona,Veſpertina, & alijs etiam horis ita egregie meminerunt, vt appareat, illo etiam tempore eaſdem fere quas nos habemus precandi formulas & ritus viguiſſe: niſi quòd illi feruentiores exiſtentes diligentiſſime tempora orationis obſeruabant, quæ nos ſegnes effecti & ſine ſpiritu facile iam omittimus.

4 Quoniam autem ipſa Sanctorum verba † multum habent põderis & energiæ ad figendos aculeos deuotionis,non inutile fore exiſtimaui,ſi quantũ ad rem noſtram faciunt,Patrum hic auctoritates vt iacent, verbis ipſorum proprijs attulero.

DE HORIS CANONICIS. Cap. XII.

1 *Horæ canonicæ aſſeruntur teſtimonijs S.Cypriani. S.Io.Chryſoſtomi. nu.2. S.Baſilij nu.3. S.Ambroſij.nu.5. S.Clementis Romani. nu 6. S.Athanaſij.nu.7. S.Hieronymi.nu.9. S.Epiphanij.nu.10. S.Cyrilli Hieroſolymitani.nu.11.S.Auguſtini.nu.12. S.Pachomij abbatis.nu.16.Concilij Niceni.nu.17. Ioan.Caſſiani.nu.18. Prudentij.nu.19.S.Benedicti.num.20. S.Iſidori,nu.21. Rabani,Concilij Aquiſgranen.nu.22.Amalarij, Hugonis de S.Vict.Ruperti abbatis,& aliorum.nu.24.*

4 *Horarum canonicarum numerus ſeptenarius colligitur ex illo pſalm.118. Septies in die laudem dixi tibi,per S.Baſilium.*

8 *Duodecimæ horæ canonicæ fit mentio per S.Athanaſium.*

13 *Regula ſecunda S.Auguſtini, aut ſaltem primum caput illius Regulæ, falſo videtur ei adſcribi.*

14 *Prima, & Completorium non erant ſpecifice cognitæ tempore S.Auguſtini,ſaltem ſub his nominibus.*

15 *Lucernarij nomine Veſpertina oratio videtur intelligi.*

23 *Prima celebratur in exortu diei, quando Sol ab Oriente primum apparet, ſecundum Rabanum.*

1 BEatus igitur Cyprianus † in tract.de oratione Dominica, in fi.ſic habet.In orationibus vero celebrandis inuenimus obſeruaſſe cum Daniele tres pueros in fide fortes & in captiuitate victores horam Tertiam, Sextam,Nonam,ſacramento ſcilicet Trinitatis, quæ in nouiſſimis temporibus manifeſtari habebat. Nam & prima hora in tertiam veniens conſummatum numerũ Trinitatis oſtendit. Itemq; ad ſextam quarta procedens declarat alterã Trinitatẽ.Et qñ a ſeptima nona cõpletur, per ternas horas Trinitas pfecta numeratur.Quę horarũ ſpatia iampridẽ ſpiritaliter determinantes adoratores Dei,ſtatutis & legitimis ad precẽ tẽporib.ſeruiebãt.

Et

Et manifeſtata poſtmodum res eſt,ſacramenta olim fuiſſe,quòd ante ſic iu-
ſti precabantur.Nam ſuper Diſcipulos hora tertia deſcendit Spiritus ſan-
ctus,qui gratiam dominicæ repromiſſionis impleuit.Itē Petrus hora ſextá
in tectum ſuperius aſcendens,ſigno pariter & voce Dei momentis inſtru-
ctus eſt,vt omnes ad gratiam ſalutis admitteret,cũ de emundandis genti-
libus ante dubitaret.Et Dominus hora ſexta crucifixus,ad nonam pecca-
ta noſtra ſanguine ſuo abluit,& vt redimere,& viuificare nos poſſet,tunc
victoriam ſuam paſſione perfecit. Sed nobis fratres dilectiſſimi præter ho
ras antiquitus obſeruatas,orandi nunc & ſpatia & ſacramenta creuerunt;
Nam & mane orandũ eſt, vt reſurrectio Dñi matutina oratione celebre-
tur; quod olim Spiritus ſanctus deſignabat in pſalmis dicens,Rex meus,&
Deus meus,qm̃ ad te orabo Domine, mane exaudies vocem meam ; mane
aſſiſtam tibi,& contemplabor te.Et iterum per prophetam loquitur Dñs,
Diluculo vigilabunt ad me dicentes : Eamus & reuertamur ad Dominum
Deum noſtrum.Recedente itē Sole,ac die ceſſante neceſſario rurſus oran
dum eſt.Nã quia Chriſtus Sol verus,& dies eſt verus,Sole ac die ſæculi re-
cedente qñ oramus & petimus,vt ſuper nos lux denuo veniat,Chriſti pre-
camur aduentum,lucis ęternę gratiam præbiturum.

2 B.Ioan.Chryſoſtomus † in homil.59. ad populũ Antioch. & in homil.14.
ſuper primã ad Timoth.& in ſerm.cui tit.eſt,Quod diſpenſatio rerum per
templum exſequenda eſt.in his.n.trib.locis eadem repetit.loquens de Mo-
nachis ſui tēporis,quo modo orationes nocturnas & diurnas celebrarent,
poſt alia ſic inquit.Facto autē die quiſq; noſtrũ alterum vocat,egreſſorũ
rationē agit,in forũ educit,aſſiſtit magiſtratui,tremiſcit,& pęnas metuit.
Alius in tabernaculo , ad ſuum alius opus . Illi vero cum rurſus matutinas
orationes celebrauerint & hymnos,ad ſcripturarũ lectionem conuertun-
tur.Sunt aũt & qui libros tranſcribere docti,aſſignatũ quiſq; ſumens ha-
bitaculum,ſemper agit quietē,nugante nemine,nemine quidquam dicen-
te.Tertiam,Sextã,Nonam,& Veſpertinas orationes celebrant.Et in quat-
tuor partes diem diſpartiti,dũ ſingulę partes implentur ,& pſalmodijs,&
hymnis Deum venerantur.Omnibus autem prandentibus,ridentibus,lu-
dentibus,& ingluuie ſe diſrumpentibus,hymnis hi vacant. Idē ſuper pri-
mę ad Timoth.c.2.homil.6.in princ.ſuper illis verbis.Obſecro igitur, pri-
mum omnium fieri obſecrationes &c.Quid autem(inquit)ſibi vult, quod,
ait,primum omnium?In obſequio ſcilicet quotidiano,perpetuoque diuinę
religionis ritu.Atque id nouerunt fideles, quo modo diebus ſingulis ma-
ne & veſpere orationes fundantur ad Dominũ,quo modo pro omni mun-
do & Regibus,& omnib.qui in ſublimitate ſunt poſiti obſecrationes ab Ec
cleſia fiant.Et in pſal.140.Domine clamaui ad te,exaudi me. in princ.ait,
non fuiſſe temere decretum a Patribus , vt ille pſalmus caneretur quoti-
die cum ad veſperum peruenerimus:& talem etiam eſſe pſalmum matuti-
num.62.Deus Deus meus ad te de luce vigilo.Et in homil.8.in Matth.ſu-
per illud c.2.Et fuge in Aegyptum,loquens de Monachis inſolentibus ſo-
litudines Aegypti, Neque enim(ait) quia ieiunant , aut vigilant , idcirco
otium ſibi indulgent diurnum:ſed noctes quidem ſacris hymnis , ac vigi-
lijs;dies vero orationibus,manuumque operibus exercent,Apoſtolicæ cur
ſum virtutis imitantes.

3 B.Baſilius magnus † in ſerm.1.de inſtitut.Monachorum ; qui alijs eſt ſer-

mo

mo aſceticus, de homine quòd ſit imago Dei, quę peccato deformetur. cla-
riſſime agit de ſeptenario horarum canonicarum numero, ita inquiens. Cũ
autem ad orationem nulla non vitæ pars opportuna habenda ſit, quia ta
men datis quibuſdam interuallis ab illa pſalmodiæ, genuque flexionis acri
contentione non numquam eſt interquieſcendum, is eſt maxime horarũ
modus tenendus, qui a veteribus olim ſanctis viris ad orationẽ deſcriptus
eſt. Etenim eximius ille Dauid ait, Media nocte ſurgebam ad confitendũ
tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ: quem ſane Paulus quoq; & Silas ſecuti re-
periuntur cum in carcere poſiti circiter mediam noctem Deum ambo col-
laudarent. Addit deinde idem Propheta, Veſpere, mane, & meridie. Quin
Spiritus ſancti aduentus circitet horam diei tertiam fuit, ſicut ex Actis ac-
cepimus; quo tempore cum propter illam linguarum efficacem vim Phari-
ſæi Diſcipulos irriderent, negauit Petrus eos ebrios eſſe, qui ea loqueren-
tur; ſiquidem horam illam tertiam fuiſſe. Porro nona Dominicæ paſſionis
memoriam refert, illius quæ vitæ noſtræ cauſſa ſuſcepta eſt.

4 Verum qm̃ item hoc eſt apud eumdem Dauid, Septies † in die laudem di-
xi tibi ſuper iudicia iuſtitię tuæ; tempora aũt illa quæ diximus neutiquam
ſeptenarium orationis numerum conficiũt; bipartito diuidẽda meridiana
oratio eſt, ita videlicet pars vna cibũ præcedat, altera ſubſequatur, quo ք-
petua hęc nobis formula ſit Deum ſepties per ſingulas dierũ conuerſiones
laudib. celebrandi. Itẽ in Regulis fuſius diſputatis, interrogatione 37. ſic
habet. Neque vero tũ quamquam hanc aſſidue, atque adeo omnibus mo-
mentis adhiberi oportere gratiarum actionẽ, & lex ipſa præcepit, & nos eã
vitæ noſtrę neceſſariam eſſe cum natura, tũ ratione docuimus: propterea
illæ ſtatis temporib. pręſcriptę orationes negligendæ veniunt, quas obſer-
uari in conuentib. ſollemne eſt, & quotidianum. Siquidẽ ea re a nobis ne-
ceſſario huiuſmodi tempora delecta ſunt, quod in eorum ſingulis pecu-
liaris quædam Dei in nos beneficiorum eſt commemoratio. Ac matutinũ
quidem, vt primi animi, ac mentis noſtræ motus conſecrentur Deo, neque
vllius rei curæ ante aditũ ad nos demus, quàm nos in cogitatione de Deo
oblectauerimus; ſicut ſcriptũ eſt, Memor fui Dei, & delectatus ſũ. Neque
corpus prius ad functionẽ muneris alicuius moueamus, quàm illud feceri-
mus, qđ dictũ eſt, Orabo ad te Dñe, mane exaudies vocẽ meã: mane aſta-
bo tibi. Tertia vero hora vt in ea ad orationẽ ſurgatur, fratreſq; oẽs in vnũ
congregẽtur licet diuerſis in locis aiij, in alijs operib. ſint occupati: idq; ea
re, vt admoniti doni Spiritus, quod circiter hanc ipsã horã Apoſtolis datũ
fuit, vno, eodẽq; animo cuncti illũ venerentur: ab eoq; petant, vt & ipſi di
gni ſint, qui ſanctificationẽ ſuſcipiant; ſimulq; vt ſalutaris ſibi doctrinę &
recti itineris dux eſſe & auctor velit; illũ imitantes qui dixit, Cor mundũ
crea in me Deus, & Spiritũ rectũ innoua in viſcerib. meis. Ne proijcias me
a facie tua, & Spiritũ ſanctum tuũ ne auferas a me: Redde mihi lętitiã ſa-
lutaris tui, & Spiritu principali confirma me. Et alio in loco, Spiritus tuus
bonus deducet me in terrã rectã. Atq; ita denuo ad intermiſſa opera re-
deatur. Quòd ſi ſors aliquos vel ꝑꝑ operũ, vel ꝑꝑ locorum naturã eo tp̃e
abeſſe longius contigerit, quàm vt vna cũ reliquis pręſto eſſe poſſint; ij
vbicumq; fuerint, ea neceſſario ibi exſequi debent, quę cõiter ſtatuta ſunt,
nihil hęſitantes omnino, quia vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine
meo, inquit Dominus, ibi in medio eorũ ſum. Porro Sexta hora Sanctorũ

exemplo

exemplo neceſſariã eſſe orationem iudicauimus, apud quos eſt, Veſpere, & mane,& meridie narrabo,& annunciabo, & exaudiet vocem meã. In qua quidẽ vt liberemur ab incurſu & dęmonio meridiano nonageſimus ẽt pſalmus recitetur. De Nona vero, ꝙ ea ad orationem nobis neceſſaria ſit, id Apoſtoli ipſi declarauerunt in Actis, in quibus eſt, ꝙ Petrus & Ioannes aſcendebant in templũ ad horam orationis nonã. Completo vero iam die pro ijs omnibus, quæ in eo nobis data fuerint, feliciterve nobis euenerint, gratiarũ actio ſuccedat: eorumq;, quæ vel per conſenſum, aut ſecus cõtra animi ſententiã prætermiſſa ſunt, confeſſio: ac ſicubi latens delictum aliquod admiſſum fuerit verbis, operibusve, aut ẽt corde, pro his omnib. oratione adhibita veniam nobis a Deo cõprecabimur. Siquidem ad ſimilia pec cata iterum euitanda valde vtilis eſt præteritorũ conſideratio. Iccirco Dauid dicit, Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilib. veſtris compungimini. Tum autẽ primis ſe iam noctis intendentibus tenebris, ſequetur petitio, vt quies quã ſumus capturi inoffenſa, & ab omni perturbatione, ac vitio libera ſit; qua hora etiã neceſſario nonageſimus recitari pſalmus dẽt. De tẽpore autem dimidię noctis. &c. quę nos ſupra adduximus c.2. nu.5. cum de nocturnis orationib. ageremus. Et deinde ſubiungit. Porro ex his omnib. quæ diximus ſtatis temporib. nullum ab ijs pręteŗmitti dẽt, quorũ vitæ propoſitum eſt, vt quæ acturi ſunt, omnia ad laudem Dei, & Chriſti eius referant. Atq; vtilis etiam meo quidem iudicio hæc in orationibus & pſalmorum decantationibus, quę certis temporib. fiunt, diuerſitas eſt atq; varietas, ob eam cauſſam, ꝙ in perpetua ſimilitudine & ęqualitate rerum, animo neſcio quo modo torpedo quędam plerumq; oboritur, atq; tędiũ; eaque re aliud agens ad futiles & vagas cogitationes aberrat: In viciſſitudine autem, varietateq; cum pſalmodiæ, tum ſingularum horarum, orationis & ſtudium ipſum renouatur, & attentio inſtauratur. Idem in epiſt. 1. ad B.Gregor. Nazianzenum, poſt princ. ſic ait. Quid igitur beatius atque felicius, quàm Angelorum choros in terris imitari? Mox quidem erumpente luce ad orationis ſtudium occurrere, hymniſq; & canticis honorare Creatorem? Tum vero clarius Sole radiante conuerſum ad opera vbique oratione comitante hymnis quoq; tamquam ſale condire miniſteria? Lætum quippe & ſerenum animi ſtatum ſolatia hymnorum largiuntur. Et poſt pauca. Rurſus ſi lectionem ſequantur precationes, animum deſiderio in Deum reaccenſo renouatum & vegetiorem factum accipiunt.

5 S. Ambroſius † pręter nocturnã & matutinã orationem, de quib. vidimus ſupra, c.2. nu.10. & 11. mentionem ẽt facit de meridiana & veſpertina. In pſal. enim 118. ſerm. 8. par. 6, ita ait. Indictum eſt ieiuniũ, caue ne negligas. Et ſi te fames quotidianũ cogit ad prandiũ, vt intemperantia declinet ieiuniũ; tñ cęleſti magis te ſeruato conuiuio. Non epulę paratę extorqueãt, vt cęleſtib. ſis vacuus ſacramentis. Differt aliquantulũ, non lõge finis eſt diei: imò pleriq; ſunt eiuſmodi dies, vt ſtatim meridianis horis adueniendũ ſit in eccleſiã, canendi hymni, celebrandã oblatio. Tunc vtiq; paratus aſſiſte, vt accipias tibi munimentũ, vt corpus edas dñi Ieſu, in quo remiſſio pecca torũ eſt, poſtulatio diuinę recõciliationis, & protectionis ęternæ. Et poſt pauca. Admonet ẽt (inquit) ſacrificium veſpertinum, vt numquã Chriſtum obliuiſcaris. Non põt obliuiſci, cum lectum aſcendes eius Domini, cui in occaſum precem fuderis diei, qui eſurientẽ te ſui corporis epulis expleuerit.

rit.

Digitized by Google

rit. Et poſt pauca iterum. Et quia orationem eſſe ſubeundam media nocte diximus, non minus etiam de eiuſmodi hora diei dicendum videtur. Contraria enim diei nox eſt. Quid enim luci commune cum tenebris? Et ideo aduerſa ſibi eadem nocturna eſt & diurna. Sicut enim media nocte primitiua Aegyptiorum Tentator occidit, & ex eo cognoſcitur, ꝙ ea maxime hora operetur aduerſarius: ita e contrario quód meridiano tempore virtus diuinæ lucis operetur. Rurſus etiam alias eiuſdem Sancti auctoritates pro matutina, & veſpertina oratione citabimus infra, c.14. nu.2. Ac de varijs orandi horis agit idem expreſſius in lib.3. de Virgin. circa princ. ſic inquiens. Oratio quoq; nos Deo crebra commendet. Si.n. Propheta dicit, Septies in die laudẽ dixi tibi. qui regni erat neceſſitatib. occupatus, quid nos facere oportet, qui legimus, Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem? Certe ſollẽnes orationes cum gratiarũ actione ſunt deferendæ cum e ſomno ſurgimus, cũ prodimus, cũ cibũ paramus ſumere, cũ ſumpſerimus, & hora incenſi, cũ deniq; cubitũ pergimus. Sed ẽt in ipſo cubili volo pſalmos cũ oratione Dñica, frequenti cõtexas vice; vel cũ euigilaueris, vel ante quàm corpus ſopor irriget, vt ſe in ipſo quietis exordio rerũ ſecularium cura liberã diuina meditantẽ ſomnus inueniat. Et infra. Symbolũ quoq; ſpecialiter debemus tamq̃ nr̃i ſignaculũ cordis antelucanis horis quotidie recenſere.

6 S. Clemens Romanus † martyr & Pontifex, lib.2. Conſtit. apoſt. c.63. hortandum eſſe populum, & iubendum dicit, eccleſiam frequentare mane & veſpere quotidie, nũquamque abeſſe omnino, ſed aſſidue vnumquemque conuenire. Non enim (ſubdens ait) ſolum de Sacerdotibus dictum eſt, ſed quilibet laicus de ſe id audiat cogitãs dictum a Domino. Qui non eſt mecum contra me eſt; & qui non congregat mecũ, diſpergit. Nolite ergo vos membra Chriſti cum ſitis, diſpergi, cętus non celebrando, Chriſtum caput habentes ſm promiſſionem ſuã adiunctum & conſociatum vobis. Nec ipſi voſmet negligatis, neque Saluatorem proprijs membris deſtituatis, neque eius corpus ſcindatis, neque ipſius membra diſſipetis, neq; huius vitæ neceſſaria diuino verbo anteponatis, ſed quotidie conueniatis mane ac veſpere pſallentes atque orantes in Dñicis, mane dicentes pſalmum ſexageſimũ ſecundũ, veſpere centeſimum quadrageſimum. &c. Sed clarius lib.8. c.40. ſic de horis canonicis diſſerit. Preces veſtras facite diluculo, tertia hora, ſexta, nona, veſpere, & in gallicantu. Diluculo gratias agentes, quoniam illuminauit nos Dñs expulſa nocte, & inducto die. Hora tertia, qm̃ illa hora Dñs ſententiam Pilati accepit. Sexta, qm̃ tunc crucifixus eſt. Nona, quoniã omnia commota ſunt crucifixo Domino perhorreſcentia impiorum audaciã, & non ferentia ignominiam Dñi. Veſpere gratias agentes, ꝙ dedit nobis noctem diurnorum laborum requietem. In gallicantu, qm̃ illo tempore nunciatur aduentus diei ad exercenda opera lucis. Si propter infideles ad eccleſiam iri non poteſt, domi cœtus congregabis ô Epiſcope. Et paulo poſt. Si nec domi, nec in eccleſia cętus celebrari poſſunt, vnuſquiſq; apud ſe pſallat, legat, oret; vel duo, aut tres vna congregati. Vbi enim ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum. &c. Et in ijs, quæ ſequuntur capita, de forma agit veſpertinę, & matutinæ orationis.

7 S. Athanaſius † de horis canonicis mentionem facit in lib. qui de Virginit. ſeu de Exercitatione inſcribitur. Ibi.n. circa medium ſic loquitur. Pèr oẽ vitæ tp̃s in ieiunijs, precibus, & eleemoſynis perſeuerato. Beatus qui auſcul-

tat his nocte ac die. Ne recedat ſermo Dei ab ore tuo. Sit aũt ſemper opus
tuum ſcripturarum meditatio. Habeto pſalterium, & pſalmos ediſce. Sol
exoriens videat librum in manu tua. Poſt tertiam horam peragito commu-
nionem, quoniam hac hora adductum eſt lignum crucis. Sexta hora cele-
brato preces cũ pſalmis, opplorationib. & obſecrationibus, quoniã hac ho-
ra filius Dei ſublatus eſt in cruce. Hora nona rurſus eſto in hymnis, & lau-
dibus Dei, cum lacrymis cõfitens peccata tua; Deo ſupplica, quoniam hac
hora Dominus in cruce pendens reddidit ſpiritum.

8 Et poſt multa. Quod ſi venerit hora Duodecima † maiorem, & crebriorẽ
celebres communionem cum virginibus tuis, quas habes vnanimes. Quòd
ſi non habueris vnanimem, ſola peragito Deo præſente, & audiente. Bo-
num eſt effundere lacrymas in conſpectu Dei. Memento horæ duodeci-
mæ, quoniam in hac Dominus noſter deſcendit ad inferos: cumque vidiſ-
ſet illum Tartarus inhorruit, expauitque dicens, Quis eſt iſte, qui cum po-
teſtate, magnaque virtute deſcendit? &c.

9 B. Hieronymus † in epiſt. 7. ad Lętam, de Inſtitutione filię, poſt med. ſic me-
minit horarum canonicarum. Pręponatur ei probę fidei, ac morum, & pu-
dicitię virgo veterana, quę illã doceat, & aſſueſcat exẽplo ad orationes &
pſalmos nocte cõſurgere, mane hymnos canere, tertia, ſexta, nona hora ſta-
re in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaque lucerna reddere ſacrificiũ
veſpertinum: Sic dies tranſeat, ſic nox inueniat laborantem. Orationi le-
ctio, lectioni ſuccedat oratio: breue videbitur tẽpus, quod tantis operũ va-
rietatibus occupatur. Et in epiſt. 8. ad Demetriadem virginem, de virgini-
tate ſeruanda, prope fi. ſic inquit. Præter pſalmorũ, & orationis ordinem,
quod tibi hora tertia, ſexta, nona, ad veſperum, media nocte, & mane ſem-
per eſt exercendũ; ſtatue quot horis ſanctã ſcripturã ediſcere debeas, quã-
to tẽpore legere, non ad laborem, ſed ad delectationẽ, & inſtructionẽ ani-
mæ. Item in epiſt. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, prope fi. Poſt
hæc (ait) quamquam Apoſtolus orare nos ſemper iubeat, & Sanctis etiã ip-
ſe ſit ſomnus oratio: tamen diuiſas orandi horas debemus habere, vt ſi for-
te aliquo fuerimus opere detenti, ipſum nos ad officium tẽpus admoneat.
Horam tertiam, ſextã, nonam, diluculũ quoque, & veſperam nemo eſt qui
neſciat. Nec cibi ſumantur, niſi oratione præmiſſa, nec recedatur a men-
ſa, niſi referatur Creatori gratia. Noctibus bis, terque ſurgendum. Reuol-
uenda quæ de ſcripturis memoriter retinemus. Egredientes de hoſpitio ar-
met oratio; regredientibus de platea oratio occurrat ante quàm ſeſſio; nec
prius corpuſculum requieſcat, quàm anima paſcatur. Et in epiſt. 27. ad eã-
dem Euſtochium, loquens de Paula matre, poſt med. ita inquit. Poſt virorũ
monaſterium, quod viris tradiderat gubernandum, plures virgines, quas e
diuerſis prouincijs congregarat, tam nobiles, quàm medij, & infimi gene-
ris, in tres turmas, monaſteriaque diuiſit; ita dumtaxat, vt in opere & in ci-
bo ſeparatæ, pſalmodijs, & orationibus iungerentur. Poſt Alleluia canta-
tum, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitum erat: ſed
prima, ſeu inter primas veniens, ceterarum opperiebatur aduentum, pudo-
re & exemplo ad laborem eas prouocans, non terrore. Mane, hora tertia,
ſexta, nona, veſpere, noctis medio per ordinẽ pſalteriũ cantabant: nec li-
cebat cuiquã ſororum ignorare pſalmos, & non de ſcripturis ſanctis quo-
tidie aliquid diſcere. Idem in c. 6. Daniel. ſuper illis verbis, Tribus tempo-

ribus flectebat genua ſua. Tria (ait) ſunt tempora, quibus Deo flectenda ſunt genua: tertiam horam, ſextam, & nonam eccleſiaſtica traditio intelligit. Et in epiſt. 4. ad Ruſticum monachum, de viuendi forma, circa med. ſic dicit. Numquam de manu, & oculis tuis diſcedat liber, diſcatur pſalterium ad verbum; oratio ſine intermiſſione, vigil ſenſus ſit. &c. Quæ verba licet parumper immutata tranſtulit Gratianus in c. numquam. de conſecr. diſt. 5. Numquam (inquiens) de manu tua, vel oculis tuis liber pſalterij diſcedat, dicatur ad verbum oratio ſine intermiſſione, vigilet ſenſus. &c. Et demum in 2. expoſit. pſal. 119. quæ poſita eſt in fine comment. ſuper omnes pſalmos, (ſi tamen illorum comment. auctor ſit B. Hieronymus) ſuper illis verbis, Cum ijs qui oderunt pacem eram pacificus. mentionem facit horarum canonicarum his verbis. Monachi dicimur, & licet non ſimus, quales eſſe debemus, tamen dicimur. Hora tertia oramus, hora ſexta oramus, nona, lucernarium facimus, media nocte conſurgimus, deinde gallicinio oramus. Videte, quibus horis ſemper ad obſequium Dei ſuſcitamur. Videte, quid dicat. hora tertia, ſexta, nona, lucernarium, medio noctis, gallicinio, mane primo.

10 S. Epiphanius † non obſcure meminit horarum canonicarum lib. 3. aduerſus hæreſes, hær. 80. contra Meſſalianos, ita inquiens. Sic etiam ſerui Dei, qui vere in firma veritatis petra fundati ſunt, & domum ſuam ſecuræ ædificant, proprijs manibus tenues ſuas operationes operantur iuxta vniuſcuiuſque artem: in ore vero omnem ferme diuinam ſcripturam annunciant, citraque fatigationem, & impigre frequentes agũt vigilias partim in orationibus partim in pſalmodijs: perpetuo autem conuentus ex more ſtatuto ordinatos faciunt, verſanturque interdiu ſemper aſſiduis iuxta interuallum horis preces ad Deum irreprehenſibiliter cum multa humilitate, & doloroſo eiulatu ſurſum emittentes. Et in eod. lib. 3. in fi. ſic ait. Matutini etiam hymni in ipſa ſancta eccleſia perpetuo fiũt, & orationes matutinæ, lucernaleſque ſimul pſalmi, ac orationes. Et infra. Plerique vero in pſalmodijs, & aſſiduis orationibus, lectionibuſque ſacrarum ſcripturarum, & receſſibus exercentur. Et rurſus infra, loquens de eccleſia catholica, Preces autem (inquit) illi due imperat cũ omni ſedulitate, ac prolixitate, & geniculatione in ordinatis diebus, noctu, atque interdiu ad Deum effundere.

11 B. Cyrillus † Hieroſolymitanus catecheſi 13. Sciunt hoc (inquit) ſtudioſi eccleſię Pſalmiſtę, qui angelicos imitantes exercitus ſemper Deum laudib. celebrant; qui digni habiti ſunt pſallere in hoc ſancto Golgotha.

12 B. Auguſtinus † in epiſt. 119. ad Ianuarium, cap. 18. quæ habetur etiam inter opera B. Hieronymi, Tom. 9. epiſt. 21. approbans vſum eccleſiarum in decantandis horis, ſic loquitur. Miror ſane, quid ita volueris, vt de ijs, quæ varie per diuerſa loca obſeruantur, tibi aliqua conſcriberem, cum & non ſit neceſſarium, & vna in his ſaluberrima regula retinenda ſit, vt quæ nõ ſunt contra fidem, neque contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, vbicumque inſtitui videmus, vel inſtituta cognoſcimus, non ſolum non improbemus, ſed etiam laudando, & imitando ſectemur, ſi aliquorum infirmitas non ita impedit, vt amplius detrimentum ſit. Si enim ita impedit, vt maiora ſtudiorum lucra ſperanda ſint, quàm calumniatorum detrimenta metuenda, ſine dubitatione faciendum eſt, maxime illud, quod etiam de ſcripturis defendi poteſt, ſicut de hymnis

& pſalmis canendis, cum & ipſius Domini, & Apoſtolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de hac re tam vtilia. Ad monendum pie animum, & accendendum diuinę lectionis affectum varia conſuetudo eſt, & pleraque in Africa eccleſiæ membra pig iora ſunt, ita vt Donatiſtæ nos reprehendant, quòd ſobrie pſallimus in eccleſia diuina cantica Prophetarũ cum ipſi ebrietates ſuas ad canticum pſalmorum humano ingenio compoſitorum quaſi tubas exhortationis inflamment. Quando autem non eſt tempus cum in eccleſia fratres congregantur, ſancta cantandi, niſi cum legitur, aut diſputatur, aut Antiſtites clara voce deprecantur, aut cõis oratio voce Diaconi indicitur? Alijs vero particulis tẽporum quid melius a congregatis chriſtianis fiat, quid ſanctius omnino non video. Et in ſerm. 1. feriæ quartæ in capite Ieiunij, qui eſt de tempore. 55. Et ideo, ait, rogo vos fratres cariſſimi, ad vigilias maturius ſurgite; ad Tertiã, ad Sextam, ad Nonam ante omnia conuenite. Nullus ſe a ſancto opere ſubtrahat, niſi quem infirmitas, aut publica vtilitas, aut forte certa, & grandis neceſſitas tenuerit occupatum. Nec ſolum vobis ſuffi iat, quòd in eccleſia diuinas lectiones auditis, ſed etiam in domibus veſtris aut ipſi legite, aut alios legentes requirite, & libẽter audite. Item in Regula. 3. c. 7. & ſeqq. Orationibus, inquit, inſtate horis & tẽporibus conſtitutis. In Oratorio nemo aliquid agat, niſi ad quod factũ eſt, vnde & nomen accepit: vt ſi forte aliqui etiam præter horas cõſtitutas, ſi eis vacat, orare voluerint, non eis ſint impedimento qui ibi aliquid agendum putauerint. Pſalmis & hymnis cum oratis Deum, hoc verſetur in corde, quod profertur in voce. Quod idem habetur per eumdem in epiſt. 109. quę inſcribitur Regula Monacharum. Ex qua deſumptus eſt tex. in c. fi. diſt. 42. In Oratorio, dicitur ibi, prẹter orandi & pſallendi cultum, penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impenſa concordent. Et in Reg. 2. cap. 1. expreſſiſſimã omnium horarum canonicarum mẽtionem facit his verbis. Qualiter autem oporteat nos orare, vel pſallere deſcribimus. Id eſt in Matutinis dicantur pſalmi octuaginta octo cum debitis antiphonis, verſibus, & reſponſorijs. Ad Primam, & Tertiam dicantur ſui pſalmi, antiphonę duę, lectiones duę. Simili modo ad Sextam & Nonam dicantur ſui pſalmi cum debitis reſponſorijs, & antiphonis. Hoc idem in Veſperis, & Completorio ſeruetur. Ad Lucernarium autem pſalmus vnus, reſponſorium vnũ, antiphonę tres. lectiones tres. Et opportuno poſt Lucernarium omnibus ſedẽtibus legantur lectiones. Nocturnę autem lectionis menſe Nouembri, Decembri, Ianuario, & Februario antiphonę duodecim, pſalmi ſex, lectiones tres. &c. Quod teſtimonium magni ęſtimarem, niſi ex non nullis conie&tu-
13 ris, Reg. illam 2. † vel ſaltem primum caput illius Regulę, non S. Auguſtini, ſed quid ſuppoſititium, eſſe certo crederem. In primis enim, vt vnde id conijciam, oſtendam, quis credat, B. Auguſtinum ſtatuiſſe, vt in ſolis Matutinis, id eſt Laudibus ſeparatim ſiue Nocturnis dicantur pſalmi octuaginta octo cum debitis antiphonis, verſibus, & reſponſorijs? Deus bone, quandonam futurus eſſet finis Matutinorũ, ſi tot pſalmi decantandi forent? Scio apud Io. Caſſianum lib. 2. de inſtit. cœnob. cap. 5. quoſdam ex patribus inſtituere voluiſſe, in veſpertinis officijs quinquagenos pſalmos decantari debere, alios etiam ſexagenos, non nullos vero ne hoc quidem numero contẽtos excedi eum debere exiſtimaſſe: Et B. Benedictum in Reg. ca. 18. in fi. aſſerere, sãctos patres noſtros vno die totũ pſalteriũ ſtrenue impleuiſſe, quod

nos

Digitized by Google

nos tepidi (inquit) vix ſeptimana integra perſoluimus. Et de B. Guillelmo epiſcopo Brioceníi legi in eius vita apud Surium, Tom. 4. ſub die 29. Iulij, & apud Galeſinium in Martyrol. ſub eodem die, quòd orationi, & precib. ita deditus erat, vt præter diuinum canonicarum horarũ officium, & alias pias precationes, totum etiam pſalmorum librum ſingulis diebus intima animi pietate recitaret: His tamen non obſtantibus adduci non poſſum, vt credam, S. Auguſtinum, qui optime callebat, quid generaliter multitudini fratrum poſſibile eſſet, in qua neceſſe eſt ſemper imbecillorum partẽ maximam reperiri; & qui in epiſt. 119. paulo ante citata, fatetur, pleraque in Africa eccleſiæ mẽbra pigriora fuiſſe in hymnis & pſalmis canendis; ita vt Donatiſtæ catholicos reprehenderent, quod ſobrie pſallerent in eccleſia diuina cantica Prophetarũ; tam enormem pſalmorum numerum in ſolis Matutinis inſtituiſſe. Deinde Primæ, & Completorij nomen, quod ibi clare exprimitur, innuit mihi, ab aliquo longe ſatis poſt Beatum Auguſtinum caput illud conſcriptum fuiſſe: cum putem, Beati Auguſtini tempore horas

14 has canonicas Primam & Completorium † non fuiſſe ſub his ſaltem nominib. ſpecifice cognitas. Præterea prẹter reliquas omnes horas enumeratas, ſcilicet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſperas, Completorium, Nocturnam, & Matutinos, aſſignatur ibi alia quẹdã hora canonica ſub Lucernarij nomine; quod quidẽ neſcio quamnã potiſſimum horam canonicam

15 interpretari poſſumus; cum Lucernarij † nomine illo tempore nihil aliud intelligi poſſe arbitrer, quàm horam veſpertinam, vt infra c. 17. nu. 8. & ſeqq. ex teſtimonijs quibuſdam grauiſſimorum auctorum probabo. Poſtremo multa quæ in dicta Reg. 2. habentur deſumpta apparent ex ſerm. 1. ad fratres in eremo, vbi B. Auguſtinus de quibuſdam horis canonicis mentionem faciens, nihil tñ de Prima & Completorio; aut de Veſperis ſeparatim ab hora Lucernaria, vel de pſalmis in tanto numero recitandis loquitur. Quare ex his recte videor mihi poſſe exiſtimare, alium quempiam quàm B. Auguſtinum Reg. illius 2. vel ſaltem primi eius capitis auctorem exſtitiſſe. Nunc poſt B. Auguſtinum ad aliorum Patrum teſtimonia tranſeamus:

16 S. Pachomius † abbas in Regula, quam ab Angelo didiciſſe fertur, circa med. Ad pſallendum (ait) & ad orandum nullus ſibi occaſiones inueniat, quibus ſe dicat occupatum, quaſi ire non poſſit; & ſi in naui fuerit, & in agro, vel in itinere, & in monaſterio, quolibet opere, & miniſterio detẽtus, prandi & pſallendi tempora non prætermittat. Et vt habetur ex Sozom. lib. 3. hiſt. eccleſ. c. 13. in ea Regula præceptum fuit, vt tot vicibus in ſingulos dies, & ſub veſperum & noctu, & hora nona orarent.

17 Concilium primum Nicęnum † magnum meminit horarum diurnarum, & nocturnarum, vt patet can. 64. eorum qui ex arabico in Latinum tranſlati ſunt opera Franciſci Turriani, & ab eodem impreſſi poſt conſtitutiones apoſtolicas B. Clementis Romani a ſe conuerſas.

18 Io. Caſſian. † toto lib. 3. de Inſtit. cęnob. agit de canonico diurnarũ orationũ, & pſalmorũ modo, ſed pcipue c. 3. & 4. ex illo Pſal. 118. Septies in die laudẽ dixi tibi. colligit ſeptenariũ numerũ horarũ canonicarum: & primũ quidem prẹter nocturnas vigilias ſtatuit Tertiã, Sextã, & Nonã fundatas potiſſimum ſuper c. 6. Daniel. deinde Veſpertinam & Matutinã, & poſtremo alteram Matutinam. Nimis autem longum eſſet, ſi omnia eius verba hic tranſciberem, proinde ſatis ſit, ſummatim quæ ipſe dicit retuliſſe.

19 Aurelius Prudentius † in lib. Cathemerinon pro ſingulis fere horis canonicis hymnos facit. Ibi enim eſt hymnus primus Ad gallicantum, pro Nocturnis: item hymnus ſecundus ad Matutinum, qui Laudibus; item hymnus tertius ante cibum, qui Sextæ; item hymnus quartus poſt cibum, qui Nonæ; item hymnus quintus ad accenſionem lucernæ, qui Veſperis; item hymnus ſextus ante ſomnum, qui Completorio, adſcribi poſſunt. Et poſtremo eſt hymnus nonus ad omnes horas. Et in præfatione dicti libri Cathemerinon, id eſt Quotidianorum, ad hoc propoſitum ſic ait.

Atqui fine ſub vltimo
Peccatrix anima ſtultitiam exuat:
Saltem voce Deum concelebret, ſi meritis nequit.
Hymnis continuet dies,
Nec nox vlla vacet, quin Dominum canat:
Pugnet contra hæreſes, catholicam diſcutiat fidem.

20 B. Benedictus † in Regula, de omnibus horis canonicis tum nocturnis tū diurnis ſigillatim agit a c.8. vſque ad 20. Ibique de nocturnis Vigilijs, de Matutinis id eſt Laudibus, de Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperis, & Completorio expreſſiſſimam facit mentionem.

21 S. Iſidorus † de eiſdem horis canonicis tractat lib. 1. de eccleſ. off. c. 19. & quattuor ſeqq. vbi præter Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinas, & Matutinas preces, agit etiam ipſe de Completis, de quibus ceteri ſupradicti auctores (B. Benedicto excepto) expreſſe non meminerant. In dicto autem c. 19. agens de Tertia, Sexta, & Nona his propemodum verbis vtitur. Horam tertiam, ſextam, & nonam Daniel & tres pueri ſupplicationibus deuouerunt, ſcilicet vt ab ortu diei in tempus precationis tres horæ porrectæ Trinitatis nobis reuerentiam declararent; pariterque a tertia ad ſextam, atque inde ad nonam per paria lucis interualla ratis dimenſionibus terminata Trinitas ter die rogata coleretur. Illud etiam occurrit ad probationem venerabilis Trinitatis, quòd Spiritus ſanctus hora tertia, hoc eſt ſuo loco, & numero, & tempore deſcendit ad terras impleturus gratiam quam Chriſtus promiſit. Nam & ſexta hora Chriſtus paſſus in nonam patibuli cruciamenta porrexit. Tali enim ſacramento legitimis ad precem temporibus per ternas horas Trinitatis perfectio aut laudatur celebritatibus, aut precibus impetratur. Licet & computetur diurna celebritas per quaternarium vſque in veſpertinum officium, hoc eſt quater ternis ſignificatur, quia mundus quadrifarie diuiſus in Trinitate ſaluatur. Siquidem & in nocte ſtationes, & vigiliæ militares in quattuor partes diuiſæ ternis horarum ſpatijs ſecernuntur, vt in ipſis nocturnis, mundialibuſque (ſiue vt puto, diurnalibuſque) officijs Trinitatis myſterium veneretur. Idem libro ſexto Etymol. cap. vltimo agit de Veſpertinis, & Matutinis officijs; de Tertia item, Sexta, & Nona, ita de eis inquiens. Nam eſt obſeruatio quarumdam horarum communium, quæ diei interſpatia ſignant, tertia, ſexta, nona, ſimiliter & noctis. Sed ideo hæ orandi horæ diuiſæ ſunt, vt ſi forte aliquo fuerimus opere detenti, ipſum nos ad officium tempus admoneat; quæ tempora in ſcripturis inueniuntur. &c. Et paulo poſt. Sed & Danielem legimus hæc tempora obſeruaſſe, & vtique ex Iſraelis diſciplina, vt ne minus quàm ter in die adoremus. Debitores enim ſumus trium perſonarum, Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: exceptis vti-

que

Digitized by Google

quæ & alijs legitimis orationibus, quæ ſine vlla admonitioue debentur, in ingreſſu lucis ac noctis ſiue vigiliarum.

Poſt S. Iſidorum eiſdem fere verbis tractant etiam de horis canonicis Ra-
22 banus † lib. 2. de inſtit. cler. capitu. 1. & ſeqq. & concilium Aquiſgranen. ſub Ludouico Pio Imperatore I. cap. 126. & deinceps. Rabanus autem præter ea quę dicit S. Iſidorus facit etiam expreſſam de Prima mentionem in d. lib.
23 2. capit. 3. addens, quód illa† celebratur in exortu diei, quando Sol ab Oriente primum apparet.
24 Amalarius † item de ea, & de reliquis horis canonicis agit lib. 4. de eccl. off. cap. 1. & ſeqq. & in lib. de Ordine Antiphonarij, c. 6. & ſeq.
De eiſdem horis canonicis habetur etiam in lib. qui in Vitas Patrum inſcribitur, c. 20. Et apud B. Bernardum in lib. cui titulus eſt, Modus bene viuendi, ad ſororem ſuam, ſerm. 52. qui eſt de pſalmis, & hymnis.
Hugo præterea de S. Vict. & Rupertus abbas Tuitien. hic lib. 1. de diui. off. cap. 1. & deinceps: ille in Speculo eccleſiæ, capitu. 3. & lib. 2. de eccle. off. capitu. 1. & ſeqq. & alij etiam innumerabiles eccleſiaſtici ſcriptores, de horis canonicis tractant.

EE HORIS CANONICIS. CAP. XIII.

1 *Horæ canonicæ aſſeruntur exemplis ſanctorum patrum. S. Iuliani, & Baſiliſſæ, ex Adone Treueren. nu. 2. S. Apollinaris, ex eodem. num. 3. Abbatis Zozima, ex Paulo diacono. num. 4. S. Ioſaphat, ex B. Io. Damaſceno. nu. 5. Matris S. Gregorij Nazianzeni, ex ipſo S. Gregorio. num. 6. Diſcipulorũ S. Marci euangeliſtæ, ex Philone Iudæo. num. 7. Omnium fere monachorum, ex Sozomeno. nu. 8. Item ex eo quod fecit per inuidiam Iulianus apoſtata, ex Tripartita, & Nicephoro. nu. 9.*

10 *Horæ canonicæ altius habent principium, quàm a Pelagio Primo, vel Secundo, vel a B. Hieronymo. nu. 11. Aliqualis tamen inſtitutio, ſeu ordinatio ad hos auctores referri poteſt. num. 12. Sicut etiam refertur ad Gelaſium primum vel Gregorium primum, vel ſeptimum. num. 13. Vel ad S. Oſmundum ea horæ, quibus vtuntur etiamnunc in Anglia. num. 14.*

15 *Vualdenſes, & Vuitcleffiſtæ hæretici impugnant horas canonicas. Eorum blaſphemiæ a multis confutatæ ſunt. nu. 20.*

16 *Pſalliani, & Euchitæ, id eſt Orantes hæretici ita nimis orabant, ut incredibile videretur.*

17 *Horis canonicis orans Eccleſia dicitur ſemper, & ſine intermiſſione orare, iuxta dictum Chriſti, & Apoſtoli. Et hanc eſſe Sanctorum interpretationem ad illa dicta ait Lipomanus. nu. 18. Licet eam paruipendere videatur Nauarrus. nu. 19.*

1 QVód ſi quis legat veterum Sanctorum hiſtorias reperiet paſſim horas† canonicas a ſanctis Dei hominibus in primitiua eccleſia, & poſtea etiã ſemper celebratas fuiſſe, & obſeruatas.

2 Refert Ado Treueren. epiſcopus † in ſuo martyrol.ſub quinto Idus Ianua-
rij,in vita ſanctorum Iuliani mart.& Baſiliſſæ virg.coniugis eius(vt paucis
quibuſdam ex multis quæ afferri poſſent exemplis contenti ſimus) quòd
cum multitudo Sacerdotum,& eccleſiæ Chriſti miniſtrorum igne conſum-
pta eſſet ſub Diocletiano & Maximiano,ad commendandam mortem San-
ctorum,hora tertia,ſexta , & nona pſallentium chori feruntur auditi , qui
etiam & veſpertinos,& matutinos hymnos Deo cecinere.
3 Idem Ado † ſub decimo Kal.Auguſti narrat de S.Appollinari, qui fuit diſci
pulus B.Petri Apoſtolorum principis,quòd ordinauit apud Rauennā preſ-
byteros,diaconos,clericos,cum quibus die, noctuque pſalmos canebat .
4 In vita præterea S.Mariæ Aegyptiacæ refert Paulus diaconus † de abbate
Zozima,quòd facta hora quaſi ſexta paulum ſe abſtinuit ab itineris labore,
eleuatiſque oculis ad Orientem conſuetam ſibi celebrauit orationem: ſoli-
tus enim erat(inquit)ſtatuto diei tempore,id eſt,tertia,ſexta,& nona hora
abſtinere ſe a ſui itineris curſu orationis cauſſa.
5 B.Ioan.Damaſcenus † in vita ſanctorum Barlaam,& Ioſaphat,prope fi.In-
uenerunt(inquit)Ioſaphat manus in cęlum extenſas habentem , & oratio-
6 nem ſextæ celebrantem horæ.S. Gregorius Nazianzenus † in oratione fu-
nebri pro patre ſuo,loquēs de matre ſua,inter alias laudes, quas ei tribuit;
Ecquæ(ait)ieiunijs,vigilijſque carnem ſuam magis extenuauit,aut diurnę,
7 nocturnæque pſalmorum cantioni ſeipſam affixit? Philo Iudæus † in lib.de
vita contemplatiua, de Monachis agens Alexandrinis diſcipulis B. Marci
Euangeliſtæ.Quotidie,ait,bis precari ſolent,mane,ac ſub veſperam:orien-
te Sole petentes diem vere felicē,vtque mentes eorum cæleſti repleantur lu
mine;occidēte vero vt anima exonerata ſenſibus in totum moleque rerum
ſenſibilium veritatem veſtiget in conſiſtorio domeſtico.medium vero matu
tini,veſpertinique temporis interſtitium totum meditationi attribuitur.Et
paulo infra.Itaque non ſolum contemplantur,ſed etiam cantica,hymnoſq;
in Dei laudem componunt,vario metrorum,carminumque genere rythmis
concinnatos in auguſtiorem,& religioſam ſpeciem. B.Antonius Abbas , vt
refert S.Athanaſius in eius vita circa mediū,Monachis ſolebat dicere.Ora-
te ſæpiſſime;pſallite veſpere,mane,& meridie;& mādata ſcripturarū reuol
uite . Recordamini geſtorum, quæ ſancti quique fuerunt, vt exempli me-
8 moria animam incitet ad virtutem,refrenet a uitijs.De Monachis † Syriæ,
& Perſidis refert Sozomenus lib.6.hiſt.eccleſ.c. 33.quod Deum precib.& hym
nis,vti ritus poſtulat eccleſiæ,ſine intermiſſione celebrant. Et c.ſeq.gene-
raliter omnib.Monachis communem fuiſſe diſciplinam teſtatur, in precib.
ieiunijs,& diuinis hymnis magnam vitę partem conſumere.Plenę profecto
ſunt eccleſiaſticæ & Sanctorum hiſtorię huiuſce obſeruationis,ſed nimis lō
gum eſſet,ſingulas recenſere.Adeo autem erant in vſu horæ canonicæ an-
9 tiquo tēpore,vt Iulianus apoſtata † acerrimus eccleſiæ Chriſti perſecutor ,
inter alia,vt habetur lib.6.hiſt.Tripart. capi.29.ex Sozom.lib.5.c.15.& per
Niceph.lib.10.c.21.Lectores ſuæ ſuperſtitionis inſtituerit ad inſtar clerico
rum chriſtianorum,vt & horas certas,& dies, & orationes ſollemniter ob-
ſeruarent.
10 Longe itaq; altius † hīt principium horæ canonicę , quàm a Pelagio Papa
vel primo vel ſecundo Ad quos tamen earū inſtōnem referre videntur Frā
ciſcus Maurolycus,& Polydorus Virgilius.Hic lib.6.de Inuentor.rerū,c.2.

Pela-

Digitized by Google

Pelagium ſecundū nominās. Ille in Martyrolog. ſub die 27. Auguſti Pelagiū primū aſſerens, motus fortaſſe ex eo, ꝙ Supplementū chronicorū, & Sũma Conciliorū aiunt de dicto Pelagio primo ꝙ ipſe Clericis in ſacris conſtitutis mandauit, vt quotidie ſeptē horas canonicas celebrarent; pro qua re Supplemētū allegat c. Eleutherius. 91. diſti. qui tñ tex. præterquã ꝙ neſcimus, an ad Pelagiū primū an ad ſecũdū referendus ſit, vel valde parũ vel nihil omnino probat; nã loquitur tm̃ de Vigilijs, non de ſeptē horis canonicis, & potius illas præſupponere, quàm inſtituere videtur. Conſtat autē pręter ea, quæ ſuperius ex tot auctorib. adducta ſunt, ſaltē B. Damaſū Papã ante Pelagiū Primū conſtituiſſe (vt habetur in Pontific. c. 39. in vita ipſius) vt pſalmi die, noctuque canerentur per omnes eccleſias: idque præcepiſſe presbyteris, epiſcopis, & monaſterijs. Quod refert etiã Beda in Martyrol. ſub tertio Idus Decemb. & Vualafr. Strab. in lib. de reb. eccl. ca. 25. poſt prin. & alij plures, quos ſupra citauimus ca. 3. nu. 9. & 11. Imò vero neque ad B. Hiero-
11 nymũ † referre potuit horarum canonicarũ primam inſtitutionē idem Polyd. Virg. in d. c. 2. lib. 6. de Inuentor. rerum. Nam ſupra nos c. praec. auctoritatem S. Clementis Romani, & aliorum ſanctorum, qui B. Hieronymum præceſſerunt, imò & ſacræ ſcripturæ teſtimonia adduximus c. 11. In quibus clara horariarum precum habetur notatio.
12 Quòd ſi non primã inſtitutionē, ſed aliqualē horarũ † canonicarũ ordinationē ad hos auctores, Beatũ ſcilicet Hieronymũ, aut Pelagios referendam quis putet, non repugno; nã & Pius quintus in bulla ante Breuiariũ Romanũ eius iuſſu editũ impreſſa, ait, diuini officij formulã pie ac ſapienter a ſũ
13 mis Pontificib. præſertim Gelaſio † ac Gregorio primis conſtitutã, a Gre-
14 gorio autē ſeptimo reformatã. Et S. Oſmundus Saliſberienſis † ſecũdus epiſcopus, qui poſt annũ Domini milleſimũ quadrageſimũ vixit, fertur primus digeſſiſſe horarias preces quas Catholici in Anglia etiãnum obſeruant, vt poſt eumdē Polydor. Virgil. lib. 9. hiſt. Anglorũ refert Pontacus in Chronographia ſub Clemente ſecundo ſummo Pontifice quinquageſimo quinto.
15 Ex his autē omnib. confundi iã omnino deberent Vualdenſes † hæretici, & Vuicleſiſtæ, qui contra tot ſacrarũ litterarũ auctoritates, contra tot tã expreſſa ſanctorũ patrũ teſtimonia & exēpla, contra ſummorũ Pontificum ordinationes & decreta, contra denique totius eccleſiæ catholicæ vſum & perpetuã traditionē aſſerere non verentur, in decantandis horis canonicis fruſtra tēpus teri; & quòd tã tēpus orandi quàm modus, in cuiuſque libertate poſita eſſe debēt. Mirũ profecto eſſet, quòd viliſſimi homunciones verba blaſphemiæ tã horrenda cõcipere, & in Dei ſancta effutire auſi fuerint, niſi intelligeremus, eos peccatis ſuis exigentibus in profundum adactos, & & in reprobũ ſenſum datos ſacra omnia ne dum habuiſſe contemptui, ſed etiã totis viribus, quãtũ in ipſis eſt, obtenebrare, polluere, abolere conatos fuiſſe, quaſi qui ſemel verecundiæ fines tranſiuerint, eos bene & nauiter deceat eſſe impudentes. Verum ipſi quidem pœnas ſuorum errorum dant grauiſſimas, & daturi ſunt in interitu æternas; eccleſia autem Chriſti licet his perturbationibus iuſto Dei iudicio impeti potuerit, neutiquam tamen poterit protegēte illam Spiritu ſancto, labefactari, aut quod maxime illi intendebant, ad terram proſterni. Stetit olim eccleſia Chriſti, Pſallianorum,
16 & Euchetarum † id eſt Orantium hæreſi impugnata, qui male intelligentes dictum Domini Luc. 18. Oportet ſemper orare, & non deficere,

&

& dictum Apoſtoli 1.ad Theſſalonicen.5.Sine intermiſſione orate. ita nimis orabant,vt eis,qui hoc de illis audirent, incredibile videretur; aiebantque, numquam eſſe ceſſandum ab oratione: cum tamen his ſta-
17 tis ſollemnibuſque horarum canonicarum temporibus † rectiſſime dicatur eccleſia ſemper,& ſine intermiſſione orare, vt egregie expoſuerunt S.Auguſtinus in lib.de hæreſi,ad Quoduultdeum, hæreſ. 57. & in epiſt. 121.ad Probam,de orando Deum,cap.9.Beda & Glo.ordinaria in cap.18. Lucæ,S.Anſelmus,& Glo.interlin.in 1.Theſſalon.cap.5.Nicolaus Primus Papa ad conſulta Bulgarorum,cap.61.B.Thomas 2.2.quæſt. 183. art. 14. in corp.& in reſp. quartum,Raynerius in ſumma,tit.de Oratione.cap. 7. Gabr.Biel ſuper cano.lect.62.littera G. Coſmas Gumer. ſuper decreto eccleſiæ Gallicanæ,tit.Qualiter horæ.&c.ver.orationes.Hoſius Varmienſis in confeſſ.fidei chriſt.cap.91.de cærimonijs a tempore ſumptis.Theodorus Peltanus de tribus bonorum operum generibus lib. 3. cap. 3. & 7. & Aloyſ.Lipomanus in opere italice conſcripto, pro confirmatione omnium dogmatum catholicorum,lib 2.c.15. de cærimonijs eccleſ. particula 4.in qua agit de ſeptem horis canonicis,in reſp.ad obiectionem.14.vbi ait,
18 hanc eſſe † interpretationem Sanctorum,licet eam Nauarrus paruipendere videatur in Manuali de oratio.cap.3.nu.7. Numquid non ſtabit hodie eccleſia eadem Chriſti aduerſus hos Nebulones, qui nihil non faciunt, vt otio,& ignauia marceſcant? Bene fundata eſt domus Domini ſupra firmam petram,quam licet hoſtes ex omni latere,& omni tempore arietibus pulſent,perſeuerabit tamen illa per Chriſti gratiam inconcuſſa ſemper vſque in finem ſæculorum:vt nihil aliud demum ſentiant inimici ſe effeciſſe, niſi quòd ſuiſmet iaculis in ipſos retortis cruentatos ſe, & exinanitos prorſus agnoſcant.

Non eſt mihi modo animus impias eorum blaſphemias longiori proſequi
19 tractatu:poterunt qui volent,videre illas ſufficientiſſime redargutas † apud Tho.Vualden.to.3.de ſacramen.cap.21.& ſeqq.apud Alphon.de Caſt. aduerſus hæreſes,ver.Horæ canonicæ,& ver.Oratio, hær.2. apud Dominicum de Soto lib.10.de iuſt.& iure,quæſt.5.art.1.apud Aloyſ.Lipom. d. lib. 2.cap.15.par.4.& apud pleroſque alios,quos non eſt opus omnes nunc enumerare.

DE PRIMA, ET COMPLETORIO.
Cap. XIIII.

1 *Prima,& Completorium,etſi non ſpecifice nominata, videntur tamen tacitè ab antiquis ſanctis Patribus. Vt a B.Ambroſio.num.2.Et a B.Ioan.Chryſoſtomo,num.3. Licet exponi poſſint,quòd loquantur non de Prima,& Cōpletorio,ſed de Matutina,ideſt Laudibus,& Veſpertina,num.4. Sic Beatus Hieronymus dum dicit,Mane hymnos canere,videtur intelligere non Primam,vt putat Marianus Victorius,ſed Matutinam,nu.5. Similiter B.Clemens Romanus per orationem ad gallicantum, & mane intelligit Nocturnam & Matutinam:non Matutinam, & Primam, vt putat Franciſcus Turrianus,num.6.Et Prudentius per hymnos ad gallicantum, & matutinum,*

num,intelligit hymnos ad orationem nocturnam,& ad Matutinam, id eſt Laudes,non e conuerſo ad Laudes & Matutinum,vt putat Cornelius Muſſus, num. 7.

8 *Gallicantus tempore quæ fit oratio poteſt ſignificare orationem matutinam, id eſt Laudes,ſed apud B.Clementem Romanum,B.Chryſoſtomum,& Prudentium ſignificat orationem nocturnam.*

9 *Prima,& Completorium poſtea adinuentæ, fuerunt horis canonicis adiunctæ.*

10 *Primam memorat Caſſianus. Quam appellat alteram Matutinam, num. 11.*
Quamuis S.Iſidorus Matutinarum diſtinctionem non faciat,nume.12. Videtur etiam Primam intelligere S.Athanaſius,nu. 16.

13 *Prima inſtituta fuit tempore Caſſiani.*

14 *Prima celebratur poſt ortum Solis.*

15 *Horarum canonicarum numerus ſeptenarius aſſeritur a Caſſiano per illud Pſal. 118. Septies in die laudem dixi tibi.*

17 *Completorium videtur commemorare S.Baſilius.*

18 *Primæ,& Completorij expreſſam mentionem faciunt hi.*

HOrarum canonicarum(vt vnde digreſſi ſumus reuertamur) ſpeciatim meminerunt vt vidimus,multi ſancti Patres,& præſertim præter Nocturnam,& Matutinam Tertiæ,Sextæ,Nonæ,& Veſpertinę;nam his quattuor orationibus duodecim diei artificialis horas diuiſerunt; rationeſque, & cauſſas aſſignauerunt,cur his potius temporibus, quàm alijs Deum laudibus celebrare conueniat,quas ex locis ſupra citatis, capit.12. vnicuique colligere licebit.
1 De Prima vero,& Completorio† quamuis non ita expreſſe & nominatim,
ſicut de reliquis horis mentio apud illos omnes habeatur, ſatis tamen clare de illis loqui videntur,dum dicunt,quòd tam exoriente, quàm recedente Sole nobis eſt pſalmodijs,& orationibus inſiſtendum. Quod etiã inquit Dominicus de Soto lib.10.de iuſt.& iu.quæſt.5.art.1.ex vno maxime colli
2 gi B.Ambroſio,† qui in ſerm.43.& in Hexem.lib.5.cap.12.& 24.id eleganter probat exemplo auium minutiſſimarum,quæ cum ſurgente & occidente die,prius quàm procedant,vel eant cubitum æthera cantu mulcere ſoleant, vt decurſi, vel adoriendi,nocturni iuxta ac diurni temporis laudes ſuo referant Creatori,magnum ſane incentiuum excitandæ nobis afferũt deuotionis.Quis enim(vt eiuſdem B.Ambroſij verbis vtar) ſenſum hominis gerens non erubeſcat ſine pſalmorum celebritate diem clauſere, vel adoriri,cum etiam minutiſſimæ aues ſollemni deuotione, & dulci carmine ortus dierum ac noctium proſequantur? Beatus item Chryſoſtomus
3 lib.1.† de orando Deum, in fi. Dic mihi (ait) qua fronte Solem intueberis,niſi prius adoraueris qui lumen illud dulciſſimum oculis tuis mittit? Et poſt pauca. Qua ſpe trades teipſum nocturno tempori, qualibus cum inſomnijs putas tibi rem fore,ni teipſum præmunieris orando,ſed incuſtoditus ad ſomnum acceſſeris?
Quòd ſi quis putet, non de Prima, & Completorio,ſed de Matutina, &
4 Veſpertina † intelligi quæ apud hos Patres habentur,ego in hoc non valde

de contenderim, fateborque mihi etiam id ita veriſimile videri. Quare in
5 ijs, quæ dicit S. Hieronymus † in epiſt. 7. ad Lætam, Aſſueſcat exemplo ad
orationes & pſalmos nocte conſurgere, mane hymnos canere, tertia, ſex-
ta, nona hora ſtare in acie quaſi bellatricem Chriſti, accenſaque lucerna
reddere ſacrificium veſpertinum. licet Marianus Victorius in ſcholijs ibi
interpretetur illud mane de hora Prima, ego de Matutina, ideſt Laudibus
interpretarer: tunc namque notior erat abſque dubio Matutina, quàm
6 Prima. Et ſimiliter apud S. Clementem Rom. † lib. 8. conſtitut. apoſt. c. 34.
dum dicit, Precationes facite mane, tertia hora, ac ſexta, & nona, & veſpe-
re, atque ad gallicantum. licet Franciſcus Turrianus in annotat. interpre-
tetur ibi mane pro hora Primæ, & gallicantum pro Laudibus matutinis.
ego puto pro mane Laudes matutinas, & pro gallicantu nocturnas preca-
tiones eſſe intelligendas. Ad quod aſſerendum moueor in primis auctori
tate B. Chryſoſtomi in ſerm. cui tit. eſt, quòd diſpenſatio rerum per ſeip-
ſum exſequenda eſt, & in homil. 59. ad populum Antioch. & in homil. 14.
in 5. cap. 1. Ad Timoth. in quibus omnibus locis, eiſdem pene verbis agens
de moribus Monachorum in celebrandis horis canonicis, ponit ad galli-
cantum non Laudes matutinas, ſed nocturnas preces, vt vnicuique verba
7 ipſius inſpicienti, & conſideranti ſtatim patebit. Prudentius † item in lib.
Cathemerinon, primum hymnum inſcribit ad gallicantum, ſecundum
matutinum, id eſt primum pro Nocturnis, ſecundum pro Laudibus matu-
tinis, vt ego interpretor; quamuis Cornel. Muſſus in ſynodo Bituntina
in ſerm. de Horis canonicis, e contrario primum pro Laudibus, ſecundum
pro Matutino interpretari videatur: Non enim eſt dicendum, quòd no-
cturnas preces quæ omnium celebratiſſimæ fuere, vel Prudentius in eo. lib.
Cathem. vel S. Clemens Rom. in apoſt. conſt. omiſerint. Et quòd ſecundus
ille hymnus qui inſcribitur Matutinus pro Laudibus ſeruiat non pro ea ho
ra canonica, quæ appellatur Prima, apparet ex Eccleſiæ Romanæ vſu, quæ
ex illo Prudentij hymno, deſumpſit ſibi hymnos pro Laudibus Feriæ quar
tæ, & Feriæ quintæ. Quòd ſi obijcias, etiam ex primo hymno ad gallican
tum Eccleſiam Romana deſumpſiſſe hymnũ pro Laudib. Feriæ tertiæ, re
ſpondetur, id nihil obſtare, nã cũ Nocturni ſimul cũ Laudib. vna & eadem
hora canonica iã cenſeantur, facile potuit ex hymno Nocturnorũ hym-
nus ad Laudes accõmodari: at non ſic ex hymno Primæ hymni pro Laudi-
bus conſtitui potuiſſent, cũ Prima a Laudib. & olim, & hodie, & ſemper
8 clariſſime diſtinguatur. Concludo itaque orationem ad gallicantum † quã-
uis apud aliquos auctores orationem quandoque Matutinã ſignificare nõ
ignorẽ, vt apud B. Hieronymũ, vel quiſquis ille ſit, in ſecunda expoſi. Pſal.
119. quæ poſita eſt in fine cõmentar. ſuper omnes pſalmos. dum dicit ibi,
Media nocte conſurgimus, deinde gallicinio oramus. nam ſæpius & nocte
& mane galli canunt, vt infra cap. 47. ad aliud propoſitũ dicturi ſumus: ta
men apud B. Clementem Ro. orationem ad gallicantũ, orationem eſſe no-
cturnam; & orationem Matutinã apud eumdẽ Laudes eſſe Matutinas, nõ
Primã. Laudes enim Matutinæ eo tempore bene cognitæ erant; Prima ve-
9 ro & Completorium † poſtea horis canonicis fuerunt adiunctæ, vt notat
Radulphus de Riuo in lib. de Cano. obſer. prop. 14.
Cum his tamen aſſero etiam, Primã, & Completoriũ non adeo eſſe no-
uum inuentum, vt nulla prorſus reperiatur apud antiquitatem ſui me-
moria,

moria, aut veſtigium.

10 Et de Prima quidem exſtat expreſſiſſimum teſtimoniũ Ioan. Caſſiani † in lib. 3 de inſt. cœn. cap. 4. vbi poſtquam ſuperiori capite egiſſet de hora Tertia, Sexta, Nona, Veſpertina, & Matutina, de ea ſcilicet Matutina, quę poſt vigilias nocturnas mane diluculo ante ortũ Solis celebratur, & in qua decantatur pſal. ſexageſimus ſecũdus, Deus Deus meus ad te de luce vigilo. quæ hodie Laudes appellantur; agit deinde in d. ca. 4. de altera Matutina, quam dicit fuiſſe primitus adinuentã tempore ſuo in quodam monaſterio Orientis, in Monaſterio ſcilicet Bethleem, & ex illo fuiſſe in occiduas regiones vtiliſſime propagatã; aitque celebrari inſtitutam ſtatim poſt ortum Solis cum tribus pſalmis, ſicut in Tertia, Sexta, & Nona hora obſeruatur; ac ſubdit, quòd hæc adiecta ſollemnitas compleuit numerũ ſeptenarium horarum canonicarũ, de quo per Prophetã dicitur, Septies in die laudem dixi tibi. Vnde apparet, ꝙ hãc ſecũdam quam appellat Caſſianus Matutinã

11 nullam † aliã poſſumus intelligere, niſi eã, quam nos Primam vocamus;

12 Quamuis B. Iſidorus † non diſtinguens inter vnam & alterã Matutinam; inter Laudes ſcilicet & Primam, lib. 1. de eccleſ. off. cap. 23. putet ſimpliciter de illa Matutina agere Caſſianum in d. cap. 4. quæ in memoriam reſurrectionis Chriſti celebratur, quæ ſcilicet Laudes ſunt Matutinæ poſt Nocturnas vigilias decantandæ. Qua in re deceptus B. Iſidorus (ſi ſic loqui liceat) manifeſtiſſime. Vt autem hæc quæ aſſerimus melius cognoſcantur, & ſciatur præterea qua occaſione dicatur primitus inſtituta hora Prima, afferam hic verba ipſa Caſſiani in d. c. 4. quæ ſic habent.

Sciendum tamen, hanc Matutinam, quæ nunc obſeruatur in occiduis vel maxime regionibus canonicam functionem, noſtro tempore, in noſtro quo

13 que monaſterio † primitus inſtitutam: vbi Dominus noſter Ieſus Chriſtus natus ex virgine humanæ infantiæ ſuſcipere incrementa dignatus, noſtrã quoque adhuc in religione teneram, & lactentem infantiã ſua gratia confirmauit. Vſque ad illud enim tempus hac ſollemnitate Matutina, quæ expletis nocturnis pſalmis, & orationib. poſt modicũ temporis interuallum ſolet in Galliæ Monaſterijs celebrari, cum quotidianis vigilijs pariter con ſummata, reliquas horas refectioni corporum deputatas a maiorib. noſtris inuenimus. Verum cum hac abutentes indulgentia negligentiores quique indutia ſomni longius protelarent, quippe quos vel cellas progredi vel de ſuis ſtratis conſurgere ante horam tertiam nulla conuentus vllius neceſſitas inuitaret, & cum operationis iactura tempore quoque diei, quo non nullis oportebat officijs inhærere, ſoporis nimietate torperent, in ijs præſertim diebus, quib. veſpertinis horis excubias vſque ad auroræ viciniã celebrantib. naſcebatur oneroſior laſſitudo: quorumdã illic fratrum feruentium ſpiritu, quib. hoc negligentię genus haud leuiter diſplicceret, ad ſeniores querela delata, decretum eſt ab eis, diutino tractatu & conſultatione ſollicita, vt vſque ad Solis ortum † quo iam ſine offenſione vel lectio parari, vel opus manuum poſſet aſſumi, feſſis corporibus refectione conceſſa, inuitatis poſt hæc religionis huius obſeruantia cuncti pariter e ſuis ſtratis conſurgerent, ac tribus pſalmis & orationib. celebratis ſecundum modũ, qui antiquitus in obſeruatione Tertiæ, Sextæ, vel Nonæ, trinæ confeſſionis exemplo ſtatutus eſt, & ſomno deinceps finem, & initium operationi, æquali ſimul moderamine facerent. Qui typus licet ex occaſione videatur

inuen-

inuentus, & recenti memoria pro cauſa quam diximus ſtatutus appareat;
15 tamen illũ numerum† quem deſignat B. Dauid, quamquam ſpiritalē quoque habeat intellectum, ſecundum litteram maniſeſtime ſupplet, Septies in die laudem dixi tibi ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ. Hac enim adiecta ſollemnitate ſepties ſine dubio ſpiritales hos conuentus in die facientes, ſepties in ea laudes Domino dicere comprobamur. Denique cum hic idem typus de Oriente procedens hucuſque fuerit vtiliſſime propagatus, in non nullis nunc vſque per Orientem antiquiſſimis Monaſterijs, quæ nequaquam vetuſtiſſimas regulas Patrum violari patiuntur, minime videtur admiſſus. Hactenus Ioan. Caſſian. De eadem hora Prima exiſtimo præterea veſtigium reperiri ſi non penes alium, ſaltem penes B. Athanaſium. Ipſe enim
16 in loco quem ſupra cap. 12. num. 7. † adduximus, Sol (inquit) exoriens videat librum in manu tua, Neque dici poteſt, quòd de Laudibus intelligat, tum quia illæ ante exortum Solis complentur, tum quia ipſemet S. Athanaſius alio in loco de Laudibus loquitur, quando in eod. opere, poſt orationem mediæ noctis ſubiungit. Diluculo vero hunc pſalmum dicite, Deus Deus meus ad te de luce vigilo, &c. quæ citauimus ſupra capit. 2. nume. 4.
17 De Completorio autem videtur S. Baſilius † ſenſiſſe, quando dixit in auctoritate ſupra, cap. 12. num. 4. allegata. Tum autem primis ſe iam noctis intendentibus tenebris ſequetur petitio, vt quies quam ſumus capturi, inoffenſa, & ab omni perturbatione, ac vitio libera ſit, &c. De quo tamē infra latius diſputabimus cap. 17.
18 Quòd ſi quis re non contentus, † nomen etiam quærat harum horarũ Primæ & Completorij; præter auctores, quos ſupra citauimus c. 12. num. 12. 20. & ſeqq. ſecundam ſcilicet Regulam Sācti Auguſtini, B. Iſidorum, Rabanum, Amalarium, Concilium Aquiſgranenſe, & præter ſynodum Cabilonen. ſecundam ſub Carolo magno, ca. 59. quam citauimus ſupra c. 8. num. 1. adducemus illi c. 1. de celebr. Miſſ. & c. presbyter. ſæpius allegata. diſt. 91. vbi clare & Primæ & Completorij nomen exprimitur. Licet autem neque in concilio Agathen. neque in con. Naneten. ex quibus deſcribūtur deſumpti tex. illi reperiantur, non niſi tamen antiquos eſſe credendum eſt, nam ſecunda pars, quæ incipit, Propheta dicente, Septies in die, &c. deſumpta eſt ex Regula S. Benedicti cap. 16. vt ſupra annotauimus capit. 6. num. 15. Et hoc ſaltem ſit ſatis, quod præter antiquitatem, vim & auctoritatem iuris obtinuerunt.

DE PRIMA. Cap. XV.

1 *Primam exſoluendam eſſe poſt ortum Solis, non in crepuſculo matutino late diſſeritur. Et concluditur num. 14.*

2 *Matutinum, Prima, & Completorium ſunt tres vigiliæ nocturnæ ſecundum Canoniſtas. Et ſunt de officio nocturno ſecundum Roſellam. num. 3.*

4 *Primam in memoriam Dominicæ reſurrectionis aſſerunt quidam fuiſſe inſtitutam*

5 *Miſſa ſecunda Natiuitatis Domini celebratur in aurora poſt Primam.*

6 *Laudes in gallicinio celebrantur.*

7 *Mane primum, immo & mane ſimpliciter intelligitur ante ortum Solis, &*

nume.

numero 8.

9 *Hora prima diei artificialis videtur eſſe ante ortum Solis.*

10 *Mane primum eſt prima diei hora.*

11 *Prima, & Completorium in multis conueniunt. Et poſt alias quinque horas fuerunt adinuentæ. num. 12.*

13 *Duodecima pro Completorio accipitur a Smaragdo abbate.*

15 *Horæ duodecim diurnæ per ſolis curſum diſtinguuntur, & incipiunt ab ortu Solis.*

16 *Horæ canonicæ omnes vniuoce denominantur ab horis diei.*

17 *Sexta eſt in meridie ſecundum omnes.*

18 *Diei artificialis initium dupliciter ſumi poteſt; ſcilicet ab aurora, & ab ortu Solis.*

19 *Hora diei prima appellari poteſt tam quæ eſt ante ortum Solis, quàm quæ eſt poſt ortum.*

20 *Laudes ſunt ex horis canonicis diurnis non nocturnis. Et recitantur in aurora, ac finiuntur in clara diei luce parum ante ortum Solis, num. 21.*

QVoniã aũt de his duab. horis, Prima, & Completorio eſt aliqua difficultas inter Doct. quanam diei parte ſint celebrandæ, iccirco licet de illis ſparſim in alijs locis ſententiam noſtram protulerimus, nunc tamen in hoc loco ſpecialiter de eis agendum eſt; vt ſimul omnia argumenta in vnum colligentes, & claram afferentes contrariorum ſolutionem, vberiorem de tempore horarum canonicarum, & certiorem doctrinam exhibeamus.

1 Quæritur ergo in primis de Prima hora canonica, quo tempore in eccleſia
publice exſoluenda ſit, an ſcilicet in prima hora diei ſtatim poſt ortum So
lis, an potius ante Solis ortum in crepuſculo Matutino.
Et videtur, quòd ante ortum Solis in crepuſculo Matutino.
Primo, quia ita tenent Hoſtien. Ioan. And. Ant. de Butrio, Panormit. & alij
2 Canoniſtæ in cap. 1. de celebr. Miſſ. vbi aiunt, quòd tres vigiliæ nocturnæ,
de quibus in illo tex. habetur, ſunt tres horę canonicæ, Matutinum, Prima,
& Completorium. Et idem afferit etiam Roſel. in ver. horæ canonicæ, §. 13.
3 vbi dicit, quòd iſtæ tres horæ ſunt de officio nocturno, reliquæ vero quattuor de diurno.
4 Secundo, quia Prima in memoriam Dominicæ reſurrectionis dicitur inſtituta, vt habetur in carminibus de horis canonicis, quæ referuntur a Doct. in d. c. 1. de celebr. Miſſ. & alibi ſæpe, in quibus ita dicitur.

Quando reſurrexit Primam canit ordo fidelis.

Et hoc etiam videtur ſequi Aloyſ. Lipomanus in eo opere quod Italice ſcripſit pro confirmatione omnium dogmatum catholicorum lib. 2. capitu. 15. particula 4. Chriſtum autem Dominum ſurrexiſſe mane ante ortum Solis, non poſt Solis ortum, ſupponitur nunc tamquam vere apud omnes Chriſtianos de ſe notiſſimum quod nos infra declarabimus late, capitulo 46, & ſequenti.

Tertio, quia in officio diei Natiuitatis Domini eſt Rubrica in Breuiarijs Romanis etiam (vt fertur) antiquiſſimis, quæ ita habet. Summo mane dici-

tur

5 tur Prima,qua finita celebratur ſecunda Miſſa in aurora.Et ad idē in Miſ-
ſali Romano,circa Ritum celebrandi Miſſam habetur nunc Rubr.ſub tit.de
hora celebrandi Miſſam.in fi.quod ſecunda Miſſa Cōuentualis in die Na-
tiuitatis Domini dicitur poſt Laudes & Primam.
Quarto,quia B.Hieronymus,vel quiſquis ſit alius, in 2. expoſit. pſal. 119.
quę poſita eſt in fine commentar.eius in omnes pſalmos; ſuper illis verbis,
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus,ita dicit.Monachi dicimur, &
licet non ſimus quales eſſe debemus,tamen dicimur. Hora tertia oramus,
hora ſexta oramus,nona,lucernarium facimus, media nocte conſurgimus,
deinde gallicinio oramus. Videte quibus horis ſemper ad obſequium Dei
ſuſcitamur. Videte,quid dicat.Hora tertia,ſexta,nona,lucernarium, medio
noctis,gallicinio,mane primo. In quibus verbis dum dicit, Mane primo,
6 non videtur poſſe interpretari niſi de Prima, † nam medio noctis eſt Ma-
tutinum,id eſt Nocturni;gallicinio Laudes;& mane primo Prima. Primum
autem mane non eſt niſi ante ortum Solis, vt colligi poteſt ex lib. Iudic.
cap.9.ibi,Primo mane oriente Sole;addita interpretatione S.Auguſtini ad
illum locum,lib.7.quæſt.cap.46.
Quinto,quia in parabola operariorum Matth.20.dicitur paterfam. exiſſe
ad conducendum operarios in vineam ſuam, primum quidem primo ma-
ne,deinde hora tertia,hora ſexta,hora nona, & demum hora vndecima. Et
conſtat diuinum officium (vt inquit Hugo de S. Vict. in Speculo eccleſiæ,
cap.3.)in ijs celebrari horis, in quibus exiſſe commemoratur paterfam.
7 ad vocandum operarios:† Sed ante Tertiam horam canonicam immediate
eſt Prima, ergo per illud primum mane in dicta parabola non niſi Prima
hora canonica intelligitur.Et ita expreſſe interpretatur Amalarius lib.4.de
eccleſ.off.cap.2.
Sexto, quia Prima hora canonica in prima diei artificialis hora eſt collocan
da, a qua denominatur,dies autem artificialis mane in aurora incipit ante
ortum ſolis,ſicut indicat Mar.Varro in lib.5.de lingua lat.vbi inquit,quòd
8 diei principium eſt mane,quòd tunc manat dies ab Oriente.Mane autem
intelligi eſſe ante ortum Solis colligitur ex tex.Ioan.cap.20.ibi, Vna autē
Sabbathi Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebræ eſſent, ad
monumentum: & ex Inuitatorio,quod canit eccleſia in Dominicis Qua-
drageſimę,Non ſit vobis vanum mane ſurgere ante lucem, quia promiſit
Dominus coronam vigilantibus. Quare primam diei artificialis horam
9 eſſe ante Solis ortum manifeſtum eſt. Ad quod optime facit concilium
Tolet.4 cap.3. & Synodus Saleguſtadienſis apud Iuo.in 4.par. cap. 246.
& S.Iſidorus in tract.de ordine celebrandi concilij,in princ.ibi,Hora diei
prima ante Solis ortum eijciantur omnes ab eccleſia.&c.Et facit etiam au-
10 ctoritas ſanctorum Patrum, qui illud primum † mane in dicta parabola
Matth.20.quod ſine dubio ante ortum Solis intelligendum videtur, pro
prima diei hora interpretantur.vt eſt B.Hieronymus in epiſt.146. ad B Da
maſum,in fi.& lib.2.aduerſus Iouinianum,prope fi.& lib.3. in Matth.ſu-
per uerbis dictę parabolę,& ibidem B.Hilarius, can. 20. & B.Io. Chryſoſt.
hom. 34. & B. Ambroſ.lib.7.in Luc.ſuper illud cap.15. Quanti mercenarij
in domo patris mei.& B.Auguſt.in ſerm.59.de verbis Domini, & in ſerm.
habito in menſa S. Cypriani, qui eſt,36.inter diuerſos nuper Louanij im-
preſſos. & B. Cyrillus Alexandr.in oratione in dictam parabolam; &
Origenes
Digitized by Google

Origenes tract.10.in Matth.& B.Greg. Papa hom.19.in Euangelia.
11 Septimo,quia Prima & Completorium † valde ſimul & in multis conue-
niunt,vt patet ex eo,quia ſemper fere eodem modo recitantur, cum preci-
bus,oratione Dominica,& Symbolo,non mutata Oratione,aut Reſponſo-
rijs breuibus:& Radulphus de Riuo in lib.de Cano.obſer.propoſit.14.dicit
ad hoc propoſitum , quòd quia multorum Epiſcoporum ſtatutum erat , vt
Clerus & populus mane & ſero preces & orationes Deo funderent , ideo
12 ad hoc introductæ fuerunt hæ duæ horæ Prima & Completorium † poſt
alias quinque horas quas ſancti Patres obſeruabant.Et Smaragdus abbas ſu
per c.16.Regulæ S.Benedicti,ſimiliter dicit,quòd poſt Tertiam,Sextam,&
Nonam,quas ab Apoſtolis legimus obſeruatas fuiſſe,& poſt Matutinam,&
Veſpertinam,quas non ſolum ab Apoſtolis, ſed etiam in veteri teſtamento
13 legimus ſemper in tẽplo oblatas fuiſſe,Prima & Duodecima † (id eſt Cõ-
pletorium)pro inchoatione,& terminatione diei poſtea a Patribus sũt ad-
inuentæ. Vnde dicendum videtur, quòd quemadmodum Completorium
ſero exſolui debet in crepuſculo veſpertino,ita Prima recitanda ſit mane in
creſpuſculo matutino.

Octauo,& vltimo,quia videmus vſque hodie vulgari idiomate alicubi pri-
mam appellari pulſationem illã campanarũ,quæ fit ſummo mane in princi
pio auroræ per tres vices immediate vnam poſt aliam ſequentes, ſicut fit ẽt
in meridie & in principio noctis. Vnde datur intelligi , quòd illa fuerit,&
eſſe debeat hora recitandæ primæ horæ canonicæ .
14 His tamen non obſtantibus firmiter aſſerendum mihi videtur , Primam †
non ante ortum Solis,ſed immediate poſt, recitandam eſſe. Ad quod dicen
dum moueor ex pluribus.

Primo,quia ita expreſſe iudicat Io.Caſſia.qui vnus pro oĩbus mihi ſufficere
poteſt,in lib.3.de inſt.cœnob.cap.4.vbi poſtquam egiſſet de alijs horis ca-
nonici.(vt ſupra etiam cap.præced.nu.10.citauimus)de Tertia ſcilicet,Sex-
ta,Nona,Veſpertina,& Matutina,de ea videlicet Matutina,quæ mane di-
luculo poſt vigilias nocturnas celebratur, & in qua decantantur pſalmi. 62.
Deus Deus meus ad te de luce vigilo. quæ hodie Laudes appellantur , agit
poſtea de altera Matutina , quam dicit primitus tempore ſuo fuiſſe adin-
uentam in monaſterio Bethleem Orientis, & ex illo fuiſſe in Occidentis re
giones vtiliſſime propagatam : Aitque celebrari inſtitutam ſtatim poſt or-
tum Solis cum tribus pſalmis ſicut in Tertia,Sexta,& Nona obſeruatur; &
quòd hæc adiecta ſollemnitas compleuit numerum ſeptenarium horarum
canonicarum. Vnde apparet,quòd hæc ſecunda,quam appellat Caſſianus
Matutinã nulla alia intelligi poteſt,niſi ea,quam nos Primam vocamus . Si-
militer Rabanus lib.2.de inſt.cler.c.3.de officio primæ horæ agens innuit
quod in exortu diei,quando Sol ab Oriente primum apparet,eius celebra
tio fieri debeat.Et Amalarius in lib.de Ordine Antiph.c.6.ait ꝙ officiũ pri
mũ diei inchoamus ab ortu Solis.Hugo item de S.Vict.in Speculo eccleſiæ,
cap.3.inquit,quòd horæ primæ officium celebramus, quia mulieribus ve-
nientibus orto iam Sole ad monumentum Angeli annunciauerunt,Chriſtũ
ſurrexiſſe.Eamdẽ ſententiã de hora prima, quòd poſt ortum Solis celebre-
tur tenent Gabriel Biel ſuper can.lect.13.Diony.Carthuſ. & Clichtoueus
in expoſitione hymni,Iam lucis orto ſidere.& non nulli alij .

Secundo, quia prima hora canonica a prima diei artificialis hora denomi-

Digitized by Google

natur in qua celebrãda eſt,ſed prima diei artificialis hora intelligitur eſſe, quæ eſt poſt ortum,non ante ortum Solis,ergo.&c. Minor probatur,quia
15 duodecim horæ diurnæ † per Solis curſum diſtinguuntur,& in Solarijs,id eſt horologijs Soli expoſitis ſupputantur, de quibus Solarijs habetur apud M.Varronem in lib.5.de ling.lati.apud Pallad.de re ruſtica, in fine cuiuſque libri,apud Plinium lib.7.nat.hiſt.capitu.vltim.apud Macrob.libr. 2.in Somnium Scipio.capitul.7.& apud ſacras litteras 4 Reg.20.& Iſai.38.vt etiam ſupra citauimus capitu 9.in fin. Deinde rurſus probatur minor, quia niſi dicamus,ſupputationem duodecim horarum diurnarum tunc incipere cum corpus Solare finitorem attigerit,difficillimum foret aliud punctũ aſſignare,a quo initium ſumere oporteat pro huiuſmodi horis ſupputandis, cũ tale punctum maxime conſpicuum & inſigne eſſe debeat, qualis eſt ortus corporis Solaris,non quale eſt auroræ initium,quod varium eſt,& aſſignatu difficile,& non niſi peritiſſimis Mathematicis notum.Et demum probatur eadem minor ex Amalario in lib.de Ord.Antiph.c.6.in prin.vbi expreſſe ait,quod duodecim horæ diurnæ pro eccleſiaſticis officijs,ab ortu ad occaſum Solis ſupputantur,& quod dies ex præſentia Solis ſuper terras, quemadmodum etiam vulgus exiſtimat,cenſetur.
16 Tertio,quia horæ canonicæ diurnæ † eodem modo omnes & vniuoce ab horis diei denominantur,ſcilicet Prima a prima,Tertia a tertia,& ſic de ſingulis. Ad quod facit,quia vna,& eadem determinatio reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare. l. quamuis. C. de Impub.& al.ſubſt.Sed ſi prima denominaretur a prima hora diei,quæ eſt ante ortum Solis,non vniuoce,ſed æquiuoce cum Tertia,Sexta, & Nona denominaretur.ergo.&c. Minor probatur, quia dato quòd prima hora diei appellari poſſit tam quæ eſt ante ortum Solis,quàm quæ eſt poſt ortum, tamen clarum eſt, quòd Tertia, Sexta, & Nona non niſi ab ea prima,quæ eſt poſt Solis ortum ſuam denominationem conſequenter deducunt; alioquin me-
17 ridies non eſſet in Sexta † contra omnia iura, & communiſſimam omnium auctorum ſententiam. Declarauimus enim ſupra capitul. 6. numer.
18 26.& ſequen.& capitu.9.numer.22. quòd initium diei artificialis † dupliciter quidem ſumi poteſt; Vno modo a principio auroræ per horam fere ante ortum Solis;alio modo ab ipſo ortu Solis; Sed quando dicimus, quòd dies artificialis in duodecim horas diſtinguitur, tunc non niſi ab ortu ſubſtantiæ Solis diem capimus, ut proximo argumento dictum eſt; Si vero diem caperemus ab initio auroræ,tunc non ſolum duodecim eſſent diei cuiuſque artificialis horæ,ſed duæ aliæ eſſent addendæ, una ſcilicet ante ortum Solis,altera poſt occaſum;& ſic quattuordecim eſſent horæ diei,vt nos ſupra late deduximus in d.capitu.9.num.10.per text.in l.2.§.1.ff. de verb. ſignific. Quare neceſſario concluditur, quòd licet (vt diximus) tam ea ho-
19 ra † quæ eſt ante Solis ortum,quàm quæ eſt poſt,recte prima diei hora appellari poſſit,tamen cum conſtet,quòd Tertia,Sexta, & Nona horæ canonicæ ſuas denominationes ſumant ab ea diei diuiſione, quæ in duodecim partes,non quæ in quatuordecim ſecatur, & quæ ab ortu ſubſtantiæ Solis, non quæ ab auroræ initio incipit,dicendum eſt proculdubio, quod etiam prima hora canonica ab eadem diuiſione denominetur,& ſic poſt ortum Solis accipiatur.

Quarto, quia in hymno, qui ſtatim in ipſo primæ horæ canonicæ initio,

cani-

canitur, expreſſa fit mentio Solis iam proxime orti, non orituri, dum dicitur ibi,

Iam lucis orto Sidere
Deum precemur ſupplices.

quod annotarunt & Gabr. Biel ſuper canô. lect. 13. & Dionyſ. Carthuſ. ac Clicthoueus in expoſit. dicti hymni. Neque interpretari poteſt de Stella Lucifero ille hymnus, vt quidam cenſebant, tum quia Sidus lucis per antonomaſiam non niſi ipſe Sol intelligitur, tum quia de ortu Luciferi mentio fit in hymnis Laudum, vt patet in Fer. ſexta, dum dicitur ibi,

Ortus refulget Lucifer,
Sparſamque lucem nunciat.

Neque rurſus interpretari poteſt ille hymnus de ortu Solis in ſuis radijs, non in ſua ſubſtantia, & corpore, nam de huiuſmodi ortu Solis in ſuis radijs mentio ſimiliter fit in hymnis Laudũ, vt patet in hymno Feriæ quartæ ibi,

Caligo terræ ſcinditur
Percuſſa Solis ſpiculo,
Rebuſque iam color redit
Vultu nitentis Sideris,

Quinto, & poſtremo, quia alia hora canonica, quæ antiquitus Matutina ap-
20 pellabatur, & hodie † Laudes vocantur, quæ coniunctim cum Nocturnis exſoluuntur, eſt hora canonica diurna, quæ ante Primam poni debet, vt patet in c. 1. de celebr. Miſſ. & nos declarauimus ſupra, cap. 6. numero 22. Sed
21 Laudes in aurora † recitantur, & in clara diei luce, non multo ante ortum Solis finiuntur, vt in dicto capitulo ſexto, & capitulo quinto, numero 17. 22. & ſequentibus ſupra oſtendimus ex auctoritate Sancti Benedicti, Ioan. Caſſiani, Amalarij, Hugonis de S. Vict. & aliorum; & patet ex ipſarum Laudum hymnis, vt in Dominica,

Lucis aurora rutilans coruſcat.

& Feria ſecunda,

Aurora curſus prouehit.

& Feria quarta,

Lux intrat, albeſcit polus.

& Feria quinta,

Lux ecce ſurgit aurea.

& Sabbato,

Aurora iam ſpargit polum,
Terris dies illabitur,
Lucis reſultat ſpiculum.

Ergo ſequitur quod Prima, quæ poſt Laudes aliquo interiecto temporis ſpatio canitur, non niſi poſt ortum Solis poni poteſt.

DE PRIMA. Cap. XVI.

1 *Matutinum, Primam, & Completorium eſſe tres vigilias nocturnas falſum eſt.*

2 *Inconuenienti vno dato plura ſequuntur.*

3 *Reſurrexit Chriſtus in aurora.*

4 *Reſurrectionem Dominicam repræſentant Laudes, non Prima. Vel etiam repræſentat Prima, intelligendo hoc modo, nu.5.*

6 *Natiuitatis Domini ſecundam Miſſam ante Primam horam canonicam celebrari quidam inquiunt.*

Cappella Papæ multa habet ſpecialia.

Speciali iure propter neceſſitatem inducta non debent trahi in conſequentiam.

9 *Miſſæ cuilibet publicæ præmitti debet aliqua pars diuini officij in choro, & num. 11. 16.*

10 *Miſſa eſt opus quoddam inſigne, quod requirit magnam circunſtantiarum inſpectionem.*

12 *Laudes ſimul cum Nocturnis vna & eadem hora canonica cenſentur, & immediate poſt Nocturnos celebrantur.*

13 *Natiuitatis Domini prima Miſſa celebratur media nocte poſt Nocturnos ante Laudes.*

8.14 *Laudes inter officium diurnum computantur.*

715 *Natiuitatis Domini tres Miſſæ ita celebrantur, prima in tenebris mediæ noctis, ſecunda in aurora inter tenebras & lucem, tertia in clara diei luce. & quare.*

17 *Matutinum cum Laudibus ante Miſſam eſt recitandum ſub obligatione reatus peccati mortalis.*

18 *Miſſa de Feria cur concurrit cum Miſſa de feſto, ita quòd duæ Miſſæ celebrentur; non tamen concurrit Miſſa Dominicæ cum Miſſa de feſto?*

19 *Mane primum eſt in gallicinio. Et eſt ſtatim poſt ortum Solis, nu.22.*

20 *Prima tempore B. Hieronymi non erat adhuc inſtituta.*

21 *Diei artificialis initium dupliciter ſumi poteſt; Vno modo ab aurora, altero ab ortu Solis.*

23 *Mane dicitur ab ortu Solis vſque ad quartam diei horam, ſecũdum Bedam, & S. Anſelmum.*

24 *Mane eſt duplex, Vnum in crepuſculo, alterum in ortu Solis.*

25 *Mane primo ponuntur Laudes. Poteſt etiam poni Prima ſecundum alium modum intelligendi, num.26.*

27 *Prima hora canonica dicitur ab ea hora prima diei, quæ eſt poſt ortum Solis, non quæ eſt ante ortum.*

28 *Mane primum eſt prima hora diei.*

29 *Completorium in duodecima diei hora parum ante occaſum Solis exſolui debet.*

30 *Mane, meridie, & veſpere cur pulſentur campanæ tribus vicibus.*

31 *Orare quilibet debet ter in die, mane, meridie, & veſpere.*

NOn obſtant modo argumenta, quæ in contrarium ſupra cap. præced. obijciebantur.

Et

Et ad primum reſpondetur, quòd Doct. Canoniſtæ errauerunt in multis circa intellectum.c.1.de celebr.Miſſa.præſertim vero putantes,quòd tres
1 vigiliæ nocturnæ † ſint Prima,Completorium,& Matutinum. quòd aſſerere(pace eorum dixerim)& valde puerile eſt,& falſum.vt vidimus ſupra capit.6.num.14.& 36.Quare nihil mirum alicui videri debet,ſi eos in hoc non ſequamur.

2 Ad ſecundum reſpondetur,ꝙ vno inconuenienti dato † plura ſequuntur, vt not.in l.ratas.C.de reſcind.vend.& per Ariſt.in 1.Phyſ.tex. comm.10 & 22. nil mirum igitur, ſi Canoniſtæ tenentes Primam inter vigilias noctis computandam,& in aurora celebrandam eſſe,dixerunt,in memoriam dominicæ reſurrectionis eam celebrari, nam vere Chriſtus dñs in aurora re-
3 ſurrexit,vt fuſius infra,cap.46.& ſeq.oſtendemus. Sed nos cum alijs auctoribus & pluribus & grauioribus tenemus, quòd dominicam reſurrectionem repræſentant nobis nō quidem Prima,ſed Laudes matutinę: ita
4 enim dicit S.Cyprianus in tract.de oratio.domin.in fi.ibi, Nam & mane orandum eſt, vt reſurrectio Domini matutina oratione celebretur. Tempore enim B.Cypriani hora Prima adhuc non erat cognita,ſed Matutina. Idem expreſſius tenet S.Iſidorus lib.1.de eccleſ.off.cap.23.Rabanus lib.2. de inſti.cler.cap.2. Hugo de S.Vict. lib.2. de eccleſ. off. cap. 10.& in Speculo eccleſię,ca.3.vbi agit de Matutinali officio.Magiſter hiſt. ſcholaſt. in hiſt.euāg.cap.135.Io.Beleth.in Ration.c.28. Guillel. Durant.ſimiliter in Ration.lib.5.cap.4.in princ.& lib.6.capit.78.nume.3.& alij quamplures. Quid vero nobis repræſentet Prima hora canonica facile eſt colligere & ex Beletho,& ex Durantio in locis præallegatis,& ex Io. de Tur.crem. in c. presbyter.quęſt.1.91.diſt.& ex alijs etiam auctoribus. Quòd ſi dicamus,
5 per Primam repræſentari dominicā reſurrectionē, non quidē in articulo tēporis, quo facta eſt,ſed quo mulieribus ab Angelis nūciata eſt orto iam Sole, vt inquit Hugo de S.Vict.in d.c.3.Speculi eccleſię,vbi agit de horę Primę officio, vtique hęc ſentētia ſuſtineri poteſt,neque quidquam obeſt opinioni noſtrę.

Ad tertium reſpondetur, quòd in primis poſſet iuſte dubitari,an illa rubrica ſit antiqua,vel fuerit in facto obſeruata,nam Petr.de Palu.in quarto
6 ſenten.diſtin.13. quęſtio 2.art.2.concluſ.2.diſertis verbis ait, quòd eſt conſuetudo generalis,vt ſecunda Miſſa Natalis Domini ante Primam celebretur: quod idem etiam refert S.Antonin.3.par.ſummę,tit.13.cap.6.§.4. in fi.& Tabie.ver.Miſſa.§.6.Et Cęrimoniale Romanū habet, ꝙ in Cappella Papę ſecunda Miſſa in aurora in die Natali Domini dicitur poſt Laudes, vt patet lib.2.ſect.1.cap.13.& 21.Verum dato,& conceſſo,quòd dicta rubrica fuerit ſemper Romę obſeruata,nā mihi multū placet,& ſit valde veriſimilis,& fortaſſe ſupradicti Doct.de generali aliorū locorū conſuetudine loquuntur, quę hodie amplius nō debet attendi cum ſit contra rubricam in Miſſali Romano ſub Pio quinto promulgatam, in Ritu celebrandi
7 Miſſam: Et Cappella Papę multa habet ſpecialia quę Romę in alijs eccleſijs aliter obſeruantur: Reſpondetur ſecundo, quòd illa rubrica non eſt generalis pro toto anni tempore, ſed eſt ſpecialis pro die tantum Natiui-
8 tatis Domini.Quare quod iure ſpeciali aliquando propter neceſſitatem ſtatutum eſt, in conſequentiam trahi non debet. l. quę propter. ff. de reg.iur.cap.quæ a iure,& cap.in argumentum,eodem tit.lib.6. Ratio autem

Digitized by Google

tem ſpecialitatis, & neceſſitatis fuit; quia cum in die Natiuitatis Domini
tres Miſſæ dicantur & ſecunda in aurora celebrari debeat, oportebat, vt
9 ante celebrationem cuiuslibet Miſſæ † aliqua pars diuini officij publice
in choro decantaretur. Eſt enim Miſſæ celebratio opus quoddam maxi-
10 me priuilegiatum, & inſigne † quod requirit magnam præparationem, &
fieri debet cum magna diligentia, & cum magna circumſtantiarũ circum-
ſpectione, vt tradit Alexan. Alen. in 2. parte, quæſt. 131. memb. 6. Et Beatus
Diony. Areopagita in epiſtola 8. ad Demophilum, circa finem, loquens de
S. Carpo ſacerdote viro Dei, refert, quòd numquam ſancta myſteria cele-
brare cœpiſſet, niſi prius inter eas preces, quæ antea conſummantur, ſacra
illi, ac propitia viſio apparuiſſet. In quibus verbis eas preces, quæ antea
conſummantur, non male videor mihi poſſe intelligere horarias preces;
nam & in eadem epiſt. paulo poſt B. Dionyſius diuinorum hymnorum me
minit, qui ſemper mediæ noctis tempore decantari ſolent. Et hinc factum
11 videmus, quòd numquam Miſſa Conuentualis in eccleſijs celebratur, in
quibus omnes horæ canonicæ publice in choro recitatur, quin illi aliqua
hora canonica immediate præmittatur. Quare nihil mirum videri debet,
ſi ante ſecundam Miſſam, quæ dicenda eſt in aurora in die Natiuitatis Do
mini, ſtatutum ſit, vt Prima celebretur; cum iam Matutinum ante primam
Miſſam mediæ noctis fuerit decantatum.
Sed dicet hic mihi aliquis, ſi ſola hæc ratio attendenda fuerat, poterant
Laudes, quæ ſeparatim illo die a Nocturnis recitantur, ante ſecundam
Miſſam in aurora celebrari, vt Prima deinde poſt ortum Solis ſuo tempore
12 exſolueretur. Verum ad hoc reſpondetur, quòd Laudes † ſimul cum No-
cturnis vna & eadem hora canonica cenſentur, & eccleſia inſtituit, vt im-
mediate poſt Matutinũ Laudes recitentur, vt inquit Lipom. in lib. Italice
ſcripto, pro cõfirmatione omniũ dogm. cathol. lib. 2. c. 15. particula 4. quã-
obrem in nocte Natiuitatis Domini ſeparatio illa Laudũ a Nocturnis nõ
13 erat vlterius protrahenda, † niſi quantum Miſſæ ſacrificium interiectum
neceſſario poſtulabat: & ſic finita Miſſa mediæ noctis ſtatim Laudes dici
debent, vt habetur in Rubricis Breuiarij Romani, & not. Nauarrus in Ma
nua. de orat. c. 3. nu. 28. Quare autem ſtatutum fuerit, vt illa nocte primũ
Miſſæ ſacrum ſtatim poſt Nocturnos, & nõ finitis Laudibus celebraretur,
eam puto fuiſſe rationem; quia cum Teleſphorus papa decreuiſſet, vt ſpe-
cialiter ea nocte Miſſam facerent presbyteri, vt patet in c. nocte. de conſ.
diſt. 1. & nos ſupra oſtendimus ex multis auctoribus, c. 5. num. 20. & infra
iterum oſtendemus cap. 29. num. 10. oportebat, vt ſtatim poſt Nocturnos
non expectatis Laudibus Miſſæ celebratio fieret, alioquin non ad noctẽ,
14 ſed ad diem potius pertinere illa Miſſa cenſeretur, cũ Laudes † matutinas
diei adſcribi, & inter officium diurnũ computari conſtet, vt habetur in ca.
1. de celebr. Miſſ. & nos ſæpius ſupra tradidimus, capit. præced. in fin. &
cap. 6. nume. 22. Cum igitur dictis Nocturnis & Laudibus circa primam
Miſſam, nullum aliud ſequeretur diuinum officium ſecundæ Miſſæ in au-
rora præponendum, niſi Prima, neceſſe fuit, vt Prima de loco ſuo aliqua-
tenus moueretur, ad hoc, vt Miſſæ illi ſecundæ optime inſeruiret. Non
enim trahendum erat Miſſæ ſacrum ad Primam, vt ſcilicet poſt ortũ Solis
dicta Prima, Miſſa ſecũda celebraretur, ſed potius Prima ad Miſſam in au-
15 rora erat trahenda, vt ſeruaretur myſterium trium Miſſarum, † quarũ vna
in tene-

in tenebris mediæ noctis, altera in aurora inter tenebras & lucem, tertia ve
ro in clara diei luce celebrantur, vt ſignificetur ſcilicet vel triplex Chriſti
Natiuitas, vel triplex eiuſdem ſubſtantia, vel triplex hominum ſtatus, pro
ut exponunt Glo. in c. conſuluiſti. de celeb. Miſſ. & in d. c. nocte. de conſec.
diſtin. 1. & ibi Io. de Turrecrema. q. 1. ad primum B. Thom. in 3. part. quæſtio.
83. art. 2. ad 2. Petr. de Palud. in 4. ſentent. diſtinct. 12. quæſtio. 1. articul. 4.
conclu. 4. Ricar. in eod. 4. diſt. 13. quæſt. 2. art. 4. Guill. Durant. in Ration. lib.
6. capitu. 13. & ante hos omnes Innocentius III. in ſerm. 3. de Natiuit. Do-
mini, & alij alibi.

Colligo autem ex hac reſponſione vnum in primis notandũ, quòd ad Miſ-
16 ſæ † ſacrum ſiue publice ſiue priuatim celebrandum, ſemper aliqua portio
diuini officij præmitti deberet; Adeo vt non ſolum Matutinum cum Laudi
17 bus ante Miſſam ſit recitandum † ſub obligatione reatus peccati mortalis,
quod indubie infra contra Dominicum de Soto defendemus, c. 42. ſed etiã
ſi Matutinum ſero ante quam cubitum eatur, ſit dictum, deceat omnino, vt
mane ſaltem Prima ante Miſſam recitetur, ne videamur illotis (vt aiunt) ma
nibus, & abſque aliqua præparatione, quæ per canonicarum horarum re-
citationem fieri debet, illico ſacrificium tam tremendum offerre. Imò vero
deceret etiam maxime, vt non niſi dicta Tertia in feſtis, vel Sexta in profe-
ſtis, vel Nona in ieiuniorum diebus ordinarie iuxta rubricarum diſpoſitio-
nem, de quibus infra latius tractaturi ſumus, cap. 29. ad ſacrum etiam priua
tim peragendum, nos qui choro adſtricti non ſumus accederemus, niſi tamẽ
aliquod impedimentum, quod maxime vrgeat, obſtiterit. Colligo etiam ex
ſupradictis rationem, quare factum ſit, quod in diebus ieiuniorũ, puta Vi-
giliarum, Quadrageſimæ, Quattuor temporum, aut etiam Rogationum, ſi
18 in illis incidat aliquod feſtum duplex, aut ſemiduplex, cantentur duæ † Miſ
ſæ in eccleſijs Collegiatis, vna de Feria, altera principalis de Feſto, vt patet
in rub. Miſſalis Rom. in c. de Feria, & Vigilia, & in cap. de Commemorat. &
tamen non idem ſtatutum ſit de duabus Miſſis dicendis, quando in Domi-
nica occurrit feſtum duplex, quòd non transferatur; cum Dominica magis
ſit priuilegiata quàm Feria, & multo magis videatur Miſſa Feſti, quàm con
currat Miſſa Feriæ. De qua re fui interrogatus quandoque a non nullis, qui
ſe in hac quæſtione valde torquebant. Ratio enim huius diuerſitatis inter
alias ea vna aſſignari poteſt, quòd Miſſa de Feſto & Miſſa de Feria non con
currunt in eodem tempore conuentualiter celebrandæ, ſed vna dicenda ve
nit in Tertia, altera vero in Nona, vt not. Micrologus in lib. de eccle. obſer.
c. 58. & nos infra docebimus c. 29. nu. 2. Quamuis autem, quæ de tẽpore ce-
lebrationis Miſſæ ſtatuta fuerant, hodie fere non ſint amplius in vſu, tamẽ
illud ſaltem etiam hodie remanſit, quod Miſsa conuentualis de Feſto dupli
ci, & ſemiduplici, aut de Dominica celebrari debet poſt dictam in choro ho
ram Tertiam: Miſsa vero de Feria in diebus ieiuniorum poſt dictam Nonã.
Quare vtraque Miſsa in eodem die ſeparatim celebrari poteſt poſt aliquã
diuini officij portionem in choro recitatam. At in Dominica quando in ea
occurrit feſtum duplex, vtraque Miſsa tam Feſti, quàm Dominicæ veniret
in eodem tempore celebranda poſt dictam horam Tertiam in choro, & ſic
ſaltem vna Miſsa ſine aliqua recitatione horarum canonicarum præceden-
ti conuentualiter celebraretur. Quod eſset aliquo modo incongruum, &
inconueniens. Et quando dicẽdæ ſunt tres Miſsæ conuentuales, vt eſt caſus

 ſingularis

ſingularis in vigilia Aſcenſionis Domini , ſi occurrat in ea feſtum nouem
Lectionum,quo die cantari debet vna Miſſa de feſto , alia de vigilia,& alia
de Rogationib.vt ibi expreſſe colligitur ex Rubricis illius diei, diuinū offi-
ciū ita diſtinguendū eſt,vt poſt Tertiā in Choro recitatā cantetur Miſſa de
feſto,poſt Sextā Miſſa de vig.poſt Nonā Miſſa de Rogationib.Quāuis enim
Miſſa vigiliæ ordinariæ poſt Nonā dicenda ſit, id tamen intelligitur de vi-
gilijs quæ ieiunantur.At vig.Aſcenſionis cū nō ſit in obſeruatione ieiunij,
habetur ac ſi eſſet dies profeſtus, & feria cōis per annū . Vnde Miſſa illius
diei poſt Sextā,ſicut in reliquis Fer.per annū,celebranda venit.Miſsā autē
Rogationū poſt Nonā cātandā eſſe expreſſis verbis ibidē diſponit in Rubr.
Ad quartum reſpondetur in primis,quòd verba illa B.Hieronymi,Gallici-
nio mane primo(ſi tamen B.Hieronymus auctor ſit illorum commentario-
19 rum)legi debēt indiſtincte,† ſine pūcto , aut virgula in medio , vt ſcilicet
in ipſo gallicinio intelligatur eſſe mane primū, & pro vna eadē hora acci-
piātur illa duo verba,gallicinio mane primo. Ad quod dicēdum ex duabus
moueor coniecturis.Prima coniectura eſt,quia bis idem repetit ibi B.Hie-
ronymus de horis canonicis; & prima vice nullā prorſus facit mentionem
Primæ,alijs omnibus horis ſigillatim enumeratis;quare non videtur dicen-
dum,quòd in ſecunda enumeratione nouā voluerit addere horam canoni-
cam,cum præſertim ex eius verbis appareat,ſe idem velle ſæpius inculcare,
& repetere, dicendo.Videte,quibus horis ſemper ad obſequium Dei ſuſcita
20 mur: Videte,quid dicat.Secunda cōiectura eſt,quia tempore B. Hieronymi
Prima adhuc neque erat inſtituta,neque cognita ; quare ipſius mentio ab
eo fieri non poterat. Deinde reſpondetur alio etiā modo ad dictam aucto-
ritatem B.Hieronymi,etiam ſi concedamus,quòd per illa verba, Mane pri-
mo,expreſſa ſit Prima hora canonica,nō tamen inde habetur quòd Prima
ante ortum Solis in aurora celebrari debeat. Nam ſciendum eſt,quòd ma-
21 ne nihil eſt aliud, niſi principium diei artificialis ; dies autem artificialis
(vt ſæpius ſupra diximus cap.6.num.27.& capit.9.nume.22.)dupliciter ſu
mi poteſt:vno modo ab initio auroræ,altero modo ab ortu Solis ſupra ho-
rizontem: Si igitur ſumatur dies hoc poſtremo modo,ab ortu ſcilicet Solis
22 ſuper terram,† non incipiet mane, niſi in ipſo ortu Solis , & mane primum
intelligetur,id eſt ſtatim exoriente Sole.Ad quod facit tex.Mar.cap.vlt.ibi;
Et valde mane vna Sabbathorū veniunt ad monumentū orto iam Sole. vbi
tēpus poſt Solem ortum appellatur valde mane ſecundum vnam expoſitiō-
nem. Et Beda in lib. de Diuiſionibus temporum,cap.de Die.& S.Anſel.in
23 lib.2.de Imag.mundi,capit.3.aiunt, quòd mane eſt ab ortu Solis vſque ad
quartam diei horam.Vnde ipſe ortus Solis rectiſſime hoc modo primum
mane appellari poteſt.Si uero ſumatur dies artificialis altero modo ab ini-
tio auroræ , tunc mane erit in aurora , & primum mane erit in principio
crepuſculi matutini.
24 De huiuſmodi autem duplici mane † crepuſculi videlicet , & ortus Solis
tractat egregie inter alios Aegidius Romanus in 2.par.Hexæm.cap.2.& 3.
& Hieronymus Vielmus in opere de ſex diebus,lect. 12. & ad propoſitum
noſtrum pro horis canonicis Amalar. in lib.de Ord.Antiph.cap.6.in princ.
25 Ad quintū reſpōdetur primo,quòd per illud primū mane in parabola ope
rariorū Matt.20.nō ſignificatur Prima.ſed potius laus Matutina,quæ hodie
ſimpliciter Laudes appellantur,vt expreſſe dixit Ioan. Caſſian. cui fas eſt
propter

Digitized by Google

propter antiquitatem multum tribuere, in lib.3.de inſtit.cœnob.ca.3.in fi.
26 Secundo reſpondetur, ꝙ ſi per illud primũ † mane dicatur ſignificari Prima, exponendũ erit, prout ſupra proxime expoſuimus, primo mane, id eſt ſtatim exoriente Sole, vt ſignificet primũ initiũ diei, qui a Solis ortu inchoatur: & ita ipſe Amalar. qui illud primũ mane pro prima hora canonica accipit, interpretatur in lib.de Ord.Antiph.d.c.6.in prin.

Ad ſextũ licet ex dictis reſponſio pateat, tamẽ dicitur, quòd quãuis prima hora diei appellari poſſit quæ eſt ante ortũ Solis, vt appellauit conc. Tolet.
27 4.& ſynodus Saleguſtadien. tamen Prima hora canonica † non ab hac prima hora diei, ſed ab ea prima, quæ eſt poſt ortũ Solis denominatur, vt ſupra diximus, ſecundũ quòd cõiter dies in duodecim horas diuiditur. Ad auctoritates autẽ ſanctorũ Hieronymi, Ambroſij, & aliorũ præter ſupra proxime dicta in ſolutionibus ad quintũ, & ad ſextũ, reſponderi poteſt, quòd ipſi in
28 terpretantur illud primũ † mane in parabola operariorum, pro prima hora diei, non quia qui fuerũt tũc vocati, prima hora diei vocati fuerint, ſed quia ad incipiendũ operari in prima hora diei, & ad laborandũ in vinea pro prima diei hora conducti fuerunt. Eſt enim aduertendũ pro intelligentia literæ illius parabolæ, quòd paterfam. dicitur quidẽ exijſſe primo mane ad conducendũ operarios, ſed non eſt putandũ, quòd ſtatim in ipſo primo mane operarij laborare cœperint in vinea; oportebat enim prius quòd operarij inuenirentur, & conuentione facta ex denario diurno conducerentur, & deinde ex foro, in quo fuerunt inuenti, mitterentur in vineã, quã præſumendũ eſt extra ciuitatẽ ſitã fuiſſe; & ita poſtmodũ ſtatim in initio primæ horæ diei & ortus Solis laborare in vinea cęperint. Quare hos primo conductos, optima rõne primę horę operarios dici poſſe cõſtat. Et nedũ operarios primę horę, ſed ẽt prima hora vocatos recte dici a ſanctis expoſitorib. aſſero dũ exponamus, prima hora vocatos, i. pro prima hora vocatos ad operãdũ,
29 Ad ſeptimũ reſpondetur, quòd nos tenemus Completorium † in duodecima diei hora parũ ante Solis occaſum exſolui debere, vt infra proxime oſtẽdemus: ſed ſiue hoc, ſiue aliud de Cõpletorio teneatur, ex eo tamen non dependet, quòd prima in crepuſculo matutino debeat celebrari, dato etiam, quòd hę duæ horæ plurimũ ſymbolizent. Quòd ſi in tempore quoque horarum iſtarum quædam conformitas requiratur, dico, quòd magna conformitas ſatis apparebit, ſi vna in principio diei & in prima hora, altera vero in fine diei, & in poſtrema hora conſtituantur.

Ad octauũ, & vltimũ reſpondetur, quòd illa cãpanarũ pulſatio, quæ sũmo mane fit, ex eo alicubi vulgo appellatur prima, non quia ſignificetur, illud
30 eſſe tempus primæ horæ canonicæ recitandæ, ſed quia illa eſt prima † pulſatio, qua in principio lucis admonemur, ter B. Virginem ſalutare, aut ad S. Trinitatem orationem facere; nam ſequitur poſtea ad idem ſignificandum ſecunda pulſatio in meridie, & tertia in fine diei poſt occaſum Solis.

Vnde autem ortum habuerit pulſatio illa, fortaſſe nobis inſinuant in ſuis decretis Burchardus lib.2.cap.73.& Iuo Carnoten.par.6.c. 167.ex Concil. Aurelian. vt ipſi citant, capit.6. licet in Tomis Conciliorum huiuſmodi ego canonem non apud vllum concilium Aurelianen. Sed in conc. Conſtantinopol.6. repererim, inter nouem canones, qui illi adſcribuntur, cap.7. Ibi enim ſtatuitur, populum inſtruendum eſſe, vt ſingulis diebus qui amplius nõ poteſt, ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet, & veſpere. Verba autem

cano-

canonis hæc ſunt. Item inſtruendus eſt populus, vt ſingulis diebus, qui am plius non poteſt ſaltem duabus vicibus oret, mane ſcilicet & veſpere, dicēs ſymbolum & orationem Dominicam; ſiue, Qui plaſmaſti me, miſerere mei. vel etiam, Deus propitius eſto mihi peccatori. & Deo gratias agens pro quotidianæ vitæ cõmeatibus, & quia ſe ad imaginem ſuam creare dignatus ſit, & a pecudibus ſegregare. His ita peractis, & ſolo Deo creatore ſuo adorato Sanctos inuocet, vt pro ſe intercedere apud maieſtatem diuinam dignentur. Hæc faciant, quibus Baſilicæ locus prope eſt, in Baſilica: qui vero in itinere, aut pro qualibet occaſione in ſiluis aut in agris, vbicumque eos ipſa hora matutinalis, vel veſpertina inuenerit, ſic faciāt, ſcientes Deū vbique præſentē eſſe; dicente Pſalmiſta, In omni loco dominationes eius. De ea autem pulſatione, quæ fit in meridie ſcribit S. Anton. in 3. par. chronic. tit. 22. c. 14. in princ. & Supplem. chronit. ſub anno Domini 1455. & Platina in vita Calliſti III. quòd ipſe Calliſtus anno ſui Pontificatus ſecundo mandauit per ſollemnes litteras apoſtolicas vbique terrarum fidelium, ſingulis diebus in meridie pulſari in omnibus eccleſijs ad Salutationem Angelicam ter: & in pulſatione quicumque diceret genibus flexis ter Aue Maria, & Pater noſter, conſequeretur indulgentiam trium annorum, & triū quadragenarum. Et hoc pro victoria habenda contra Turcas, qui tres circiter annos antea ceperant Conſtantinopolim. Rurſus de ea pulſatione, quæ veſpere fit in occaſu Solis ſcribit Petrus Mexias lib. 2. Siluæ variarum lectionum, lingua hiſpanica conſcriptæ, c. 32. non nullos eſſe, qui tenent B. Virginem ſalutatam fuiſſe ab Angelo in principio noctis, atque inde laudabilem conſuetudinem ortam eſſe in eccleſia, eadem hora B. Virginē pulſatis campanis ſalutandi. Et huic ſententiæ adſtipulantur chronica fratrum Minorum per Marcum Vlixiponenſem conſcriptam, in 2. par. lib. 2. c. 16. quo in loco aſſeritur, ordinatum fuiſſe in Capitulo generali a Sancto Bonauētura tunc generali Miniſtro ordinis celebrato anno Domini 1266. vt Frattes concionatores perſuaderent populis, vt poſt finitum Completorium dicerent ſalutationem Angelicam laudantes glorioſam Virginem, quoniam operatio eſt multorum grauium Doctorum, ea hora ab Angelo ſalutatam fuiſſe. Quod idem narratur in vita ipſius Sancti Bonauenturæ. Tom. 4. Surij de vitis Sanctorum, ſub die 13. Iul. his verbis. Idem etiam [S. Bonauentura] pijſſimus cultor glorioſæ Virg. Matris Ieſu, inſtituit, vt fratres populum hortarentur ad ſalutandum eamdem ſigno campanæ audito, quod poſt Completorium datur: quod creditum ſit, eamdem ea hora ab Angelo ſalutatam. Atque idem de pulſatione quæ fit in crepuſculo matutino, ſeu veſpertino referunt Petrus Caniſius in lib. 3. de Maria Virg. c. 3. & Theodorus Peltanus de tribus bonorum operum generibus lib. 3. c. 8. §. addunt his.

Ad hæc eadem facit quod habetur apud B. Clementem Rom. lib. 7. conſt. apoſt. c. 25. ibi enim dicitur. Cum oratis nolite imitari hipocritas, ſed orate, quemadmodum Dominus in euangelio inſtituit, Pater noſter, qui es in 31 cęlis. &c. Et poſtea ſubiungit. Ter in die † ita orate. Vbi Franciſcus Turrianus in annot. ſic ait. Teſtis autem huius apoſtolicæ doctrinæ a ſanctis Apoſtolis traditæ eſt conſuetudo Romanæ eccleſiæ, & plurimarum in Occidente eccleſiarum, in quibus vſque in hodiernum diem ter ſignum orandi populo datur, mane, meridie, & principio noctis, numero trium ad honorem

norem & cultum ſanctiſſimæ Trinitatis pertinente. Hæc Turrianus. Quę conſtitutio apoſtolica non repugnat alteri conſtitutioni, quæ habetur libro 8. apud eumdem B. Clemen. cap. 40. de orando mane, tertia, ſexta, nona, veſpere, atque ad gallicantum; nam hæc de orando ter in die (vt recte ibi explicat idem Turrianus in explanationibus) ad vitam communem chriſtianam pertinet, ſecundum inſcriptionem ipſius libri ſeptimi, quæ eſt de vita chriſtiana, &c. Illa vero alia conſtitutio ad eos pertinet, qui in eccleſia ordinantur, de quorum ordinatione, & miniſterio in eo ipſo libro octauo agitur.

Poſtremo ad hunc ter ſingulis diebus orandi vſum alludere etiam forte voluit Nicolaus I. ad conſulta Bulgarorum c. 61. vbi ita inquit. De cetero ſcire vos velle ſignificatis quot vicibus laicalis perſona per vnumquęque diem orationem facere debeat: in quo ſcire vos conuenit, neminem exceptum eſſe ab eo, quod Dominus in euangelio dicit, Oportet ſempre orare, & non deficere; & Apoſtolus, Sine intermiſſione orate. Quod ſaniſſime præfato S. Auguſtino docente ſic accipitur, vt nullo die intermittantur certa tempora orandi. Quæ autem ſint hæc certa tempora orandi, quæ nullo die prætermitti debeant, quærite & inuenietis.

DE COMPLETORIO, VESPERIS, ET LVcernario. Cap. XVII.

1 *Completorium vnde ſic appelletur.*
2 *Completorium quare incipiat a lectione breui.*
3 *Completorium ſecundum aliquos in prima noctis vigilia exſolui debet.*
4 *Veſperæ in noctis initio ſaltem in extrema diei parte videntur decantandæ. & num. 25. & 28.*
5 *Veſperæ dicuntur a veſpere ſidere, quod decidente Sole exoritur.*
6 *Veſpera fit, quando Sol occidit.*
7 *Duodecima hora ſunt Veſperæ. & nu. 26. & 27.*
8 *Lucernarium, aut lucernaris hora appellatur veſpertinum officium. Quod probatur auctoritate S. Hieronymi. nu. 9. S. Epiphanij. nu. 10. S. Clementis Romani. nu. 11. Ioan. Caſſiani. nu. 12. Caſſiodori, Sozomeni, & Nicephori. nu. 13. S. Auguſtini. nu. 14. Prudentij. nu. 15. S. Iſidori. nu. 22. Quintæ ſynodi generalis. nu. 23. Concilij Toletani primi. nu. 24.*
16 *Prudentij hymnus quintus Cathemerinon inſcribitur ſecũdum aliquos, Ad incenſum cerei paſchalis. Sed magis placet inſcriptio. Ad accenſionem lucernæ. iuxta Aldi impreſſionem.*
17 *Lex in dubio exponi debet, vt conueniat titulo, ſub quo poſita eſt.*
18 *Cerei paſchalis benedictionem primus inſtituit Zoſimus Papa. Id eſt eã quæ Romæ, & alicubi particulariter celebrabatur, inſtituit vniuerſaliter ab omnibus obſeruandam, num. 21.*
19 *Cereorum vſus in eccleſia antiquiſſimus eſt.*
20 *Ambroſianas inter Miſſas non nulla ſunt, quæ conſtat a poſterioribus fuiſ-*

ſe

Digitized by Google

ſit addita: & non nulla ſunt etiam, quæ aliqua emendatione opus habent.

29 *Completorium licet deputetur huic diei quaſi complens ipſum, non tamen cantatur in hoc die, ſed poſt finem eius in principio ſequentis, ſecundum Archidiaconum.*

30 *Completorium eſt vna de nocturnis vigilijs ſecundum Canoniſtas.*

1 COmpletorium (vt in hoc etiam paululum immoremur) ex eo ſic † appellatur, vt putant Archid. in c. preſbyter. diſt. 91. & Guill. Durant. in Ration. lib. 5. c. 10. in princ. poſt Hugo. de S. Vict. in Speculo eccleſiæ, c. 3. quia in illo completum gaudium Sanctorum repræſentamus, quod erit in fine ſæculi. Vel vt putat Amalar. lib. 4. de eccleſ. off. c. 8. & idem Hugo de S. Vict. lib. 2. de eiſdem off. c. 7. quia in illo completur quotidianus vſus cibi, ſiue potus, qui neceſſario ſumitur ad ſuſtentationem corporis. Vel quia in illo completur locutio communis. Ego vero exiſtimo Completorium dici, vel quòd dum completur dies, huiuſmodi hora celebratur, vt colligitur ex eod. Archid. in c. ſolent. de conſ. diſt. 1. Vel certe quòd in illa hora, curſus diei, & diuinum officiũ completur. vt not. Iodocus Clicthoueus lib. 2. Elucidatorij eccl. cap. de horis cano. nu. 12. & venerabilis Beda in lib. de Meditatione paſſionis Chriſti per ſeptem diei horas. c. 1. in princip. Ad quod bene videtur facere quod dicit B. Benedictus in Regula c. 42. Monachi (inquit) mox vt ſurrexerint a cena, ſedeant omnes in vno loco: Et legat vnus Collationes vel Vitas patrum, vel certe aliquid quod ædificet audiẽtes. Si autem ieiunij dies fuerit, dicta Veſpera, paruo interuallo mox accedant ad lectionem Collationum, vt diximus, & lectis quattuor aut quinq; folijs, vel quantum hora permittit, omnibus in vnum occurrentibus per hanc moram lectionis, ſi quis forte in aſſignato ſibi commiſſo fuerit occupatus, occurrat. Omnes autem in vnum poſiti compleant. Et exeuntes a Completorijs, nulla ſit licentia denuo quidquã loqui aliquid. &c. Ibi enim verbum, compleant, licet Ioan. de Turrecrem. exponat, ſcilicet lectionem Collationum, & inde omnes ad Completorium vnanimiter intrent; mihi tamen ſignificare videtur, vt innuit ibi ẽt Smaragdus Abbas, id eſt Cõpletoriũ canant, in quo. ſ. opus Dei, & diurnũ diuinum obſequium cõpletur. Familiare eſt enim B. Benedicto completionem operis Dei pro diuini officij recitatione accipere. vt patet in d. Regula, capp. ſeqq. 43. & 44.

Ex hac autem conſtitutione Regulæ S. Benedicti colligi poteſt ratio (vt
2 hoc etiam obiter dicam) qua factum eſt, vt Completorium † præter morẽ aliarum horarum canonicarum a lectione incipiat. Puto enim lectionem breuem Completorij repræſentare nobis lectionẽ illam, q̃ ex Collationib. vel Vitis patrum, vel ex alio, quod ædificare poſſet audiẽtes, præcepta fuit in eo loco a S. Benedicto, ad quam immediate Completorium ſequebatur. Verum dimiſſa interpretatione nominis, quæritur modo de tempore, quo in eccleſia celebrari debeat Completorium. Et videtur, q̃ in prima noctis
3 vigilia † exſoluendum ſit. Ita enim tenet Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes, ver. Horæ canonicæ. in fi. Quod ſane (licet ipſe non dicat) magnũ fundamentũ habere videtur apud quoſdam antiquos Patres, præcipue vero apud ſanctos Baſiliũ, & Iſidorũ. S. Baſilius namq; in Regulis fuſius diſputatis, interrogatio. 37. poſtquam præſcripſiſſet certa diei tẽpora, quibus orandum

orandum eſt, nempe hora matutina, tertia, ſexta, nona, & completo iam die, id eſt veſpertina; demum ſubiungit. Tum aũt primis ſe iam noctis intendẽtibus tenebris, ſequetur petitio, vt quies, quam ſumus capturi, inoffenſa, & ab omni perturbatione, ac vitio libera ſit, qua hora etiam neceſſario nonageſimus recitari pſalmus dẽt. Quibus verbis aperte indicare Completorium videtur, in quo & antiphona, Salua nos Dñe. & hymnum Te lucis ante terminum. pro ſomni cuſtodia. & pſalmũ 90. Qui habitat. decantamus. Sanctus item Iſidorus lib. 1. de eccleſ. off. c. 21 non obſcure innuit, Completas in nocte paulo ante quàm cubitum eatur, celebrari debere.

4 Idem preterea ſecundo ſuadetur ex eo, ꝙ veſperæ † quæ ante Completorium ponuntur, non niſi in noctis initio, vel ſaltem in extrema diei parte videntur decantandæ, nam ſm S. Iſidorum ibidem c. 20. & lib. 6. Etymol.

5 c. vlt. officij diurni ſunt finis, & nominantur Veſperæ a Sidere † quod Veſper vocatur, & decidente Sole exoritur. Pro quo facit quod notat S. Auguſtinus ſuper pſal. 29. ibi, Ad veſperum demorabitur fletus. ait enim, ꝙ Ve

6 ſpera † fit, quando Sol occidit. & probatur Deuter. 16. ibi, Immolabis phaſe veſpere ad Solis occaſum. & Mar. 1. ibi, Veſpere autem facto cum occidiſſet Sol afferebant ad eum omnes male habẽtes. Idem quod B. Iſidorus, repetit Rabanus de inſtit. cleric. lib. 2. cap. 7. Et expreſſe Amalar. in lib. de Ord. Antiph. c. 6. ait, quòd veſpertinum officium canitur duodecima diei

7 hora. Atque id apparet ex hymno; qui quotidie dicitur ad Veſperas in off. Ambroſiano. vbi ita habetur.

Grates peracto iam die,
Et noctis exortu preces,
Voti reos vt adiuues,
Hymnum canentes ſoluimus.

Et ne videamur mẽdicatis in hoc ſuffragijs indigere, eſt auctoritas multorũ Sanctorũ patrum expreſſa, qui veſpertinũ officiũ in vltima diei hora, aut fortaſſe ẽt in principio noctis celebrari ſolitũ, atq; ob id Lucernarium

8 † vel Lucernarem horam appellatum fuiſſe, nobis ſcriptis ſuis inſinuarũt.

9 B. Hieronymus † in epiſt. 7. ad Lętam, ſuperius citata c. 12. nu. 9. loquens de eius filia, & ad hoc alludens ait, Diſcat lucerna accenſa reddere ſacrificiũ veſpertinum. Et in 2. expoſit. pſal. 119. ſuperius ſimiliter ibidẽ citata, Hora tertia (inquit) oramus, hora ſexta oramus, nona, lucernariũ facimus, media nocte conſurgimus. &c. Vbi lucernarium pro Veſperis manifeſte accipit.

10 Beatus itidem Epiphanius † lib. 3. aduerſus hæreſes. in fi. dum inquit (vt ſupra etiam d. c. 12. citauimus nu. 10.) matutinos hymnos in ipſa ſancta eccleſia perpetuo fieri, & orationes matutinas; lucernaleſq; ſimul pſalmos, & orationes; nihil aliud intelligere videtur per lucernales pſalmos ac orationes, quàm veſpertinas preces.

11 Apud S Clementem Rom. † lib. 8. conſt. apoſt. c. 36. & ſeq. iuxta tranſlationem Turriani, obſecratio, & gratiarum actio, quæ veſpere fit a Diacono, & Epiſcopo ſic inſcribitur. Denunciatio obſecrationis nocturnæ poſt incenſa lumina. & Nocturna gratiarum actio poſt incenſa lumina. Ipſa autem hora canonica veſpertina appellatur in c. 34. vt ibidem not. Turrianus, Epilychnios. id eſt Lucernaris.

12 Similiter Io. Caſſianus † lib. 3. de cano. diurnarum orat. & pſal. modo, c. 3. in fi. hanc eandem veſpertinam lucernarem horam appellat. Et ibi Henricus

ricus Cuyckius in elucidatione alphabetica inquit, ꝙ lucernaris hora eſt veſpertina,quę ab ortu Solis vſ eſſe vndecima;quę lucernaris dicta eſſe apparet, quòd tum lucernæ accendi ſolerent propter aduentãtes tenebras. Ad idem non nihil facit quod ſcribit Tertull.in Apologetico aduerſus gentes,prope fi.vbi loquens de chriſtianorum cena,quę Agape vocabatur,Poſt aquam(ait) manualem & lumina, vt quiſque de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium Deo canere: hinc probatur,quo modo biberit.æquè oratio conuiuium dirimit.

Et S.Baſilius in lib. de Spiritu ſancto, cap.29. Viſum eſt(inquit)patribus noſtris veſpertini luminis gratiam haudquaquam ſilentio arripere, ſed mox vt apparuit, agere gratias. Quis autem fuerit auctor illorum verborum, quæ dicuntur in gratiarum actione ad lucernas, dicere non poſſumus. Populus tamen antiquam profert vocem, neque cuiquam vnquam viſi ſunt impietatẽ committere, qui dicunt,Laudamus Patrem,& Filium, & Spiritum ſanctum Dei.

Videtur autem lucernaris horæ appellatio pro veſpertina deſumi poſſe ex
13 Caſſiodoro † in Tripar.lib.9.c.38.in fi.ex Socrate lib.5.hiſt.eccleſ.c.21.& ex Nicephoro lib.12.c.34. vbi ita habetur.In Hellade,Hieroſolymis,& in Theſſalia preces ad tps veſpertinum dum accenduntur lucernæ fiunt ad conſuetudinẽ Nouatianorum, qui ſunt Conſtantinopoli. Pari ratione & Cęſareæ Cappadocię,& in Cypro die Sabbathi, & Dñico ſemper ſub veſperum cum lucernarijs epiſcopi presbyteri ſcripturas interpretantur.
14 Sanctus etiam Auguſtinus † in ſerm.1.ad fratres in eremo,vel quiſquis auctor ſit illorum ſermonũ,non aliã videtur intelligere horam lucernariã, ꝙ veſpertinam,dum dicit,A ſexta vſque ad nonam omnes vacent lectionib. & Pater noſter.Ad nonam vero reddant codices, & ſm naturæ conditiones ſine tumultu reficiant audientes verbum Dei. Poſtquam autem refecerint,ſiue in horto,ſiue in eremo,vel vbicumque neceſſe fuerit, operentur.Nihil enim Dei ſeruis otioſitate peius,Operentur ergo in nomine Domini ſacrum ordinem non habentes,vſque ad horam Lucernariam.
15 Aurelius itẽ Prudentius in lib.† Cathemerinon,poſtquam hymnos quattuor feciſſet,ad gallicantũ,ad matutinum, ante cibum, poſt cibum; facit deinde duos hymnos,quintum ſcilicet ad accẽſionem lucernæ, & ſextum ante ſomnum;qui rectiſſime Veſperis & Completorio adſcribi poſſunt. Scio tamen (ne in hoc auctore intelligendo fallamur) non nullos eſſe, &
16 inter eos Victorem Giſelinum, † qui titulum dicti hymni quinti, non Ad accenſionem lucernæ legunt,ſed Ad incenſum cerei paſchalis.Pro quibus facit, ꝙ inter hymnos eccleſiaſticos reperitur hymnus inſcriptus, Ad accenſionẽ cerei paſchalis,pro Sabbatho ſancto,qui ex hoc quinto Prudentij hymno totus deſumptus eſt, vt patet apud Clicthoueum in Elucidat. eccleſ.lib.1.& apud Ruper.abbatẽ lib.5.de diui.off.c.28.vbi citat Pruden. in hymno qui cantatur Sabbatho ſancto,& hymnũ hunc de quo nos agimus intelligit.Et facit etiam præterea,ꝙ in dicto hymno Prudẽtius loqui videtur de paſchali cereo,& clariſſime loquitur de nocte, quæ peruigilio celebrabatur ante diẽ Paſchæ.Verum his non obſtãtib.niſi quid aliud afferatur,mihi magis placet inſcriptio quæ dicit, Ad accenſionem lucernæ, ſecundum Aldi impreſſionem, ꝙ quæ dicit, Ad incenſum cerei paſchalis. Et moueor primũ hac rõne,quia hymnos illius libri in dubio ita interpretari

tari debemus, vt generales ſint, & conueniant tit. libri, qui eſt Cathemeri-
7 non, hoc eſt Quotidianorum, ſiue Diurnorum; quemadmodũ lex in dubio
exponi debet, vt conueniat titulo, ſub quo poſita eſt, arg. l. Imperator, ff. de
in diem adiect. præſertim cum hymni tam præcedentes, quàm ſequentes
eodem modo generales ſint, & non pro certo aliquo anni die ſcripti.

Idem etiam ſuaderi poteſt ex ordine hymnorum illorum, nã poſt hymnos,
ad gallicantum, ad Matutinum, ante cibum, poſt cibũ, qui Matutino, Laudib. Sextæ, Nonæ, rectiſſime aſſignari poſſunt, iuſto ordine conſequuntur hymni ad accenſionem lucernæ, & ante ſomnũ, pro Veſperis, quæ eſt hora Lucernaris, & pro Completorio, in quo petimus, vt Dominus cuſtodiat nos dormientes, & procul a nobis repellat ſomnia, & noctium phantaſmata.

Quare ſi titulus illius hymni eſſet, ad incenſum cerei paſchalis, non ibi fuiſſet collocandus, ſed in finem libri cum hymnis Natiuitatis Domini, & Epiphaniæ reijciendus fuiſſet.

Accedit poſtremo, quod præterquàm non videtur ſatis latine dictum, Ad
incenſum cerei paſchalis, pro eo quod eſt, Ad acceſionẽ cerei paſchalis, vel
ad incenſum cereum paſchalem, nam aliud omnino ſignificat; non video,
quo modo potuerit Prudentius cerei paſchalis mentionẽ facere, cum hanc
ſollemnitatem cereum paſchalem † Sabbatho ſancto in eccleſijs benedicen
8 di primus inſtituiſſe dicatur Zoſimus papa circiter annum Domini. 420. vt
de eo referant liber Pontificalis, Martinus Polonus, Supplementum chronicorũ, Summa conciliorum, & Onuphrius in eius vita. Sigibertus Gemblacen. & Pontacus in chronicis. Galeſinius in Martyrolog. die 26. Decembr. Alcuinus in lib. de diuinis off. cap. de Sabbatho ſancti Paſchæ. Amalarius libro 1. de eccleſ. off. cap. 18. Raban. de inſt. cler. lib. 2. capit. 38. Vualafridus in libro de reb. eccleſ. cap. 30. Microlog. in libro de eccleſ. obſer. cap. 53. Rupertus abbas Tuitien. libro 6. de diuin. off. cap. 28. Hugo de S. Victo. libro 2. de ſacramentis, par. 9. cap. 5. Prudentius vero quadraginta circiter annos ante B. Zoſimum claruit. Quòd ſi dicas cum Thom. Vualden. in libro 3. de ſacramental. cap. 166. & cum Ioan. Molano in annot. ad Martyrolog. Vſuardi, ſub die 26. Decemb: & cum Iacobo Pamelio in Prologomenis 2. Tomi Liturgicon Latin. dum de Grimoldi abb. ſacramentorum libro loquitur, & in annot. ad primum c. dicti libri ſacramentorum, pag. 394. falli eos, qui putant,
ante B. Zoſimum vſum paſchalis cerei in eccleſia non fuiſſe: reſpondebo, ſci-
19 re me, cereorum vſum † in eccleſia B. Zoſimo antiquiorem eſſe, nã & Neo-
phyti quo die baptizabantur cereos geſtabant in manibus; & cum euangelium legebatur, accendebantur cerei; In feſto item Epiphaniæ, & Purification. B. Mariæ virg. cereis vtebantur; & cum ſæpiſſime denique in noctibus vigilarent, opus erat cereis, & luminibus multis; quod probant ſanctus Gregorius Nazianzen. ſanctus Hieronymus, & ſanctus Ambroſius ab Vualdẽſi, & Molano allegati, & ipſemet Prudẽtius *in* eo hymno quinto, & alij, quos citat Caniſius, lib. 4. de Maria Virg. cap. 10. At quòd in Sabbatho ſancto vnus quidam cereus benedictus accenderetur, qui diceretur ſpecialiter, & ſingulariter cereus paſchalis Chriſtum reſuſcitatũ repræſentans, ita vt Prudentius ab eo inſcribere potuerit hymnum ſuũ, Ad incenſum cerei paſchalis, id ego non ſcio, & doceri cupio; nam auctoritates ſanctorum quæ citantur, non probant. Et benedictio illa paſchalis cerei, quæ inter Ambroſianas Miſſas poſita eſt in die Sabbathi ſancti, in 1. Tomo Liturg. latinorum, pagina 344.

Digitized by Google

na 344.fortaſſe non B.Ambroſij,ſed alicuius eſt alterius ex ſucceſſoribus ;
20 nam non nulla ſunt† inter eas miſſas,quę conſtat,a Poſteriorib.fuiſſe addita,& non nulla etiam,quæ aliqua emendatione opus habent ; vt de præfatione in feſto ſancti Romani mart.inquit Galeſin. in annot. ad ſuum Martyrolog.ſub die 18.Nouembris Reperio paſchalis cerei meminiſſe conciliũ Toletanum 4.cap.8.Verum id longe poſt B. Zoſimum celebratum fuiſſe clariſſime conſtat . Vltimo tamen reperi quãdam epiſtolam inter eas,quæ B. Hieronymo adſcribuntur,quam(vt ex eius lectione percipitur) ſcriptã fuiſſe apparet eo anno,quo Gratianus Imperator captus,& occiſus fuit,Incarnationis ſcilicet Domini circiter,387.In qua de ſollemnitate cerei paſchalis tam expreſſe agitur,vt ſi fictitia non ſit(quod tamen haud facile putãdum eſt)nullus mihi relinquatur amplius dubitandi locus.Ibi enim innuitur,morem fuiſſe vt tacente Epiſcopo,& presbyteris in plebeium quodam modo cultum redactis Leuita ſolus in laudem cerei paſchalis verba faceret:ſicuti nunc propemodum in eccleſia fieri inſpicimus.Quare ante B.Zoſimum paſchalis cerei vſum fuiſſe in eccleſia, infitiari nemo poteſt . Quid autem ipſe B.Zoſimus circa huiuſmodi cereum paſchalem præſtiterit,vt de eo tot
21 ſupracitati auctores referunt,non intelligo,† niſi dicamus,benedictionẽ cerei,quæ prius Romæ tantum, aut alicubi particulariter celebrabatur , inſtituiſſe,ab omnibus vniuerſaliter poſtea obſeruandam.Quæ ſolutio colligitur ex Amalario lib.1.de eccleſ.off.cap.18.vbi in princ.ita ait.Romanis ita agentibus,nobis quoque præceptum eſt a papa Zoſimo benedicere cereum.Ac ſi dicat(vt exponit Pamelius in ſupra citatis Prolegomenis)antea quidẽ Romæ id vſitatũ,ſed a Zoſimo papa in alijs quoque oĩbus eccleſijs fieri decretum. Ea autem epiſtola inter opera S. Hierony. eſt in Tom.9. epiſt.19.2.partis,Ad Præſidium diaconũ Placẽtinum, De Cereo paſchali. Qua tamẽ adhuc non obſtante teneo,inſcriptionẽ hymni quinti Catheme rinon Prudentij meliorem eſſe,Ad accenſionem lucernæ,quàm,Ad incenſum cerei paſchalis,ob rationes ſuperius adductas.

Ad ea vero,quæ pro contraria parte allegantur, reſpondetur , quod licet ille hymnus inſcriptus ſit,Ad accenſionem lucernæ,potuit tamen eccleſia ex eo deſumere hymnum pro Sabbatho ſancto,& pro cereo paſchali,prout ſibi congruus videbatur;quemadmodum ex hymno Epiphaniæ deſumpſit hymnos non ſolum pro feſto Epiphaniæ , ſed etiam pro feſtis ſanctorum Innocentum,& Transfigurationis Domini.Quod vero Prudentius ibi in fi.agit de Peruigilio Paſchæ,reſpõderi põt,quod illud facit more poetico & ſuo,digrediendo ad uaria,quæ ibi occaſione luminis tractare inſtituit. Satis eſt autem,quòd prima & principalis pars illius hymni,quę potiſſimũ attendi debet.arg.l.1.ff.de orig.iur.eſt generalis ad omnem accenſionem luminis,& nõ reſtringitur ad accenſionem cerei paſchalis,de quo nec verbum quidem vnum inibi habetur.Nunc dimiſſo Prudentio pergamus , ex alijs auctoribus oſtendere quod propoſuimus, Veſperas ſcilicet in principio noctis lucernis accenſis antiquitus celebratas , & ob id Lucernarium, ſeu Lucernarem horam appellatas fuiſſe.

Lucernariũ nihil eſſe aliud, quàm ipſas Veſperas,vel aliquid in Veſperis
22 decantatum apparet ex S.Iſidoro † in Regula Monachorum, quæ tamen adhuc impreſſa nõ eſt,in c.de officio.vbi ita habet.In Tertia,Sexta,vel Nona tres pſalmi dicendi ſũt,reſpõſorius vnus,deĩde laudes,(id eſt alleluia)

hymnus,

Digitized by Google

hymnus,atque oratio.In Veſpertinis autẽ officijs primo Lucernarium,de-
inde pſalmi duo,reſponſorius vnus,& laudes,hymnus,atque oratio dicen
da eſt.Poſt Veſpertinum autem congregatis fratribus oportet vel aliquid
meditari,vel de aliquibus diuinæ lectionis quæſtionibus diſputare con-
ferendo pie & ſalubriter,tantumque meditando & diſputando immorari,
quoadusque Completorij tempus poſſit occurrere.Et in officio Ambroſia
no ſemper Veſperæ incipiunt a Lucernario.

23 Idem etiam apparet ex quinta ſynodo generali, † quæ eſt Conſtantino-
politana ſecunda,actione prima,in acclamationibus populi ad Io.Archie-
piſc.Cõſtantinop.quæ poſitæ ſunt poſt epiſtolã Epiphanij epiſcopi Tyrij.
Ibi enim ita habetur.Lucernariũ intus fac, congregationem prædica. Et
infra,in fi.Et poſtea acclamauit eis sãctiſſimus Archiepiſcopus noſter hęc.
Luminariũ quoque Sabbatho in Veſperis in ipſo oratorio ſanctę Dei geni
tricis ſemper virg. Mariæ cũ Deo faciemus. Et in ſexta ſynodo generali,
quę eſt Conſtantinopolitana,tertia iterum nouem canones,quæ illi adſcri
buntur,cap.8.dum de diei Dominici dignitate, atque obſeruantia agitur.
Conueniendum eſt(inquit ibi canon)Sabbatho die cum luminaribus cuili-
bet Chriſtiano ad eccleſiam,conueniendum eſt ad vigilias,ſiue ad officium
Matutinum.In quibus verbis non ſolum Veſpertini, ſed etiam Matutini
officij mentio habetur.

24 De Lucernario item habetur mentio in conc.Toletano 1.† ca.9.ibi,Lucer-
narium vero niſi in eccleſia non legatur:aut ſi legatur in villa, præſente
Epiſcopo,vel presbytero,vel diacono legatur.Et Radulphus Tungren. in
lib.de Can.obſer.capit.12.in princ.inquit,quòd antiquitus ſancti Patres
cõueniebãt hora Lucernarij ad Veſperas.Atque hęc quidẽ de Lucernario.

25 Quòd autem Veſperæ in vltima diei parte † celebrari debeant, ita quòd
Completorium non poſſit niſi in prima noctis vigilia decantari probatur
etiam auctoritate concilij Turonici 2.can.19.vbi(vt ſupra vidimus cap.8.
26 num.2.& ſeqq.)veſpertinam horam † vocat Duodecimam,quia nempe in
duodecima & vltima diei hora exſolui deberet.

27 Immo etiam S.Athanaſius hãc ipſam veſpertinã† intelligere videt̃,cũ Vir
ginem admonet horæ duodecimæ,vt ſupra citauimus cap.12.num.8.
Sanctus præterea Chryſoſtomus non obſcure indicat,veſpertinas oratio-
28 nes in fine diei† decantari,cum loquens de Monachis ſui temporis,vt in
eod.cap.12.annotauimus,num.2.inquit.Tertiam,Sextam,Nonam,& Ve-
ſpertinas orationes celebrant;& in quattuor partes diem diſpartiti, dum
ſingulæ partes implentur,& pſalmodijs & hymnis Deum venerantur.
Si ergo Veſperæ in duodecima, & vltima diei hora ponendæ ſunt, ſequi-
tur neceſſario,Completorium,quod poſt Veſperas decantatur, non prius
quàm in prima noctis vigilia celebrari poſſe.

Tertio idẽ probari videtur ex Archid.in c.ſolẽt.de conſ.diſt.1.vbi ait, ꝙ
29 Cõpletoriũ † licet deputetur huic diei quaſi complens ipſum, non tamen
cãtatur in hac die,ſed poſt finẽ eius in principio ſequẽtis.Quod refert & ſe
quitur Nic.de Plo.in tract.ſacerdotali,in par.de horis canonicis,quæſt.15.
Quarto & poſtremo probatur hęc opinio auctoritate Hoſtienſis.Ioan.An
dr.Ant.de Butrio,& quorundam aliorum iuris canonici interpretum,qui
30 in c.1.de celebr.Miſſ.dicunt,quòd Completorium † eſt vna de nocturnis
vigilijs in d.tex. enumeratis, & quòd iccirco in crepuſculo noctis,vel ali-
quantulum poſt exſoluendum eſt.

Digitized by Google

DE COMPLETORIO. Cap. XVIII.

1 *Completorium in duodecima diei hora conſtituendum eſt, ſecundum communnem, & num.5.*
2 *Completorio repræſentatur Chriſti ſepultura, & num.6. Licet quidam dicant, Veſperis ſepulturam Chriſti repræſentari, num.8.*
3 *Sepultus fuit Chriſtus in die Paraſceues ante occaſum Solis.*
4 *Veſpera eſt in occaſu Solis. Et non incipit niſi poſt Nonam, nu 9.*
7 *Officium paruum S. Crucis recitantibus conceſſæ ſunt indulgentiæ.*
10 *Dies eccleſiaſticus quantum ad celebrationem diuinorum officiorum currit a veſpera in veſperam.*

VErum ſupradictis non obſtan. contrariam ego ſententiã ſequor, quam
1 communiſſimeomnes fere Doct. tenent: Completorium nempe † in duodecima diei hora conſtituendum eſſe.

Recitantur ad hoc in primis quidam verſus a Glo. in c.1. de celebr. Miſſ. In
2 quib. dicitur, q in Cõpletorio † repræſentatur Chriſti ſepultura. Sic.n.hñt.

Hæc ſunt ſeptenis, propter quæ pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis. Cauſſam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit. Latus eius Nona bipertit.
Veſpera deponit. Tumulo completa reponit.

3 Certum eſt autem, quòd quando Chriſtus Dominus fuit † ſepulturæ traditus, erat adhuc dies Paraſceues, id eſt Feriæ ſextæ, neque adhuc incœperat nox ſequentis Sabbathi; nam vt not. gl. ord. Matth.28. in princ. poſt occaſum Solis non licuiſſet illud opus peragere propter ſollemne feſtum ſequentis Sabbathi. Erat enim magnus dies ille Sabbathi. Ioan.19. Iudæis autem præceperat Dominus, Leuit. 23. A veſpera in veſperam celebrabitis Sabbatha
4 veſtra. Quæ verba a Solis occubitu † vſque ad eius iterum occaſum interpretari, teſtis eſt inter alios Amalarius lib.4. de eccleſ. off. cap.7. & Hugo de S. Vict. de eiſdem off. lib.2. cap.5. & Paulus Middelburgenſis in 2. par. Paulinæ, lib.1. cap.1. Quod autem dies eſſet Paraſceues quando ſepultus eſt Dominus, habetur Luc.23. in fi. Et poſuit eum in monumẽto exciſo, in quo nõ dum quiſquam poſitus fuerat; & dies erat Paraſceues. Et Ioan.19. in fi. Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentũ, poſuerũt Ieſum. Et quòd ſimiliter Chriſtus Dominus ſepultus fuerit ante Solis occaſum tenet Paulus Middelburgen. loco ſupracitato, & expreſſiſſime habetur per B. Clementẽ Romanum lib.5. conſt. apoſt. cap.16. & per B. Ignatium in epiſt.2. ad Trallianos. Quare male in hoc loqui videtur Haymo Halberſt. in homil. Feriæ quartæ poſt primã Dominicã Quadrageſimæ, ſuper illis verbis Matt.12. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti. Vbi ait quòd veſperæ poſt occaſũ Solis depoſitus eſt Dominus, & collocatus in ſepulcro. Prædictã autem Gloſſæ opinionem, Completoriũ ſcilicet in hora diei duodecima con-
5 ſtituendum † eſſe, paſſim ſequuntur Doctor. Canoniſtæ, & Theologi, quos longum eſſet ſingulos recenſere. Guil. Durant. in Ration. lib.5. capitulo 1. ſub nume.5. Completorio adſcribit duodecimam horam. Idem facit Nicol.

de

de Plot.in tracta.Sacerdotali,vbi agit de horis canonicis,quæſtio.15.Guido de Monte Rocher.in manipulo Curat.vbi agit de Sacramento Euchariſtię, capitulo ſexto,Archid.in capitulo presbyter,diſtinctione 91.Ioan.de Turrecrem.ibidem,quæſtione prima,& in Commentar. ſuper Regulam ſancti Benedicti,tracta.73.Smaragdus abbas ſuper eamdem Reg.capitulo 16.Dominicus de Soto libro decimo,de iuſt.& iure,quæſtione 5. articulo primo, Ioan.Beleth.in Ration.capitu.29.Rabanus de inſt.cler.libro ſecundo,capitulo octauo,Theſaurus Sacerd.in 3.par.titu.de diuin.off.capitulo 2.& Beatus Franciſcus(vt habetur in chronicis ſuorum ordinum per Marcum Vlyſſiponen.conſcriptis.libro 2.capitulo 49.) ſolebat dicere.Aduertant Fratres, vt Completorium dicant ante quàm Sol occidat: vt exinde ſilentium ſeruare poſſint.

6 Et quod Completorium † celebretur in memoriam Dominicæ ſepulturæ
7 habetur etiam expreſſe in Officio paruo S.Crucis, quod dicentibus † conceſſit Ioan.XXII.quadraginta dies Indulgentiæ ſingulis diebus, vt refert S.Anton.3.parte,tit.13.cap.4.in prin.& Summiſtæ paſſim in ver. Hora canonica.In eo autem officio hi verſus habentur.

Hora Completorij datur ſepulturæ
Corpus Chriſti nobile, ſpes vitę futuræ,
Conditur aromatæ,implentur ſcripturæ:
Iugi ſit memoriæ mors hæc mihi curæ.

Quamuis autem a pluribus canoniſtis citentur alij quidam verſus de horis
8 canonicis,in quibus aſſeritur,Dominicam ſepulturam † non in Completorio,ſed in Veſperis repræſentari;Completorium vero celebrari in memoriã temporis,quo militum cuſtodia poſita eſt ad ſepulchrum Chriſti;tamen hoc parum refert,nam illi met veriùs ſupponunt,quòd cuſtodia illa, duodecima hora poſita fuerit,vel ſaltem quòd per horam duodecimam repræſentetur, & ſic in idem recidit,& ſemper idem habetur,quòd Cõpletorio hora duodecima aſſignanda ſit.Cerſus autem, quos in cap.1.de celebr.M.ſſ. referunt Hoſtienſis,Ioan.Andr.Anton.de Butr.Card.Zabarella, Albertus de Ferrarijs,& alij etiam alibi,ſunt hi.

In Matutino damnatur tempore Chriſtus.
Quando reſurrexit Primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur tunc eſt cruciamina paſſus.
Sexta fuit tenebræ per mundi climata factæ.
Emiſſus Nona diuinus ſpiritus hora.
Veſperæ clauduntur Chriſti ſacra membra ſepulchro.
Chriſto Biſſena cuſtodia ponitur hora.

In quibus tamen verſibus aliqua ſunt,quæ non vſq. adeo defendi poſſunt, vt rectiſſi ne dicta cenſeantur: nam quòd cuſtodia ad ſepulcrum Chriſti poſita fuerit hora duodecima,nullibi legitur; & quod de Prima dicitur, potius referendum eſſet ad Laudes,quàm ad Primam:Dominica enim reſurrectio in Laudibus celebratur,non in Prima,vt ſupra vidimus,capitulo 16.numero 4.& 5.& infra latius viſuri ſumus,capitulo 46.nu.10.Huic rationi accedit altera ſecundo loco,quòd ſi Completorium in prima noctis vigilia,vt inquit Alphonſus de Caſtro cũ alijs quibuſdam,eſſet celebrandũ,iam non eſſet hora diurna,imò(quod magis vrget)neque hora aliqua diſtincta a vigilijs nocturnis,contra expreſſum tex.ſæpius allegato c.1.de celebr.M.ſſ.&

videatur. Eſſe autem eccleſiaſticam aliquam conſtitutionem, quæ illud præcipiat, quod Clicthoueus dicit, ego quidem neſcio; immo vero video ex eccleſiaſtica inſtitutione ſolere Completorium ante Solis occaſum, non in noctis crepuſculo decantari.

Atque ita fieri debere probatur quarto, & vltimo ex diſpoſitione horarum canonicarum, quæ in Breuiarijs facta eſt. Ibi enim incipimus a Nocturnis, & ordinate procedimus ad alias horas, & demum vltimo loco deuenimus ad Completorium, tamquã ad finem, & poſtremam partem totius diei. Conſtat autem, quòd quantum ad celebrationem diuinorum officiorũ dies ec-
10 cleſiaſticus currit † a veſpera in veſperam, ideſt a Solis occaſum, vt omnes fatentur, & not. in c. 2. de fer. & nos latius infra probabimus ca. 43. in princ. Quare ſi Completorium in principio noctis poſt occaſum Solis decantandũ eſſet, potius in principio Breuiarij ante Matutinum, quam in fine poſt reliquas omnes horas fuiſſet in diſtributione pſalterij collocandum.

DE COMPLETORIO, ET VESPERIS.
Cap. XIX.

1 *Horæ canonicæ fuerunt quidem ab initio eccleſiæ; ſed non omnes, neque omnium tempora fuerunt ab initio determinata.*

2 *Horæ tantum quinque canonicæ erant prius, ſcilicet Nocturna, Tertia, Sexta, Nona, & Veſpera.*

3 *Matutina hora fuit addita poſtea alijs horis canonicis.*

4 *Prima & Completorium fuerunt poſtea additæ alijs horis canonicis.*

5 *Horarum canonicarum magna erat olim diuerſitas.*

6 *Duodecima hora eſt Completorium.*

7 *Veſperæ, & Veſperæ & veſperarum tempus non ſolum ſignificant tempus in occaſu Solis, ſed etiam latius protenduntur, vt quandoque ſignificent tempus multo ante, & poſt.*

8 *Nox diuiditur in ſeptem partes ſecundum aliquos.*

9 *Veſperum tempus pro veſperis exſoluendis incipit ſtatim poſt Nonam. Vnde veſpertina hora eſt decima, & vndecima, nume. 10. Sed proprie eſt vndecima, num. 11. & 16.*

12 *Veſperæ depoſitionem Chriſti de cruce repræſentant.*

13 *Horæ canonicæ in his diei horis celebrantur, in quibus exijt Paterfam. ad conducendum operarios, Matt. 20.*

14 *Horis canonicis pro exſoluendis dies artificialis antiquitus in quattuor partes diuidebatur.*

15 *Primæ, & Completorio aſſignatæ ſunt prima, & vltima diei horæ.*

17 *Vigiliæ noctis quattuor ſecundum Amalarium ſunt Veſpertinum officium Completorium, Nocturnum, & Matutinum. Quod dictum bene exponitur, numero 40.*

18 *Completorium celebratur ſecundum Amalarium in tertia noctis parte, quæ appellatur Conticinium.*

poſt Nonam non ponit niſi horam veſpertinam, Completorio prorſus prætermiſſo; Sextam autem diuidit in duas horas, vnam quę cibum præcedat, alteram quæ ſubſequatur.

1 Quamobrem dicendum eſt, fuiſſe quidem † ab initio eccleſiæ horas canonicas firmas, & conſtitutas, ſed vtrum oẽs, & omnium tẽpora ſtatim ſimul a principio fuerint determinata, hoc apud me non eſt adeo clarum. Exiſtimo enim, eccleſiam paulatim procedendo tempora, & ordinem illarũ accommodate poſtmodum diſpoſuiſſe. Quod notat etiam Guill. Durant. Ration. lib. 5. c. 2. in princ. & Tho. Vualden. Tomo 3. de Sacramental. c. 21. & Radulphus de Riuo in lib. de canon. obſer. propoſ. 14. Vbi ait in hoc propo
2 ſito, ꝙ ſancti patres per pſalmodias † obſeruabant quinque horas, ſcilicet vigilias noctis, Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperam: Et deinde quia ſcri
3 ptura ſæpius iungit mane & veſpere, addita eſt † laus Matutina: Et quoniam multorum quoque Epiſcoporum ſtatutum erat, vt clerus & populus mane & ſero preces & orationes Deo funderent cum oratione Domini-
4 ca, & Symbolo, ideo ad hoc introductæ ſunt duæ aliæ horæ † Prima, & Completorium, vtraque cum precib. oratione Dominica, & ſymbolo. Idẽ etiam notat Smaragdus abbas in Regulam S. Benedicti, c. 16. quem ſupra citauimus c. 15. nu. 12. Et Vualafridus in lib. de rebus eccl. c. 25. in princip. Cuius hæc verba ſunt. Sciendum eſt, multa poſt reuelationem euangelij tempora tranſijſſe, ante quàm ita ordinarentur quarumdam per diem & noctem horarum ſollemnia, ſicuti nunc habentur: Et magna eſt in ipſis
5 diuinis officijs † diuerſitas, non ſolum pro varietate gentium & linguarũ, ſed etiam in vna gente vel lingua pro temporum mutatione, & Magiſtrorum ſtudioſa inſtitutione. Et demum Socrates in hiſt. eccleſ. lib. 5. c. 21. cũ varios retuliſſet precandi ritus apud varios populos, & religionum ſectas, ſubiungit hæc verba. Ad ſummam apud omnes religionum & ſectarum formas nuſquam reperire poteris duas, quæ in precandi more inter ſe conſentiant. Quæ verba etiam refert Nicephor. lib. 12. cap. 34.

Ad Beatum autem Iſidorum, cum nihil aliud aſſerat, niſi quòd Completæ ante quàm cubitum eatur ſunt perſoluendæ, nihil aliud forſitan reſpondere neceſſe eſt, niſi ꝙ hoc non eſt contra opinionem communem & noſtram: Nam Rabanus qui in lib. 2. de inſt. cleric. c. 8. agit de Completorio eiſdem omnino verbis, quibus vſus erat S. Iſidorus, ſubiungit deinde in fi-
6 ne illius c. hæc, Circa duodecimam † autem horam, id eſt in fine diei, quando huius officij (Completorij) tempus eſt, credimus, Saluatoris corpus poſitum eſſe in ſepulcro. Vnde apparet, verba S. Iſidori communi ſententiæ non repugnare. Quòd ſi etiã repugnarent, dicendum eſſet ad illa præter ſupradicta ad B. Baſilium, quod ad ſecundam rationẽ mox reſpõdebimus.
7 Ad ſecundam rationem reſpondetur, ꝙ licet Veſperæ ſicut veſperum † tẽpus dicantur a Veſpere ſidere, quod occidente Sole exoritur, non tñ ad illud ſolum ſpatium coartantur, quod Sole occidente tranſigitur, ſed latius protenduntur, vt quandoque quidem veſpertinũ tempus ſignificet totũ tempus quod eſt poſt meridiem, ſicut ſupra vidimus c. 8. num. 12. officium diuinum totum diuidi in matutinum, & veſpertinum; quandoque ſignificet tempus primæ vigiliæ nocturnæ, nam vt habuimus ſupra c. 2, nu. 11. B. Ambroſius lib. 7. in Luc. Super illud cap. 11.

Quis veſtrum habens amicum, &c. primam vigiliã noctis appellat veſpertinam.

8 tinam. Et Amalar.lib.4.de eccleſ.off.cap.8. ait noctem diuidi † in ſeptem partes,quarum prima vocatur crepuſculum,ſecunda veſperum, tertia conticinium.&c. Quod idem habet etiam S.Anſel.in libro 2. de Imag. mundi,cap.4 & Beda in libro de Ratione Computi,c.4.& in lib.de Temporibus,c.3.& in lib.de Temporum ratione,c.5.& S.Iſid. in lib.de natura rerum.cap.2.& Vincentius in Speculo naturali, lib.15.c.78. Quamuis idem S.Iſid.lib.5. Etymol.c.31. e contrario quantum ad primas duas partes dicat,quod prima pars noctis vocetur veſperum,ſecunda crepuſculum,tertia conticinium,quarta intempeſtum, quinta gallicinium, ſexta matutinum, ſeptima diluculum. Et Cenſorinus ſimiliter in lib.de die Natali.cap.10.noctem diuidens in partes fere duodecim,prius ponat veſperum,deinde cre-
9 puſculum. Sed in propoſito noſtro veſperum † tempus incipit ſtatim poſt Nonam,vt ex ipſius Nonæ hymno colligitur.

Largire clarum veſpere.

Et infra c.ſeq.latiſſime oſtendemus. Quare vt inquit Durand.in 4.ſent.di
10 ſtin.15.q.9.art.3.hora diei Veſpertina † eſt decima,vel vndecima:proprie
11 tamen Veſperis vndecima diei hora tribuenda † eſt,vt not.Ioan.Beleth.in Ration.cap.29 & Ioan.de Turrecrem.ſuper Regulam S.Benedicti, tract. 73.& Henricus Cuickius in Elucidatione alphabetica in Caſſianum, ver. Lucernaris. Tum quia illa hora Chriſtus dominus depoſitus fuiſſe dicitur
12 de cruce, Veſperæ autem † hanc depoſitionem nobis recolunt, vt ſupra vidimus c.præced.num.2.ex Glo.in c.1.de celebr.Miſſ.& habetur ex officio paruo S.Crucis,in hymno ad Veſperas,

De cruce deponitur hora veſpertina.

Tum quia illa eſt vltima hora, quæ pro veſpertinis precibus relinquatur, nam duodecima Completorio aſſignata eſt, vt modo probauimus. Tum demum, quia in parabola operariorum Matth.20. vndecima hora dicitur
13 Paterfam.ad vocandum operarios proceſſiſſe; & conſtat diuinum † officium vt inquit Hugo de S.Vict.in Speculo eccleſiæ, cap.3. in ijs celebrari horis,in quibus exijſſe commemoratur paterfam. ad conducẽdum operarios in vineam ſuam. Et Ioan.Caſſianus lib.3.de cœnob.cap.3.inſt.in fi.aſſignans horas dictæ parabolę horis canonicis,dicit,vndecimam horam illius, noſtram lucernarem,id eſt Veſpertinam ſignificare.

Ad auctoritates igitur Sanctorum patrum dicimus, ꝙ illo tẽpore non erat adhuc ſpecifice cognita hora Completorij,neque hora Primæ;ſed cũ dies
14 artificialis pro horis canonicis † celebrandis in quattuor partes diſtribueretur,in fine ſingularum partium vna hora canonica perſoluebatur, quæ Tertia,Sexta,Nona,& Veſperæ appellabantur, prout vidimus ſupra c.12. ex ſanctis Cypriano,Chryſoſtomo,& alijs. Poſtea vero cum Prima & Cõpletorium adinuentæ eſſent pro initio & fine diei,ſicut ex prima diei par
15 te quę Tertiæ aſſignabatur, ſeparata fuit prima diei hora † pro Prima, quando ſcilicet Sol exoritur;ita ex vltima diei parte, quæ veſpertinis orationibus tributa erat, ſubtracta fuit vltima diei hora pro Completorio, quando ſcilicet Sol occidit,adeo quod cum iam pro Veſperis duæ tantum
16 relictæ ſint diei horæ, decima ſcilicet & vndecima, in vndecima † tamquam in poſtrema ſui parte Veſperæ ſunt celebrandæ.

Ad Amalarium vero vt reſpondeamus non opus eſt laborem aſſumere, nã ipſe hac in re videtur habere opinionem quamdam ſatis extraneam, & a

Romanæ

Romanæ eccleſiæ ritu remotam. Ipſe enim licet in libro de Ord. Antiphon. dicat, quòd Veſpertinum officium canitur duodecima diei hora, vt ſupra allegauimus cap. 17. num. 7. tamen in libro 4. de eccleſ. off. cap. 7. in
17 princ. ait, quòd quattuor vigiliæ noctis † ſunt Veſpertinum officiũ, Completorium, Nocturnum, & Matutinum; quod etiam poſtea dixit Victor Giſelinus in annot. in Prudentium, hymno primo Cathem. Ad gallicantum. in princ. Et cap. 8. dicti lib. 4. idem Amalarius ait, quòd non immerito
18 illa pars noctis in qua Completorium † celebratur, conticinium vocatur, quia in ea conticeſcunt omnia. Apud eos enim (ſubiungit) qui noctem diuidunt in ſeptem partes, prima pars vocatur Crepuſculum, ſecunda Veſperum, tertia Conticinium, de qua nunc agimus. Hæc ibi.

Quæ accipienda ſunt potius vel tamquam aliquorum monaſteriorum particularia, quàm vniuerſalis & Romanæ eccleſiæ inſtituta; vel ſecundum quamdam adaptationem, prout declarabimus infra in reſpõſione ad quartum, potius quàm ſecundum rei veritatem. Nam quòd Veſperæ celebra-
19 rentur de die † ante Solis occaſum tempore ſuo, & multo etiam ante ipſum, idem Amalarius teſtatur in d. lib. de Ord. Antiph. c. 16. & 70. In quib. locis etiam probat, id ita fieri debere, ex eo ꝙ in diſpoſitione pſalterij Veſperæ, quæ incipiunt a pſal. 143. Benedictus Dominus Deus meus. &c. adſcribuntur diei Sabbathi, & non Dominicæ: Quòd ſi poſt Solis occaſum celebrari deberent, non pro Sabbatho in fine omnium Veſperarum, ſed vtique pro Dominica ante omnes Veſperas fuiſſent inſcriptæ, cum mani-
20 feſtum ſit (inquit) poſt Chriſti reſurrectionem † ab occaſu Solis diei initiũ haberi. Ex quo etiam colligit rationabiliorem ſibi videri cultum veſperti-
21 nalium ſollẽnitatum apud antiquiores, qui in feſtiuitatib. Sanctorũ † poſuerunt antiphonas de feſto in ſecundis Veſperis tantum & non in primis, quàm apud recentiores, qui vtriſque Veſperis antiphonas de Sancto
22 aſſignauerunt. Hoc idem etiam, quòd ſcilicet Veſperæ † ante Solis occaſum decantari ſolerent ne dum ex Amalario, ſed ex B. Benedicto habetur, qui in Regula, cap. 41. in fine ita inquit. Ab initio Quadrageſimæ vſq; ad Paſcha ad veſperam reficiant. Ipſa tamen Veſpera ſic agatur, vt lumine lucernæ non indigeant reficientes, ſed luce adhuc diei omnia conſummentur. Sed & omni tempore ſiue cenę, ſiue refectionis, hora ſic temperetur, vt cum luce fiant omnia.

Ad illud, quod tertio loco ex Archidiac. in c. ſolent. de conſ. diſtin. 1. adducebamus, Completorium ſcilicet, non in hac die, ſed in principio ſequen
23 tis † decantari, reſpõdetur, quòd illud intelligitur, vt expreſſe ex ipſomet colligitur Archid. non ſecundum rei veritatem, ſed ſecundum quamdam computationem canonicam, & fictionem iuris; ſecundum quam a Veſpe-
24 ris, & a veſpertino tempore incipit ſequens dies † c. quod a patribus. & ibi not. & c. quod die. iuncta Glo. 1. in fi. diſt. 75. not. etiam Glo. in c. 2. in ver. a ſacroſancto die Dominico. de off. archipresb. & in c. 2. in ver. prius. de fer. & Panorm. in rub. de obſer. ieiun. nu. 2. & Ang. ver. Ieiuniũ. §. 1. vbi aiunt,
25 ꝙ in Veſperis † ficte cenſetur completus dies, & omnes horæ canonicæ diurnales; Quare Completorium licet decantetur ſecundum rei veritatẽ in vltima hora diei ante Solis occaſum, cenſetur tñ decantari in principio
26 noctis ſequẽtis, & eſſe hora † nocturna per quamdã (vt diximus) fictionẽ
27 iuris. Imò vero non ſolum Completorium, ſed etiam Veſperæ † ſæpiſſime

compu-

Digitized by Google

computantur hoc modo cum die ſequenti, ac ſi nox ſequens extēdatur per
28 tres horas antea,& ſtatim incipiat † poſt Nonam , vt declarat Scot. in 4.
Senten.diſt.13.quæſt.2.art.3.& Ricar.ibidem,art.2.quæſt. 3. Guill. Durant.in Ration.lib.5.cap.1.num.2.& cap.9.num.2.& Gabr. Biel in expoſ. Canonis,lect.14.in princ.& bene facit quod dicit B. Tho.in Quolib.5.art. vlt.ad primum,& quod refert Amalar.in lib. de Ord.Antiph.cap.16.
29 Et ex hac re colligere poſſumus rationem, quare dierū feſtorū officium in eccleſijs a primis Veſperis celebretur:ratio enim eſt,quia eo tēpore cēſetur incipere nox dici feſti per quamdā iuris fictionē, & computationem canonicā,vt ex ſupradictis habetur;cum feſtorū principiū & finis iuxta eorum qualitatē,& ſicut magnitudo dierū exigit,prius incipere debeat,
30 & tardius terminari.c.2.de fer.in prin.Durat tamen celebritas† per totū diē ſequentē,vt not.Archid.in c.fi.in ver.celebrētur.de ſent.excom.lib.6. quamuis Glo.ibi in ver.Aſſumptionis,contrariū teneat quantū ad Cōple
31 toriū diei ſequentis , † dicēs,ꝙ non continuatur celebritas niſi vſque ad Veſperas feſtiuæ diei incluſiue.Sed contrariū determinat ibi Archid. (vt dixi)& bene,& ſentit Glo.in clem.1.§.fi.in ver.primis. per illum tex. de reliq.& uen.ſanct.Quæ ſententia & probata eſt cōſuetudine , & cōmuni
32 Doct.opinione,vt videre eſt per Silueſt.ver.Interdictū.5.§.2.verſ.2.Ang. ver.cod.6.§.18.Couarr.in d.c.fi.de ſent.exc.in 6.par.2.§.fi.nu.5.Nauarr. in Manuali,cap.27.num.184.Et uidetur etiam approbari ex ſtylo conceſſionis indulgentiarum,quæ fit alicui eccleſiæ pro aliquo die feſto . Mos
33 enim inoleuit,ut ſummus Pontifex† concedat indulgentiam uiſitantibus talem eccleſiam a primis Veſperis vſque ad occaſum Solis diei ſequentis. Et facit etiā pro hac ſententia illa ratio manifeſta,quia in feſtis duplicibus eccleſia Romana celebrat officiū Completorij etiā poſt ſecundas veſperas, ſine precibus,ad modum feſti duplicis . Et quia generaliter Veſperæ &
34 Completorium † ſunt de die præcedēti per ſe loquēdo,licet per accidens ſuperueniente maiori feſto nihil fiat de dicto die præcedenti in Veſperis & Cōpletorio,vel tantū cōmemoratio in Veſperis.vt not.S.Antoñ. 3.par. tit.1.cap.17.Roſella ver.Impedimentū 17.§.3.& Silueſt.ver. Matrimoniū
35 7.§.2.ver.4.Et demum facit,quia ſecundū veritatem dies† nō finitur niſi
36 per occaſum Solis,& inducta a iure in augmentum non debēt operari diminutionem argumento l.legata inutiliter.& ibi not.ff.de adim.leg.
Ad quartum,& vltimum reſpōdetur,quòd Hoſtien.Ioan.Andr.& Antoñ. de Butr.cum quibuſdam alijs decepti fuerunt in intellectu tex.c.1.de cele
37 br.Miſſ.putantes,ibi nocturnarum vigiliarum † nomine intelligi Primā, Matutinum, & Completorium : quòd abſurdiſſimum eſſe,& ſupra alias annotauimus cap. 6.num.14.& 30.& cap.16.in princ.& nemo eſt,qui diligenter legendo dictum textū,ex ſe inſpicere non poſſit.Apparet autem, eos quaſi coactos a quibuſdā verbis illius tex. male intellectis in huiuſmodi deueniſſe aſſertionem,quia ipſimet omnes ibidem referunt,ac probant Verſus illos,quos ſupra poſuimus cap.præced.

In Matutino damnatur tempore Chriſtus.&c.

In quibus expreſſiſſime continetur, Completorio duodecimam diei horā aſſignari. Quare vel tamquam ſibi ipſis contrarij hi Doct.in hoc relinquēdi ſunt,vel certe illa eorum ſententia eſt repudianda,quam ex falſo intellectu textus,neſciētes quodam modo & inuiti deſumpſerunt. Facile enim

(vt ait

(vt ait Ariſt.in 1.Phyſ.tex.12.& 22.& not.in l.ratas. C.de reſcind. vendit.)
38 vno inconuenienti † dato alia contingunt.

Verum eſt,quòd per quamdam adaptationem ad capitul.9.Nehem.vbi dicitur, quòd quater in die, & quater in nocte confitebantur & adorabant Dominum Deum ſuum;Doctores quandoque dicunt, quòd ſimiliter in ho-
39 ris canonicis eccleſia † Chriſti quater in die, & quater in nocte Deum laudat,& veneratur,vt innuit venerab.Beda in comment.dicti loci,& expreſſe ait Nauar.in Manuali de orat.cap.3.num.28.& Theſaurus ſacerd.in 3.par.tit.de off.diuinis cap.1.Et fortaſſe hoc modo intelligitur & ſaluatur quod ait Amalar.lib.4.de eccle.off.c.7.quem ſupra citauimus,quòd ſcilicet
40 quattuor vigiliæ noctis † ſunt Veſpertinum officium,Completorium,Nocturnum, & Matutinum, exponendo quòd dicta hæc quattuor noſtra officia pręſentant nobis quattuor illas vices quibus Iudęi in nocturnis vigilijs in ueteri teſtamento Dominum adorabant: non quòd vere hęc noſtra officia omnia horę ſint nocturnę,& in nocturno tempore celebrandę, ſed quòd per quamdam accomodationem horis illis nocturnis ueteris teſtamenti reſpondent,& illas,vt dixi,repręſentant.

Tamen hęc ſolutio,quę non nullorum auctorum dicta recte interpretatur, & conciliat,male poſſet accommodari ijs quę ſupradicti Canoniſtę aſſerũt de nocturnis vigilijs.Ipſi enim adeo clare ſententiam ſuam protulerunt,vt nulla opus ſit tali huiuſmodi circa eos expoſitione, aut excuſandi via.

DE VESPERA. CAP. XX.

1 *Veſpera late patet,vt denotet tempus etiam multo poſt Solis occaſum,& longe etiam ante.*

2 *Veſpera non una tantum eſt,ſed duæ. Quæ quo modo accipiantur,variæ referuntur ſententiæ.nu.3.4.5.6.& 7.*

8 *Dies diuidebatur antiquitus apud hebræos in quattuor partes, & ſingulæ partes ab hora in fine poſita nominationem ſumebant.*

9 *Veſpera eſt quarta & vltima diei pars,quæ poſt Nonam incipit, & numer. 11.& 12.*

10 *Veſpera proprie eſt in occaſu Solis.*

13 *Veſpera proprie ſignificat primam partem noctis.& nu.25.28.& 31.*

14 *Veſpera dicitur a Veſpere ſtella,apud Latinos.Et apud Græcos. num.15.*

16 *Veſpera apud hebræos dicitur Hereb,quod ligamentum ſignificat. Vel quia ligat diem cum nocte.num.17.Vel quia ligat homines ne poſſint amplius operari.num.18.*

19 *Etymologia vocabuli non præſtat argumentum affirmatiue.*

20 *Dies naturales a creatione mundi ita currunt,vt dies præcedat, & nox ſequatur.*

21 *Crepuſculum matutinum non ita ligat diem cum nocte, ſicut veſpertinum.*

22 *Ferruminatio per camdem materiam facit confuſionem.*

23 *Crepuſculum non eſt idem cum die vel cum nocte.*

24 *Crepuſculum nunc diei,nunc nocti annumeratur.*

25 Veſ

Digitized by Google

26 *Veſperam ſignificare totam noctem non niſi improprijſſime, & ualde abuſiue dici poteſt.*

27 *Lex, quæ plures recipit intellectus, allegari ad certum argumentum non poteſt.*

29 *Dies naturalis currit a media in mediam noctem ſecundum communem reputationem, & vulgarem loquendi vſum.*

30 *Azyma non incipiebant comedere hebræi, niſi ad veſperam decimi quarti diei, id eſt poſt occaſum Solis, in principio decimi quinti diei.*

NE quis autẽ miretur, quòd dixerim ſupra cap. præced. nu. 7. Veſperam
adeo late patere, vt ſignificet tẽporis ſpatiũ & multo poſt Solis occa-
1 ſum, & longe etiã ante; ſciat id probari † euidenter ex ſacrarũ litterarũ te-
ſtimonijs. Exo. 12 Leuit. 23. & Nu. 9. vbi præcipitur immolatio agni paſcha
lis quartadecima die menſis primi ad veſperã, Hebræa pro eo, quod B. Hie-
ronymus vertit, Ad veſperã, habent, Ben arbaijm, hoc eſt inter duas veſpe-
ras; quod ſeptuaginta verterunt, per mediũ veſperarũ. Ex quo loco datur in
2 telligi, non vnã tantũ eſſe † veſperã, ſed plures, & ad minus duas. Quę quo
modo ſumantur, & quoniam temporis articulo accipiendæ ſint, varie com-
mentati ſunt expoſitores.
3 Quidam † inter hebræos, vt refert Hieronymus ab Oleaſtro ſuper Exo. ca.
12. & Cornel. Ianſen. in expoſitione cap. 129. Concordiæ euang. in fi. duas
veſperas ſic intelligunt, vt prima ſit in occaſu Solis, ſecunda cũ radij ſolares,
aut lumen Solis amplius in aere non videntur: & prima quidẽ veſpera ſit
veſpera Solis, altera vero ſit veſpera luminis, tẽpus autẽ inter veſperas ſit tẽ
pus crepuſculi, quod paulo amplius integra hora durat. Et hanc eamdẽ ex-
poſitionẽ refert Lipomanus in Catena ſuper Exo. c. 12. lect. 1. ſuper illis ver
bis, Immolabitque eũ vniuerſa multitudo filiorũ Iſrael ad veſperã. et Anto.
Fonſeca in annot. ad Caietan. ſuper idem cap. 12. Exo. Vbi inquit, quòd pro
prie veſpera pro prima noctis parte accipitur occiduo iam Sole, quare quod
in textu hebraico habetur, inter duas veſperas, intelligi ait a non nullis ſub
crepuſculo, inter ſcilicet duos occaſus Solis, corporis ſolaris videlicet, & lu-
cis Solis.
4 Hieronymus ab Oleaſtro † ſuper Gen. c. 1. & ſuper Exo. d. c. 12. & ſuper Le-
uit. c. 23. & Hieronymus Vielmus in opere de ſex diebus, lect. 11. in fi. aiunt,
inter duas veſperas ſignificare omnium conſenſu, inter crepuſculum & no-
ctem, nam ipſam quoque noctem veſperam appellari aſſerunt. Quæ expoſi
tio licet cum ſuperiori coincidere videatur in effectu quantum ad tempus
ſignificatum, valde tamen differt in modo ſignificandi.
5 Lipomanus † in ſupra citato loco Exo. 12. aliã expoſitionem tangit, ſub du-
bio tamen, dicens, quòd forte quia multa in nocte illa peragenda erãt, quę
tam breui temporis ſpatio confici nequaquam poterant, duæ veſperæ totã
noctem comprehendunt, ab occaſu ſcilicet Solis vſque ad eius ortum, iuxta
illud, Veſpere autẽ Sabbathi, quę luceſcit in prima Sabbathi. Cui expoſitio
ni fauet id quòd habet Panor. in c. 1. col. 1. de fer. vbi illud textus, A veſpera
in veſperã omnes dies dominicos decernimus obſeruari. in ſecundo intelle-
ctu dicit interpretandum eſſe, id eſt ab ortu Solis. nam veſpera veſperę (in-
quit) pro ortu Solis capitur ſecundum Papiam. intelligit autem Pan. ab ortu

Solis

lis vſque ad occaſum, vt male ipſum refert Didacus Couarr. lib. 4. varia. reſo. c. 19. num. 9.

6 Alia ad eundē locum Exo. 12. affertur interpretatio a quodam Rabbino † Dauid Kimhi, cuius ſententiam probabiliorem videri ait Ianſenius in ſupra citato c. 129. Concor. euang. Ille etenim primam veſperam incipere afferit a meridie, quando Sol incipit declinare ad Occidentem, ſecundam uero poſt occaſum Solis, vt intelligatur agnus immolandus fuiſſe tempore illo intermedio, nimirum aliquot horis ante Solis occaſum. Et hanc opinionem tenet Abulenſis in 2 parte Defenſorij, c. 3. & ſequi videntur Nicolaus de Lyra, & Dionyſ. Carthuſ. in d. c. 12. Exo. Vbi aiunt, quòd veſperam Iudæi a ſeptima hora quartædecimę diei incipiebant, quia illa hora iam pertinebat ad diem ſollemnem ſequentem.

7 Verum mihi † magis placet ſententia, quæ dicit Veſperam incœpiſſe apud hebręos non a meridie, ſed tribus horis poſt meridiem a Nona. Nam anti-
7 quitus apud illos dies † diuidebatur in quattuor partes, & ſingulę diei partes ab hora, & tempore in fine poſito denominabantur, vt ſupra aliquando tetigimus, capitu. pręceden. numer. 14. & capitu. 10. numer. 11. & latius in ſeq. capit. declarabimus. Quarta igitur & vltima diei pars, quę in occaſu Solis
9 terminabatur, † vocabatur Veſpera, quia veſpera licet proprie in occaſu So-
10 lis † intelligeretur, toti tamen illi parti vltimę denominationem dabat. Et hanc ſententiam tenet Caiet. ſuper d. c. 12. Exo. & Ianſenius in alio quodam loco. Caietanus ſiquidem ita ibi habet. Hora occidēdi agnum ſtatuitur inter veſperas, hoc eſt inter occaſum Solis & veſperam, hoc eſt declinationem Solis ad occaſum, hoc eſt per duas horas uel circiter ante Solis occaſum. Ianſenius vero in comment. cap. 143. concor. euang. circa fin. ſuper illis verbis, Ieſus autem iterum clamans voce magna. ſic inquit. Iam & obſeruandum, conueniens tempus a Chriſto delectum ſuo ſacrificio. Hora enim nona, aut mox poſt eam, hoc eſt ueſpera, quę a nona incœpit apud Iudęos, tum tradidit ſpiritum, quando & immolare iuſſi erant agnum paſchalem, & quotidianum ſacrificium in templo immolabant. Et ita etiam tenet Ioſephus Iudęus lib. 7. de bello iudaico, c. 17. vbi ait, quòd a nona hora vſque ad vndecimam Iudęi in Paſchate hoſtias cędunt.

11 Et quòd veſpera ſignificet id etiam tēpus † quod eſt ante occaſum Solis, colligitur ex Theophylacto in c. 1. Io. Super illis verbis, Hora erat quaſi decima. Ibi enim ita dicit. Non fruſtra autem Euāgeliſta aſſignat tempus, quòd fuerit hora quaſi decima: ſed vt doceat & Doctores, & diſcipulos, quòd propter nullum tempus ſtudia ſua differre debeāt, neque Doctor pręiexat aliquid, & dicat, quòd veſpere ſit; & diſcipulus ſciat, omne tempus eſſe doctrinę, nec differendum auditum in craſtinum.

12 Idem ētiam probatur † Matth. 14. ita manifeſte & euidēter, ni fallor, vt ad illum locum nulla ſolutio, nulla alia interpretatio poſſit afferri. Dicitur ibi, quòd veſpere facto acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes; Deſertus eſt locus, & hora iam pręteriJt; Dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. Et narrato deinde miraculo quinque panum, & duorum piſcium, quibus 5. millia hominū ſatiati ſunt, ſubiungit Euangeliſta hęc. Et dimiſſa turba aſcendit Ieſus in montem ſolus orare: Veſpere autem facto ſolus erat ibi. Ecce in eodem die bis dicitur ab Euangeliſta, Veſpere autem facto. Et priori quidem veſpere intelligit tempus longe ante Solis occaſum, nam manducatio

Digitized by Google

catio illa quinque millium virorum, & mulierum, & paruulorum; & eorum omnium dimiſſio non poteſt niſi intelligi facta in die, quãdo Sol erat ſuper terram; quàm veſperam deſcribentes alij Euangeliſtæ dicunt, quod dies cœperat declinare, vt Luc. cap. 9. vel quòd iam hora multa fieret. vt Mar. cap. 6. Poſteriori autem veſpere Matthæus intelligit Solis occaſum, quem Marcus ſignificans ait, Et cum ſero eſſet. Ex quibus colligi datur, nomen Veſperæ late patere, vt not. Cornel. Ianſen. in dictis locis, ſuper cap. 57. Concord. euang.

Quamuis autem verum ſit, ꝙ per quamdam extẽſionem latiſſime ſumitur
13 Veſpera, vt diximus, proprie tamen † non ſignificat, niſi primam partem noctis poſt occaſum Solis; quod ex vi nominis Veſperæ deducitur. Veſpera
14 enim dicitur † a Veſpere ſtella occidentali, quæ Solem occiduũ ſequitur, & tenebras ſequentes præcedit. Atque ita accipi Veſperã declarant S. Iſidor. lib. 5. Etymol. c. 31. vbi citat illud Virgilij primo Aeneidos.

Ante diem clauſo componet Veſper olympo.

15 Et Macrob. lib. 1. Saturnal. c. 3. vbi ait, id a Græcis tractum eſſe † qui Heſperan a ſtella Heſpero ſimiliter dicunt.

Verum id melius oſtenditur ex hebraica deriuatione. Hæbræis enim Ve-
16 ſpera dicitur † Hereb, a verbo Harab, quod ligare, ſiue etiam obligare illis ſignificat, vt proinde quidam exiſtimauerint, ideo Hereb, id eſt ligamen-
17 tum † fuiſſe cognominatum, quia ligat & nectit diem cum nocte; nec enim lux ſimul tota concidit, & extinguitur, ſed remittitur ſenſim, conualeſcente videlicet obſcuritate. Et quamuis contra hanc deriuationem, quã ponit Hieronymus ab Oleaſtro, non nulla afferat argumenta, quibus eam impugnat Hieronymus Vielmus in Opere de ſex diebus, lect. 11. in fin. aliamque aſſignet ipſe interpretationem huius nominis Veſperæ, dicens,
18 icciirco Hereb, id eſt ligamentum † appellari aut obligationem, quòd homines tantiſper obliget feriari, ſiquidem vel inuitos quoque eos ad quietem, & ad operum atque laborum ceſſationem, quibus interdiu incumbunt, adducit, ac videtur illis veluti manus ligare, ne ciuilia negotia tranſigant, iuxta illud pſal. 103. Ortus eſt Sol, Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam vſque ad veſperam; & Facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ. Mihi tamen non improbata hac eius deriuatione, quæ in eo pungi poſſet, quòd magis proprie nocti, quàm veſperæ conueniat, videtur etiam ſuperior poſſe defendi, argumentis quæ in contrarium ipſe adducit, minime obſtantibus.

Et ad primum argumentũ, in quo dicit, quod noctis & diei colligatio ſiue nexus, qui mane fit, & nobis aurora dicitur, poſſet itidem nuncupari Hereb, cum ſit eodem modo ligamentum. omiſſa ſolutione, quam quis fortaſſe afferret concedendo, etiam crepuſculum matutinum poſſe veſperam appellari iuxta expoſitionẽ Lipomani, & Panorm. ſupra proxime relatam
19 num. 5. reſpondetur, quòd argumentum ab etymologia vocabuli † ſumptum affirmatiue non velet. vt not. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. Lapis (verbi gratia) dicitur quia lædit pedem, & tamen non ſequitur, quodcumque pedem lædit lapidem appellari. Addo, quòd dici poſſet, magis ligari diem cum nocte ſequenti, quàm cum nocte pręcedenti; nam dies natu-
20 rales † a creatione mundi ita currunt, vt dies artificialis præcedat, & nox ſequatur, prior enim creatus fuit dies in hoc hemiſphærio noſtro, & deinde

de nox, vt probatur Gen. 1. in illis verbis, Factumque eſt veſpere, & mane
dies vnus. & nos latius infra declarabimus cap. 43. & ſeq. Quare rectiſſime
quodam modo dici poteſt ligari nox cum die præcedenti, quo non ligatur
cum die ſequenti, in curſu ſcilicet, & numeratione dierum naturalium an-
21 tiqui ſtatus; & per conſequens crepuſculum veſpertinum † magis quàm
matutinum nuncupari ligamentum poteſt.

Ad ſecundum argumentum, in quo dicit, quòd crepuſculum vel diei, vel
noctis pars eſt, quamquam ſub Iudice lis pendeat, an diei, an vero noctis
potius ſit; ligamentum vero aliud quidpiam eſt ab ijs quæ ligantur; reſpõ-
detur, quòd immo ligamentum quandoque idem eſt cum ijs quæ ligãtur,
22 vt in ferruminatione; ferruminatio enim † iuxta Paulum iuriſconſ. in l. in
rem actio. §. item quæcumque. ff. de rei vindic. per eamdem materiam fa-
23 cit confuſionem. Deinde reſponderi poteſt, crepuſculum † non eſſe idem
omnino cum die vel cum nocte; nã dies ita eſt dies, vt nullo modo nox eſſe
24 poſſit; & ſimiliter nox ita eſt nox, vt nullatenus poſſit eſſe dies; † at crepu-
ſculum in medio poſitum cum tenebrarum & lucis particeps ſit, nũc diei,
nunc nocti annumeratur, & iccirco diei & noctis ligamentum dici poteſt,
quemadmodum tepidum dici poſſet ligamentum calidi & frigidi, vel pal-
lidum albi & nigri. Cui vero magis adſcribendum ſit crepuſculum, diei-
ne, an nocti, & quædam alia ad hoc propoſitum pertinentia nos alibi in
hoc tractatu diſſeruimus tum ſupra cap. 6. num. 26. & cap. 9. num. 12. tum
infra cap. 93. num. 9.

Ad tertium, & poſtremum argumentum, in quo dicit, Veſperam & Hereb
non tantum ſignificare crepuſculum veſpertinum, ſed ipſam etiam noctẽ;
nam Exho. 12. iuxta hebræam litteram iubentur Iſraelitæ mactare agnum
inter duas veſperas, hoc eſt vt ipſe interpretari omnium cõſenſu affirmat,
inter crepuſculum & noctem; eſt autem certum, noctem dici non poſſe li-
25 gamentum ſui cum die, reſpondetur, quòd Veſpera † proprie ſignificat
primam partem noctis poſt occaſum Solis, & per quamdam extenſionem
26 ſignificat etiam poſtremam partem diei, vt diximus; quòd vero ſignificet
totam noctem, id non niſi modo quodam improprijſſimo, & abuſiuo, vel
ſaltem synecdochico accipi poſſet; ſi tamen locus ex ſacris ſcripturis affera-
tur, vbi veſpera præciſe pro nocte intelligi videatur. Nã tex. quẽ ipſe alle-
gat Exho. 12. alias diuerſas, & valde meliores recipit expoſitiones, vt ſupra
vidimus: Intelligere enim (vt ipſe intelligit) inter duas veſperas, hoc eſt in-
ter crepuſculum, & noctem, inepta (pace ipſius) videtur interpretatio, cũ
inter crepuſculum & noctem nihil intercedat medij, ſtatimque poſt cre-
puſculum immediate ſequatur nox. Similiter ad textum Gen. 1. Factumque
eſt veſpere & mane dies vnus. & Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi, quæ
luceſcit in prima Sabbathi. quos textus poſſet forte aliquis pro illius opi-
nione citare, variæ a Doct. afferuntur interpretationes, & nos infra c. 43.
& ſeq. & cap. 88. alio meliori modo (niſi fallimur) eos exponemus. Conſtat
27 autem, quòd ex lege † quæ plures recipit intellectus, certum deſumi ar-
gumentum non poteſt. ut not. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. Siue autem
veſpera ex eo dicatur, quòd liget diem cum nocte, ſiue quòd liget homi-
nes ne operari poſſint iuxta hebraicam deriuationem; ſiue iuxta latinã &
græcam a ſtella Veſpere deducatur, quæ lucet poſt occaſum Solis, hoc vnũ
28 ſemper colligere poſſumus, quòd Veſpera † proprie ſignificat primã par-
tem

tem noctis, vt ſupra diximus.

Quare minus bene ſenſiſſe dicendus eſt Cornel. Ianſenius, qui in ca. 145. Concor. euang. in prin. ſuper illis verbis, Veſpere autem Sabbathi. viſus eſt id negare, ita inquiens. Veſpera Sabbathi non erat proprie pars noctis ſequentis Sabbathum, ſed ipſius Sabbathi pars, cuius erat finis: Vnde veſpera Sabbathi dicitur quaſi adhuc ad Sabbathum pertinens. Hęc Ianſen. Qui ſi conſideraſſet, quòd Sabbathum non ſolum vſque ad occaſum Solis durabat quantum ad legalem ſollemnitatem, ſed etiam protēdebatur vſque ad

29 dimidium noctis ſequentis † quantum ad communem reputationem, & vulgarem loquendi vſum, vt nos infra circa finē operis huius latiſſime oſtēdemus, c. 87. & ſeqq. Vel quòd crepuſculi ſpatium & diei & nocti applicari poteſt, vt ſæpius diximus, facile reſpondere potuiſſet ad rationem, quæ ſe in contrarium mouit.

Et vt vnico ſacræ ſcripturæ teſtimonio, præter ea quæ ſupra adducta ſunt, eius nunc argumentum conuincamus; Exo. 12. dicitur, Primo menſe, quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma. Et tamen clarum eſt,

30 quòd azyma † non cogebantur incipere comedere Hebræi niſi in nocte poſt occaſum Solis decimæquartæ diei, in principio ſcilicet decimæquintæ, iuxta illud eiuſdem c. Et edent carnes nocte illa aſſas igni, & azymos panes cum lactucis agreſtibus. & iuxta id quod habetur in principio libri Thalmudici, qui Peſchaim, hoc eſt Paſcharum inſcribitur, vbi ipſo Ianſenio referente ſic legitur. Luce decimiquarti inquirunt fermentum ad lumen lucernæ. Quo ſignificatur, vt teſtis eſt idem Ianſen. in capitu. 144. concor. euang. & in Ratione eiuſdem Concordiæ paruæ impreſſionis, cap. 145. Iudæos in initio noctis, quæ ſequitur lunam decimamquartam, inquirere lucernæ lumine fermentum, quod tunc eijci debuit e domibus eorū, quo cum azymis comederent Paſcha.

Similiter Matth. 26. dicitur, Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et ſermo eſt de cena agni paſchalis, quæ in nocte, & nō ante Solis occaſum fieri poterat, vt proxime allegatum eſt ex Exo. cap. 12. Vnde Beda ſuper illud Luc. 22. Et cum facta eſſet hora diſcubuit. Horam (inquit) manducandi paſchæ deſignat, quæ (vt ſæpius inculcatum eſt) decimaquarta die menſis primi perducta ad veſperam, & decimaquinta luna iam terris apparente, iuxta edicta legis inſtabat. Quare licet fatear, Veſpera ſignificari quandoque vltimam diei partem, vt ſupra vidimus, dico ta-

31 men, ſignificari etiam † primam partem noctis, & quidem magis proprie, ſi præſertim vim verbi, & nominis etymologiam attendamus.

Verum his dimiſſis, quæ ad interpretationem nominis Veſperæ, & eius acceptionem pertinere videbantur, ad ea de quibus magis principaliter a nobis agitur in hoc tractatu, redeundum eſt.

DE DIEI DIVISIONE PRO HORIS canonicis. Cap. XXI.

1 *Horæ canonicæ in his diei horis celebrandæ ſunt. Prima in prima. Tertia in tertia. Sexta in ſexta. Nona in nona. Veſpera in vndecima. Completorium in duodecima.*

Horis

2 *Horis canonicis ſingulit plures reſpondent diei horæ. Primæ quidem prima tantum. Tertiæ uero ſecunda, & tertia. Sextæ quarta, quinta, & ſexta. Nonæ ſeptima, octaua, & nona. Veſperis decima, & vndecima. Completorio autem duodecima dumtaxat. Et quamuis ab aliis aliter diuidatur dies pro horis canonicis num. 8. 9. & 10. Supradicta tamen diuiſio eſt uera. nu. 14.*

3 *Dies apud antiquos in quattuor æquales partes pro horis canonicis diſpertiebatur, ſicut nox pro vigiliis. Et qualibet pars ab hora in fine poſita nominationem ſumebat. num. 11. Quod probatur auctoritate Sanctorum. nu. 15. 16. & 17. Et defenditur ab obiectionibus. nu. 18. & 19.*

4 *Horæ unius canonicæ appellatione plures diei horæ comprehenduntur. & num. 6.*

5 *Miſſa in diebus ieiuniorum poſt Nonam celebratur.*

7 *Quadrageſimæ diebus comedere poſſumus poſt Nonam recitatis veſperis, in aliis ieiuniis poſt Sextam recitata Nona.*

12 *Prima & Completorium ab initio non erant explicite cognitæ. Et in prima & vltima diei hora ſtatuuntur. num. 13.*

20 *Dies artificialis apud omnes in duodecim horas diuiditur.*

21 *Veſperis conuenit vndecima hora, Completorio.*

22 *Mane primum non Primæ, ſed Laudibus conuenit. Et rectius ſignificat tempus ante ortum, quàm poſt ortum Solis. nu. 27.*

23 *Diei artificialis initium dupliciter ſumi poteſt, & a crepuſculo, & ab ortu Solis.*

24 *Hora diei prima dicitur & quæ eſt poſt ortum, & quæ eſt ante ortum Solis immediate.*

25 *Matutina hora eſt & quæ eſt poſt ortum, & quæ eſt ante ortum Solis.*

26 *Mane dicitur & ante ortum, & poſt ortum Solis.*

1 NVnc igitur, vt paucis verbis colligamus, quæ tã multis ſupra expoſuimus, dicimus † Primam in prima diei hora, Tertiam in tertia, Sextã in ſexta, Nonã in nona, Veſperas in vndecima, Completoriũ in duodecima celebrandas eſſe. Verumtamen putamus etiam, tempora orationum horũ
2 canonicarum poſſe adhuc amplius dilatari: vt Primæ quidem † primã ſolũmodo diei horam: Tertiæ vero ſecundã & tertiam; Sextæ quartam quintã & ſextam; Nonæ ſeptimam octauam & nonam; Veſperis decimam & vndecimam; Completorio autem duodecimam dumtaxat aſſignemus.
Ad quod dicendum mouemur & coniectura aliqua, & auctoritate, reclamantib. quantumuis Nauarro in Manu. de Orat. c. 3. nu. 38. ubi ait, hãc doctrinã nullo tex. ſolide poſſe fundari, & eſſe contra multos, quos tamẽ ibi non citat, & Did. Couarr. qui Nauarrum refert, & ſequitur lib. 4. varia. reſolut. c. 20. nu. 14. in fi.

3 Coniectura quidem mouemur, nam quemadmodum totam noctem † ad diuinum officium perſoluendum diſpartitam vidimus, ita & maiori quoque fortaſſe ratione totum diem diſtributum fuiſſe cenſendum eſt. Neque obſtat, ſiquis diceret, fieri non poſſe, vt totus dies orationi tribuatur, cum & cibo, & aliqua requie interdiu indigeamus, nam reſpondemus.

 mus.

mus, quód per hanc totius diei diſtributionem tempora quidem ad ora-
tionem prolatamus, ſed ipſam orationem non augemus; immo vero per
hoc humanis commoditatibus magis inſeruimus; nam quæ oratio in No-
4 na † (verbi gratia) tantum diei hora alias omnino facienda erat, dicimus
etiam in octaua & ſeptima fieri poſſe, cum hoc totum trium horarum ſpa-
tium Nonæ tributum ſit, & ſub Nonæ horæ canonicæ appellatione con
tineatur. Cuius rei exemplum patet tum in Regula Sancti Benedicti, ca-
pit.48. vbi præcipitur agi quandoque Nona temporibus mediante octaua
hora, & Tertia in ſecunda hora: tum in Regula Monacharum, quæ in
3.par.9.Tomi operum Beati Hieronymi, licet illi falſo adſcripta, impreſſa
eſt. Ibi enim capitulo 34. inter alia hæc verba habentur. Cum vero ie-
iunij tempus refectionem tardiorem effecerit, ſacra myſteria Miſſæ Ter-
5 tia, Sexta, & Nona hora præueniantur: ceteris † diebus poſt refectionem
Nona dicatur hora ſtatuta, cum iam Sol in medio gyro diem exhibet me-
dium. In quibus verbis apparet, quód hora Nonæ ſtatuta aſſeritur ſtatim
poſt Sextam in meridie, in principio ſcilicet ſeptimæ horæ.
Auctoritate autem mouemur, nam Ioan. Beleth. in Ration. c.29. & Guill.
Durant. ſimiliter in Rationali libro 5. cap.1. ſub num.5. Clicthoueus libro
2. Elucidat. eccleſ. in cap. de Horis canonicis. ſub num.8. Silue. verſ. Ieiu-
nium.§.4. verſic.1.& 2.& in Roſa aurea, tract.2. in ſerm. diei Paraſceues, ar
tic.3. ſuper illis verbis, A ſexta autem hora. Calliſtus Placent. enarrat.46.
ſuper euang. Quadr. in ſerm. de Reſurrec. Domini, in princip. Ioan. Ferus
in libro de Paſſione Domini, par.3. ſuper illud, Erat autem paraſceue pa-
ſchæ hora quaſi ſexta. Ioan. Gagnæius in cap.19. Ioan. ſuper eiſdem verbis.
Theodorus Peltanus de tribus bonorum operum generibus lib.2. cap.7.
§. complectitur autem.
6 Et alij etiam plures mox citandi nō obſcure aiunt, quód ſub vna hora † ca
nonica plures diei horæ comprehenduntur. Ad quod etiam facit id quod
habet Petr. de Palu. in 4. ſentent. diſtinct.15. quæſt.4. art.4. concluſ.1. vbi
ait, In Quadrageſima tranſacta hora nona † poſt recitatum veſpertinum
officium poſſe nos comedere abſque eo quód exſpectemus tempus veſper
tinum; & in alijs ieiunijs poſſe nos ſimiliter cibum ſumere poſt horam
ſextam recitata Nona, abſque eo quód nona diei hora exſpectetur: quem
refert etiam S. Anton.2. par. tit.6. cap.2.§. vltimo. Et facit quod habet idem
S. Anton. in 4. par. tit.4. cap.4.§.5. in fin. vbi ait, quód ſtatim poſt meridiem
pulſari ſolet ad Nonam. Poſtremo etiam facit non nihil auctoritas quo-
rumdam Sanctorum Patrum, qui declarentes parabolam operariorum
Matth.20. inquiunt quód prima hora in ea parabola intelligitur tempus
ab Adam vſque ad Noe. Hora vero tertia a Noe vſque ad Abraham. Sexta
quoque ab Abraham vſque ad Moyſen. Nona autem a Moyſe vſque ad
aduentum Domini. Vndecima vero ab aduentu Domini vſque ad finem
mundi. vt ibi aſſerunt S. Hieronymus, S. Greg. Papa, & Gloſ. interlin. & B.
Ambroſ. lib.7. in Luc. ſuper illud c.15. Quanti mercenarij. &c. Vel etiam di
cunt, ꝙ prima hora in ſingulis hominibus pueritia eſt. Tertia adoleſcētia.
Sexta iuuentus. Nona ſenectus. Vndecima vero decrepitas. vt ibidem expo
nunt B. Hieron. B. Greg. Papa, & gl. ordinaria, B. Aug. in ſerm.59. de uerbis
Dñi, & Euſeb. Emiſ. in ſer. in Domi. ſeptuageſimę ex quib. interpretationi-
bus, colligi poſſe vī, horas prędictas Primā, Tertiā, Sextā, Nonā, & Vndeci
mam

Digitized by Google

mā immediate vnā poſt aliā ſe cōſequi,& nihil inter ipſas intercedere me dij,quēadmodū ēt in ætatib. mundi, uel cuiuſq; hois diſcribendis nihil ip ſi Doctores ſancti ponūt medij.Sed unā alteri proxime,& immediate con tinuant,& coniungunt.

Sed aduertēdū eſt,ꝙ in hac totius diei in horas canonicas diſtributione q-
8 dā nimis lōge a veritatis ſcopo aberrauerūt.Putant.n.nō nulli inter quos eſt Corn.Ianſenius ſuper c.143.Cōcor.euāg.& Io. Buiſonius in harmonia euang.c.144.in tit.illius c.ꝙ diuiſo apud Iudæos die in quattuor ſtationes ſeu partes æquales,prima ſtatio ſeu pars,ſ.prima ſecūda & tertia hora,pri ma ſeu mane vocaretur:ſecunda ſtatio,ſ.quarta quinta & ſexta hora,dice-retur Tertia:tertia ſtatio,ſ.ſeptima octaua & nona hora,appellaret Sexta, vltima vero ſtatio,ſ.decima vndecima & duodecima hora,Nona ſeu Veſpe ra nūcuparetur.Et hāc eādē diei diuiſionē ſequitur Victor Giſelinus in an not.in Prudētiū,hymno 1.Cathē.ad gallicātū,in prin.& ſequi vſ Th.Beau xamis in Paſſione Dñi,ſect.8.ſup illis verbis. Hora quaſi ſexta.& Siluestro adſcripſit Nauar.(licet falſo)in Manual.de Orat.c.3.nu.38.& ipſe Naua r rus vſ ſequi in c.piculoſe.nu.5.de pę.diſt.1.Quæ diſtributio tā inepta(pa-ce eorū dixerim)& iā abſurda eſt,vt ſola exſibilatione mereatur explodi. Ecquis.n.ferat in primis ſtationes has non ab vna aliqua triū horarū inclu ſarū denominationē accipere,ſed potius ab hora excluſa, & antea iā ela-pſa?Deinde quis æquo aio cōcedat illā diuerſitatē in his ſtationibus vt pri ma ſtatio dicatur prima ab hora prima incluſa,ceteræ vero ab horis exclu-ſis alio mō denominētur?Poſtremo quid intolerabilius dici pōt,quā Nonā & Veſperā eādē eſſe ſtationē,quaſi nona hora diei nihil diſtet a veſpera,q̄ proprie fit occidēte Sole,& Nona hora canonica diuerſiſſima nō ſit a Ve-ſpertina?Simili mō abſurdiſſima eſt,imò & prorſus impoſſibilis diei diuiſio
9 quā aſſignat Io.Soarez in c.15.Mar.vbi hēt, ꝙ Iudæi diſtributū habebant diē p horas ternas;& ꝙ a prima hora,hoc eſt a Solis ortu vſq;ad tres decur ſas horas dicebatur apud illos hora prima.Et tres alię horę ſequētes vſq; ad meridiē dicebatur Tertia. A meridie autē vſq; ad tres alias decurſas horas dicebatur Sexta.Et hucuſq; quidē nihil diſſentit Soarez ab alijs ſupracita-tis auctorib.Verū in ſequētibus diſſentit,& valde peius loquitur, quā illi. Inquit.n.ꝙ a trib.horis poſt meridiem,i.a Sexta,qū ſera finiebatur vſq; ad tres alias dimiſſas horas dicebatur Nona.Et a trib.poſt Nonā vſque ad So lis occaſū dicebatur Veſpera.Vndecima vero(ait)dicebatur poſt Solis occa ſū vſq; ad noctis initiū.In quib.verbis non animaduertit hic optimus vir, ſe diē conſtituere quēdā enormē,irregularē, & inintelligibilē:ita vt prima diei medietas ab ortu Solis vſq;ad meridiē cōtineat ſex horas,ſ.tres pro pri ma,& tres pro Tertia.Altera vero medietas a meridie vſq; ad occaſū,nouē horas cōplectatur,videlicet tres pro Sexta,tres pro Nona, & tres pro Ve-ſpera.Et deinde eā Vndecimā appellat quę ſm eius computationē decima ſexta appellari debuiſſet:ſex.n.horæ ante meridiē,& nouē poſt meridiē vſ que ad occaſū Solis faciūt horas quindeci,quare ſi poſt occaſū Solis Vnde-cima cōſtituēda ſit,qđ tñ eſt nouū quidā,ſingulare,& a nemine hactenus tactū,iā nō erit amplius vndecima,ſed decima ſexta.Qđ ſi Vndecima poſt Solis occaſū dr̄ vſq; ad noctis initiū,i.(vt ego interpretor)vſq. ad finē cre-puſculi veſpertini,& vſq; ad initiū noctis pfectæ,iā Duodecima extra diē cōputabitur,& nullo mō diurna,ſed omnino nocturna cēſenda erit.Quæ

oīa quàm ſint abſona,& a uериſimilitudine aliena,ne dū a vero,prudēti le
ctori iudicādū relinquo.Certe tex.in cap.20.Matth.vbi ait,hæc manifeſte
oſtendi,nil tam incongruæ huic diurnarum horarum diuiſioni patrocina-
tur. Nihil igitur mirum videri debet , ſi Melchior Canus homo nimium
emunctæ naris,li.2.de locis theolog.c.18.in reſp.ad 5. eiuſmodi diuiſiones
& ſtationes approbare non potuerit,ſed eas confictas potius a recentiori-
bus quibuſdam Iudæis fuerit ſuſpicatus.

10 Alij itaque † vt Io.Beleth.& Guil.Durant.in locis ſupracitatis,quos ſecu
tus eſt etiā Clicthoueus immutatis tantum paucis quibuſdā, alio modo ho
ris canonicis partes diei aſſignauerunt.Aiūt enim, quòd ſub prima hora ca
nonica duæ horæ diei cōprehenduntur,prima ſcilicet,& ſecunda.ſub Ter
tia tres,tertia nempe quarta & quinta.Sub Sexta ſimiliter tres, ſexta vide
licet ſeptima & octaua.Sub Nona duæ,ipſa ſcilicet nona & decima . Sub
Veſperis vndecima.Et demum ſub Completorio duodecima.Verum hi li-
cet incommoda quædam ſuperiorum diſtributionum euitent , non tamen
veritatem aſſecuti ſunt,ſed pro arbitrio ſuo in partes quaſdam inæqualiſ-
ſimas abſque vlla probatione,aut probabilitate diei horas diuiſerunt.

11 Quare ſimpliciſſime dicendum eſt, diem † apud antiquos pro horis cano-
nicis in quattuor partes æquales diſpartitum fuiſſe,& vnamquamque par-
tem ab vltima ſui hora incluſa ſumpſiſſe denominationē,ita vt prima pars,
quæ in tertia diei hora finiebatur Tertia diceretur : ſecunda pars quæ in
ſexta,Sexta:tertia quæ in nona,Nona:quarta & poſtrema quæ in veſpere,
& duodecima,Veſpera ſeu Duodecima appellaretur. Neque opus eſt pri-
mæ hic aut Completorij mentionem facere , cum neutra harum horarum
12 † canonicarum ab initio eſſet explicite cognita,præſertim apud Iudæos,vt
ſupra oſtendimus.Quòd ſi etiam illas in hac diei diſtributione includere
13 velimus,ſatis eſt ſi primam & ultimam diei horam † illis adſcribentes,reli-
quas prout aſſignatæ ſunt,alijs horis canonicis dimittamus .

Hāc [illegible] diei partitionē † nō ſolū ex Silueſtro,& Calliſto placent.recē-
tib.auctorib.ſupra citatis,qui tñ in hoc rectius quā reliqui locuti ſunt,ne-
que ſolū ex alijs tū auctorib.tū coniecturis,vt ſupra probauimus,ſed ēt ex
B.Cypriano,Chriſoſtomo,Iſidoro,& non nullis alijs,grauiſſimis,& anti-
15 quiſſimis Patrib.deſūptā quilibet putare dēt.S.Chriſoſt. in primis,† in ho
mil.59.ad populū Antioch.& in alijs locis,quos ſupra citauimus c.12.nu.2.
tā expreſſe de hac diei diuiſione loquitur, vt nihil præterea deſiderari poſ
ſe videatur,Tertiā,inquit ipſe loquēs de Monachis ſui tēporis, Sextā,No-
nā,& Veſpertinas orationes celebrāt,& in quattuor partes diē diſpartiti,
dū ſingulę partes implentur,& pſalmodijs hymnis Deū venerātur.S.item
16 Cyprianus † (vt ſupra ēt uidimus in eodē loco nu.1.) manifeſte hanc diei
diuiſionē facit ,cū ait in tract.de orat.dñica,In orationib. celebrādis inue
nimus obſeruaſſe cū Daniele tres pueros in fide fortes,& in captiuitate vi
ctores horā tertiā,ſextā,nonā,ſacramēto.ſ. Trinitatis,quę in nouiſſimis tē
porib. manifeſtari habebat:Nā & prima hora i tertiā veniēs, cōſūmatū nu
merū Trinitatis oſtēdit.Itē [illegible] Sextā quarta procedēs declarat alterā Tri
nitatē:Et qñ a ſeptima Nona cōplētur,per ternas horas Trinitas pfecta nu
meratur.Quæ horarū ſpatia [illegible] ſpiritaliter determinantes adorato-
res Dei ſtatutis & legitimis ad precē tēporib.ſeruiebāt. Et poſt pauca.Sed
nobis fratres dilectiſſimi pter horas antiqtus obſeruatas,orādi [illegible] & ſpa-

ti

tia & ſacramenta creuerunt. Nam & mane orandum eſt, vt reſurrectio Do
mini matutina oratione celebretur. Et paulo poſt. Recedēte item Sole, ac
diei ceſſante neceſſario rurſus orandum eſt. &c. Clarus etiam B. Iſidorus
17 † de hac diei in quattuor partes ſectione agit in lib. 1. de eccleſ. off. c. 19.
Ibique vtitur eo argumento, quo nos proxime ſuperius vſi ſumus, quemad
modum videlicet nox in quattuor vigilias diſtinguebatur, ita etiam diem
diſtingui fas eſſe. Quod etiam expreſſe aſſerit Cēſorinus in lib. de die nata
li. c. 10. vbi ita loquitur. Alij diem quadripartito, ſed & noctem ſimiliter di
uidebant. Idque ſimilitudo teſtatur militaris; vbi dicitur vigilia prima, itē
ſecunda, & tertia, & quarta. Verba autem S. Iſidori quia retulimus ſupra
in d. c. 12. nu. 21. ne longiores ſimus, hic omittimus. Ibi lector & verba S. Iſi
dori, & qui eum poſtea ſecuti ſunt auctores inſpicere poterit.
18 Obijcit autem contra huiuſmodi partitionem † diei Melchior Canus, ex
parabola patrisfam. Matth. 20. (ex qua potiſſimum tamen hæc diei diſtri-
butio a multis comprobatur, & inter ceteros a Cornel. Ianſenio ibi in cap.
101. concord. euang. quod ibi non ſolum Tertiæ, Sextæ, & Nonæ horæ fit
mentio, ſed etiam Vndecimæ, cum tamen vltima diei pars non Vndecima,
ſed Duodecima potius, aut Veſpera appellari debuiſſet.
19 Verū ad hoc † omiſſa opinione Ianſenij putantis Vndecimā fuiſſe vltimā
diei horam, quæ proxime occaſum Solis præceſſerit, quæ opinio falſa eſt
20 proculdubio, cum dies artificialis † apud omnes in duodecim horas diui-
datur, vt habuimus ſupra c. 9. in prin. & Io. 11. dicat Dominus, None duo-
decim ſunt horæ diei? bifariam reſpondere poſſumus. Primū quòd in dicta
parabola neceſſario facta mētio vndecimæ horæ, nō duodecimæ, quia cum
ageretur de mittendis operarijs ad laborandū, clarū erat, ꝙ non poterant
mitti hora duodecima, cum tunc, finita ſcilicet duodecima, tempus ſit retri
butionis & non laboris, ſed hora vndecima miſſi dicuntur, vt oſtendatur,
aliquos in vineā mitti ea hora, qua vltimo mitti poſſunt. Secundo reſpon-
demus, Chriſtum dominū iccirco horæ vndecimę meminiſſe, quia pręuide
21 bat, illā horā † veſpertinis orationibus fore tribuendam, cum duodecima
Completorio eſſet futuris temporibus aſſignanda.
Aliud eſt etiam in eadem parabola, quod ſupradictis obſtare videtur. Nā
ibi dicitur paterfam. exijſſe primo mane; quod tēpus non niſi primā horā
canonicā denotare videtur, cum a ſanctis Doct. pro prima diei hora expo-
natur, vt vidimus cap. 15. num. 10. Sed reſpondendū eſt, quod primū illud
22 mane † non primam, quæ poſt ortū Solis celebratur, ſed Matutinā horam
canonicā, quæ in aurora exſoluitur, & hodie Laudes appellātur, ſignificat
vt colligitur ex Caſſia. in lib. 3. de canonico diurn. orat. & pſal. modo, cap.
3. in fi. Neque obſtat, quòd a ſanctis Patribus pro prima diei hora expona
tur illud primū mane; nā ſupra ſæpius declarauimus cap 6. nu. 27. & capi
23 tul. 16. nume. 21. quod initiū diei artificialis † dupliciter ſumi poteſt, & a
crepuſculi ſcilicet initio, & ab ortu ſubſtantiæ Solis ſupra horizontē. Vn-
24 de prima diei hora † non ſolū dici poteſt quæ eſt poſt ortū Solis, ſed etiā
quæ eſt in aurora ante ortū Solis, vt habetur in Cōc. Toletano. 4. c. 3. & in
25 alijs ſupracitatis in d. c. 15. nu. 9. Et ſimili modo vidimus etiam ſupra c. 14.
25 nu. 10. & 11. ex Caſſia. horam matutinā † non ſolū appellari Laudes, quæ
in crepuſculo matutino exſoluuntur, ſed etiam primā, quæ poſt ortū Solis
26 celebratur. Vtrūque enim tēpus & ante ortum, & poſt ortum Solis manè

appellari poteſt, vt uot. Amalarius in lib. de Ord. Antiph. c. 6. in princ. licet
27 primum mane † rectius ſignificet tempus ante ortum Solis, quàm poſt or
tum. Hec autem bene notanda ſunt, & diſtinguenda, nam vt diſtinctè, &
rectè percepta multis rebus obſcuris lucem afferunt, ita confuſa & ignora
ta denſiſſimis tenebris intellectum obuoluunt.

DE HORA CRVCIFIXIONIS IESV Chriſti. Cap. XXII.

1 *Crucifixionis Ieſu Chriſti hora habet difficultatem non paruam. & nu. 24.*

2 *Crucifixus fuit Chriſtus hora tertia completa & tranſacta, & hora ſexta iam incœpta, non dum autem finita Vel crucifixus fuit hora media inter Tertiam & Sextam horas canonicas. nu. 22.*

3 *Tempore aliquo in deſcribẽdo, hora, dies, menſis, vel annus incepti quandoque computantur cum integris, quandoque non computantur, & utroq; modo uere et rectè fit. Tempora enim quandoque accipiuntur per ſynecdochen, quandoque integra. nu. 8.*

4 *Annos Domini quidam computant a Natiuitate Chriſti. Quidam ab eius Incarnatione. nu. 5. Et omnes eumdem numerum annorum tenent. num. 6. Cuius rei ratio aſſignatur. nu. 7.*

9 *Prægnantis menſes dicuntur decem. Quia nouem ſunt pleni, & initium decimi pro toto accipitur. nu. 10. Et iccirco quandoque nouem dumtaxat recenſentur. nu. 11.*

12 *Temporis diurni deſcriptio apud Hebræos vt plurimum fiebat per horam tertiam, ſextam, & nonam, alijs horis intermedijs omiſſis. & num. 13. Idem etiam fiebat apud antiquos Patres. nu. 15. 16. & 17. Tres enim hæ horæ ſunt inſigniores in rebus humanis, & ſollemniores in orationibus diuinis. nu. 18.*

14 *Fere, Quaſi, Circa, dictiones additæ alicui horæ aut tempori, hoc denotant, quòd licet aliquid factum ſit parum ante, uel poſt illam horam aut tempus, rectè tamen dici poſſit factum eſſe fere, quaſi, aut circa illam horam vel tempus.*

19 *Temporis diurni deſcriptio vſque hodie fit quandoque per horas canonicas.*

20 *Nona pulſatur in quibuſdam ciuitatibus ſtatim poſt meridiem.*

21 *Horis canonicis publice recitandis præmittitur pulſatio campanarum ſeu ſignorum.*

23 *Medium nominatur ab vtroque extremorum.*

STante eo fundamento, quod in ſuperiori cap. iecimus, quòd nempe ſub
vna hora canonica plures diei horæ comprehenduntur, magna nobis
aperitur via ad tollendam quamdam difficultatem non paruam de ho-
1 ra † crucifixionis Ieſu Chriſti. In cuius difficultatis enodatione ſi paulum
nunc digrediendo, tantiſper immorati fuerimus, dum eam perfectè

euacua-

Digitized by Google

euacuare conemur, nihil profecto abſonum efficere, aut a materia de qua agimus alienum, videri poſſumus, cum in horis canonicis recitandis illud potiſſimum tempus ſpectetur & recolatur, in quo Chriſtus dominus paſſus, & crucifixus aſſeritur: vt ex carminibus illis, quæ Glo. & Docto. ponunt in c.1.de celebrat. Miſſ. & nos ſupra attulimus cap.18. num.2. & 8. clariſſime habetur.

Marcus igitur Euangeliſta cap.15. horam crucifixionis Chriſti tertiã commemorat ſic ſcribens. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Ioannes vero cap.19. ſextam videtur aſſerere, cum ita inquit. Erat autem paraſceue Paſchæ hora quaſi ſexta. Et dicit Pilatus Iudæis, Ecce rex veſter. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt Pontifices, Non habemus regem niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Quæ apparens contrarietas ſatis commode videretur ſolui poſſe, ſi intelligendo de horis canonicis, quæ immediate vna poſt aliam ſe conſequuntur, dicamus cum multis ex auctoribus, quos ſupra citauimus c.præced.nu.5.
2 Dominum fuiſſe crucifixum † hora Tertia completa & tranſacta; & hora ſexta iam incepta, nõ dum autem perfecte finita. Eſt enim frequentiſſimũ
3 in communi vſu loquendi, vt hora, vel dies, vel menſis, vel annus † incœpti, non dum autem finiti, quandoque computentur in deſcriptione alicuius temporis, quandoque vero non computentur; & vtroque modo vere & recte id fiat. Ad quod faciunt not. per Doct. in c. cum tu. de teſtib. & per Bar. in l.2.§.creditum.ff.ſi cer.pet.

Quod etiam exemplo claro & tritiſſimo manifeſtatur. In computatione.n.
4 annorum Dñi † quidam terminum ſumunt a Natiuitate Chriſti. vt in c.1. §.nos de omnipotentis.de pœnit.& remiſſ.in Extrauag.comm. Quidam ve
5 ro † ab eiuſdem Incarnatione. vt in c.1.diſt.23. Et tamen vtrique eodem
6 tempore † aiunt, anno (verbi gratia) ſiue a Natiuitate, ſiue ab Incarnatione.M. D. XXC. Imò vero in menſibus Iauuarij, Februarij, & Martij vſq; ad feſtum Annunciationis B.Mariæ Virg. illi qui annos Chriſti numerant ab Incarnatione, vno anno minus computant annos currentes (exceptis tamen Piſanis, qui aliter faciunt) quàm hi, qui cõputant a Natiuitate. Quod
7 alia ratione † fieri nequiret, niſi quòd qui dicunt ab Incarnatione non numerant niſi annos iam cõpletos & tranſactos; qui vero a Natiuitate dicũt, cum annis cõpletis numerant ſimul ẽt annum currentẽ inchoatũ. vt egregie hanc rem not. Did. Couarr. lib.1. varia.reſol.c.12.poſt Præpoſ. Alexandr. in c. iuuenis. de ſponſal. & poſt alios, quos ipſe citat. Et ne videamur per extranea vagari, eſt documentum expreſſum B.Auguſtini in lib.3. de doctr.chriſt.c.35.in quinta regula Ticonij de temporibus; quod tempora in
8 † ſcripturis ſacris quandoque per ſynecdochen accipiuntur, quãdoque integra: vt Matth.27.& Mar.9. dicitur factum poſt ſex dies illud idem quod Lucas c.9. aſſerit factum poſt dies fere octo; quando ſcilicet in Monte diſcipulis tm̃ tribus præſentibus Chriſtus Dñs transfiguratus eſt. Vtrumque enim verum eſſe non poſſet quod de numero dierum dictum eſt, niſi Lucas qui dixit poſt dies fere octo intelligatur partem nouiſſimã diei, ex quo id Chriſtus prædixit futurum, & partem primam diei, quo id oſtendit inpletum, pro totis duobus diebus atq; integris poſuiſſe. Matthæus vero & Marcus qui dixerunt poſt dies ſex, integros oẽs & totos, ſed ſolos medios

 compu-

Digitized by Google

ſecundo,quia oẽs libri,quos ego inſpicere potui habent nouem, & nõ decem,nullo excepto. Et ita videtur legere Glo. ordin. & Dionyſ. Carthuſ. ibi in expoſit.& (quod plus eſt)ita etiam legit Eccleſia paſſim in omnibus Breuiarijs Romanis infra hebdomadam quintam Octobris,vbi hiſtoria illa 2.Machab.7.recitatur.Fetum autẽ nouem dũtaxat menſib.non decẽ integris in vtero geſtari,ſiue de Lunaribus, ſiue de Solaribus menſibus ſermo ſit,apparet maxime ex eo,ꝙ nos celebramus Chriſti Incarnationẽ 25. die Martij factã,& Natiuitatẽ eius 25.Decembris quo temporis ſpatio ducenti ſeptuaginta ſex dies intercedunt,i.nouem menſes,& ſex dies. vt ait Glo.ordinaria ex Rabano,Sap.7.in princ.in ver.nemo.n.ex regib.Item celebramus Conceptionem B.Mariæ Virg.8.die Decembris,eius vero Natiuitatem 8.Septembris.Similiter B.Ioan.Baptiſta,qui natus eſt 24.Iunij in æſtiuo ſolſtitio, conceptus aſſeritur 24. die Septembris in æquinoctio autumnali.vt habent Martyrologia,& B.Ioan.Chryſoſt. in ſerm.de Natiuitat.S.Ioan.Baptiſtæ,& venerabilis Beda in lib.de ratione tẽporum, c.28. quos infra iterum citabimus c.75.nu.2. Vnde fit vt omnes vulgo, nouem dumtaxat menſes,non etiam decem,geſtare mulieres in vtero exiſtiment. Et S.Io.Chryſoſt.in homil.ſuper illud Luc.1. Exſurgens Maria abijt montana.&c.quę habetur in Breuiario Romano ſub die ſecũda Iul.in feſto Viſitationis B.Marię nouem menſium tempus commemorat,dum ita inquit. Cum ad nos adueniſſet Redẽptor noſtri generis, venit protinus ad ſuum amicum Ioannem dum adhuc eſſet in vtero, quem cum ex matrice in matrice aſpexiſſet Ioannes,terminos naturæ concutiens exclamat: Video Dominum qui naturę impoſuit terminos & non exſpecto tempus naſcendi: nouem menſium enim tempus in vtero non eſt mihi neceſſarium. & quę ſequuntur.

De menſibus autem prægnantis videndus eſt Plin.lib.7.natur.hiſt. cap.5. Gellius lib.3.Noctium Attic.c.16.Cenſorinus in lib.de die Natali.cap.11. Ariſt.lib.7. de hiſt.animal.c.4. Pythagoras apud Diogenem Laertium lib. 8.de vitis Philoſophorum,c.1.Plutar.de placitis philoſophorum,lib.5.cap. 18.Cælius Rhodiginus lib.19.lectio.antiq.c.22. Doct. in l.ſeptimo menſe. ff.de ſtatu hom.& in d.l.Gallus.in princ.de lib.& poſth.& Glo.ordin.Nume.3.in verbo.Numera primogenitos.

Quod ſi cui nimis durũ videatur,concedere,ſub appellatione Sextæ com-
prehendi ẽt duas alias diei horas,quartam ſcilicet & quintam; hoc ſaltem
mihi concedendũ peto pro ſolutione dictorum locorum Marci & Ioannis
de hora crucifixionis Ieſu Chriſti,diurni temporis deſcriptionem apud Iu-
dęos,& antiquos Patres vt plurimũ fieri ſolitam per tertiam,ſextã, & no-
12 nam horas alijs intermedijs † omiſſis,tamquã per notiores & celebriores,
ob orationẽ fortaſſe,quę in illis horis exercebatur, vt vidimus ſupra c.11.
ex Actis Apoſtol.& ex Danie.addita interpretatione S.Cypriani,S.Hiero-
nymi,& aliorum,& ex alijs ſacrę ſcripturę locis. Patet aũt hoc ex diſcurſu
totius noui teſtamenti,vbi quotieſcumque tp̃s per aliquam horã deſcribi-
tur,ſemper fere hę horę,& non aliæ nominantur.Matth.20.in parabola il-
la non aſſeritur Paterf.m.alia hora exijſſe ad vocandum operarios,niſi pri-
mo mane,circa horã tertiam,ſextam,nonam,& vndecimã.Matth.27.dici-
tur,A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram vſque
ad horam nonã,& circa horam nonã clamauit Ieſus voce magna. Mar.15.

Erat

Digitized by Google

Erat autem hora tertia,& crucifixerunt eum. Et infra. Et facta hora ſexta te nebræ factæ ſunt per totam terram vſque in horam nonam, & hora nona exclamauit Ieſus. Luc. 23. Erat autem fere hora ſexta,& tenebrę factę ſunt. Ioan. 4. Hora erat quaſi ſexta, venit mulier de Samaria. Eiuſdem 19. Erat autem paraſceue paſchæ hora quaſi ſexta. Act. 2. Non enim ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt, cum ſit hora diei tertia. Eorumdem 3. Petrus autem, & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam. Item cap. 10. Is vidit in viſu manifeſte quaſi hora diei nona Angelum Dei introeuntem ad ſe. Et infra. Aſcendit Petrus in ſuperiora vt oraret circa horā ſextam. Non infitior tamen, quin ſemel, aut forte iterum facta ſit deſcriptio temporis per aliam horam, vt Ioan. 4. Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris. Quo in loco neceſſario requirebatur preciſa, & punctualis (vt ita loquar) diei deſcriptio, nam miraculum alioquin non concludebatur. Verū illud aio, horas vt

13 plurimum iſtas, ſcilicet tertiam, ſextā, & nonam † fuiſſe ſolitas potius recenſeri, quam ſecundam, quintam, ſeptimam, & octauam.

Ad quod ponderanda ſunt etiam verba illa in ſupracitatis auctoritatibus

14 Fere, Quaſi, Circa; † Quæ hoc ſignificare videntur, vt quamuis aliquid factum ſit ante vel poſt horam ſextam, puta hora quinta, vel ſeptima, recte tamen dici poſſit factum circa horam ſextam, vel quaſi hora ſexta, vel fere hora ſexta.

Ad idem etiā ponderanda eſt pręter ſacrā Scripturā conſuetudo loquendi

15 antiquorū † Patrū, qui in deſcribendo tempore non ſolū orationis, vt ſupvidimus cap. 12. ſed etiā celebrationis Miſſæ, ſoluendi ieiunij, & aliorū multorū, vt infra in alijs locis annotabimus, non niſi fere his horis canonicis vſi ſunt, tanquā (vt puto) celebrioribus, & notioribus, vt patet in cap. nocte, ca. ſolent, cap. & hoc, de conſec. diſt. 1. cap. ſi. diſt. 44. c. 1. diſt. 75. & alibi ſæpe.

16 Sanctus præterea Benedictus (vt ex plurimis veterū Patrū teſtimonijs vnū aut alterū nunc producamus in mediū) in Regula, cap. 24. agens de excommunicato, qui menſæ conſortio priuatur, vtens quodā loquendi modo, qui Patrib. frequētiſſimus eſt, ita ait. Refectionē autē cibi poſt fratrū refectionē ſolus accipiat, vt ſi (verbi gratia) fratres reficiunt ſexta hora, ille frater nona: ſi fratres nona, ille veſpera. In quib. verbis indicat, huiuſmodi horas ſex-

17 tam, nonam, veſperas ſeſe immediate conſequi. Tertullianus vero ſcriptor antiquiſſimus ita optime hanc rē exprimit, ac ita egregie loquitur in hoc propoſito, vt nihil neque clarius, neque manifeſtius deſiderari poſſit. Is. n. in lib. de ieiunio, ſic ait. Porro cū in eodē cōmentario Lucæ, & tertia hora orationis demonſtretur, ſub qua Spiritu ſancto initiati pro ebrijs habebantur; & ſexta, qua Petrus aſcendit in ſuperiora; & nona, qua templū ſunt introgreſſi; cur non intelligamus ſalua plane indifferentia, ſemper, & vbique,

18 & omni tēpore orandū? Tamen tres iſtas horas, vt inſigniores in rebus humanis, quæ diē diſtribuunt, quę negotia diſtinguunt, quę publice reſonant, ita & ſollemniores fuiſſe in orationibus diuinis: Quod etiā ſuadet Danielis quoque argumentū ter die orantis, vtique per aliquarū horarum exceptionem, non aliarum autem, quam inſigniorum exinde apoſtolicarum tertiæ, ſextæ, & nonæ. Hæc Tertull.

19 Poſtremo ad idem facit, quod etiam hodie videmus diei tēpus a pleriſque per horas canonicas deſignari; dū dicunt (verbi gratia) aliquid fuiſſe factum hora, vel Cōpletorij, vel Veſperarum, vel Nonæ. Sunt enim aliquæ ciuitates,

20 tes, in quibus ſtatim poſt meridiẽ † pulſatur cãpana quædã, & pulſatio illa
vulgo appellatur Nona. Cuius rei meminit Archiep. Florent. in 4. par. tit. 4. cap. 4. §. 5. in fine. Vnde quæ circa ſpatium ſignorum, & pulſationũ harum horarum canonicarum fiunt, quæ omnibus notiſſimæ ſunt, in ipſis horis canonicis facta eſſe dicuntur. Quo loquendi modo vſus eſſe videtur Franciſcus Petrarca, vbi dicit.

A nona, à veſpro, à l'alba, & à le ſquille.

21 Quòd autem ad horas canonicas publice recitandas † pulſatio campanarũ,
aut ſignorum præmittatur, declarat tex. in c. 1. & 2. de off. cuſto. & in c. preſbyter. 91. diſt. & gl. in c. 1. in ver. competentibus, de celeb. Miſſ.

Modo præmiſſa, & vtcumque probata hac ſuppoſitione, deſcriptionem ſcilicet diurni temporis, vt plurimũ apud Iudæos, atque antiquos Patres fieri ſolitam per horas canonicas intermedijs omiſſis, facile conciliantur tẽpora crucifixionis Ieſu Chriſti per expoſitionẽ multorũ Doct. qui aiunt, quòd ſecũdum veritatẽ Dominus fuit crucifixus † hora media inter Tertiam & Sex
22 tam; quia vero medium denominatur ab vtroque † extremorum, ideo ab
23 Euangeliſtis aliquando eam denominari tertiam, aliquando ſextam.

Hæc ſolutio, quam afferunt in ſupradictis ambobus locis, Mar. 15. & Io. 19. Albertus Magnus, Nicol. de Lyra, & Dionyſ. Carthuſ. & Mar. 15. Nicolaus de Gorran, & Victor, vt refert Io. Gagneius Ioan. 19. Item Silue. de Prier. in Roſa aurea, tract. 2. in ſerm. dici Paraſceues, art. 3. ſuper illud, A ſexta autem hora. & Ioan. Ferus in lib. de Paſſione Domini, in 3. par. ſuper illud. Erat autem paraſceuæ Paſchæ. Et ante hos omnes Magiſter hiſt. ſchol. in hiſt. euãg. cap. 166. & Guill. Durant. in Ration. lib. 4. cap. 1. num. 20. in fine, ibi, Afferũt etiam quidam, Dominum in meditullio horarũ crucifixum, & ideo nunc hanc, nunc illam poſitam. Hæc (inquam) ſolutio ſi fulciatur declarationibus noſtris ſupradictis, optima eſt, & bene quadrat, ſin minus, non video, quonam pacto ſuſtineri poſſet.

Volui hæc paulo diffuſius proſequi, tum quia ad materiam noſtrã propoſi-
24 tam non parum conducunt, tum etiam quia tanta eſt difficultas † in ſupra-
dictis locis Mar. 15. & Ioan. 19. conciliandis, vt in ea vel modicum aliquid conari, omnino irreprehenſibile videatur.

DE HORA CRVCIFIXIONIS IESV CHRISTI, CAP. XXIII.

1 *S. Auguſtinus laudatur.*

2 *Crucifixus fuit Chriſtus hora tertia linguis Iudæorum, ſecundum opinionem S. Auguſtini, & communem. Sed huic opinioni repugnat littera textus, numero 3. Potius dicendum eſſet, quòd ſecundum Mar. erat hora tertia, non ex quo factus eſt dies, ſed ex quo Chriſtus cruci affixus fuit, nume. 4. Non autem dicendum eſt, quòd erat hora tertia, ex quo traditus eſt, vt crucifigeretur, vt inquit Catharinus, num. 6. Neque dicendum eſt, quòd erat hora ſexta ſecundum Ioan. non diei, ſed præparationis Paſchæ Chriſtianorum, nu. 9 Neque vltimo dicendum eſt, quòd exemplaria euangeliorum ſint mendoſa, num. 11.*

5 Et

Digitized by Google

5 *Et, coniunctio, multa ſignificat: coniunctioneſque aliæ pro alijs poſitæ inueniuntur.*

7 *Chriſtus apprehenſus eſt in horto hora fere tertia noctis ſecundum S. Auguſtinum. Secundum B. Chryſoſtomum prope mediam noctem, num. 8.*

10 *Senſus myſticus fundari debet ſuper ſenſu litterali.*

12 *Crucifixionis Chriſti horam quidam ex antiquis, & recentioribus dicunt fuiſſe tertiam, quidam ſextam. Horam tertiam dicunt hi, num. 13. Sextam hi, num. 15.*

14 *Natiuitatis Domini nocte Miſſæ celebrantur ex conſtitutione Sancti Teleſphori Papæ.*

16 *Difficultas ſacrarum litterarum debet efficere, vt potius fateamur inſcitiam, & imbecillitatem noſtram, quàm vt contra illas muſſitemus.*

SVnt quidem & aliæ ſolutiones tum a S. Auguſtino, tum ab alijs pro concordia dictorum textuum, Mar. 15. & Ioan. 19. excogitatæ; quas improbare neque mihi eſt animus, neque facultas. Quis enim ſit adeo amens &
1 ſtupidus, vt contra tanti viri †eloquentiam & eruditionem, quãtus eſt Auguſtinus hæreticorum malleus, Theologicæ ſcientiæ parens, eccleſiæ totius lumen, audeat non dico diſputationem aſſumere, ſed vel tantillum muſcere, aut os aperire? Ipſe tam egregie in lib. 3. de conſ. euang. c. 13. ſententiam ſuam ſtabilit, corroborat, atque defendit, vt qui velit vltra ea de re quæſtionem facere, vel in contentione impudens, vel in ſua imperitia perturbatus appareat. Ego igitur qui nullius pretij homo ſum, tacẽdum mihi potius eſſe exiſtimare debeo, quàm temere loqui, vbi præſertim talis ac tantus Doctor ſilentium imperaſſe videtur. Verum tamen quoniam ipſe B. Auguſt. in tract. 117. ſuper Ioan. ſubiungit, quod ſi & aliæ ſolutiones huius difficultatis potuerint inueniri, cumulatius euangelicæ veritatis conſtantia defendetur aduerſus calumnias infidelis atque impiæ vanitatis; peto, & obſecro, licere mihi cum bona venia pauca quædam verba dicere, parato ſemper & corrigi ſi male ſenſero, & captiuare omnem intellectum in obſequium Chriſti.

2 Sententia perpetua B. Auguſtini †eſt, quam præter locum ſupra citatũ li. 3. de conſ. euang. tenet etiam in lib. quæſtionum veteris & noui teſt. quæſt. 65. in 1. editione, & in 2. edit. quæſt. 20. ſecundæ par. & in Dialogo ſexaginta quinque quæſtionum, quæſt. 15. & in pſal 63. ſuper illud, Quia exacuerunt tamquam gladium linguas ſuas. & ſuper Ioan. d. tract. 117. & de qua etiam habetur in c. periculoſe. de pænit. diſt. 1. & quam communiter ſequuntur omnes Doct. quòd Euangeliſta Marcus dum dicit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. intellexit non de ea crucifixione, quæ facta eſt realiter per milites, ſed de ea quæ facta eſt verbaliter linguis Iudæorum, quando clamauerunt dicentes, Crucifige, crucifige eum. Omittã hic omnes alias difficultates, quas pati videtur huiuſmodi expoſitio; ſolum
3 contextum †B. Marci recitabo, vt videat lector, an littera conſentiat, vel potius huic interpretationi reclamet ex omni parte. Beatus igitur Marcus ſic habet.

Mili-

Milites autem duxerunt eum in atrium Prætorij,& conuocant totam cohortem;& induunt eum purpura,& imponunt ei plectentes ſpineam coronam. Et cœperunt ſalutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine;& conſpuebāt eum.& ponentes genua adorabāt eum. Et poſtquam illuſerunt ei,exuerunt illum purpura,& induerunt eum veſtimentis ſuis,& educunt illum,vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa,patrē Alexādri,& Rufi,vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum;quòd eſt interpretatum Caluariæ locus. Et dabāt ei bibere myrrhatum uinum:& non accepit. Et crucifigentes eum, diuiſerunt veſtimenta eius,mittentes ſortem ſuper eis,quis quid tolleret. Erat autem hora tertia,& crucifixerunt eum. Et erat titulus cauſſæ eius inſcriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum a dextris,& alium a ſiniſtris eius. Et impleta eſt ſcriptura,quæ dicit, Et cum iniquis reputatus eſt. Et prætereuntes blaſphemabant eum,mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis templum,& in tribus dieb. reædificas:ſaluum fac temet ipſum deſcendens de cruce. Similiter & ſummi Sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant &c.

Vides,quo modo continuatiſſima ſerie ſemper tex. loquatur de Militibus, & omnes eius particulæ tam præcedentes, quàm ſubſequentes vſque ad hanc vltimam, Similiter & ſummi Sacerdotes. ad ſolos Milites referantur. Quonam pacto de Iudæis intelligi poteſt,quòd hora tertia crucifixerunt eum, cum nulla hic prorſus mentio de Iudæis, ſed tota de Militibus habeatur?

4 Dicerem potius † ſi ſolutiones a nobis ſupra allatæ cap. præced. non ſufficiant,quòd hora a B. Marco deſcripta non intelligitur tertia ex quo factus eſt dies,ſed tertia ex quo Chriſtus fuit cruci affixus. ac ſi dixiſſet. Erat autem hora tertia ex quo,vel poſtquam crucifixerunt eum. vt oſtenderet ſcilicet,& Dominum per tres horas viuum in cruce perduraſſe,& Milites per dictas tres horas perſeueraſſe iuxta crucem eius,dum veſtimenta diuidūt, dum ſortem mittunt,dum crucifigunt latrones,dum blaſphemant & illudunt. Non enim eſſet valde abſurdum,ſi coniunctio illa, Et,pro alia cōiun-
5 ctione exponeretur, nam vt inquit B. Auguſt. in lib. de Grammatica,circa fi. Coniunctio, Et,multa ſignificat,& ſæpe tranſit in alterius ſpeciem poteſtatis. Et coniunctiones pro alijs coniunctionibus poſitæ inueniuntur poteſtate mutata.

Quæ ſolutio multo mihi tolerabilior videretur,quàm ea etiam quā affert
6 Ambroſ. Catharinus † lib. 2. annot. in Caiet. & quam tacito auctore deſumpſit ex Euthymio Zigab. in comment. ſuper Mar. cap. 15. Dicunt enim ipſi,quòd illud. Erat autem hora tertia. refertur ad ſuperiora,quando traditus eſt,vt crucifigeretur. Quod vero ſequitur, Et crucifixerunt eum, intelligendum eſt,poſtmodo hora ſexta. Verum ſi liceat,per huiuſmodi ſubauditos intellectus ſacram ſcripturam interpretari,facili negotio in quem cumque ſenſum trahi poterit,& accommodari. Et ſane miror,eos illa verba, Erat autem hora tertia. poſtquam ad ſuperiora referenda erant,non retuliſſe ad horam tertiam noctis præcedentis,quando primum Chriſtus dominus apprehenſus eſt in horto,vt crucifigeretur. Tunc enim (vt inquit B.
7 Auguſt. in d, cap. 13. lib. 3. de conſ. euang. in fi.) adhuc noctis primæ partes

tes erant,& ſecundum Gabr.Biel.in expoſ.cano.lect.13.in prin.erat tertia hora noctis.quamuis B.Chryſoſt.homil.84.in Matth. ſuper illud cap. 26.
8 Et inuenit eos dormientes.dicat,quod tunc nox erat intempeſta.† Et homil.72.in Io.ſuper illud cap.13.Non cantabit gallus.idem rurſus videatur aſſerere, tenens,quòd quando Chriſtus illa verba protulit ad Petrum,ſecunda iam vigilia agebatur,& quòd ſignificauit per illa intempeſtam noctem,quę non longe aberat,ac ſi dixiſſet,paulo poſt.
De alia vero ſolutione,quam refert S.Auguſt.in ſupradicto cap.13.& in d. tract.117.in Ioan.& Beda ſuper illud Ioan. 19. Et baiulans ſibi crucem. Et S.Anſel.ſuper illud Matth.27.Altera autem die,quæ eſt poſt Paraſce-
8 uen.Et Gl.ordin.ſuper illud Ioan. 19.Erat† autem Paraſceue Paſchæ. 9 nempe pro Paſcha accipiatur immolatio Chriſti,& pro Paraſceue præparatio,quæ fiebat ad huiuſmodi immolationem per ſollicitudinem & operationem Iudęorũ,quam incœpiſſe putant nona hora noctis pręcedentis; dicam aliquid infra cap.68.num. 9. nunc nihil aliud dicendum videtur, niſi quòd ſaluanda prius eſſet littera,& deinde aſſerendus ſenſu ſpiritalis:allegoriam hanc nõ reprehendo,ſi tamen ab alijs difficultatibus,quas habet defendatur, ſed nos agimus hic de ſenſu principali,& litterali, ſu-
10 per quo† tamquam firmo fundamento ſtabiliri omnis ſenſus myſticus, & fundari debet.De alia rurſus ſolutione,quam finxit Matthęus Beroaldus lib.1. chronici cap.3.quòd Marcus locutus ſit de horis maioribus quarum vnaquæque continet 120.minuta ſpatium,ſcilicet duarũ horarum cõmunium,ita quòd in ſex tantum horas dies artificialis diſtribuatur; illud dicendum occurrit,quòd homo iſte ingenij ſui viribus nimium fidens in hac re,ſicut in pleriſque alijs manifeſtiſſime decipitur.Nam pręterquam quòd non facile reperias auctorem apud veteres, qui de huiuſmodi horis mentionem fecerit,vt recte annotat Cælius Rhodig.antiq.lect.lib.12. capit.9. Ipſe Euangeliſta Marcus in eodem cap.15 poſt dicta verba,erat autem hora tertia,& crucifixerunt eum.parum infra ſtatim ſubiungit.Et facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt per totam terram vſque ad horam nonam.Aſſerere autem B.Marcum intellexiſſe ſemel de horis maioribus, poſtea vero de minoribus cõibus res eſt,quæ non tam facit,vt Marcus concilietur Ioãni,quàm vt Marcus a ſeipſo aptiſſime diſſideat, & maxima in ſuis verbis, atque intolerabilem contineat captionem,locus autem B Epiphanij a Beroaldo citatus,hær.70.contra Audianos dum de Epactis ſermonem facit, ad aliũ ſenſum, quam ad maiores horas reuocari poteſt: quòd nempe de horis tantum diurnis, nocturnis poſt habitis loquatur . Quemadmodum etiam intelligi debet S.Cyrillus Hieroſoly.Catec. duodecima, circa med. cum ait,Olympiadem apud Græcos vocari,quòd ſingulo quadriẽnio peracto fieri ſolet certamen propter quattuor annorum curſum Solis in quibus ſingulis annis tres horas adijciens diem quarto anno addit. Et ſimiliter Polyd.Virgilius lib.2.de inuentor.rerum.cap.5. dum ait,primum Her metem Trimegiſtũ diem in 12.horas diuiſiſſe,cũ in Aegypto ſacrũ quoddam animal Serapi dicatum in tota die duodecies vrinam facere pari ſemper temporis interuallo obſeruaſſet, intelligendus eſt loqui de die artificiali,nam vt ſcribit idem Rhodig.lib.25.cap.28. traditum eſt Cynocephalos quos in templis connutriebant Aegyptij æquinoctij die duodecies, id eſt hora qualibet vrinam facere.Et conſtat,animam illud, de quo loquitur

Polyd.

Polyd. Virgilius fuiſſe Cynocephalum, vt notat ex Hori commentarijs Alciatus in l.2.§.1.ff.de verb.ſign.vbi in hanc rem citat etiam Victorinum in Rhetorica Ciceronis.

Quòd autem B. Tho.in 3.par.quæſt.46.art.9.ad 2.poſt explicatas ambas ſuperiores expoſitiones ex S.Auguſt.ſubiungit in fi.quoſdam dicere,quòd
11 hæc diuerſitas ex peccato ſcriptoris † apud Græcos contigit, nam figuræ, quibus ſex, & tria repræſentantur, ſatis ſunt propinquæ apud eos. Equidem licet ſciam,hoc ipſum olim ſenſiſſe B.Hieronymum in explanatione pſal.77.in princ.(ſi tamen eius ſit illa explanatio) & Theophyl. in cap.19.Ioan.quos ſecuti ſunt Caiet.ſuper cap.15.Mar.& Canus lib. 2. de locis theolog.cap.18.ad quintum,& Calliſtus Placent.enarr.45.in euang. Quadrag.ſuper illud Ioan.19.Erat autem Paraſceue Paſchæ.& Sixtus Senen.lib.6. Biblioth.ſanctæ,annot.131.mendoſam tamen eſſe litteram aſſerere numquam auderem ; cum ſciamus Eccleſiam tot ſæculis vſque huc non alio modo legiſſe hæc euangelia;& cum non oſtendatur codex , qui aliter habeat.Beatus autem Thomas non eſt cenſendus illam opinionem approbare,ſed tantum referre.Quam potius in quadam diuinatione conſiſtere,quàm firmo fulciri fundamento,ex eo etiam declaratur,quòd Theophylactus dicit,vitioſam eſſe lectionem in Ioanne , licet Canus in aliam ſententiam eum citet;ſanctus vero Hieronymus,& ceteri , mendum eſſe aiunt in Marco;vt appareat,vnumquemque illorum non exemplaris alicuius auctoritate,ſed ſua tantum coniectura, & propria opinatione duci.

12 Certe ex antiquis † & ex recentioribus auctoribus non deſunt & qui putauerint per illos tex. Chriſtum dominum crucifixum hora tertia , & qui putauerint crucifixum hora ſexta.

13 De hora tertia † ex antiquis eſt S. Teleſphorus Papa in c.noctе.de conſecr. diſtin.1.& apud Burchardum lib.3.cap.63.Et quamuis Antonius Cõtius, & quidam recentiores verba illius canonis,in fi.putauerint ad Gratianũ referenda eſſe,non ad B.Teleſphorum;tamen hi errarunt,nam verba omnia illius can.ſunt vere S.Theleſphori,non Gratiani, licet verba quæ ſunt in fi.non immediate cohæreant ſuperioribus,ſed quibuſdam interiectis ponantur,vt apparet in eius epiſt.decretali in 1.Tom.Conciliorum. Eiuſdem etiam ſententiæ videtur eſſe ipſe B.Auguſt.& venerabilis Beda , & S. Anſelm.& Glo.ordin.dum ſecundam expoſitionem afferentes ad illud Ioan. 19.Erat autem Paraſceue Paſchæ.hora quaſi ſexta.inquiunt, vt ſupra citauimus,quòd intelligitur ſexta hora non ab initio diei,ſed ab hora nona noctis,quæ hora ſexta cum tertia diei coincideret.Eiuſdem ſententiæ eſt etiã hymnus Ambroſianus,qui ad Tertiam canitur in Dominicis diebus in eccleſia Mediolanenſi.

Iam ſurgit hora tertia,

Qua Chriſtus aſcendit crucem. Quem hymnum citat venerabilis Beda in lib.de arte metrica,cap.de Metro Iambico Tetrametro. Et poſtremo eamdem ſententiam videntur ſequi S. Cyrillus Hieroſolym. catecheſi.13.& Victor Antiochenus in cap.15 Marci,& Theophyl.ibid.& in c.19.Ioan.& non nulli alij,qui referentes S. Teleſphori decretum, cum eius opinione de Chriſti Domini crucifixionis hora pertranſeunt.vt B.Damaſus Papa,qui in Pontificali cap.9.de dicto S.Teleſphoro loquẽs,ait. Hic
14 fecit,vt in Natali Domini noſtri Ieſu Chriſti † noctu Miſſę celebrarentur,

Digitized by Google

cum omni alio tempore ante horæ tertiæ curſum nullus præſumeret Miſſas celebrare, quia ea hora Dominus noſter aſcendit in crucē. Et Vualafr. Strabus in lib. de reb. eccleſ. cap. 23. & Radulphus Tungren. in lib. de Canon. obſer. propoſ. vlt. circa prin. vbi ſimiliter referentes eamdem conſtitutionem S. Teleſphori, idem aiunt.

15 De hora vero ſexta † ex antiquis ſunt S. Clemens Pap. lib. 5. conſt. apoſto. cap. 16. & lib. 8. cap. 40. S. Ignatius in epiſt. 2. quæ eſt ad Trallianos. S. Cyprianus, & S. Iſidorus, & alij in locis ſupra citatis cap. 12. Ex recentioribus vero Glo. fi. in c. 1. de celebr. Miſſ. Officium paruum S. Crucis, & alij alibi. Quare non eſt facile credendum, illos tex. in Euangelijs Mar. & Ioan. vllo vnquam tempore aliter ſe habuiſſe, quàm nunc ſe oſtendant, cum tot Docto. ex illis ſuas diuerſas opiniones deduxerint.

Verum nos de rei difficultate trahimur, longius, quàm fortaſſe opus fuerat, progreſſi ſumus. Quamobrem infirmam nauem noſtram ſubducentes, in hoc tamquā in tutiſſimo portu conſiſtamus. Sacras litteras Spiritu Dei dictatas neque paruum quid continere contradictionis, aut minima vlla reprehenſione dignum; neque vnum iota, aut vnum apicem vacare in illis

16 a myſterio. Quòd ſi qua appareat difficultas † quam enodare vix bene poſſimus, fatenda eſt potius imbecillitas, & inſcitia noſtra, quàm contra Spiritu ſancto inſpiratos ſanctos Dei homines quidquam muſſitandum exiſtimemus. vt egregiè not. S. Aug. in epiſt. 19. ad S. Hierony. in prin. quæ habetur etiam inter epiſtolas S. Hieronymi, epiſt. 97. & apud Gratianum in cap. ego ſolis, diſt. 9. & apud Iuo. in 4. par. ca. 74. In hac vero propoſita dubitatione de hora crucifixionis Ieſu Chriſti tot ſunt iam allatæ ſolutiones tum ab alijs tum à nobis, vt animus iā cuiuſq. (ni fallor) poſſit quieſcere. Quòd ſi quiſpiam tam delicatus ſit, vt nulla prorſus ei ſatisfaciat, ſaltem ſumat ex ijs, quæ ſupra nos diximus, occaſionem ipſe aliquid melius inueſtigandi.

DE HORIS CANONICIS DEBITO ET COMpetenti tempore in Eccleſia perſoluendis. Cap. XXIV.

1 *Horis debitis, & competentibus in Eccleſia pſallendum eſt, vt iura dicunt. Vt verba orationum indicant, num. 2. Vt repræſentatio paſſionis Chriſti poſtulat, num. 3. Vt communis ſententia Doctorum aſſerit, num. 4.*

5 *Hora competens dicitur, quando hora officij reſpondet horæ diei. Item qua creditur, populum melius ad diuina acceſſurum, num. 8.*

6 *Horæ poſſunt anticipari & poſtponi propter iuſtum impedimentum.*

7 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*

9 *Populus eſt potius inſtruendus, quàm ſequendus, quando exorbitat.*

10 *Hora competens non accipitur punctualiter, ſed craſſo quodam modo cū quadam latitudine morali.*

11 *Medium virtus non conſiſtit in indiuiſibili.*

12 *Horam iuſtam & competentem impoſſibile eſt quandoque obſeruari, propter Rubricas.*

13 Cor-

Digitized by Google

13 *Correctio legum reſtringenda eſt, non amplianda.*
14 *Conſuetudo laudabilis, & mos patriæ ſeruandus eſt.*
15 *Canonici olim in clauſtris iuxta Eccleſiam in communi degebant.*
16 *Presbyteri nullatenus vbique hoſpitari ſinantur, ſed aſſidue omnes apud Eccleſias ſuas eſſe ſtudeant.*
17 *Clerici nihil aliud, quàm Dominum Ieſum Chriſtum habere debent. Et in nullo ab adminiſtratione diuina auocari, num. 18.*
19 *Feriarum nomine vnde appellati ſint dies apud Chriſtianos.*
20. *Cathedrales, & Metropolitanæ Eccleſiæ ſunt magiſtræ, quas reliquæ omnes Eccleſiæ ſequi debent.*
21 *Pſallẽdi & orandi vnus & idem debet eſſe ordo & modus tam in diuinis officijs, quàm in Miſſarum ſollemnitatibus.*
22 *Dignius trahit ad ſe minus dignum.*
23 *Temporum noſtrorum defectus, quibus non ſolum merita, ſed etiam corpora ipſa hominum defecerunt, non patitur diſtrictionis antiquæ manere cenſuram.*
24 *Matutinum mane per aliquam horam ante ortum Solis; Veſperæ poſt viceſimam primam horam recitari deberent.*

Vlliũ eſt hactenus (vt ad rem noſtram primitus inſtitutam regrediamur) qua potiſſimum diei hora vnaquæq; hora canonica publice in ec-
1 cleſia exſoluenda ſit. Qua in re mirum videri poteſt, quod cum & iura† clament, debitis & competentibus horis in eccleſijs pſallendum eſſe. vt patet in c. 1. & c. dolentes. de celeb. Miſſ. clẽ. 1. eod. tit. c. presbyter. 91. diſt. & c. 2.
2 de off. cuſto. Et ratio etiam id quammaxime poſtulet, tum propter plurima ſacrorum hymnorum, & orationum verba, quæ cum temporis, in quo decantari debent, mentionem faciant, alijs temporibus pronunciata abſurditatem quamdam generant, vt not. B. Tho. in quolib. 3. artic. 29. tum etiam
3 propter memoriam paſſionis Ieſu Chriſti † aut aliorum beneficiorum nobis à Deo præſtitorum, quæ illis præcipue horis repræſentantur, quæ ab
4 Eccleſia electæ ſunt. Et omnium demum Doct. turba idem vnanimi conſenſu aſſeueret, vt videre eſt per Hoſtien. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Panor. & alios Canoniſtas in d. c. 1. de celeb. Miſſ. per Ioan. ab Imo. Card. Zabar. Boniſ. de Vital. in clẽ. 1. eod. tit. per Præpoſ. Alex. in dic. presbyter. 91. diſtinct. & ibidem per Ioan. de Tur. crem. quæſt. 2. per Henri. de Gandauo in quolib. 11. quæſt. pen. per Ioan. Maior. in 4. ſent. diſt. 12. quæſt. 6. per Theologos reliquos in eod. 4. diſt. 15. & præſertim ibi Petr. de Palu. quæſt. 5. art. 2. concl. 3. per Aluarum de planctu eccl. lib. 2. cap. 27. §. 17. Coſmam Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallic. tit. quo modo diuinum officium. §. ſtatuit. ver. debitis. & ver. omnibus. Sotum de iuſt. & iu. lib. 10. quæſt. 5. art. 4. concl. 2. Nauarrum in Manua. Conteſſ. cap. 27. num. 97. & in Manua. de Orat. cap. 3. num. 22. & ſeqq. Aſtenſem in ſumma, lib. 6. tit. 1. art. 6. quæſt. 4. Angelum, & reliquos Summiſtas, in verb. Hora canonica. Qui Doct. etiã declarant, quod
5 hora competens dicitur, quando hora officij reſpondet † horæ diei. Nulla tamen fere aut ſaltem rariſſima ſit eccleſia cathedralis, aut collegiata, aut quæuis alia clericorum ſæcularium, quæ tempus congruum in horis canonicis concinendis obſeruet. Matutinum in primis non niſi poſt ortum So-

Digitized by Google

lis incipiunt, Primam deinde, Tertiam, Sextam, & Nonam abſque vlla temporis intercapedine longe ante meridiem complent; ita ut Tertia dumtaxat ſua hora recitari videatur. Veſperas demum & Completorium ſimul canentes ita tempus preueniunt, vt in hora diei nona, vel ſaltem decima totum ferme diuinum officium ordinarie completum ſit. Fateor equidem, ſi
6 ſuperueniret iuſtum aliquod impedimentum, poſſe horas & anticipari, & poſtponi, vt propter ſynodum, propter proceſſionem, propter magnam ſollemnitatem, propter timorem hoſtium; quæ exempla Doct. ponunt. Verum quod conceditur in caſu, non debet intelligi conceſſum ſemper & vbique.
7 l. quod vero. ff. de legi. Immo exceptio † firmat regulam in caſibus non exceptis. vt not. Abb. in c. 2. de coniug. leproſ.

Non nego etiam dictum celebre Innoc. in d. c. 1. de celebr. Miſſ. quod paſ-
8 ſim referunt & ſequuntur Doct. vbi ita ait. Horas competentes † credimus illas, quibus melius creditur, populum acceſſurum ad officium audiendum. Verum puto hoc dictum ſano modo intelligi debere, & cum grano ſalis, intra ſcilicet latitudinem iuſtæ horæ; nam alioquin ſi multum exorbitaret
9 populus a debita hora, eſſet potius † inſtruendus, quam ſequendus, c. docēdus. diſt. 62. vt in hoc propoſito eſt tex. in c. de his, & ibi not. Archid. & Io. de Turre crem. diſt. 12.

10 Concedo præterea, quod iuſta hora accipienda eſt † non punctualiter, ſed craſſo modo (vt inquiunt;) Verſamur enim in materia non mathematica, ſed
11 morali, in qua medium virtutis nō conſiſtit † in indiuiſibili, vt inquit Ariſt. 2. Ethic. cap. 6. Verum nimia craſſities eſt, poſt ortum Solis noctem ſtatuere, & canere.

Nox atra rerum contegit
Terræ colores omnium,

Et reliquum ſimiliter officium non per tertiam, aut dimidiam partē horæ, ſed plus quàm per horas integras notabiliter variare.

Placet inſuper, vt Superiorum præcepta cuſtodiantur, & obſeruentur Ru-
12 bricæ in his ſtatutæ; in quibus tamen aliquid præcipitur, † quòd debitæ & iuſtæ horarum canonicarum recitationi repugnare videtur. Verbi gratia ſtatutum ibi eſt, vt in diebus ieiuniorum Miſſa Conuentualis poſt Nonam in choro dictam celebretur; & rurſus ſtatutum eſt, vt poſt meridiem Miſſæ non dicantur, vt infra de his omnibus latius nos dicturi ſumus cap. 29. & 41. Ex quibus neceſſario ſequitur, impoſſibile eſſe, vt in diebus ieiuniorum Nona hora canonica in nona diei hora ſuo debito tempore exſoluatur. Verum ſi in vno iuſtiſſimis de cauſſis correctum eſt ius antiquum a iure nouo, non debet cenſeri in omnibus correctum. l. præcipimus. in fi. C. de appel.
13 nam materia correctoria reſtringenda eſt † potius, quàm amplianda. not. Doct. communiter. in auct. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccl.
14 Poſtremo aſſentior, quòd in hoc mos patrię ſeruādus eſt, † & laudabilis cō-ſuetudo loci, vt inquit Hoſtien. in d. c. i. de celebr. Miſſ. & in ſumma, tit. de conſ. eccl. vel alt. diſt. 5. §. qualiter ſint celebranda diuina officia, & S. Ant. in 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 4. & Sylue. ver. Hora canonica. §. 9. & Nauar. in Manua. de Orat. c. 3. num. 39. & alij alibi. Verum in hoc ſtat difficultas, vtrum huiuſmodi conſuetudines laudabiles ſint, nec ne; & vtrum ſequendæ ſint potius vel corrigendæ tamquam eccleſijs, & cultui diuino oneroſæ, iuxta not. in c. 1. de conſuet. & in propoſito noſtro per Coſmam Guimer. ſuper

decre

decreto eccleſię Gallicanæ, tit. quo tēpore quiſque debeat eſſe in choro. §.
tollens. ver. vſurpat. & tit. de pignorantibus cultum diuinum, vel. cultui.
Non hæc ſcribimus, vt Reuerendos preſentis ſęculi Patres confundamus,
Canonicos, & Beneficiarios, reliquoſq; eccleſiarū miniſtros: ſed tm̄ vt vi-
ces noſtrorū temporum doleamus, in quib. in eū ſtatū res eccleſiaſticę de-
uenerunt, vt ēt ſi correctioni manum admouere ſtudeas, vix tū meliorem
15 exitum ſortiri poſſe videantur. Olim Canonici † in clauſtris iuxta eccleſiā
in cōi degebant, vt eſt tex. in c. iii omnibus. de conſ. diſt. 5. de quo per Iuō.
in 6. par. c. 402. Et in concilio Melden. cauetur, vt eſt apud eundem Iuo. in
16 d. 6. par. c. 184. vt presbyteri † nullatenus vbique hoſpitari ſinantur, aut
aliquo modo ipſi præſumant, ſed aſſidue omnes apud eccleſias ſuas eſſe
ſtudeant propter ſacra myſteria fidelibus exhibenda; nec etiam alibi habi-
tare permittantur. Et B. Eugenius Papa Primus ſtatuit, vt clerici, & ſacer-
dotes prope eccleſias domicilia conſtituerent, vt eſt text. in c. neceſſaria.
12. q. 1. & habetur p Supplem. chronican eius vita, & per Galeſin. in Mar
tyrol. ſub die 3. Iunij. Nicolaus ēt Secundus, & Alexander II. in ſuis conci
lijs Romanis ſtatuerunt, vt patet in c. præter hoc. §. præcipientes, diſt. 32.
vt Sacerdotes, Diaconi, & Subdiaconi iuxta eccleſias quibus ordinati ſunt
(ſicut oportet religioſos clericos) ſimul manducent & dormiunt, & quid-
quid eis ab eccleſijs competit, cōiter habeant. Et rogantes (inquiunt) mo-
nemus, vt ad Apoſtolicam, communem. ſ. vitam, ſummopere peruenire ſtu-
deant: quatenus perfectionem cum his conſecuti quicenteſimo fructu di-
tantur, in cęleſti patria mereantur adſcribi. Olim itidem Clerici † qui Chri
17 ſti † ſeruiebant eccleſiæ nihil aliud extra ipſum Dnm Ieſum Chriſtum ha-
bebant, & nihil curabant, niſi Deum, ne alterius impedirentur neceſſita-
tis munere: quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atq;
clericali officio decerpitur, vt inquiunt S. Ambroſius, & S. Hieronymus in
c. cui portio. & can. præced. 12. q. 1. Et B. Cyprianus in c. hi qui. 21. q. 3. ait.
Hi qui in eccleſia Domini ad ordinationem clericorum promouentur, in
18 nullo ab adminiſtratione † diuina auocētur; nec moleſtijs, & ſecularib. ne
gotijs alligentur; nec ab altarib. & ſacrificijs recedant; ſed die, noctuq; cę-
leſtib. reb. & ſpiritalib. ſeruiant. Et S. Silueſter Papa (vt hr̄ in eius vita per
Metaphr. ſcripta apud Lipom. in libris de vitis Sanctorum, to. 5. & apud Su
rium, to. 6.) cum inueniſſet clericos mundanis ac ſæcularib. vacantes admi
niſtrationib. intentoſq; mercaturis, emptionibuſq;, & venditionib. primus
legem tulit, vt qui ſacrati erant, ab ijs abſtinerent, vacarent aūt precibus.
Eis dictitans id, quod dictū fuerat a Vaſe electionis, Nemo militans impli-
catur negotijs, quę ad victū pertinent, vt Duci placeat exercitus. Et quod
dixit Dauid, Vacate, & cognoſcite. Et ppea ēt voluit, vt Sabbathi, & Dñi-
19 ci diei nomine retēto, reliqui hebdomadę dies Feriarū † nomine diſtincti
appellarentur; quo ſignificaretur, quotidie clericos abiecta ceterarū rerū
cura vni Deo prorſus vacare debere, vt hr̄ in lectionib. Breuiarij Romani
in feſto ipſius, & per Bedam in lib. de tempor. c. 4. & in lib. de ratio. comp.
c. 5. & in lib. de ratio. temp. c. 6. & per Vualfr. Strab. lib. de reb. eccleſ. c. 20.
Nunc vero cum Canonici ſeparatim viuant, & ita aliquis ex eis lōge abſit
ab eccleſia cui inſeruit, vt iter illi trium fere milliū paſſuum in eundo ſolū
arripiendū ſit; cumq; tā varijs negotijs & occupationib. Canonici, & Cle-
rici oēs (ſalua ſemper quorumdā laude digniſſimorū virtute) diſtracti ſint,

Digitized by Google

vt nihil aliud quærere videantur, q̃ propinquos ditare, ſuos ad beneficia promouere, ſeipſos dignitatib. augere; qui fieri poteſt, vt tarde ad eccleſiã non conueniant, vt illis diuinũ officium nõ ſit faſtidio, vt eccleſiarum cultus non ſit abiectus? vt colligitur ex tex. in c. Eleutherius. 91. diſt. Bene de illis loquitur S. Gregorius Papa, homil. 17. ſuper euãgelia in illud Luc. 10. Deſignauit Dñs & alios ſeptuaginta duos. prope finẽ inter cetera ita inquiens. Nulla animarum lucra quærimus, ad noſtra quotidie ſtudia vacamus: terrena concupiſcimus, humanã gloriam intenta mente captamus. Et quia eo ipſo, quo ceteris prælati ſumus, ad agenda quęlibet maiorem licentiam habemus, ſuſceptæ benedictionis miniſterium vertimus ad ambitionis argumentum. Dei cauſam relinquimus, ad terrena negotia vacamus. Locum ſanctitatis accipimus, & terrenis actib. implicamur. Hęc B. Gregorius. Pro pudor. Audent quidam ex ipſis reſpondere, ſufficere monachos, & regulares, qui tempora in pſallendo obſeruent. Immo oportebat, monachos, & regulares tps & modũ pſallendi a cathedralibus & metropolitanis ec-
20 cleſijs ediſcere: illæ enim ſunt † magiſtræ, quas reliquæ omnes eccleſię ſequi deberent. cap. altaria. §. ad celebrandã. de conſecr. diſtinct. 1. cap. inſtitutio. de conſecr. diſtinct. 2. cap. pen. & fi. diſtin. 12. & in concil. Epaunen.
21 c. 27. Vnus enim & idem debet eſſe ordo † & modus orandi & pſallendi apud omnes tam in diuinis officijs, quàm in Miſſarum ſollemnitatibus celebrandis: vt habetur in concil. Tolet. 4. c. 2. in Venetico, c. 15. in Bracaren.
22 1. c. 18. & ſeqq. Et eccleſiæ magis dignæ † trahere ad ſe deberent minus dignas, non e contrario. argumento. c. quod in dubijs. de conſ. eccleſ. vel alt. etiam in officijs diuinis dicendis. vt not. Coſmas Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallic. tit. qualiter horæ ſint dicendæ. ver. tenẽatur. circa med. & Anton. Demochares in lib. de Miſſa, Tomo 4. c. 16.

Verum digito cõpeſcamus labellum, ne ex vno in aliud protractus ſermo eo nos inaduertentes deducat, vñ exitũ inuenire vix bene poſſimus. Multa (fateor) ignoſcenda ſunt humanę fragilitati, multa etiã tẽporum miſeriæ
23 condonanda: defectus. n. noſtrorũ temporum † (ſic olim dicebat Pelagius Papa in c. fraternitatis. diſt. 34. ſed hodie maxime dicendũ eſt) quib: non ſolũ merita, ſed corpora ipſa hoīum defecerũt, diſtrictionis illius nõ patitur manere cẽſurã. Et Smaragdus abbas in Regulã S. Benedicti, c. 20. cũ videret antiquũ orandi morẽ in deſuetudinẽ abijſſe, ſubiungit quiddã in fi. ſatis notandum in hęc verba. Modo vero iam apud nos aliter atq; aliter hr. Quanto. n. ſerotini a primitiuis, tanto longius vitę merito ab antiquis diſtamus Patrib. Illi. n. erant ſpiritu feruentes, Dño ſeruientes, nos aũt tepidi, & nauſeã facientes: ſumus tñ in miſericordia Dñi ſperantes. Hæc Smaragdus. Satis itaq; facturos Canõnicos, & reliquos eccleſiæ miniſtros putandum eſt, ſi ſuas conſuetudines ſecuti, diem in duas partes diſtribuãt, & mane quidẽ a Matutino vſque ad Nonã totum officium perſoluant, poſt prandiũ vero Veſperas & Completoriũ ſimul canant. Illud tñ conſilij ſaltem (ſi placeat) dare non prætermittã, eos rectiſſime facturos, ſi mane ci-
24 tius inuigilantes, per aliquã horam ante ortum ſolis Matutinũ † incipiãt: ſero vero non niſi poſt viceſimam primã diei horã (vt more noſtro Italorũ loquar) Veſperarum celebrationem aſſumant: niſi tñ concio, aut lectio, aut legitimum impedimentum aliquid aliud ſuadeat: Sic etenim cum parui laboris adiectione, aliqua ex parte muneri ſuo reſpondere videbuntur.

DE

DE PRIVATA HORARVM CANONICARVM recitatione. Cap. XXV.

1 *Horas canonicas priuatim recitans, a peccato mortali immunis eſt, ſi intra ſpatium vnius diei naturalis totum officium abſoluat, etiam quòd horas debitas, vel anticipando, vel tardando, non obſeruet. & num. 13.*

2 *Dies naturalis in recitandis horis canonicis computatur a media in mediā noctem. Hoc tamen addito, quòd pro Matutino incipit dies a Veſperis præcedentis diei. num. 3.*

4 *Matutinum priuatim recitari poteſt poſt Veſperas præcedentis diei, id eſt poſt finitam publicam celebrationem Veſperarum & Completorij ſimul in eccleſijs. vel poſt nonam diei horam dictis Veſperis & Completorio. nu. 6.*

5 *Completorium immediate poſt Veſperas decantatur in eccleſijs clericorum ſæcularium.*

7 *Horas canonicas priuatim recitans non euadit peccatum veniale, ſi ſinè cauſſa horas debitas non obſeruet: quæ concluſio communis eſt, Et probatur auctoritate S. Pachomij. nu. 8: S. Benedicti. nu. 9. S. Baſilij. nu. 10. Item probatur ratione. nu. 11. Et exemplo. nu. 16.*

12 *Horæ canonicæ ex eo ſic appellantur, quòd certis quibuſdam diei, horis ſecundum canones perſoluuntur.*

14 *Negligentia circa ſubſtantialia actus debiti eſt mortalis; circa accidentalia, venialis.*

15 *Horarum canonicarum in priuata recitatione prolatio & attentio eſt de ſubſtantialibus, temporis vero debiti obſeruatio eſt de accidentalibus.*

DIximus iam de publica horarum canonicarum recitatione, reliquum eſt, vt paucis nunc verbis de priuata ſubiungamus.

Et primum quidem illud ſtatuendum eſt; qui priuatim recitat horas cano-
1 nicas † a peccato mortali immunem eſſe, ſi intra ſpatium vnius diei naturalis totum officium abſoluat, etiam quòd horas debitas vel anticipando vel tardando non obſeruet. Quæ concluſio præterquam quòd eſt communis omnium Doct. probari videtur a contrario ſenſu in clem. 1. de celebr. Miſſ. ibi enim præcipitur, quòd in eccleſijs cathedralibus, regularibus, & collegiatis, horis debitis deuote pſallatur; in alijs vero cõuenienter & debite celebretur diuinum diurnum, & nocturnum officium. Et præterea quæcumque iura ſtatuunt, competenti tempore eſſe pſallendum, non niſi de eccleſijs loquuntur. vt patet in c. 1. & c. dolentes. de celebr. Miſſ. & diſt. 91. fere per totam. Vnde colligitur, non fuiſſe præceptum clericis, vt in domibus ſuis competentes horas obſeruent.

In hac autem concluſione declaranda determinandum eſt tẽpus, quo dies quantum ad hoc propoſitum vel incipere, vel terminari cenſeatur.

Et dicendum eſt cum Archiep. Florent. in 2. par. tit. 9. cap. 12. §. fin. in fin. & in 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 4. Silueſt. ver. Hora canonica. §. 9. verſic. 6. & alijs
2 Doct. quòd dies † quantum ad hoc computatur a media nocte in mediam
3 noctem; hoc tamen addito, quòd quantum ad Matutinum † incipit dies

Digitized by Google

a Veſperis præcedentis diei.vt egregie not.B.Thom.in quolib.5.artic.vlt.
ad primum, Raynerius in ſumma. titu.de Lege. cap.85. quæſt.3.Ioan.de
Turrecrem.in cap.presbyter.quæſt.3. ad ſecundum 91.diſt. Tabien. verſ.
Hora canonica.§.26.Caiet.verſ.eod.art.4. Armil.vèr.eod.§.17. Nauarr. in
Manuali Confeſſ.cap.25.num.97. & in Manua.de Orat.cap.3. num.58. &
ſeqq.& nu.78.& cap.10.nu.50.Couarr.lib.4.Varia.reſol.cap.19.ſub nu.9.
& alij Doct.paſſim.

Verum hic inſurgit aliqua difficultas, in qua vidi alios quandoque nimiũ
laxe,alios quandoque nimium ſcrupuloſe agentes; quodnam ſcilicet tem-
pus accipere debeamus in Veſperis præcedentis diei, vt in eo quis Matu-
tinum inchoando ſatisfacere intelligatur.Et quidem inhærendo verbis B.
Thomæ,qui ait, quód ſi quis poſt dictas Veſperas & Completorium,dicat
Matutinas, iam hoc pertinet ad diem ſequentem, exiſtimo(ſalua tamen
4 ſemper meliori ſententia).quód tunc incipiat tempus pro Matutino † cum
primum in eccleſijs communiter finita fuerit celebratio Veſperarum &
Completorij ſimul. Dixi, in eccleſijs, quia non ſufficit, quod quis dixerit
Veſperas & Completorium priuatim in cubiculo ſuo,hoc enim ſtatim poſt
meridiem,vel etiã antea potuiſſet explere:tamen nemo dixerit,poſſe tunc
Matutinum pro die ſequenti recitari: requiritur ergo, quòd in eccleſijs,
in quibus ſolent tempora aliquatenus in horis canonicis obſeruari, dictæ
ſint Veſperæ & Completorium, Dixi communiter,quia non debet atten-
di ſi vna vel altera eccleſia tempus longe præueniat, vel differat pro Ve-
ſperis celebrandi,ſed quod communiter fit ab omnibus.Dixi vltimo,cele-
bratio Veſperarum & Completorij ſimul,quia non eſt neceſſe exſpectare
finem Completorij,quod ſeparatim canitur in eccleſijs plurimis Religio-
ſorum,tunc enim fere eſt nox,& nulla poſſet eſſe dubitatio,quòd tempus
inciperet Nocturnorum;ſed ſufficit,finitum eſſe Completorium,quod im
5 mediate poſt Veſperas † in eccleſijs clericorum ſæcularium decantatur.vt
not.Nauarr.in Manua.de Orat.c.3.nu.33.Et hoc colligitur ex ſupradictis
verbis S.Tho. nam ſi intellexiſſet de Completorio, quod ſeparatim cãni-
tur a Veſperis,non fuiſſet opus,de Veſperis mentionem facere.

Quod ſi quis a me poſtulet, vt generaliter tempus determinem ad Matu-
tinum recitandum pro ijs etiam locis, in quibus quotidie horæ canonicæ
in eccleſijs non celebrantur;rñdebo, ſi poſt nonam diei horam dicat quis
Veſperas & Completorium,poſſe tunc immediate etiam pro Matutino ſa-
6 tisfacere: † nam illa hora veſpertina eſt & congrue in ea Veſperæ recitari
pñt;quibus cum Completorio dictis tempus pro Matutino ſequentis diei
currere incipit ex ſententia S.Thomæ,& Ioan.de Tur.crem.in ſupracita-
tis locis,& ex ijs,quæ adduximus ſupra c.19.nu.23.& ſeqq.dum probaui-
mus, noctem ſequentis diei incipere intelligi per quamdam iuris fictionẽ
& computationem canonicam ſtatim ab ipſis Veſperis finita nona.

Altera nobis ſtatuenda eſt nunc in hac materia concluſio,eum nempe,quì
in priuato diuinum officium perſoluit,licet peccatum mortale non incur-
7 rat,non euadere tamen peccatum † veniale,ſi debitas horas ſine cauſſa ra
tionabili omittat. Quæ concluſio ſimiliter communis eſt, quam tenent
Henri.de Gandauo in quolib.11.art.pen.Petrus de Palu.in 4.ſent.diſt.15.
q.5.art.2.concl.3.Ioan.de Tur.crem.in c.presbyter.quæſt.2.diſt.91. Do-
minicus de Soto lib.10.de iuſt.& iu.quæſt.5.artic.4.concluſ.2.Angel.ver.

Hora

Digitized by Google

Hora canonica.§.20.Siluеſ.ver.eod.§.9.ver.2 Tabie.ver.eod.§.26.Nauar. in Manua.Confeſſ.cap.25.nu.97.& in Manua. de Orat.cap.3.num.45. & ſeqq.& cap.21.num.29.

Et probatur auctoritate,ratione,& exemplo.

8 Auctoritate quidem,nam B Pachomius † in ſua Regula,c.81.conſtituit,vt ad pſallendum, & ad orandum nullus ſibi occaſiones inueniat, quibus ſe dicat occupatum,quaſi ire non poſſit:& ſi in naui fuerit,& in agro, vel in itinere,& in monaſterio quolibet opere & miniſterio detentus,orandi,& pſallendi tempora non prætermittat.

9 Et S.Benedictus † in ſua ſimiliter Regula,c.50.ſtatuit,vt monachi etiã in priuato horas conſtitutas in officij diuini perſolutione obſeruẽt. ſic enim ibi ait.Fratres qui omnino longe ſunt in labore, & non poſſunt occurrere hora competenti ad Oratorium, & Abbas hoc perpendit,quia ita eſt,agãt ibidem opus Dei vbi operantur,cum tremore diuino flectentes genua.Similiter qui in itinere directi ſunt,non eos prætereant horæ conſtitutę,ſed vt poſſunt agant ſibi,& ſeruitutis penſum non negligant reddere.

10 Et demum B.Baſilius † in Regulis fuſius diſputatis,interrog.37.agens de horis canonicis.Quòd ſi fors(ait)aliquos vel propter operum, vel propter locorum naturam eo tempore abeſſe longius contigerit,quàm vt vna cum reliquis præſto eſſe poſſint: ij vbicumque fuerint, ea neceſſario ibi exſequi debent, quæ communiter ſtatuta ſunt, nihil hæſitantes omnino; quia vbi ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo (inquit Dominus) ibi in medio eorum ſum.

11 Ratione vero † probatur eadem concluſio,quia licet presbyter, aut alius clericus priuatim orans non teneatur ex aliquo præcepto con petentes horas obſeruare,tenetur tamen ex congruitate diuini officij. Nam cum offi-

12 cium hoc diuinum ex eo horæ canonicę † appellatum ſit,quia certis quibuſdam diei horis ſecundum canones eſt perſoluendum, vt not.Nauar.in Manua.de Orat.cap.3.nu.26.poſt Coſinam Guimer.ſuper decreto eccleſię Gall.tit.quo modo diuinum officium.§.ſtatuit.verſ.horas. & ver.canonicas & poſt Auguſt.de Ancona.in ſumma,de eccleſiaſtica poteſtate,q.69.artic.5.Et cum illæ horę ad laudes Deo referendas ſint præcipue ſelectæ,in quibus noſtræ ſalutis myſteria peracta ſunt. Et cum deinde etiam verba ipſius officij ſæpiſſime temporis, quo recitanda ſunt mentionem faciant: Quo modo non alicuius negligentiæ reus erit, qui huiuſmodi tempora ſine cauſſa prætermittit? Scriptum eſt enim Hierem. 48. Maledictus qui facit opus Domini negligenter.

13 Non tñ qui ſic negligens eſt, † illud maledictum incurrit, quod eſt proprie & ſimpliciter maledictũ,quale eſt peccatũ mortale,nã cum huiuſmo-

14 di negligentia † non verſetur circa id quod eſt primariũ & ſubſtantiale in

15 officio cuiuſmodi eſt prolatio,& attentio;† ſed verſetur circa quiddã accidentarium & minus principale,non poteſt niſi parere maledictum quoddam impropriũ & ſecũdum quid,quale eſt peccatum veniale.vt ex ijs colligitur,quæ de negligentia ſcribit Alex.de Ales in 2.par.q.131.membr.6.

16 Exemplo demum † probatur hęc concluſio manifeſte.Et ego quidem pręter illud quod narrat Io.And. in c.1. de celebr. Miſſ. quod etiam ibi referunt Ant.de Butr.Card.Zabar.Petr.de Anchar.& Panor.& Summiſtæ fere oẽs in ver.Hora canonica; de Sancto ſcilicet illo Eremita, cui Angelus

apportabat vuus quandoque acerbas, quandoque marcidas,& quandoque bene maturas ad comedendum, ſignificans per acerbas, tempus in horis recitandis fuiſſe præuentum, per marcidas fuiſſe poſtpoſitum, per maturas vero fuiſſe recte ſeruitum. afferam aliud exemplum longe clarius & vtilius quod narrat B. Petrus Damiani in epiſt. de quibuſdam miraculis ad Deſiderium Abb. qui poſtea fuit ſummus Pont. Victor Tertius appellatus: quæ epiſtola impreſſa eſt in 8. Tom. Lipomani, de vitis Sanctorum, pag. 375. Cuius ſatis eleganti ſtylo compoſita ſit, non grauabor hic totam tranſcribere, vt habeamus, vnde in horis canonicis recitandis ſemper nobiſmet ipſis pauorem incutere poſſimus. Beatus igitur Petrus ſic habet.

Clericus quidam Colonienſis eccleſiæ vadum fluminis trãſibat. Et ecce B. Seuerinus eiuſdem eccleſiæ nuper epiſcopus, equi eius habenas apprehendit, cumque retinẽs ſiſtit. Cumque ille in ſt po em verſus,& grauiter admiratus, cur illic tã clarus celebris famæ vir moraretur, inquireret. Da mihi (ait) manum tuam,& quę circa me ſunt, non auditu diſce, ſed tactu. Cũque datam manum fluctibus Epiſcopus impreſſiſſet, tantus eam ardor abſorbuit, vt vndique carnes eius reſolutæ diffluerent,& oſſa nuda vix hęrẽtibus articulis remanerent. Ad quem clericus, Cum nomen (inquit) tuum in tanta benedictione ſit apud nos,& fama tua cõlonis totius eccleſię pręconijs celebretur, cur te peſtilens hæc vorago conſtringit, tãtoque (pro dolor) incendio cruciaris? Ad quem S. Epiſcopus, Nihil (ait) aliud in me remãſit vltione plectendum, præter hoc tantum, quia dum in aula regia conſtitutus imperialibus me conſilijs vehementer implicui, canonicæ ſynaxis officia per diſtincta horarum ſpatia non perſolui. Mane quippe ſimul omnia coaceruans, tota die negotijs ingruentibus ſecura libertate vacabam. Ob hinc ita negligentiam horarum, ardoris huius fero ſupplicium. Tu vero omnipotentis Dei clementiam implora, vt manum tuam in ſalutis priſtinę reſtituat ſtatum. Quod cum factum fuiſſet, Vade (inquit) fili obſecra fratres noſtros eccleſiæ clericos,& alios ſpiritales viros, vt pro me preces fundãt, indigentibus ſubſidia conferant, ſacrificiorum uotis inſiſtant. His enim peractis, ego mox de vinculo pœnæ huius indubitanter expediar,& exſpectantib. me beatorum ciuium choris lætus adiungar. Quod certe magnam nobis debet inferre formidinem, quia cum ſanctum virum vni culpę dumtaxat obnoxium, tam intolerabilis Purgatorij pœna conſtrinxerit, væ væ quæ mihi, meique ſimilibus eſt inferenda ſententia, quos tot reatuum prolixitas grauat? Diſtinguenda ſunt ergo per momenta temporum eccleſiaſticæ inſtitutionis officia,& ſub magna diuini timoris, ac reuerentiæ dicenda ſunt diſciplina, ne dum pſallimus, fructum ſpiritus cum carnis deſidia miſceamus. Hactenus B. Petrus Damiani.

DE PRIVATA HORARVM CANONICarum recitatione. Cap. XXVI.

1 *Horas canonicas priuatim recitans excuſatur a culpa mortali & ueniali, ſi ex aliqua iuſta cauſſa debitum tempus non obſeruet. Iuſta autem cauſſa intelligitur quæuis honeſta occupatio ſiue concionis, ſiue lectionis, ſiue ſtudiorum,*

diorum, ſiue etiam rerum temporalium licitarum, & neceſſariarum. nu. 4.

2 *Mendacium nullum eſt in recitatione diuini officij, etiam quòd tempus debitum non obſeruetur.*

3 *Officij diuini verba non referuntur ad tempus in quo priuatim dicuntur, ſed in quo ſtatutum eſt, vt dicerentur.*

5 *Clerici peregrini poſſunt mane dicere omnes horas vſque ad Veſperas incluſiue, & poſtea facere iter ſuum. Idem de clericis curialibus intelligi poteſt. num 6. Idem D. Papa, Cardinales, & Epiſcopi pro magna parte, & multi alij etiam inferiores ſeruant ſecundum Hoſt. & Doct. recitantes mane vſque ad Nonam incluſiue. nu. 7.*

8 *Tempus in recitatione diuini officij adiectum eſt non in ſolum fauorem recitantis, ſed etiam publicæ utilitatis.*

9 *Horæ canonicæ dicuntur deuotius & melius ſeparatim, quam coniunctim. & num. 18.*

10 *Debitor ſoluens ante tempus non poteſt ſe liberare, ſi tempus adiectum ſit nō in ſolum fauorem debitoris, ſed etiam creditoris.*

11 *Horis canonicis in recitandis melius eſt tempus præuenire, quam poſtponere; quia illud eſt prouidentiæ, hoc negligentiæ. Cuius rei ratio aſſignatur. nume. 12.*

13 *Diei prima pars eſt aptior ad deuotionem, ad orandum, & ad laborandum, quàm vltima.*

14 *Horas canonicas recitare omnes ſimul mane vſque ad Nonam incluſiue, interpoſita tamen Miſſa, non eſt malum: veſpere vero Veſperas ſimul & Completorium.*

15 *Horarum canonicarum in recitatione non eſt ita rigoroſe adſtringendus clericus ſæcularis, ut teneatur priuatim ſingulas horas canonicas diei horis perſoluere. Neque in plus eſt obligandus quàm clerici beneficiati qui publice in eccleſia recitant. nu. 16.*

17 *Matutinum qui recitat ſero ante cenam nulla reprehenſione videtur dignus. Dummodo id non agat propter laſciuiam, vt ſcilicet quietius ſomnolētiæ, & voluptatibus vacet. num. 22. Et melius eſt recitare Matutinum ante cenam, quàm poſt cenam. num. 25. Etiam ſi mane Miſſam ſit celebraturus. nu. 26. Quamuis in hoc non nulli contrarium teneant. nu. 27. Si tamen ita ſobrie quis cenitaret, vt nihil periculi timendum eſſet uel oculis, uel capiti, vel ſtomacho, melius eſſet recitare Matutinum poſt cenam, quàm ante cenam. nu. 30.*

19 *Nocturnus primus antiquitus in prima noctis vigilia dicebatur.*

20 *Matutinum repræſentat tempus, quo Chriſtus captus eſt in horto.*

21 *Chriſtus quando apprehenſus eſt in horto, primæ adhuc noctis partes erant, & erat tertia hora noctis.*

23 *Communicans in Feria quinta Cenæ Domini, ut liberius poſſit in die ſancto Paſchæ comiſſationibus & ludis indulgere, male agit.*

24 *Finis ſi malus ſit, ipſum quoque opus malum eſt.*

28 *Dies*

Digitized by Google

iacentem, quàm in throno paternæ altitudinis conſidentem.

Quęnam autē iuſta cauſſa in hac materia cenſeatur, non eſt difficile ex Do
4 cto. definire, nam quæuis honeſta occupatio ſiue lectionis, ſiue concionis, ſiue ſtudiorum, ſiue etiam rerum temporaliū licitarū & neceſſarium facit vt quis excuſetur in anticipando, vel poſtponendo horas. Vnde Hoſtien. in Sum. tit. de conſecr. eccl. vel alt. diſt. 2. §. qualiter, nu. 15. ait, quod clerici pe
5 regrini † poſſunt ſimul dicere omnes horas, ſcilicet Primā, Tertiā, Sextā, Nonam, & Veſperas, & poſtea facere iter ſuum; & quòd idē de Curialibus
6 intelligi † poteſt. Et in c. 1. de celebr. Miſſ. idem Hoſtien. & ceteri Canoniſtæ poſt eum, & Præpoſ. Alex. in cap. presbyter, 91. diſt. inquiunt, quòd
7 dominus Papa, Cardinales, & Epiſcopi † pro magna parte, & multi alij etiā inferiores hoc ſeruant, quòd mane ſimul dicunt omnes horas vſque ad Sextam, & quandoque vſque ad Nonam incluſiue; quia completis horis habēt multa alia expedire. Et Auguſt. de Anco. in ſumma de Eccleſiaſt. poteſtate, quæſt. 69. art. 5. ad tertium refert ex Innoc. quòd occupati in negotijs publicis, ſicut prælati, & vacantes ſtudio, excuſantur ne ſingulis horis teneantur ſingulas horas dicere. Sed mane (ait) poſſunt dicere horas quæ currūt vſque ad Veſperas: & deinde Veſperas cum Cōpletorio, & vlt. in ſero, vel in aliqua hora noctis Matutinum.

Quare quod ſuperiori cap. narratur de B. Seuerino Colonienſi epiſcopo, intelligendum eſt, quòd ipſe penitus fuerit, vel quia eius negotia vtpote fortaſſe ſæcularia, & ex aula regia, non ex eccleſiæ neceſſitatibus procedentia, ſibi non adeo neceſſaria erant; vel quia totum ſimul vnica vice diuinum officiū complebat, cū ſaltē in duas partes illud diuidere debuiſſet.

Et quāuis tempus in horis canonicis recitandis neque poſtponi, neque etiā
8 debeat anticipari, vt dictum eſt, cum non in ſolū fauorem recitantis † adiectum ſit, ſed etiam in fauorem publicæ vtilitatis, quæ conſiſtit in augmen
9 to diuini cultus, & in eo, quòd deuotius ſeparatim † dicuntur horæ, quàm coniunctim, vt not. Nauar. in Manua. de orat. cap. 3. nu. 22. & 45. quo caſu
10 non poteſt debitor ante tempus ſolutioni † præfixum ſoluendo ſe liberare, l. qui Romæ, in prin. & ibi Glo. & Bar. ff. de verbor. oblig. cum alijs citatis per eumdē Nauar. in locis proxime adductis per Coſmam Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallic. tit. quo modo diuinum off. §. ſtatuit. ver. debitis. Semper tamen minus malū eſt præuenire tempus † in horis canonicis
11 quàm † tardare; quia illud prouidentiæ, hoc negligentiæ cōmuniter adſcribi ſolet. Hugo. n. de S. Vict. in expoſit. ſuper regulam S. Auguſt. cap. 3. in prin. & S. Bernardus in lib. qui inſcribitur Modus bene viuendi, ad ſororē ſuam, ſerm. 49. qui eſt de oratione. inquiunt; quòd ante tempus orare, eſt prouidentia; in tempore conſtituto orare, eſt obedientia; tempus orandi præterire, eſt negligentia.

12 Cuius rei ratio eſſe poteſt, † quia in præuentione adeſt ſemper vel futura & expectata occupatio, quæ illam cohoneſtet, vel timor ſaltem alicuius iuſtæ occupationis; in retardatione vero non ſic.

13 Et præterea quia (vt Doct. dicunt) prima pars diei eſt aptior † ad deuotionem, & ad orandum, ſicut eſt etiam ad laborandum, quàm ſuprema, id eſt vltima. Et icirco mane videntur poſſe recitari horę, quæ poſtea per diem exſoluendæ eſſent, pro quo fac. tex. in l. 2. §. 1 & ibi Doct. ff. de verb. ſig. Et id quod habetur in epiſt. 1. Tom. 9. operū B. Hieronymi, ad Demetriadem,

de

Quare ſi etiam in æſtate, vt ſuam conſuetudinem conſeruarent huiuſmodi Clerici, recitandi ſcilicet Matutinum ante cenam, illud poſt Veſperas & Cõpletorium, iuxta determinationem ſuperiori cap. tactam num. 4. & ſeqq. recitarent, nullum omnino peccatum eos committere arbitrarer.

Bene fateor, quòd abſque peccato non eſſent, ſi hoc propter laſciuiam age-
22 rent, † vt ſcilicet quietius ſommolentię, & voluptati vacarent: quòd inquit S. Tho. in ſupracitato quolib. 5. art. vltimo quem omnes Doct. nemine excepto, paſſim ſequuntur. Verum hoc peccatum non tam ex natura rei, quã ex mala fims circumſtantia addita proueniret, quemadmodum ſi quis ideo
23 communicaret in Feria quinta Cenæ Domini, † vt liberius poſſet in die ſancto Paſchæ comiſſationibus & ludis indulgere; quod vtique malum eſ-
24 ſet, vt not. S. Anton. in 2. par. tit. 9. cap. 9. in princ. Cuius enim finis † malus eſt, ipſum quoque malum eſt. vt tradit latè Nauar. in c. cum miniſter. 23. q. 5. poſt Boet. in Topicis, lib. 3. cap. 1. poſt Magiſtrum ſententiarum, & Doct. in 2. lib. diſt. 40. & poſt B. Tho. in 1. 2. quæſt. 18. art. 4.

25 Dixi ſupra, ante cenam, † nam ſtatim poſt cenam, vt inquit Bonif. de Vitalinis in clem. 1. de celebr. Miſſ. not. 8. grauatur quis vel ipſa cena vel ſomno. Et graues, feſſique poſt cibum ſumptum ſumus. vt not. Petr. Rebuffus in l. 2. §. 1. col. 3. ff. de verb. ſig. Et res periculoſa eſt recitare Matutinum poſt cenam, ſomno nos vehementer grauante, etiam ſi ſtando vel ambulando id recitemus, ſecundum Nauar. in Manua. de Orat. cap. 9. ſub num. 5. Quam-
26 obrem etiam quod quis ſequenti mane celebraturus ſit Miſſam † aut communicaturus, nihil mali feciſſe videbitur, ſi poſt Matutinum cenauerit, dũmodo poſt mediam noctem nihil cibi ſumpſerit, aut potus, vt colligitur ex Ricar. in 4. ſent. diſt. 8. art. 2. quæſt. 3. & ex Adriano in eod. 4. de Euchariſtia, quæſt. 8. & ex Silue. ver. Euchariſtia. 3. §. 7. & ex Nauar. in Manua. de Orat. cap. 3. ſub num. 64.

27 Et quamuis Petr. de Palu. † in d. diſt. 8. 4. ſent. quæſt. 2. art. 3. concluſ. 2. dicat, quod non multum deceat bibere poſt Matutinum, & multo minus comedere, niſi neceſſitas vrgeat, quem in hoc ſequitur S. Anton. in 3. par. tit. 13. cap. 6. §. 9. vbi loquitur de Completorio, quod eſt fortius. & Ioan. Maior in eod. 4. diſt. 12. quæſt. 6. Et Gabr. Biel ſuper cano. lect. 10. in princ. idem afferat, quia matutinale officium ad diem ſequentem pertinet, a cuius initio celebrans tenetur eſſe ieiunus. Et Nauarr. in d. c. 3. num. 57. dicat, quòd ab hinc ſexaginta anni ſunt, in Hiſpanijs & Gallijs nemo audebat comedere poſt veſperi recitatum Matutinum, aut etiam potum aquę ſumere ad extinguendam ſitim. Mihi tamen huiuſmodi indecentiæ ratio non ſatis apparet: & Gabrielis argumentum non concludit, nam æquiuocat in acceptione principij diei: quantum enim ad officij recitationem dies incipit ab
28 occaſu Solis, vel a Veſpera; ſed quantum ad ieiunia incipit a media nocte. vt latius infra dicturi ſumus cap. 43. num. 7. & c. 47. nu. 2. c. 91. in prin. & c. 92.
29 num. 13. Quare cum diuerſa † ſint principia, ex vno aliud non infertur, l. Papinianus exſuli, ff. de minor.

30 Fateor, quod ſi quis tam ſobrie † cenitaret, & cibos tam parce deguſtaret, vt nihil prorſus periculi vel capiti, vel ſtomacho, vel oculis ſibi ex officij recitatione timendum eſſet, melius faceret ſi poſt cenam, quàm ſi ante cenã Matutinum diceret: tum quia illa propinquior eſſet debitæ Matutini recitationi, quàm hora ante cenam, & in hoc ſenſu loquitur Nauar. in Manua.

nua.de Orat.cap.5.nu.28.Tum etiam quia B.Chryſoſt.quem refert S.Tho.
in Catena,ſuper Luc.cap.22.ibi,Et cum facta eſſet hora diſcubuit.expreſ-
31 ſe præcipere videtur,quòd poſt eſcas† non ſomnus,non cubile,ſed oratio,
& ſacrarum lectio ſcripturarũ ſuccedere debeat. Quod idem habet etiam
Theophyl.in eod.capit.Lucæ.ſuper illis verbis,Et egreſſus ibat ſecundum
conſuetudinem in montem oliuarum.Ibi enim ita inquit. Poſt cenam non
deſidia,& ludi,& ſomnus Dominũ excipiebant, ſed docebat, & orabat,
propter nos hæc figurãs & demõſtrãs.Verba aũt B.Chryſoſtomi ſupracita
ti vere aurea,ſicut & reliqua ipſius omnia,in Concione prima, de Lazaro,
& diuite,ex c.16.Lucæ poſt med.Tomo 2. quem locum non reperit Antonius Senenſis Luſitanus,neque aſſignauit in annotationibus marginalib. quas fecit ad Catenam B.Thomæ,ſic habent.

Audi quid dicat Moſes.Vbi comederis ac biberis,caue tibi,ne quãdo obliuiſcaris Domini Dei tui.Proinde tu quoque cum ſederis ad menſam, memento,quòd poſt conuiuium orandum eſt tibi.Ita moderate ventrẽ exple, ne grauatus non queas genua flectere,ac Deum inuocare. An non vides, quòd iumenta iugum ferentia,poſtea quàm ad præſepe paſta ſunt, iter agunt,onera geſtant,ſuũque explent miniſterium?Tu vero qui ſublata mẽſa ad omne opus inutilis es,& idoneus,nũ vitare poteris, quominus videaris aſinis deterior?Quamobrẽ?Quia tum maxime conueniat eſſe ſobrium, ac vigilantem.Nam tempus poſt menſam, agendi gratias tempus eſt;Non decet autem agentem gratias ebriũ eſſe,ſed ſobriũ,ac vigilantem.A menſa non ad lectum, ſed ad deprecationem vertamur; ne brutis animantibus ſimus magis bruti.Noui fore multos,qui damnent ea,quę nunc dicuntur,veluti qui nouam quãdam,& miram conſuetudinẽ inueham concionandi.At ego magis damnabo prauam conſuetudinẽ quæ nunc obtinuit. Etenim quòd poſt cibum ac menſam non ad ſomnum oporteat ire,nec ad cubile,ſed oporteat cibo preces,ac diuinarũ ſcripturarũ lectionẽ ſuccedere,manifeſtius declarauit ipſe Chriſtus,qui cum immenſam multitudinem accepiſſet conuiuio in deſerto, non remiſit illos ad lectũ a ſomnũ, ſed ut ad audiendos ſermones diuinos inuitauit. Non enim diſtenderat illorum ventres,neque ad ebrietatem impulerat,verum vbi ſaturaſſet illos quantũ exigebat neceſſitas,ad ſpiritalem adduxit alimoniam. Itidem nos quoque faciamus, eoque modo conſueſcamus capere cibum, ad vitam tuendam dumtaxat ſufficiat,non vt nos valeat grauare.Non enim in hoc nati ſumus ac viuimus, vt edamus ac bibamus; ſed ideo edimus ac bibimus, vt viuamus.Ab initio non erat ſibi cauſſa data vita, ſed vitæ cauſſa datus eſt cibus.Nos vero perinde quaſi ob hoc ipſum viueremus,ita cuncta in hoc inſumimus. Hæc B.Chryſoſt.

DE PRIVATA MATVTINI RECITATIONE, & de interruptione diuini Officij. Cap. XXVII.

1 *Matutinũ ita diuidi poteſt,vt ſerò Nocturni,mane vero Laudes recitentur.*

2 *Nocturni,& Laudes licet pro vna & eadem hora habeantur, ſunt tamen partes diſtinctiſſimæ.Et olim ſeparatim canebantur,num.4.*

3 Lau-

3 *Laudes computantur inter diurnum officium.*
5 *Laudes per ſe erant vna hora diſtincta, nam & hodie inchoantur per verſum, Deus in adiutorium & cum pulſatione campanarum.*
6 *Campanæ ad ſingulas horas pulſantur.*
7 *Laudes a Nocturnis ſeparantur in nocte Natiuitatis Domini.*
8 *Nocturnus vnus ſeparatim ab alio antiquitus canebatur, non tamen hodie ſeparatim recitari poteſt.*
9 *Horarum canonicarum recitatio breui aliquo negotio interrumpi poteſt, nō longa, & diuturna mora.*
10 *Horarum canonicarum recitationis interruptio facta animo recipiendi a capite non obligat recitantem ad recipiendum, ſi mutet poſtea voluntatem.*
11 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*
12 *Partis & totius idem eſt iudicium: Et quod iuris eſt in toto quoad totum, idem iuris eſt in parte quoad partem.*
13 *Diuerſorum diuerſum eſt iudicium: Et ex diuerſis non fit illatio.*
14 *Similium idem eſt iudicium: Nam de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt.*
15 *Opera mortua non reuiuiſcunt per pœnitentiam, ſed mortificata ſic.*
16 *Conſcientia etiam erronea obligat.*
17 *Nocturni a Laudibus hoc modo ſeparantur.*
18 *Nocturnus vnus pro defunctis quolibet veſpere dici ſolet in multis eccleſiis, ſine Laudibus.*

PRæter ea, quæ ſupra iam diximus de tempore horarum canonicarum,
1 quæſitum fuit a quibuſdam, an liceat Matutinum ita diuidere, † vt ſero
vnam partem, ſcilicet Nocturnos, mane vero alteram, ſcilicet Laudes, iure
aliquis poſſit recitare. Et puto quantum ad priuatam recitationem attinet,
de qua nunc loquimur, poſſe: iuxta not. per Nauar. in Manua. de Orat. c. 3.
num. 28. 56. & 64. poſt Coſmam Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallic. tit.
2 qualiter horæ canonicæ .uer. officium. Nam etſi Nocturni † & Laudes pro
vna & eadem hora a Romana eccleſia habentur, ſunt tamen partes inter ſe
3 diſtinctiſſimæ. † illi enim proprie nocturnum officium appellantur, hę vero
computantur inter diurnum, vt annotauimus ſupra cap. 6. num. 22.
4 Deinde quamuis nunc aliter fit, antiquitus tamen ſeparatim † canebantur,
& horæ erant ab inuicem ſeiunctæ; cuius rei veſtigia etiam hodie non mi-
5 nima apparent. Nam & Laudes † ſuum habent perfectum principium, per
verſum, Deus in adiutorium; ſicut reliquæ habent horæ canonicæ; & cum
pulſatione campanarum in quibuſdam eccleſijs inchoātur. Quod antiqui-
tus obſeruatum fuiſſe referunt Guill. Durant. & Ioan. Beleth. in ſuis Ratio-
nalibus, hic cap. 20. & 26. ille lib. 5. cap. 3. num. 3. & 30. & vſque hodie etiam
Romæ obſeruatur in Baſilica Principis Apoſtolorum, & alibi obſeruari te-
ſtatur Nauar. in d. cap. 3. num. 28. Signa autem tintinnabulorum ad ſingu-
6 las horas † canonicas pulſanda eſſe præcipitur in c. 1. & 2. de off. cuſto.
Et demum videmus quandoque ſi non ſæpius, ſaltem ſemel in anno, in no-
7 cte Natiuitatis Domini † Laudes a Nocturnis ſeparari, interpoſito Miſſæ
ſacrificio in medio, Et in Vigilia eiuſdem Natiuitatis diuerſitas officij Lau-
dum a Matutino manifeſte apparet, cum illæ ſint duplices, hoc vero ferialc.

8 Quod

Digitized by Google

8 Quòd ſi dicas,hac ratione fieri,vt vnus etiam Nocturnus † ab alio in officio nouem lectionum ſeiungi poſſit,nam & illi antiquitus ſeparatim dicebantur;reſponderem,immo hac ratione contrariũ concludi. Quamuis enim antiquo tempore ſeparati eſſent Nocturni,nunc tamen adeo cõnexi ſunt, vt nullum fere ſeparationis illius veſtigium permanſerit. Niſi quod videmus in exſequijs Cardinalium dici tres nocturnos defunctorum ſeparatim a diuerſis collegijs, & conuentibus Religioſos, & vnumquamquam Nocturnum ſuis verſib. & ſua oratione concludi. vt habetur in Cærimon. Rom. lib.1.Sect.15.c.1.Concederem equidem finito vno Nocturno poſſe quem-
9 quam ab amico (verbi gratia)interpellatum,† breue aliquod negotium expedire,moxque alium proſequi Nocturnum;ſed quod ex profeſſo & ſponte interim ad extranea diuertat,non breui,ſed diuturna,& ſatis notabili mora in ijs permanſurus,puta cenatum vel cubitum eundo, hoc cõcedendum nequaquam videtur.vt bene not.Ioan.Medina in Cod. de pænit. tract. 6. quæſt. de horis canon.reiterandis.art.3.Quamquam forte etiam,ſi dixerimus nullam interruptionem horarum canonicarum qualiſcumque tãdem illa extiterit,obligare priuatim recitantem de neceſſitate præcepti ſub pœna peccati mortalis ad repetendum a capite horam ſemel inchoatam,ſed tantum ex quadam congruitate,vt videtur ſentire Theodorus Peltanus de tribus bonorum operum generibus lib.3.cap.6.aſſertione 4. in fi. non erit, quid in contrarium valide obijci poſſit.

De his tamen,de interruptione ſcilicet diuini officij, & de interpoſitione extraneorum, quæ in eo fit, legendus eſt Nauarr. in Manua. de Orat. cap. 16. num.64.& cap.21.num.7.

Ibi autem, ſcilicet in d. cap. 16. in quo late & egregie hanc materiam tractat,dicit vnum quiddam num.73.quod mihi (pace eius) non probatur, aut ſaltem dubium videri debet. Et quoniam quæſtio res eſt quotidiana, & non nullius ponderis,non grauabor eam hic referre,vt dijudicet Lector, an ego ſatis firma moueat in oppoſitum ratione.

10 Dicit Nauar. quòd ſiquis cœptam † horæ alicuius recitationem, ſtudijs, Miſſæ auditione,aliove quouis modo impeditus interruperit, animo eam continuandi,quin immo cum intentione,ab initio eam iterandi, perſua-
11 ſum ſe habere, † continuando præfatam, nequaquam eum ſatisfacturum. Et mouetur quia actus vltra intentionem agentis non extenditur.l.non omnis.ff.ſi certum pet.l.in agris.ff.de acquir.rer.dom. Sed aduertendum eſt,quod magna eſt differentia,an propoſitum & intentio reiterandi,comitetur ipſam recitationem ab initio,an vero adueniat poſt ipſam recitationem. In primo caſu fateor quòd recitatio cum illo propoſito non ſatisfacit, etiam quòd alioqui ſi huiuſmodi propoſitum non accidiſſet,optime ſatisfeciſſet. Et ratio eſt,quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum, d.l.non omnis. Vnde bene in hoc caſu infert Nauar.quòd qui cœpit audire Miſſam in die feſto,aut facere ſacramentalem confeſſionem debitam,aut implere aliquod votum aut pœnitentiam ſibi iniunctam; & quia Miſſa non eſt diei feſti,vel quia non facit confeſſionem hanc,non implet votum, aut pænitentiam, vt vellet, vel alio quouis reſpectu, animo non ſatisfaciendi obligationi Miſſam audit, & alia facit, tenetur ad iterato eam audiendam, & ad hæc facienda;licet niſi propoſitum non ſatisfaciendi obſtaret, pleniſſime obligationem adimpleſſet.vt not.ipſe Nauarrus in d.cap.16.num.74.

.ccp

cap.13.nu.27.& ſeq.& Io. Medina loco ſupra citato. At in ſecundo caſu,
quando intentio reiterandi aduenit poſt recitationem factam, cum actus
recitationis non ſit intrinſece inualidus,ſed extrinſece, ex ſuperuenienti,
ſ.propoſito reincipiendi,in tantum obligat ad nouam recitationẽ,in quan
tum durat eiuſmodi propoſitũ reincipiẽdi. Quare ſi eiuſmodi propoſitũ &
intẽtio per aliud cõtrariũ ꝓpoſitũ auferatur, remanebit actus recitationis
abſque vllo impedimento validus. Finge,me recta intentione,& ſufficien
ti attentione horarum recitationem perſoluiſſe,vel Miſſæ ſacrum in die fe
ſto audiuiſſe. poſtmodum vero vel quia horarum perſolutio ita fuit facta
ac ſi eſſet feſtum duplex,cum eſſet aut ſemiduplex, aut ſimplex. vel quia
Miſſa non fuit de die feſto,vel ex alia cauſſa, fuiſſe mihi iniectum ſcrupu-
lum,me per illa obligatione recitandi horas, aut audiendi Miſſam minime
ſatisfeciſſe;num quidnam ſi ego ita cogitem,ac etiam certo putem, non po
tero deinde ad conſilium ſapientis talem ſcrupulum repellere, & in prima
recitatione,aut auditione perſiſtere?

12 Quod autem dico de tota recitatione, idem etiam de parte † dici poteſt,
nã quod iuris eſt in toto quoad totũ,idẽ iuris eſt in parte quoad partem.l.
q̃ de tota.ff.de rei vind. Pone,me recitato vno Nocturno hoſpitem aliquẽ
ex improuiſo venientem ſuſcipere,& quoniam ita quædam morum ciuili-
tas poſtulare videtur,relinquo Breuiarium cum intentione iterum poſtea
cõmodiori tempore officium a capite reaſſumendi. Verũ contingat,vt ho-
ſpes ille breuiſſimo colloquio ſeſe expediens,citiſſime abſcedat; numquid
non potero deinde dimiſſo propoſito illo a capite reaſſumendi, quod ex-
trinſece actui recitationis aduenerat,proſequi officium cœptum,& perge
re ad ſecundi Noctarni recitationem? Certe non video,quid obſtet. Nam
quod actus non extendatur vltra intentionem agentis,hoc nihil impedit:
In actu.n.recitationis ſupponimus nullam fuiſſe adhibitã intentionẽ rein
cipiendi a capite,ſed hãc intentionẽ aduenisſe poſtea extra actũ illũ,qua-
re non vr̃ poſſe afficere,vel inficere illum actum,niſi quãtum ipſa perſeue-
rat,quæ cum ſit quid ſeparatũ & diſtinctũ ab actu recitationis,poterit ſe-
paratim intentione remoueri,ſaluo remanente actu recitationis,nã ex di-
13 uerſis non fit † illatio.l.Papinianus exſuli.ff. de minor. & diuerſorum di-
uerſum eſt iudicium.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerb.obl.
Et probatur etiam optime præter ſupradicta hæc concluſio a ſimili, nã de
14 ſimilibus † ad ſimilia procedendum eſt.l.non poſſunt. ff. de legi. per ea
quæ tradunt Doct.in 4.ſent.diſt.14.& in ſpecie B.Tho.in 3.par.q.89.art.
5.& 6.ubi quærens quænam bona opera per pęnitentiam reuiuiſcant, di-
15 ſtinguit inter opera mortua & mortificata,& inquit,ꝙ opera mortua † id-
eſt opera bona ex genere,ſine caritate facta ab exiſtenti in peccato morta-
li,quia ſunt intrinſece inualida,numquam reuiuiſcunt: opera uero mortifi
cata,id eſt opera bona quæ facta fuerant in gratia,ſed per peccatum mor-
tale poſtea ſuperueniens erant mortificata,reſurgunt per pęnitentiã,quia
aufertur impedimentum extrinſecum peccati mortalis, & illa intrinſece
non reperiuntur inualida. Quod not.etiam Couarr. in c.alma mater.§.40.
nu.10.de ſent.exc.li.6. Sic igitur prorſus dicendum eſt in caſu noſtro. Reci
tatio officij facta cum propoſito non ſatisfaciendi per illã, & cum intentio
ne iterũ recitandi,cũ ſit intrinſece inualida,nõ conualidatur per aliud pro
poſitũ poſtea ſequẽs,ſed recitatio abſq; huiuſmodi propoſito bñ & valide

12 *Oratio Dominica an melius ſit quòd dicatur in principio horarum canonicarum,an in fine.*
13 *Principium cuiuſque rei potentiſſima pars eſt.*
14 *Orationis finis melior eſt quàm principium quantum ad impetrationem.*
15 *Oratio vt ſit impetratoria,debet fieri perſeueranter.*
16 *Horas canonicas priuatim ſolus recitans poteſt addere orationē Dominicā, & ſalutationē angelicam in principio,vel in fine,quantum libet, non tamē cum in choro vel cum alijs recitat.*
18 *Complètorium èſt finis diei Eccleſiaſtici,Matutinum vero principium.*

1 DIxi in fine præcedentis cap. dicendam eſſe orationem Dominicā † in fine Nocturnorū,quando a Laudib.ſeparantur,tum quia eſt Rubrica Breuiarij Romani in tit.de orat.Dominica,vbi habetur, quòd finitis horis dicitur ſecreto Pater noſter.tum quia eſt tex.in cap.id ſemper,de conſec.di ſtin.5.vbi id probatur.qui licet loquatur ſpecialiter de Matutinis & Veſperis,idem tamen cenſetur diſpoſitum in reliquis etiam horis.

Dixi etiam, in principio Laudum dicendam eſſe orationem Dominicam,& ſalutationem Angelicam,nam eadem Rub.Breuiarij id præcipit,dū inquit.
2 Oratio Dominica,& ſalutatio Angelica † ſemper dicitur ſecreto ante omnes horas,præterquam ad Completorium.

Et quòd oratio Dominica in fine Nocturnorū;in principio vero Laudum oratio Dominica vna cum ſalutatione angelica dicatur, quando Laudes ſeparantur a Nocturnis,tenet expreſſe Nauarrus in Manua.de Orat.c.3.nume.64.Et in multis alijs locis tenet,quòd generaliter in fine cuiuslibet horæ dicenda eſt oratio Dominica,in principio autem non niſi quatenus hoc præcipitur ex varia Breuiariorū ordinatione, vt videre eſt in d.Manua. de orat.c.10.nu.61.c.16.nu.72.c.19.nu.47.& 202.& cap.22.nu.96.

In hoc tamen poſtremo loco duo addit Nauarrus in hac materia notatu,& inſpectione digna.

Vnum in facto,quòd obſeruātia Illuſtriſſimarum eccleſiarum Vrbis habet, non dicere orationem Dominicam in fine alicuius horæ canonicæ,quando alia hora non ſequitur,ſed ſolum dicere Antiphonam,Salue Regina.qua dicta omnes egrediuntur a choro.

Alterum in iure,quòd in fine Veſperarum, quando immediate dicendum ſit Completoriū,bis dici debet oratio dominica,ſemel poſt Fidelū anim ę. pro Veſperarū & iterū poſt Iube domne benedicere.pro initio Cōpletorij. Et mouetur ea neruoſiſſima(vt ait)ratione,quia a iure antiquo non eſt recedendū,niſi quatenus per iura noua exprimitur,l.præcipimus,C.de appel lat.Ius autem antiquum habet,debere dici orationē Dominicā in fine Veſperarum.vt patet in c.id ſemper,de conſec.di.5. Et ita cum his opinionib. etiam pertranſit idem Nauarrus in Miſcell.de orat.nu.13.

Verum circa hæc videntur mihi pauca quædam animaduertenda.

Et circa primum in facto,miror huiuſmodi obſeruantiam Romæ eſſe, vbi nuperrime non leui ſtudio,aut diligentia compoſitæ ſunt Rubricæ, & modi recitandi officium diuinū ſub fel.record.Pio Papa V.In quibus Rubricis
3 clariſſime conſtitutum,eſt quod finitis horis † dicitur ſecreto Pater noſter. dicto verſ.Fidelium animæ.vt patet in tit.de orat.Dom.in tit.de Laudib.

nempe correctio canonis;ideo reſpondendum eſt ad eius fundamentum,
6 in quo magnam vim facit,dicens,† quod non eſt recedendum a iure anti-
quo,& a diſpoſitione c.id ſemper.de conſ.diſt.5.niſi quatenus per iura no
ua exprimitur.Ad quod argumentum reſponderi poteſt pluribus modis.
Primo, quòd a diſpoſitione d.c.id ſemper.receſſum eſt expreſſe per iura
noua.vt patet in ſupra allegata Rubrica de Oratione dominica.
Secundo reſpondetur,quòd valide recedi poteſt a iure antiquo per legem
7 nouam a contrario ſenſu intellectam,quando aliàs lex noua † nihil opera-
ri valeret in ſenſu directo.vt probatur in aucten.Diaconiſſam. iuncta l.nul
la.cum ſua Glo.C.de Epiſc.& cler.Et ita eſſe in caſu noſtro conſtat,quia d.
Rubrica in fine Veſperarum Sabbathi,in ſenſu directo nihil operatur.
Tertio reſpondetur,quòd vis diſpoſitionis illius c.id ſemper. magis cõſiſtit
in eo, quod Pater noſter. dicatur in officio diuino,quàm quòd dicatur in
fine vel in principio.Quod duplici coniectura apparet. Tum ex conſuetu-
dine, quæ ita interpretata eſt,vt dicatur Pater noſter.in principio horarũ,
licet ille canon dicat,in fine;vt teſtatur Coſmas Guimer.in decreto eccle-
ſiæ Gallic.tit.de iis,qui in Miſſa non complent Credo. ver. oratio.Tum ex
alio can.concilij Toletani 4.cap.9.vbi nulla principij aut finis mentione
facta ſimpliciter ſtatuitur,vt quotidie oratio dominica in officio diuino re-
citetur,his verbis.Non nulli Sacerdotum in Hiſpanijs reperiuntur,qui do-
minicam orationem,quam Saluator noſter docuit,& præcepit, non quoti-
die,ſed tantum die dominica dicant. Et infra Quiſquis ergo ſacerdotum,
vel ſubiacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidie aut in
publico aut in priuato officio præterierit,propter ſuperbiam iudicatus,or-
dinis ſui honore priuetur.Quòd autem per conſuetudinem potuerit ne dũ
huiuſmodi interpretatio fieri,ſed etiã in totum ille canon abrogari, ſimil-
8 limo exemplo manifeſtatur.Nam B.Damaſus ſtatuit, vt in officio diuino
ad ſingulas horas canonicas ſymbolum Apoſtolorum diceretur, vt de eo
referunt Supplem.chron.in vita ipſius,& Polyd.Virgil.lib.6. de Inuentor.
rer.cap.2.Et tamen videmus non niſi ad Matutinum,ad Primam,& ad Cõ-
pletorium ſymbolum recitari.
Quarto reſpondetur,quòd illa oratio dominica,quæ dicitur in principio
Completorij poſt Iube Domne benedicere,quando immediate poſt Veſpe
ras dicitur Completorium poteſt referri etiam ad finem ipſarum Veſpera-
9 rum,†nam quæ incontinenti fiunt cenſentur ineſſe,l.lecta.ff.ſi cer.pet.&
10 quod parum diſtat pro nihilo † reputatur.iuxta Ariſt.in 2.Phyſ.tex. 56. &
tac.tex.in l.pen.ff.de milit.teſt.
Quinto reſpondetur,quòd tex.in d.c.id ſemper.interpretari poteſt, quòd
loquatur ſolum de fine horarum,quando alia non ſubſequatur hora; nam
quãdo alia immediate ſubſequitur hora,nõ videtur eſſe tam proprie finis,
quàm eſt quando omnibus finitis diſceditur a choro:nihil etenim actũ eſſe
credimus,dũ aliquid ſupereſt addedũ.l.pen.C.de his quib.vt ind.nec per-
fecti videri poſſunt,quæ perfectionis ordine nõ complentur.c.nihil.7.q.1.
Sexto & vltimo reſpondetur,quòd illa propoſitio, Non eſt recedendum
a iure antiquo, niſi quatenus per iura noua exprimitur. intelligenda eſt
11 non de iure illo †antiquiſſimo,quod ante ius hoc nouum per alia iura,aut
conſuetudines fuerat iam ſublatum & abrogatum,ſed de iure illo antiquo,
quod ante ius hoc nouum immediate vigebat. Quare ſi concedamus,

Digitized by Google

nihil fuiſſe per ius nouum a fel.recor. Pio Quinto immutatum circa oratio-
nem dominicam dicendam in principio, vel in fine officij, non ad aliud ius
confugere nos oportet, quàm ad illud quod immediate antea erat in vſu.
Ad quod ſi inſpexerimus, reperiemus in Breuiarijs antiquis fuiſſe præcep-
tum, vt in initio horarum diceretur Pater noſter. & non in fine. Et ſpeciali-
ter ſi Completorium immediate poſt Veſperas ſequebatur, ſtatim poſt Fi-
delium animæ. dicebatur Iube Domne benedicere. abſque interpoſitione
orationis dominicæ. Et hoc iure prius Romana eccleſia vtebatur. Quare
nulla ratio eſt, quòd nunc alio iure vti debeamus.

Quòd vero idem Nauar. in d. Manua. de Orat. cap. 10. num. 62. aſſerit, me-
12 lius eſſe, quòd oratio dominica † dicatur in fine, quàm in principio; tum
quia aptiſſimum initium horarum eſt, *Domine labia mea aperies. & Deus
in adiutorium meum intende.* Tum quia omnium orationum præſtantiſſi-
ma eſt oratio dominica, & ideo maiori cum deuotione dicenda, quàm reli-
qua omnia, & conſequenter cum mens ad orandum maxime eſt diſpoſita,
quod contingere videtur in fine horæ. iuxta illud Eccleſiaſtis. 7. Melior eſt
finis orationis, quàm principium. Reſponderi poteſt, quòd hæc materia eſt
iuris poſitiui, & vtrumque bene ſtatui poſſet, vel quòd oratio dominica di-
catur in fine, vel quòd dicatur in principio officij: Et in vtramque partem
13 afferri poſſunt rationes bonæ, & coloratæ. † Et quòd dici debeat in princi-
pio, facit, quòd cuiuſque rei potentiſſima pars principium eſt. l. 1. ff. de orig.
iur. vbi Glo. citat Verſum,

Dimidium facti qui bene cœpit, habet.

Deinde vt oſtendamus, nos obſeruare velle præceptum Chriſti, qui Matth.
6. & Luc. 11. inquit, Cum oratis dicite, Pater noſter. &c. decet, vt ſtatim in
initio orationis noſtræ ab oratione dominica incipiamus. Et licet aptiſſi-
mum initium horarum ſit, Domine labia mea aperies. & Deus in adiuto-
rium meum intende. tamen id intelligitur de ijs quæ clara voce proferun-
tur; nam aliàs etiam aptiſſimus finis horarum eſt, Benedicamus Domino.
Deo gratias. vt ait Guill. Durant. lib. 5. Ration. c. 2. num. 7. & Ruper. abbas
Tuitien. lib. 1. de diui. off. cap. 9. in fi. Quamuis etiam oratio dominica ſit
omnium præſtantiſſima, & maiori cum deuotione dicenda, non per hoc ta-
men ſequi videtur neceſſario, quòd magis dicenda ſit in fine quàm in prin-
cipio. Neque etiam fortaſſe verum eſt (dicere quiſpiam poſſet) quod mens
ſit magis diſpoſita ad orandum in fine horæ, quàm in principio, nã mens
quandoq; poſt longam recitationem laſſeſcit, & vt habetur Sap. 9. Corpus
quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſen-
14 ſum multa cogitantem. † Illud autem Eccleſiaſt. 7. Melior eſt finis orationis,
quàm principium. varias habet expoſitiones. & intelligi poteſt quantum
15 ad impetrationem, nam ad hoc quòd oratio ſit impetratoria, † inter alias
conditiones requiritur, quod fiat perſeueranter. vt innuit Glo. ordin. in eo
loco, & habetur Luc. 11. ibi, Quis veſtrum habebit amicum. in tex. & in Glo.
& declarat B. Tho. in 4. ſent. diſt. 15. quæſt. 4. art. 7. q̃la 3. & 2. 2. quæſt. 83.
art. 15. ad 2. Præterea dato, ꝙ mens ſit magis diſpoſita in fine, nõ ſequitur,
quòd oratio dominica ſit magis dicenda in fine, quàm in principio, nam
reſpondere poſſet aliquis, quòd in principio quando plus indigemus, con-
fugere debemus ad meliorem orationem, vt per illam reddatur mẽs magis
diſpoſita ad orandum. Concludo itaque, totum hoc quod de oratione do-

minica

Digitized by Google

minica nunc tractamus, quiddam eſſe quaſi Burchardicum,& æque bene ſtatui poſſe vt dicatur in principio,ac in fine. Quare ſtandum eſt Regulis Breuiariorum abſque alia longiori diſputatione, cum totum in hac materia pendeat a iure poſitiuo.

Quòd ſi quis velit præter id quod in Rubricis imperatum eſt,ſæpius etiam recitare orationem dominicam,vel ſalutationem Angelicam, poterit qui-
16 dem cum priuatim † ſolus recitat, id eſt ſupererogatione facere vel in principio vel in fine,vt libet: Ceterum cum in choro,aut cum alijs diuinum officium ſoluit, nihil debet officio addere,aut illi ex propria deuotione interponere,vt egregie notat ipſe Nauar.in d.Manual.de Orat.c.16. nu.72. Vltimo hic annotandũ eſt,quòd licet quando vna hora cum alia continuatur, illud Pater noſter.dimittatur,quod in fine horę præcedẽtis recitandũ fuiſſet.vt ex Rubricis ſub Pio Quinto editis vidimus ſupra. Id tamen nõ haberet locum,ſi quis poſt Completorium vnius diei vellet Nocturnos alterius diei ſtatim proſequi immediate. Nam tunc neceſſe eſſet & pro fine Com-
17 pletorij † dicere Pater noſter,Aue Maria, & Credo. Et rurſus pro initio Matutini dicere ſimiliter Pater noſter,Aue Maria,& Credo.Cuius rei ratio illa aſſignari poteſt,quòd reliquę horę cum ſint unius & eiuſdem diei,quãdam inter ſe habent continuationem & coniunctionem ex natura rei; at Completorium Matutinum ſequens cum ad diuerſos pertineant dies,nam
18 finis diei eccleſiaſtici eſt † Completorium, vt infra latius oſtenſuri ſumus c.4 . in prin.nullam habent inter ſe connexionem, ſed tantummodo per accidens continuantur ex facto recitantis. Quare & Completorium ſuum integrum complementum finis debet habere tamquam finis totius diei,& Matutinum ſimiliter ſuam integram perfectionem principij,tamquã principium diei totius. Volui hęc admonuiſſe, ne quis deceptus Rubrica male intellecta,in tit.de orat.Dominica.aliquid quod ſit neceſſarium in recitatione officij,ignoranter dimitteret.

DE MISSAE SOLLEMNIS CELEBRATIONE. Cap. XXIX.

1 *Miſſa inter horas canonicas non computatur. Eſt tamen diuini officij pars præcipua.nu.2.*

3 *Miſſa ſollemnis ſeu Conuentualis diebus feſtis in tertia,dieb. profeſtis in ſexta,diebus ieiuniorum in nona ordinarie canenda eſt. Quandoque tamẽ tardatur vſq; ad horam veſpertinam,vt in Sabbathis quattuor tẽporum, quãdo ſunt ordinationes faciẽdæ,& præſertim in Sabbatho ſancto.num.4. Hodie tamen hæc quæ dicta ſunt de diebus ieiuniorum, de Sabbathis ordinationum & de Sabbatho ſancto in deſuetudinem abierunt.nu. 13, Immo & quæ de diebus etiam profeſtis dicta ſunt.nu. 15.*

5 *Vigilia Paſchæ populus non eſt dimittendus de eccleſia ante mediam noctem iuxta canonum ſanctiones.*

6 *Miſſa Sabbathi ſancti refertur potius ad diem Dominicum ſequentem,quàm ad diem Sabbathi ſancti. Immo & Miſſa in alijs Sabbathis quattuor tem*

 porum

Digitized by Google

porum refertur ad diem Dominicum ſequentem,nu.8.

7 *Miſſam in Paraſceue,& Sabbatho ſancto prohibitum eſt celebrari.*

9 *Ordines collati in Sabbathis quattuor temporum intra Miſſarum ſollemnia, ad ſequentem diem Dominicum pertinere cenſentur.*

10 *Miſſa prima in die Natiuitatis Domini canitur in media nocte, ſecunda in aurora.*

11 *Miſſas celebrandi licentia ſeu priuilegium,de ſero ad Solis occaſum, & omnes veſpertinæ celebrationes annullatæ et reuocatæ ſunt per Pium Quintum.& nu.14.*

12 *Miſſæ quandoque in aurora celebrari poſſunt per annum ob aliquam neceſſitatem.*

16 *Antiquitati ſancti Patres ſanxerunt reuerentiam.*

17 *Miſſa Conuentualis hoc ordine celebrari debet. In feſtis dicta in choro Tertia,In profeſtis,dicta Sexta,In ieiunijs dicta Nona.Miſſa uero defunctorū dicto Matutino aut prima.nu.19.*

18 *Miſſa Conuentualis tardius in profeſtis,quàm in feſtis celebrari debet.*

20 *Miſſa defunctorum conuentualiter celebratur etiam quòd aliàs de feſto fiat officium vel de feria.*

EXpeditis fere omnibus,quæ de tempore horarum canonicarum videbātur dicenda,de tempore etiam celebrationis Miſſæ alquid ſcribere ne-
1 ceſſarium eſſe iudicaui.Licet enim Miſſa inter horas canonicas † non cōputetur.vt bene not.Glo.in clem.1.in prin.in ver.canonicas.de celeb.Miſ. & in clem.vt hi.in ver.certis horis.de æta.& quali. & Coſmas Guimer.ſuper decreto eccl.Galli.tit.quo temp.quiſque debeat eſſe in choro. in prin.
2 ver.Miſſa.& Nauar.in Manua.de Ora.c.3.nu.29.eſt tamen diuini officij † pars præcipua,vt no.idē Coſmas in dicta loco,& in tit. de ijs qui tempore diuinorum off.vagantur per eccleſiam.ver.diuinorū. Vnde ad propoſitum noſtrum & temporis Miſſæ, & temporis horarum canonicarum cognitio facere videtur. Imò vnius cognitio ita in quibuſdam ab alterius cognitione dependet,vt vnum ſine altero perfecte percipi non poſſit.

Miſſam itaque ſollemnem,nam de hac primū nobis dicendum eſt, quæ & Conuentualis appellatur varijs dici horis iuxta feſtorum & feriarum varietatē canendam eſſe ſcribit Vualafr.Strab.in lib.de reb.eccl.c.23.& Micrologus in lib.de eccl.obſer.c.58.& ſcribunt etiam Doct.Theologi, & Cano-
3 niſtæ infra allegandi.nu.12.Nā diebus feſtis † in tertia, profeſtis in ſexta, dieb.ieiuniorū in nona ordinarie celebrandā aſſerunt. Et quidē de hora tertia in dieb.ſollemnib.probatio habetur in c.& hoc.de conſe.diſti. 1.De nona vero in dieb.ieiuniorum,in c.ſolent.diſt.ea.Sed de hora ſexta in profeſtis dieb.non ita facile probatio in iure reperitur. Nā tex.in c.nocte.diſ. ead.ſimpliciter dicit,Reliquis vero temporib.præterquam.ſ.in nocte Natiuitatis Domini, Miſſarum celebrationes ante horam diei tertiā minime ſunt celebrandæ, quia in eadem hora & Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus legitur deſcendiſſe.Et deinde Gl.in c.1.in uer. ſuccurrere.de celebr.Miſſ aperte ait,quòd in dieb.communib. Miſſæ vſq; ad tertiā ſunt celebrandę.Satis tñ rōnabiliter illud dictū vr̃,nā cum in die-

bus.

bus lætitiæ, id eſt feſtiuis, ſtatutum ſit vt Miſſa hora tertia celebretur; In diebus vero luctus & afflictionis, id eſt ieiuniorum, hora nona; rationi congruum videtur vt in diebus profeſtis & communibus, qui nec lætitiæ, nec luctus ſunt, ſed quodam modo inter hos & illos medij exiſtunt, Miſſæ ſimiliter officium media inter tertiam & nonam, nempe ſexta hora exſoluatur. Quæ horę, tertia, ſexta, & nona ab eccleſia electæ ſunt, tum ob alias cauſſas, tum pcipue, quia in illis Paſſio Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri peracta eſt.

4 Quandoque tamen tardatur celebratio Miſſæ † vſque ad horam veſpertinam, vt in Sabbatis quattuor temporum, quando ſunt ordinationes faciendæ, & præſertim in Sabbatho ſancto, in quo vſque ad noctis principiũ Miſſa differtur. vt probatur in c. quod a Patribus, & ibi not. & in c. fi. diſt. 75. & in c. ſolent, §. in ieiunijs, de conſec. diſt. 1. Et de Sabbatho ſancto in Ordine Romano antiquo ſub rubrica de ordine in nocte & in die Sabbathi ſancti, hæc verba habentur. Poſtea modico interuallo, vt fuerit prima ſtella in cælo viſa ſonant ſigna, & incipiunt canere litaniam ad Introitum. Et idem etiam not. Alcui. in lib. de off. diui. cap. de Sabbatho ſancto. Amalar. de eccl. off. lib. 4. c. 40. Raban. de inſt. cleri. lib. 2. cap. 38. & Ruper. abbas Tuitien. libro 2. in Exho. cap. 21. ſuper illud cap. 12. Nox iſta obſeruabilis Domino. Et patet expreſſe ex Collecta oratione illius Miſſæ, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem. &c. Vt enim dicitur in eodem Ordine Romano, parum infra

5 ſub Rubrica, de ordine in Vigilia ſancti Paschę. † In Vigilia Reſurrectionis Domini ante mediam noctem populus non eſt dimittendus de eccleſia iuxta canonum ſanctiones. Quod etiam dicit Amalar. lib. 1. de eccl. off. c. 16. & alij ſupracitati auctores. Et præter illos B. Hieronymus ſuper Matt. c. 25. ibi, Media nocte clamor factus eſt. teſtatur traditionem apoſtolicam permanſiſſe, vt in die vigiliarum Paſchæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat expectantes aduentum Chriſti. Quam traditionẽ vſque fere ad ſua tempora perduraſſe inquit Tho. Vualden. Tom. 3. de ſacramental. c. 25. ſub num. 3. & Guill. Durant. in Ration. lib. 6. cap. 76. num. 2. vbi afferit, quod antiquitus totum officium Sabbathi ſancti de nocte dicebatur, & quòd adhuc ſuo tempore in pleriſque locis ita fiebat. Hugo quoque de S. Victo. libro tertio, de eccleſiaſt. off. capitulo vigeſimoprimo. Et vere (inquit) antiqui iam fere tranſacto die Sabbathi officium hoc celebrabant. Sed modernorum debilitas ad epulas feſtinans tempore præuenit conſtitutum.

6 Adeo quòd Miſſa quæ in Sabbatho ſancto celebratur, refertur † potius ad diem ſequentem Dominicum, quàm ad diem Sabbathi; Nam in Paraſceue

7 & Sabbatho ſancto prohibitum eſt † ſacramenta celebrari, vt ait Innoc. Primus in c. Sabbatho. de cõſ. diſt. 3. Quem citant etiam Alcuin. in lib. de diui. off. cap. de feria ſexta, quæ & Paraſceue. Amalar. lib. 1. de eccleſ. off. cap. 13. & Raban. de inſtit. cleric. lib. 2 cap 37. Et habetur in conc. Arauſico, quod citant Burchar. libro 13. Decreti, capitulo nono, & Iuo parte quarta, capitulo 42.

8 Immo vero ne dum in Sabbatho ſancto, ſed etiam in alijs Sabbathis † quattuor temporum puto, Miſſam referri ad Dominicam ſequentem quadam iuris fictione, vt ſupra declarauimus dum de Completorio ageremus, capitulo 19. numero 24. Nam videmus quòd in quibuſdam ex illis Sabbathis, vt in Aduentu, & Quadrageſima, legitur in Miſſa Euangelium Dominicę

ſequen-

Digitized by Google

ſequentis. Et clarum eſt, quòd ordines, qui in dictis Sabbathis conferuntur
9 † intra Miſſarum ſollemnia, ad ſequentem diẽ Dominicum pertinere cenſentur. vt not. in d.c. quod a patribus. diſt. 75. & notant Ruper. abbas Tuitien. lib. 3. de diui. off. c. 8. in fin. & c. 9. Microlog. de eccleſ. obſer. c. 29. Ioan. Belethus in Ration. c. 50. Guill. Durant. ſimiliter in Ration. lib. 4. c. 1. nu. 20. & Radulph. Tungren. de canon. obſer. propoſ. vlt. circa princ.
10 In die autem Natiuitatis Domini ſpecialiter prima Miſſa canitur † in media nocte, & ſecunda in aurora, vt habetur in c. nocte. de conſ. diſt. 1. & in Rubrica Breuiarij Romani circa officium illius diei, & nos tradidimus ſupra c. 5. nu. 20. c. 15. nu. 7. & c. 16. nu. 6. & ſeqq.

Et quamuis ex conceſſione ſpeciali ſummi Pontificis, primam Miſſam alicubi prima hora illius noctis vt Venetijs in eccleſia S. Marci celebrari aſſerat Nicolaus Aurificus in opuſculo de cærimonijs Miſſæ, c. 11. in fi. Hodie
11 tamen huiuſmodi conceſſiones & licentię † celebrandi Miſſas de ſero & circa Solis occaſum tamquam abuſus ab antiquo catholicæ eccleſiæ inſtituto, & ſanctorum Patrum decretis deuiantes, omnes reuocatæ ſunt per Pium Quintum. vt patet inter eius conſtitutiones, conſt. 5.
12 In aurora etiam Miſſæ † ob aliquam neceſſitatem quandoque per annũ celebrari poſſunt. vt colligitur ex tex. in c. neceſſe. de conſ. diſt. 1. qui habetur etiam apud Burchar. lib. 3. c. 228. & ex tex. in c. tribus gradibus. de conſec. diſt. 2. qui ſimiliter apud Burchar. habetur lib. 5. c. 11.

Hęc de Miſſis publicis dicta notantur per Alex. de Ales in 4. par. quęſt. 36. memb. 2. per B. Tho. in 3. par. q. 83. art. 2. & in 4 ſent. diſtinct. 13. q. 1. artic. 2. q.ſa 4. & per omnes Theologos in dicta diſtinc. 13. vt patet ibi per Ricar. art. 2. q. 3. Petr. de Palu. q. 2. art. 2. Durandum quæſt. item 2. art. 2. Domin. de Soto, quæſt. ſimiliter 2. art. 2. & in lib. vlt. de iuſt. & iure, quæſt. vlt. art. 5. concl. 2. Item per Ioan. Beleth. & Guill. Durant. in locis ſupracitatis nu. 9. & per eumdem Beleth. c. 99. Per Hoſtien. in ſumma, tit. de conſ. eccl. vel alt. diſt. 2. §. & quando. Raynerium in Pantheologia, tit. de Miſſa, c. 10. Io. de Tur. Crem. in c. nocte, q. 1. & in c. poſſent. §. in ieiunijs. de conſ. diſt. 1. Alber. de Roſ. in dictionario. ver. Miſſa qua hora. Coſmam Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallicanæ, tit. quo tempore debeat quiſque eſſe in choro. in princ. ver. Miſſa. Archiep. Florent. 3. par. tit. 13. c. 6. §. 4. Summam Confeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 129. Aſten. lib. 4. tit. 14 art. 3. Siluestrum & ceteros Summiſtas. in ver. Miſſa.

Verum plurima ex his quæ de ſollemni Miſſarum celebratione notata
13 ſunt, in deſuetudinem abierunt. † vt quæ de hora nona in ieiunijs, de hora veſpertina in Sabbathis ordinationum, de noctis initio in Sabbatho ſancto. Et quamuis ex priuilegio Sanctæ Sedis apoſtolicæ aliquid aliud indultum ſit, vt Senis in eccleſia Fratrum ordinis Seruorum ex ſpeciali gratia ſingulis annis hora qua Veſperæ decantari ſolent, Miſſam in Sabbatho ſancto celebrari teſtatur Nicolaus Aurificus in opuſculo de cærimonijs Miſſæ, cap. 11. in fi. Tamen priuilegia & conceſſiones huiuſmodi
14 † reuocatæ ſunt per Pium Quintum in dicta eius conſtit. 5. Per quã ſublatum eſt etiam prorſus fundamentum Nauarri in Manua. de Orat. c. 3. nu. 42. & ſeqq. Vbi tenet, quòd licet per conſuetudinem factum ſit licitum, Miſſam dicere ante meridiem in Sabbatho ſancto, & Sabbathis quattuor temporum; non tamen factum eſt illicitum dicere Miſſam illis diebus hora

tertia,

tertia, aut quarta poſt meridiem: nam conſtitutio illa omnes veſpertinas
celebrationes Miſſarum reprobat: & conſuetudo, & Rubricæ Miſſalis Ro-
mani huiuſmodi pomeridianas celebrationes non admittunt, vt infra la-
tius contra eumdem Nauarr. diſputaturi ſumus c.41. Nec ſolum quæ ſupe-
rius dicta ſunt de hora nona, aut veſpertina, aut noctis initio circa Miſſa-
15 rum celebrationes, ſed etiam quæ de hora ſexta † in diebus communibus
& profeſtis ordinabantur, in deſuetudinem abierunt. vt hæc omnia bene
aduertunt aliqui ex ſupracitatis auctoribus, ſed præcipue Gabriel Biel
in expoſition. canonis, lect. 14. Tabien. verſic. Miſſa. §. 5. & Iudocus Cli-
cthoueus libro 2. Elucid. eccleſ. in expoſit. Benedictionis noui ignis, quæ
fit Sabbatho ſancto. in fine.

Vnde ne tota prorſus nobis antiquitas deperiret, cui ſancti Patres reueren
16 tiam † ſanxerunt. iuxta text. in c. conqueſtus. 9. q. 3. & in c. contra ſtatuta.
25. q. 1. ad quod etiam facit tex. in l. teſtamẽta. C. de teſtam. & in l. fi. §. ſed
quia. C. de iur. delib. non ſine ratione ad aliquod antiquitatis veſtigiũ con
ſeruandum ſtatutum eſt hodie in Rubricis Miſſalis Romani, in Ritu ſer-
uando in celebratione Miſſarum, circa finem, ſub tit. de Hora celebrandi
Miſſam. Qui ritus præcipitur obſeruari in Bulla Pij V. quæ impreſſa eſt in
principio dicti Miſſalis Romani. vt Miſſa Conuentualis, & Sollemnis ſe-
17 quenti ordine † celebretur. In feſtis quidem duplicibus, & ſemiduplicib.
in Dominicis, & infra Octauas dicta in choro hora Tertia. In feſtis autem
ſimplicibus, & ferijs per annum dicta Sexta. In Aduentu denique, Qua-
drageſima, Quattuor temporibus, & Vigilijs, quæ ieiunantur dicta Nona.
Ita enim efficitur, vt ſi non in tempore, ſaltem in ordine, venerandam di-
uinorum officiorum vetuſtatem conſeruemus.

Qua in re illud notandum eſt contra recentes multarũ eccleſiarum ritus,
quòd plerique Sacerdotes in vſu habent citius Miſſam canere in feriali-
18 bus diebus, quàm in feſtiuis: cum e contrario in diebus ferialibus † tar-
dius ad Miſſam Conuentualem celebrandam conuenire deberent, quàm
in feſtis. Quos Sacerdotes licet contraria conſuetudine iam obtenta excu-
ſari dicant Ang. ver. Miſſa. §. 41. Silue. ver. eod. 1. §. 6. verſ. 2. & Tabie. ver. eo.
§. 5. argumento tex. in c. illa. diſt. 12. Ego tamen monere non dubitarem,
vt poſtquam in reliquis partibus ſanctorum Patrum noſtrorum labores ſu
ſtinere nequimus, in hac ſaltem minima particula eos imitari non pigeat.
19 Miſſa vero defunctorum Conuentualis † præcipitur celebrari in dictis Ru
bricis Miſſalis Romani, vel poſt Matutinum, & Primam diei, vel poſt Ma-
tutinum diei, quando dictæ ſunt Vigiliæ, & Laudes pro defunctis. Miſſas
20 namque defunctorum in eccleſijs collegiatis conuentualiter † celebran-
das eſſe, ſiue aliàs de feſto, ſiue de feria fiat officium, habetur in c. cũ crea-
tura. & ibi per Glo. & Doct. de celebr. Miſſ. & fac. tex. in c. ſufficit. de conſ.
diſt. 1. & Glo. in c. conſuluiſti. dicto titu. de celebr. Miſſ. & not. per Silueſt.
ver. Miſſa. 1. §. 7. verſ. 1. & per Ang. ver. eod. §. 43. & per Abb. Panorm. in
conſ. 99. 2. partis in 1. dubio.

Ac viget vſq; hodie conſuetudo Romę in Baſilica Principis Apoſtolorum
ab antiquiſſimo tempore, cantandi ſingulis dieb. vnã Miſſam defuncto-
rum. Cuius conſuetudinis, quotidie. ſ. celebrandi pro mortuis in quibuſ-
dam locis meminit Amalar. lib. 4. de eccl. off. c. 42. & Alcui. li. de diui. offic.
de exſeq. motuorum.

DE

Digitized by Google

DE MISSA SABBATHI SANCTI, ET FERIAE quintæ in Cena Domini. Cap. XXX.

1 *Conſuetudo non minus quàm lex vigorem habet. & nu. 6.*
2 *Miſſa in Sabbatho ſancto non niſi vna in ſingulis eccleſijs celebrari debet. & nu. 9. Idem in feria quinta Cenæ Domini ſeruandum eſt. nu. 4.*
3 *Miſſa noctis Reſurrectionis ad diem Sabbathi ſancti tranſlata eſt.*
5 *Communicare quandoque laica cõmunione Sacerdotes debent propter exem plum, vt in Feria quinta, & Sabbatho maioris hebdomadæ.*
7 *Sacrificium corporis & ſanguinis Chriſti quotidie licet offerre.*
8 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
10 *Paraſceue maioris hebdomadæ non ſolum abſtinendum eſt a celebrando, ſed etiam a communione. Multi tamen in hoc contrarium tenent. num. 12. Sed mihi magis placet prior ſententia. nu. 13.*
11 *Communio neceſſaria, quæ de corpore exeuntibus fit pro viatico, nulli vmquam denegatur.*
14 *Altaria in Feria quinta Cenæ Domini denudantur ſatis tarde cum dicuntur veſpera in choro.*
15 *Exempla maiorum & doctiorum ſequuntur minores & ſimplices. iuxta illud, A boue maiori diſcit arare minor.*
16 *Probatio non ſumitur ab eo, quod poteſt eſſe & non eſſe.*
17 *Sacramenti corporis & ſanguinis Chriſti celebrationi eccleſia plene vacare non poteſt in die Feriæ quintæ in Cena Domini ob multas illius temporis occupationes.*

QVamuis autem Miſſam Sabbathi ſancti referri ad diem Dominicum ſequentem diximus ſupra c. proximo nu. 6. non per hoc tamen efficitur, vt vnuſquiſque ſacerdos in eo die Miſſam ſicut in die ſancto Paſchæ, & in reliquis anni diebus, paſſim celebrare valeat. Nam de more, &
1 antiquiſſima conſuetudine, quæ non minus quàm lex † vigorem habet. §. ex non ſcripto. inſt. de iur. nat. gent. & ciui. introductum eſt, vt non niſi
2 vna tantum Miſſa † in ſingulis eccleſijs celebretur. Et id quidem optima ratione. Nam cum illo tempore Eccleſia ſancta tamquam Sponſo ſuo, & Saluatore Chriſto viduata mœrorem maximum in omnibus officijs & cærimonijs præſeferat; congruum eſt, vt poſtquam traditio illa, de qua per Innocentium Primum in c. Sabbatho. de conſ. diſt. 3. ſacramenta ſcilicet illo die penitus non celebrandi, plene amplius non obſeruatur, cum Miſſa
3 noctis Reſurrectionis ad ipſum diem Sabbathi † iuſtis de cauſis tranſlata fuerit, ſaltem in eo antiquitatis memoriam, & temporis triſtitiam eccleſia oſtendat, vt non niſi ſemel in qualibet ſacra æde illo die Sabbathi ſanctum Ieſu Chriſti ſacrificium peragatur.
Quam conſuetudinem non ſolum in dicto die, ſed etiam in Feria quinta
4 Cenæ Domini † ſeruandam, & conſtantiſſime retinendam aſſerimus.
Tum primo quia toto illo triduo Eccleſia ſpeciali quodam pacto mœrere, & in luctu ſe eſſe indicat.

Tum

Tum ſecundo, quia decet, vt quemadmodum eo die Chriſtus dominus ſuis
manibus in vltima cena & ſeipſum, & ſuos Apoſtolos communicauit, ita in
maiorem huius Dominicæ cenæ repræſentationem aliquis primus Sacer-
dos in vnoquoque templo ſollemniter celebrans & ſe primum, & deinde
reliquos etiam omnes presbyteros proprijs manibus communicet.
Tum etiam tertio, quia ad refellendam prauam quorumdam hæreticorum
opinionem, qui falſo putant non niſi ſub vtraque ſpecie communicandum
eſſe, conuenit, vt etiam Sacerdotes vno vel altero die in toto anno, ſcilicet
Feria quinta, & Sabbatho maioris hebdomadæ a celebrando abſtinentes,
ſimul cum ceteris Chriſti fidelibus exemplum boni operis præbentes lai-
5 ca † quandoque communione vtantur.
Tum demum quarto, quia maxime cõuenit, vt ſaltem illo triduo tota mul-
titudo populi chriſtiani ſimul in eccleſijs conueniens ſollemniorem faciat
ſuo concurſu diuinorum officiorum celebritatem. Si enim plures in eadem
eccleſia Miſſæ peragerentur, faciliime populus dilaberetur, & vnuſquiſ-
que audita Miſſa diffueret; ita quòd Proceſſio, & reſeruatio ſanctiſſimi
Sacramenti, quã tunc fieri neceſſe eſt, debita careret populorum frequen-
tia & deuotione.
Atque ita huius ſententiæ, & conſuetudinis mentionem reperi apud Al-
cuinum in lib. de diuin. offic. cap. de Cęna Domini. vbi tradens officiũ Miſ-
ſæ illius diei, poſtquam dixit, quòd Pontifex qui celebrat, ſumpta commu
nione redit ad ſedem ſuam, ſubiungit, quòd dum cantatur ad Commu-
nionem antiphona, Dominus Ieſus poſtquam cenauit. &c. Interim commu
nicat Clerus, ſeu oĩs populus. Quę verba habet ẽt Fragmentum incerti au
ctoris de Veteris eccleſiæ ritibus. impreſſum per Vuolfgangum Lazium.
Et ibi in margine annotatum eſt. Communicatio Sacerdotum ſub vna ſpe-
cie. Sed clarius in Ordine Romano antiquo, in c. ſimiliter de Cena Domi-
ni. habẽtur hæc verba. Fractis autem oblatis communicent Presbyteri pri
mo, poſtea Diaconi, & ceteri oẽs. Et ita pficiaſ Miſſa pleniter ordine ſuo.
Non obſtant modo, quæ a Doct. Nauarro in Manua. Confeſſ. c. 25. nu. 88.
in contrarium allegantur. Cuius auctoritate nõ nulli fortaſſe permoti con
tra receptum morem intrepide interdum atq; audacter agere tentauerũt.
Et primo dum dicit, ꝗ nullo iure prohibetur, eo die & publice, & priua-
tim celebrari. quo argumento vtitur etiam Ioſeph. Angles in Floribus, de
Euchariſtiæ ſacram. quæſt. 8. de valore Miſſæ, art. vlt. difficult 4. conclu. 3.
reſpondeo, quòd ſatis id prohibetur iure non ſcripto, & conſuetudine rece-
pta, cui neque tex. vllus, neque vlla ratio refragatur. Conſuetudinem autẽ
6 eamdem vim cum iure ſcripto † obtinere & probatur multis auctoritatib.
præſertim vero diſt. 11. & 12. & clarius eſt, quàm vt vlla egeat probatione.
Quòd ſi quis dubitet, an ſit huiuſmodi conſuetudo, ſciat is, & ipſummet
Nauarrum eam fateri, ac teſtari, dum dicit, fere omnes illo die a celebran-
do abſtinere; & Dominicum de Soto in 4. ſent. diſt. 13. q. 2. art. 2. in reſpon-
ſione ad ſecundum argumentum dicere, quòd ritus eccleſiaſticus habet,
in die cenę Domini, & Sabbatho ſancto, vt ſola vna celebretur Miſſa; &
Examen Confeſſariorum dialogo quinto, §. 235. aſſerere, quòd antiquiſſi-
ma conſuetudo eccleſię eſt, vt in his duobus diebus non niſi vna tantum
Miſſa celebretur ſollemnis, & quod non meminit, ſe aliquando in his die-
bus vidiſſe Sacerdotem priuatim celebrantem; & (quod plus eſt) ſciat etiã,
dum

Digitized by Google

dum Romæ quidam eam conſuetudinem interrumpere auderent, fuiſſe illis de mandato Illuſtriſs. Card. Sabelli Vicarij D. Papæ præceptum, vt ſeſe ceteris conformarent, & eiſdem fuiſſe expreſſe prohibitum, ne Miſſas plures quàm vnam in ſingulis eccleſijs celebrarent. Huiuſmodi etiam conſuetudinem probari videtur Alcuinus non ſolum in verbis ſupra inductis, ſed etiam in eodem cap. de Cena Domini. quando ait loquens de ipſa die Feriæ quintæ, & de toto triduo maioris hebdomadæ, quòd ſacerdotale officium his diebus non agitur, quia percuſſus eſt paſtor, qui eſt Chriſtus, & arietes gregis diſſipati ſunt. In quibus verbis videtur Miſſam intelligere; nam & in margine ibi ſcholium habetur ſic dicens. Quare Miſſa non celebratur tempore Sepulturæ. Intelligit autem proculdubio Alcuinus de Miſſa priuata non ſollemni, nam Miſſam ſollemnem pro dicto die Cenæ Domini ponit ipſe paulo infra in eod. cap. Eadem autem verba cum eadem apoſtilla marginali habentur etiam in fragmento incerti auctoris de Ritibus, & cerimonijs eccleſiæ Romanæ, impreſſo (vt dictum eſt) per Vuolfgangum Lazium.

Secundo dum inquit Nauar. quòd tex. in d. c. Sabbatho. bene ponderatus permittit cuilibet presbytero eo die ſacrum facere; puto Nauarrũ voluiſſe ex illo canone argumentum colligere a contrario ſenſu hoc modo. Si traditio eccleſię habet, biduo ſacramenta non celebrari, ſcilicet Feria ſexta in Paraſceue, & Sabbatho ſancto, vt in illo tex. habetur, ergo a contrario ſenſu Feria quinta in Cena Domini nulla traditio eccleſiæ habet, vt Sacramenta non celebrentur. Stringo adhuc fortius argumentum, Nam cum
7 regula generalis ſit, vt quotidie liceat † corpus & ſanguinem Ieſu Chriſti in ſacrificio offerre, vt colligitur ex c. viſum. de conſ. diſt. 1. & c. iteratur. de conſ. diſt. 2. & nulla dies reperiatur excepta, niſi Feria ſexta, & Sabbathum maioris hebdomadę in d. c. Sabbatho. ergo relinquitur, quòd in Feria quinta Cenæ Domini poterit ſine vlla exceptione celebrari, ſicut in reliquis
8 anni diebus; nam exceptio ſolet firmare regulam † in caſibus non exceptis. l. nam quod liquide. §. fi. ff. de pen. leg. Ad hoc argumentum reſpondetur, quòd ponderandum eſt in d. c. Sabbatho. verbum penitus, quod ibi habetur, nam illud ſoluit totam difficultatem. Ibi enim dicitur, quòd traditio eccleſiæ habet, illo biduo ſacramenta penitus non celebrari. Vnde fateor, quòd in Feria quinta Cenæ dominicæ non prohibetur ex eccleſiæ traditione, penitus & omnino, ſacrificium peragi, ſed conſuetudo eſt, vt ſemel tantum in vnoquoque templo peragatur. Cui conſuetudini bonis rationibus vt ſupra probatum eſt introductæ tantum abeſt, vt tex. in d. c. Sabbatho, obuiet, vt potius bene ponderatus in d. ver. penitus. aliquo modo faueat. Et ſequeretur alioquin, quòd etiam in Sabbatho ſancto, ad quod retracta eſt Miſſa noctis Reſurrectionis, liceret hodie in eadẽ eccleſia plures Miſſas facere. Cuius tamen contrarium † non ſolum ex more receptiſſimo apparet, ſed etiam ex Miſſali Romano fel. record. Pij Quinti. Ibi enim in vigilia Pentecoſtes, quę habet Miſſam Conuentualem cum prophetijs, & litania, & ſine Introitu ſimilem Miſſę Sabbathi ſancti; poſt dictam Miſſam ſollemnem ſubiungitur Introitus pro Miſſis priuatis. Vnde cum nullus Introitus in Sabbatho ſancto ſubiungatur pro Miſſis priuatis, datur intelligi, quòd eo die nulla Miſſa priuata, ſed ſollemnis dumtaxat, & principalis quæ vnica eſt in ſingulis eccleſijs, celebrari debeat.

Et

Digitized by Google

cap.53.dicat quod presbyteri in Sabbatho ſancto poſt baptiſmum demum
poſſunt Miſſam,ſi neceſſe fuerit,priuatim celebrare, & a litania eam inci-
pere:id tamen pro antiquo tempore,quo in nocte Reſurrectionis Miſſæ cō
plebantur,procedere poſſet:at hodie cum aliæ vigeant conſuetudines, &
cū oīs veſpertina Miſſarum celebratio reprobata ſit per Pium V. vt ſupra
vidimus cap.præced.cumque non niſi ab aurora vſque ad meridiem tem-
pus celebrandi debitum iuxta Miſſalis regulas protendatur, vt & ſupra di-
ximus,& infra latius explicaturi ſumus,cap.41.dictum illud Micrologi nul
la locum habet ratione. Addo quòd fortaſſe Micrologi dictum intelligen
dum eſt de Miſſis,quæ in ſingulis parochijs,aut minoribus eccleſijs ſingu-
la eo Sabbathi ſancti die celebrandę ſunt,quas iccirco appellat priuatas nō
quia aliæ ſollemnes in eiſdem parochijs,aut eccleſijs non cantenſ,ſed quia
ſine benedictione cerei paſchalis,ſine prophetijs præcedentibus,& ſine a-
lijs ſollemnitatibus priuatim ſubmiſſa voce peraguntur.
At in Feria ſexta in Paraſceue in tantum etiam hodie prohibentur ſacra-
menta penitus celebrari,iuxta id quod legitur in d.cap.Sabbatho.vt non ſo
10 lum a Miſſa,ſed etiam a Communione† (meo iudicio)omnibus omnino ab-
ſtinendum ſit,excepto Sacerdote,qui eius diei officium peragit,& exceptis
infirmis,qui pro viatico communicandi eſſent. Nam dum tex.dicit, eo die
ſacramenta penitus non celebrari,innuere videtur,ne dum cōſecrationem,
ſed etiam miniſtrationem ſacramenti corporis Chriſti eſſe prohibitam, mi-
11 niſtrationem(inquam)voluntariā,nam neceſſaria † quæ de corpore exeun
tibus fit,nulli vmquam denegari debet,c.pęnitentes,diſt.50.cap. ſi quis de
corpore,& c.de his,26.q.6.Ad quod etiam facit Rubrica ſupradicti Miſſa-
lis Romani in dicta Feria quinta Cęnæ Domini,quæ ita habet.Hodie reſer
uat Sacerdos in loco honeſto & conuenienti vnam hoſtiam conſecratā pro
die ſequenti,in quo non cōficitur; vel etiam plures ſi neceſſe fuerit pro in-
firmis.Ex quibus verbis colligo,quòd vbi neceſſitas non eſt, & pro non in-
firmis plures hoſtiæ non ſunt reſeruandæ.
12 Et quamuis contra hanc opinionem † videatur eſſe ordo Romanus, in die
Paraſceues in fi.vbi ait,Et communicant omnes cum ſilentio. Et liber ſa-
cramentorum S.Gregorij impreſſus per Iacobum Pamelium in 2. Tom. Li-
turgicon Latin.vbi in feria ſexta in Paraſceue,ita dicitur. Deinde commu-
nicat ipſe Sacerdos,& omnis Clerus.Et Amalar.lib.1.de eccleſ.off. capi.12.
vbi ait,quòd corpus Domini reſeruatur a feria quinta vſque in Paraſceuen,
quia ſecundum Auguſt.ſunt qui quotidie volunt Euchariſtiam ſumere, &
cum in die Paraſceues non conficiatur corpus Domini,neceſſe eſt,vt hi qui-
bus eſt voluntas communicandi habeant ſacrificium ex priori die.Et Vula-
fran.Strab.lib.de reb.eccleſi.c.22.in prin.vbi habet hæc verba.Relatio Ma-
iorum eſt, ita primis temporib. miſſas fieri ſolitas,ſicut modo in Paraſce-
ue Paſchæ(in quo die apud Romanos Miſſæ non agunſ) communicationē
facere ſolemus,ideſt præmiſſa oratione Dominica, & ſicut ipſe Dominus
noſter præcepit,commemoratione paſſionis eius adhibita, eos corpori Do-
minico communicaſſe, & ſanguini, quos ratio promittebat. Et poſtremo
Io.Belet.in Rat. c.99.vbi inquit,ꝙ reſeruatur corpus Dn̄i in fer.v.tū primo
propter infirmos,tū ſecundo,quia illis trib.diebus maxime oēs ij religioſi,
quib.neceſſitas eſt,debeant cōicare.Quod idē innuit Guil.Durant.in Rat.
13 li.6.c.75.nu.9.Tn̄ his non obſtantib.mihi magis placet † alia opinio ſupra-
dicta

dicta tum ob rationes iam aſſignatas,tum quia Alcui.in lib.de diui. off.ca.
de Cena Dñi. & Fragmentũ incerti auctoris de Ritibus & cærimonijs ec-
cleſiæ Romanæ,habent hæc verba.De eodem vero die legitur in Ordini-
bus,quod reſeruandum ſit de corpore Dñi ad cõmunicãdum in craſtinum.
Auguſtinus ad Ianuarium, Sunt qui quotidie euchariſtiam volunt ſumere.
Et quia in Paraſceue non conficitur corpus Domini, neceſſe eſt, vt hi, qui-
bus eſt voluntas communicandi habeant ſacrificium ex priori die. Quod
tamen Romani non faciunt.Hæc Alcuinus,& Fragmentum.Et Amalar.lib.
1.de eccl.off.cap.15.in prin.in ſuperius memorato libro(inquit)ideſt in Or
dine Romano inueni ſcriptum,vt duo presbyteri afferant poſt ſalutationẽ
Crucis corpus Domini,quod pridie reſeruatum fuit, & calicem cum vino
non conſecrato,quod tunc conſecretur,& inde communicet populus.
De qua obſeruatione interrogaui Romanum Archidiaconum,& ille reſpõ-
dit:in ea ſtatione,vbi Apoſtolicus ſalutat crucem,nemo ibi communicat.
Non obſtant poſtremo quę dicit Nauarrus dum cauſſas reddit,cur fere om
nes eo die a celebrando abſtinent;videtur enim id cuidam errori,aut igno-
rationi adſcribere.Alij(inquit)abſtinent ob defectum commoditatis, quia
in illo die Sacriſtæ altaria denudant.Alij quia falſo putant licere. Alij ob
auditionem confeſſionum.Sed ad hæc reſpondetur,quod prima cauſſa(pa-
ce ipſius)falſa eſt;nam altaria denudantur a Sacerdote poſt Miſſam ſollem-
nem,quæ ſatis tarde eo die celebratur,& poſt factam proceſſionẽ,& repoſi
14 tum ſanctiſſimum Sacramentum,dum dicuntur † Veſperæ in choro, iuxta
Rubricam Miſſalis Romani,& iuxta id quod habetur in Ordine Romano,
in cap.de Cęna Domini,& per Guill.Durant.lib.6.Ration.c.76. & per Al-
cuinum in ſupracitato c.de cęna Domini,in fi.vbi ait,quod omnibus finitis
nudantur altaria iam circa noctem. Quare magna eſſet commoditas cele-
brandi mane ante Miſſam ſollẽnem,vel etiam dum cantatur Miſſa ſollem-
nis,quemadmodum fit in alijs diebus.Secunda cauſſa ſimiliter falſa eſt,nã
multi ſunt Sacerdotes,qui bene intelligunt,quid ſibi liceat, aut quod non
15 liceat;& hi ob ignorantiam non abſtinerent:ceteri vero ſimplices & † idetę
ſequerẽtur exẽplũ eorũ qui præſunt,& qui intelligũt,iuxta illud vulgatũ.
A boue maiori diſcit arare minor.
argumento tex.in cauſſis,de re iudic.Tertia cauſſa vera quidem in ſe eſt,quia
multi in audiendis cõfeſſionib.occupantur,ſed tamen ſi ſcirent,eo die Miſ
ſam facere cuilibet licere,ita uni bono operi incumberent, vt alterum non
omitterent;quẽadmodũ non omittunt in alijs præcedentib. diebus cum
16 hæc non ſint inter ſe incompatibilia.Quare non probat hoc eſſe,† quod ab
hoc contingit abeſſe,l.neque natales,C.de proba. Vrbanus Quartus in cle
men.1.§.licet igitur,de reliq.& vener.ſanct.non nullas refert eccleſiæ occu
pationes,quibus eo tẽpore impeditur, quo minus celebrationi ſanctiſſimi
Sacramenti plene vacare valeat;quas tamen non videatur improbare, ſed
18 tamquam neceſſarias recenſere.Ita enim inquit.In die namque Cęnæ Do-
mini, quo die Chriſtus hoc inſtituit ſacramentum vniuerſalis eccleſia pro
pęnitentiũ reconciliatione,ſacri confectione chriſmatis, adimpletione man
dati circa lotionẽ pedum,& alijs plurimũ occupata,plene vacare nõ poteſt
celebrationi huius maximi ſacramenti.Concludo itaq; ſiue ob huiuſmodi oc
cupationes,ſiue ob alias cauſſas quas ſupra retulimus, conſuetudine anti-
quiſſima introductum fuiſſe,vt eo die Feriæ quintæ in Cęna Domini plu-
res

res miſsas facere quàm vnam in vnaquaque eccleſia non liceat. Quòd ſi liceret, etiam quòd plurimæ eſſent aliæ occupationes præter ſupradictas, Sacerdotes tamen deuoti, qui præcipue ſolent quotidie Miſſam celebrare, illum diem (ita enim firmiſſime puto) abſque ſacrificio non prætermitterẽt vllo modo: & viã inuenirent, qua & huic in primis muneri, & deinde etiam alijs quantum fieri poſſet, ſatisfacereut.

DE HORA PRANDII.

Cap. XXXI.

1 *Miſſa vt diligentior fiat præparatio, differtur quantum differri poteſt ante prandium.*
2 *Ad comeſtionem longe tardius accedebant antiqui, quàm nunc nos facimus.*
3 *Comeſtio meridiana a quibuſdam reprehenditur, ſed neſcio an recte.*
4 *Comedẽdi horam extra ieiunia eſſe ſextam probatur ex Caſſiano. Item ex Theophylacto, num. 5. Itẽ ex S. Benedicto, num. 6. Item ex S. Pachomio, numero 7. Item ex S. Baſilio, num. 8. Item ex canone pænitẽtiali, num. 9. Item ex ſacris litteris. num. 10. Item ex S. Hieronymo, nu. 11. Item ex Pompeio Feſto, num. 12.*
13 *Prandium ex græco dicitur, & in meridie èrat apud veteres.*

EA quæ ſuperius diximus de horis celebrandi Miſſas, pendent maxime
1 ab horis, in quibus ſolui ieiunium ſtatutum eſt. Miſſa enim† (vt inquit B. Tho. in 4. ſent. diſt. 13. q. 1. art. 2. q̃ſa. 4. & Summa Confeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 129. & Alber. de Rolat. in dictionar. ver. Miſſa qua hora. & Piſan. verſ. Miſſa, §. 3.) vt diligentior fiat præparatio, differtur quantum differri poteſt, ante prandium. Et Io. Beleth. in Rationali cap. 119. ait, eccleſiam ſtatuiſſe, vt abſoluta Miſſa, & peracta communione ſtatim accedatur ad prandium, ne forte quidpiam ſacri in ore remanſerit ijs qui communicauerunt, quod expuendo facile emitti queat. Quare cum varia ſit hominibus prandendi hora ſecundum diuerſitatem temporum & dierum, hora etiam celebrandi Miſſas varia neceſſe eſt a iure, & a conſuetudine ſtatuatur.

Et quidem antiquitus † cum homines eſſent ſobrietati, & ieiunijs magis aſſueti, longe tardius ad cibum ſumendum accedebant, quàm nunc nos facimus. Illi enim vel ſemel tantum in die ad horam nonam, aut etiam a Solis occaſum comedebant, vel certe vſque ad ſextam ſemper ieiunabant: nunc vero adeo ſolliciti ad comedendum ſumus, vt vix in ſollemni etiam quadrageſimalis ieiunij tempore meridiem exſpectemus, & illum quidem nõ plene & perfecte, ſed craſſo quodam modo ſufficiat attigiſſe, vt ſcilicet vel in meridie, vel circiter meridiem iuxta Doctorum recentium interpretationẽ prandeamus. Reliquis vero temporibus extra ieiunia, tanta vtimur præuentione horarum in comedendo, vt numquã fere vltra tertiam prandium differatur. Et licet ſanitatis aut medicinæ cauſſam prætendamus, ipſa tamen nimia diligentia nihil aliud præſefert, quàm quod animus ſtatim ab initio diei in patinis Terent. in Eunuch. Act 4. Scen. 7. totus eſſe videatur. Qua in

re illud afferre lubet, quod Gratianus ſcribit in c.contraria.de conſ.diſt.5. ex B.Ambroſio in pſal. nu. 20.vt corrupte ibi legitur, ſed.118.ſer.22.par. 6. Contraria (inquit ibi tex.) diuinæ conditioni præcepta medicinæ ſunt, quę a ieiunio reuocant, lucubrare non ſinunt, ab omni intentione meditationis adducunt: Ita qui ſe medicinis dederit, ſeipſum ſibi abnegat.

Nolo hic ego falcem ponens in alienam meſſem, de hora comeſtionis diſputationem texere, quænam ſcilicet ſit corpori ſalubrior, & magis cum Medicorum placitis conueniat. Scio quoſdam, quorum vnus eſt Bernardinus.
3 Gomeſius lib.3. eorum comment. quos de Sale inſcripſit, † qui valde reprehendant meridianas refectiones; aſſerant q; meridianum tempus ſumendis cibis & intempeſtiuum, & ſaluti contrarium eſſe; idque licet paradoxum appellent, non nullis & rationibus & exemplis oſtendere nitantur. Quidquid tamen ſit, certe S.Thom.2.2.quęſt.147.art.7.& 4.ſent.diſt.15.quęſ.3. art.3.q̄ſta 3.non malis rationibus, ſed ex medica etiam facultate deprōptis, probat, debitam, & communem hominibus comedendi conſuetudinem eſſe circa horam ſextam. Quòd ſi etiam aliæ omnes rationes deficerent, illa nobis maxima, ac vrgētiſſima ſatis eſſe deberet, quod videamus veteres Patres noſtros, quorū vitas & diuturniores in annis, & præſtantiores in moribus fuiſſe certo ſcimus, hora cōmuniter meridiana, & nūquā citius mane comediſſe. Quam rē ne videamur ſimplici hoc noſtro tantū dicto aſſerere, non nullas antiquorum auctoritates adducemus, quibus quænam comedendi hora tum in ieiunijs, tum extra ieiunia apud illos in vſu eſſet, aperiemus.
4 Ioan.Caſſianus in primis † coll.21.c.23.ſtatuens comedendi horam tempore paſchali, quod feſtiuum, & Quinquageſimæ appellat, ſextam commemorat his verbis. Vt ergo & diebus feſtiuis ſtatutæ conſuetudo ſollemnitatis cōſeruetur, & ſaluberrimus parcimoniæ modus minime tranſcendatur, ſufficit, vt indulgentiam remiſſionis euſque progredi patiamur, vt cibus qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius, id eſt ſexta hora pro feſtiuitatis tempore capiatur, ea ratione dumtaxat, vt eſcarum ſolitus modus vel qualitas non mutetur, ne puritas corporis, vel integritas mentis abſtinētia Quadrageſimæ diligētius acquiſita, Quinquageſimæ remiſſione depereat, nihilque nobis proſit acquiſiuiſſe ieiunijs, quod mox amittere cogat incitata ſaturitas. Idē lib. 10.de ſpiritu Acediæ, capit.1. ait per Acediæ vitium maxime circa horam ſextam monachum inquietat, vt quædā febris ingruēs tempore præſtituto, ardentiſſima æſtus acceſſionum ſuarum ſolitis ac ſtatutis horis animæ inferens ægrotanti. Denique (inquit) nonnulli ſenum hunc eſſe pronunciatur meridianum dæmonem, quod in Pſal.90.nuncupatur. Et cap.ſeq.huius rei cauſam aperiens, hunc meridianum dæmonem dicit laſſitudinem corporis cibique eſuriem quinta, ſextaque hora tantam ſuſcitare, vt Monachus veluti longo itinere, grauiſſimoque labore confectus ſibimet laſſuſque videatur; aut quaſi refectionem cibi biduano ieiunio, triduanove diſtulerit. Ex quibus innuit, Monachos ante horam ſextam nunquam fuiſſe ſolitos cibum ſumere. Quod etiam colligitur ex libro Nili Monachi de octo vitioſis cogitationib. quæ hr̄ inter opera S. Io. Dam. Ibi.n.in c.de Acedia, in prin. conformiter ijs q̄ dicta ſunt a Caſſiano, ita inquit. Acer aūt atq. in primis grauis eſt hic dęmō, ſemperq; Monachis infeſtus, ac p̄ſertim circa meridie inſidias ſtruit. Vnde ēt meridianus nuncupatur. Et prope finē. Medicus (ait) ad ægrotātes mane ſe cōfert, acedia aūt meridiano tp̄e ad Monachos.

Theo-

5 Theophyla.† in c.27.Matt.ſuper illis verbis,A ſexta aũt hora tenebrę factę
ſunt.clare ſextã horã comeſtioni deputatã idicat,ita inquiẽs.Sexta aũt die
hõ eſt conditus,q & ſexta hora de ligno comedit:hoc.n.eſt comeſtionis t, s.

6 S.Benedictus † in ſua Regula diſcretiſſimus,expreſſe in dieb. non ieiuniorum horam ſextam prandio,in ieiunijs nonam,& in Quadrageſima veſperam refectioni tribuit.Cuius verba cap.41.hæc ſunt.A ſancto Paſcha vſque
ad Penteceſten ad ſextam reficiant fratres,& ad ſeram cenent. A Penteco
ſte autem tota æſtate,ſi labores agrorum non habent monachi, aut nimietas æſtatis non perturbat,quarta & ſexta feria ieiunent vſque ad nonam ,
reliquis vero diebus ad ſextam prandeant. Quæ prandij ſexta, ſi opera in
agris habuerint, aut æſtatis feruor nimius fuerit , continuanda erit , & in
Abbatis ſit prouidentia.Et ſic omnia temperet,atque diſponat,qualiter &
animæ ſaluentur,& quod faciunt fratres, abſque iuſta murmuratione faciant.Ab idibus autem Septembris vſque ad caput Quadrageſimæ ad nonã
ſemper reficiant.Ab initio Quadrageſimæ vſque ad Paſcha ad Veſperam reficiant.Ipſa tamen Veſpera ſic agatur,vt lumine lucernę non indigeant reficientes,ſed luce adhuc diei omnia conſummentur.Sed & omni tempore
ſiue cenæ,ſiue refectionis hora ſic temperetur,vt cum luce fiant omnia.

7 S.Pachomius† in principio Regulæ,quã ab Angelo habuiſſe fertur,ordinat,
quòd in alijs diebus extra ieiunia,comedant qui volunt,poſt meridiem.

8 S Baſilius† idẽ indicat in ſerm.aſcetico,cui titulus eſt,De homine,quòd ſit
imago Dei,vbi dicit,ꝙ meridiana oratio,quę ſcilicet Sexta appellatur , diuidẽda eſt,ita vt vna pars ante,altera pars poſt refectionẽ impleatur,vt hoc
modo iuxta Dauidis prophetę dictũ,ſepties in die laudem Dño dicamus.
B.Bernardus ĩ lib. qui inſcribitur,Modus bene viuẽdi ad ſororẽ ſuã,ſer.52.
qui eſt de pſalmis,& hymnis.innuit,ſextã prandio eſſe deputatã in diebus
extra ieiunia,in diebus vero ieiuniorũ nonã. dum inquit. Pſalmi nos lętificant hora diei ſexta in panis cõfractione. Pſalmi ad horã diei nonã ieiunia reſoluunt,& nos ſatiant dulcedine ac ſuauitate ſpiritali.

9 Quidã canon pænitentialis † apud Burchar.lib.19.cap. 19. ex Pænitẽtiali
Romano,inquit,ꝙ pęnitẽs ille,de quo ibi habet,omni die ſi velit,& ſi abſtinere nõ vult,reficiat ſe ad ſextã;quartã tñ feriã & ſextã ieiunet ad nonã.
In quo oſtendit,ꝙ hora refectionis qñ nõ eſt dies abſtinẽtię,aut ieiunij, ſit
ſexta.Amalar.li.1.de eccl.off.c.37.loquens de dieb.Quinquageſimę,in quibus ieiunia relaxantur,Romana(inquit)conſuetudo vnum diem , id eſt ſeptimo Kal.Maij interponit,quem vocat in Litania maiore,non in ieiunio .
Litania autem(vt prædiximus)deprecatio eſt apud nos.Poteſt enim ſerena
mens,& aliena a voluntate mala deprecari Deum , quamuis manducet ſobrie carnem meridie,& lætetur de Reſurrectione Domini.

B.Gregorius Papa in 3.dialog.cap.15.vir venerabilis Florentius(inquit)qui
in cella quattuor vel quinque pecudes remanſerãt , quibus omnino deerat
qui paſceret & cuſtodiret, cuidam vrſo præcepit dicens , Vade atque oues
has ad paſtum eijce,ad horam vero ſextã reuertere.Cępit itaque hoc indeſinenter agere.Iniungebatur vrſo cura paſtoralis, & quas manducare conſueuerat,paſcebat oues beſtia ieiuna.Cum vir Domini ieiunare volebat ad
nonam præcipiebat vrſo,eadem hora cum ouibus reuerti, cum vero noluiſſet,ad ſextam.In omnib. itaq.mandatis viri Dei obtemperabat vrſus,vt neque ad ſextam iuſſus redire,veniret ad nonam,neque ad nonam iuſſus re-

Digitized by Google

dire,veniret ad ſextam;Ex quibus colligitur, comedendi horam in ieiunijs
fuiſſe nonam,in alijs diebus fuiſſe ſextam.

10 Item poſtremo colligitur etiam ex ſacris † litteris.
Gen.43.dicitur,quòd fratres Ioſeph parabāt munera, donec ingrederetur
Ioſeph meridie:audierant enim,quòd ibi comeſturi eſſent panem.
Daniel.13.de duobus ſenibus dicitur,quòd frequentabant domum Ioacim,
& veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia.Cum autem populus re-
uertiſſet per meridiem,ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in poma-
rio viri ſui. Dixitque alter ad alterū,Eamus domum,quia hora prandij eſt.
Nehem.8.habetur,quòd Eſdras ſacerdos attulit librum legis coram multi-
tudine virorum ac mulierum in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo
aperte in platea quæ erat ante portam aquarum,de mane vſque ad mediā
diem.Et infra ſubiungitur.Et dixit eis.Ite,comedite pinguia, & bibite mul
ſum,& mittite partes his,qui non præparauerunt ſibi.
Ioan.4. habetur, quod quando Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra
fontem hora erat quaſi ſexta;& quod tunc Diſcipuli eius abierant in ciui-
tatem,vt cibos emerent.Luc.9.dicitur,quòd turbæ ſecutæ ſunt Ieſum, &
ipſe excepit eos,& loquebatur illis de regno Dei,& eos qui cura indigebāt,
ſanabat.Dies autem(inquit Euangeliſta)cœperat declinare. Et accedētes
Duodecim,dixerunt illi.Dimitte turbas,vt euntes in caſtella,villaſque,quę
circa ſunt, diuertant,& inueniant eſcas:quia hic in loco deſerto ſumus.Ait
autem ad illos,Vos date illis manducare.Act. 2. inquit Petrus, Non enim
ſicut vos æſtimatis hi ebrij ſunt,cum ſit hora diei tertia.Quibus verbis oſtē-
dit,quòd tertia diei hora diſtaret plurimum a ſolita hora comeſtionis.
Item eorumdem Act.10. dicitur, quod Petrus aſcendit in ſuperiora vt ora-
ret circa horam ſextam.Et cum eſuriret voluit guſtare:parantibus autem il-
11 lis,cecidit ſuper eum mentis exceſſus.&c.Cuius loci mentionem faciens S.
Hieronymus aduerſus Iouinianum lib.2.clare videtur innuere,quod pran-
dium non ante horam ſextam fiebat.Ita enim ait.Petrus Apoſtolus non ex-
ſpectans ſtellam more iudaico,ſed hora ſexta in ſolarium pranſurus aſcēdit.
Et infra.Si autem Petrus hora ſexta pranſurus aſcendit in cenaculum, for-
tuita eſuries non facit præiudicium ieiuniorum.Hoc enim modo & Domi-
nus quia ad puteum Samariæ hora ſexta feſſus reſedit,& bibere voluit,om
nibus incumbit neceſſitas,velint nolint,hoc tempore bibendi. Potuit au-
tem fieri,vt vel Sabbathum eſſet,vel dies Dominicus;& poſt bidui, tridui-
que ieiunium hora ſexta eſurierit;numquam enim crediderim,Apoſtolum,
ſi ante vnam diem cenauerat,epuliſque diſtentus fuerat; alterius diei eſu-
riſſe meridie.Quod ſi cenauit pridie,& ſequenti die eſuriuit ante prandiū,
non exiſtimo,quòd vſque ad ſatietatē comederit, qui tā cito potuit eſurire.
B.Proſper Aquitan.in lib.ſent.ex operibus B.Auguſ.excerptarum cap. 203.
aſſerit,Chriſti aſcenſionem fuiſſe in meridie.non ob aliud(puto)niſi quia
Act. 1.dicitur, quòd Chriſtus conueſcens cum Diſcipulis ſuis præcepit eis,
ab Ieroſolymis ne diſcederent;& poſtquam locutus fuiſſet, videntibus illis
eleuatus eſt.
12 Et vt ex prophano etiā aliquo auctore idē probemus,†Sextus Pomp.Feſtus
13 lib.14 de verb.veterū ſignif.Prandium (inquit)ex græco † eſt dictum; nam
meridianum cibū cenam vocabant.Et lib.3.Cena(ait)apud antiquos dice-
batur,quod nunc eſt prandium.Et lib.11.Merendam antiqui dicebant pro
prandio.

prandio,quòd ſcilicet medio die caperetur. Quibus verbis oſtendit, horam prandij apud veteres fuiſſe meridiem. Vnde autem ex græco dictũ ſit prandium licet Feſtus non aperiat,indicat tamen Plutar.in Sympoſ.8.probl.vlt. De qua re videndus eſt Cælius Rhodig.lib.27.antiquarum lectionum,cap. 24.& Guill.Canterus lib.4.lectionum nouarum,cap.28.

DE HORA PRANDII. Cap. XXXII.

1 *Prandendi horam Canoniſtæ dicunt eſſe tertiam,cum tamẽ in iure ſit potius ſexta,& num.14.Sed hodie eſt tertia,nu.16.Tempore B. Thomæ erat adhuc ſexta,num.17.Sed Alex.de Ales dicit fuiſſe tertiam,num.18.Hugo autem de S.Vict.dicit eſſe horam a tertia vſque ad ſextam,num.19.*

2 *Priſcillianiſtæ hæretici mane prius comedebant,& deinde accedebant ad ſacras oblationes,& nu.5.& 7.*

3 *Miſſæ celebrantur hora tertia,& nu.15.*

4 *Tertia diei hora appellatur ſacra,& quarè.*

6 *Euchariſtiæ ſacramentum ieiunis tantum licet offerre,& accipere,& nu.9. & 12.Excepto vno die Feria quinta in Cœna Domini,nu.8.& 10.Verum ille etiam mos cœnæ Dominicæ abrogatus eſt,nu.11.*

13 *Comedere mane ante tertiam non eſt in vſu apud ſanctam Eccleſiam.*

20 *Tempus idem appellatur ſexta ab hora iam incœpta,& appellatur tertia ab hora perfectè completa.*

1 EX his,quæ ſuperiori capite dicta ſunt,patet,Doct.Canoniſtas, qui aſſerunt,horam† prandendi ſtitutam eſſe tertiam,vt eſt Archidiac.& Ioan. de Tur.cre.n.& alij in c.quod dicit.diſt.41.& Addi.ad Panor. in rub. de obſer.ieiun.in ver.Thomam non bene locutos fuiſſe. Et ſiquidem ad conſuetudinem duntaxat ſuorum temporum reſpexiſſent,ſuſtineri poſſent ; ſed quoniam id tamquam iure probatum, & canonum auctoritate aſſeuerant, facile redarguendos putamus. Textus.n.in c.fi.diſt. 44. in quo ſe fundant, nihil prorſus pro eorum opinione facit.

Dicit ibi tex.qui deſumptus eſt ex lib.Capitulorum ex græcis Synodis collectorum per Martinum Bracharenſem Epiſcopum,c.65.licet apud Iuo.6. par.c.256.ex conc.Carthaginienſi deſumptus legatur. Non oportet Clericos,vel laicos religioſos ante ſacram horam diei tertiam inire cõuiuia. Quibus verbis non vult tex.quòd in hora diei tertia conuiuia a Clericis ineantur;ſed tantum prohibet,ante illam horam iniri poſſe a clericis conuiuia. Cuius prohibitionis ratio fuit,quia non nulli ex ſecta Priſcillianiſtarum hæ-
2 retici † in more habebant,mane prius comedere,& deinde ad ſacras obla-
3 tiones accedere,quæ hora tertia conſecrabantur †ex decreto S. Teleſphori Papæ,vt habetur in c.nocte, de conſec. diſtinct.prima. Quare intentio ſynodi in dicto cap.fin.fuit hoc tantum ſtatuere, vt Miſſarum ſollennia,quæ in tertia diei hora (vt diximus) celebrabantur, a ieiunis ante comeſtionem fierent;Quod autem in tertia diei hora pranderetur, hoc nullo pacto

Synodus in eo canone ſtatuit, nec inde vllo argumento colligi poteſt. Immo
4 vero contrarium inde deducitur, dum dicit tex. Ante ſacram † horam diei
tertiam. Non enim tertia diei hora, ſacra appellari poteſt ex eo, quòd in il-
la prandia, aut conuiuia fiant: Sed quia Synodus præſupponit, tertiam diei
horam ſacris oblationibus, & Miſſarum ſolemnijs deputatam eſſe, idcirco eā
ſacram appellat. Vnde Rupertus abbas Tuitien. lib. 10. de diuin. off. cap. 18.
ait, quòd opportune Spiritus ſanctus hora tertia ſuper Apoſtolos adueniēs
viuificis eamdem horam dedicauit myſterijs: qua homines adhuc ſolrij, &
carnalib. cibis, adhuc ieiuni primum quærere debent regnum Dei.
5 De eo autem Priſcillianiſtarum † abuſu, quem nos ſupra narrauimus, men-
tio habetur in conc. Bracharenſi 2. cui interfuit idem Martinus Bracharen.
epiſcopus. Eius enim concilij verba in cap. vlt. hæc ſunt. Placuit, vt quia pro-
pter ſtultitiam præſumpti ſuper erroris, aut certe ex veteri Priſcillianæ
adhuc hæreſis fœtore corrupto cognouimus, quoſdam præsbyteros in hu-
ius præſumptionis audacia retineri, vt Miſſas mortuorū etiā poſt acceptū
cibū, vel oblationem auſi ſunt conſecrare: Ideoq; hoc præfixæ euidentis
ſententiæ admonitione ſeruetur, vt ſi quis presbyter poſt hoc edictum no-
ſtrum amplius in hac veſania fuerit deprehenſus, hoc eſt non ieiunus, ſed
6 quocūque cibo præſumpto oblationem conſecrauerit in altari, † cōtinuo ab
officio ſuo priuatus a proprio deponatur epiſcopo. Et in conc. Bracharenſi
1. can. 16. in eamdem ſententiam hæc habentur. Si quis quinta feria paſchali,
quæ vocatur Cena Domini, hora legitima poſt nonam ieiunus in eccleſijs
7 Miſſas non tenet, ſed ſecundum ſectam Priſcilliani † feſtiuitatem ipſius ab
hora tertia per Miſſas defunctorum ſoluto ieiunio colit, anathema ſit.
Cui tamen canoni (vt hoc obiter notem) videtur in aliquo diſcordare con-
cilium Carthaginienſe 3. can. 29. qui habetur apud Gratia. de conſ. diſt. 1. c.
ſacramenta. Vbi hæc verba ponuntur. Sacramenta altaris non niſi a ieiunis
8 hominibus celebrentur, excepto vno die † anniuerſario quo Cena Domini
celebratur. Nam ſi aliquorum pomeridiano tēpore defunctorū, ſiue Epiſco-
porum, ſiue ceterorum commendatio facienda eſt, ſolis orationibus fiat, ſi
illi qui faciunt, iam pranſi inueniantur. Et S. Auguſt. in epiſt. 118. ad Ianua-
9 rium fatetur, † quòd licet in vniuerſa eccleſia ex inſtitutione Apoſtolorum
ordinatum ſit, quòd a ieiunis Euchariſtiæ ſacramentum ſemper accipiatur
10 (quod etiam per Gratia. habetur in c. liquido. de conſ. diſt. 2.) † non nullos
tamen probabilis quædam ratio delectauit, vt vno certo die per annum,
quo ipſam Cenam Dominus dedit, tamquam ad inſigniorem commemora-
tionem, poſt cibos offerri, & accipi liceat corpus & ſanguinem Domini.
11 Verum ille mos cenæ dominicæ a non ieiunis † celebrandæ; de quo etiam
aliquid traditur. 1. Cor. 11. & ibi per Haym. Halberſt. iamdiu eſt, quòd abro
gatus fuit. vt not. Vualafr. Strab. in lib. de reb. eccl. c. 19. & Glo. in d. c. ſacra-
12 mēta. de conſ. diſt. 1. † Nam non niſi ieiunis generaliter quocumque die ac-
cipere & offerre licet ſacramentum corporis Chriſti. vt habetur in concil.
Toletano. 7. c. 2. apud Gratia. in c. nihil. §. nullus. & ibi Glo. 7. q. 1. & in c. ex
parte. de celebr. Miſſ. & in conc. Cōſtantien. ſeſſ. 13. & apud Burchar. lib. 5.
c. 35. apud S. Iſido. lib. 1. de eccl. off. c. 18. apud Innoc. 3. lib. 4. Myſter. Miſſæ,
cap. 26. apud Glo. ord. 1. Cor. 11. ſuper ver. dominicam cenam apud B. Tho.
in 3. par. quæſt. 80. art. 8. in cor. & in reſp. ad 3. & apud Thom. Vualden.
Tom. 3. de ſacramental. cap. 42.

Sit nunc

Sit nunc ex his, quæ diximus, conſtitutum, quòd hora prandio deputata ſi ad antiquitatē, & ad iuris auctoritatē ſpectemus ſexta eſt, & non tertia diei hora. Verum Nicolaus Papa huius nominis Primus, cōcedere viſus eſt Bulgaris, ꝙ hora diei tertia comedere poſſent: ſed tamen ſi bene eius verba ponderentur, fortaſſe non niſi poſt tertiam id conceſſit: quæ verba quū multum faciunt ad rem de qua nos agimus, hic adſcribere non grauabor. Nicolaus igitur Pontifex ad conſulta Bulgarorum, c.60. ita habet.

Cōſulentibus vobis, ſi liceat abſque ieiuniorum tempore quantumcumq; valde mane comedere, reſpondemus, quoniam neminem patrum noſtrorū ante horam diei tertiam manducaſſe, nec ſanctam eccleſiam ante horam
13 hanc † traditionem ſumendi cibum accepiſſe recolimus, vel monumentis quibuſcumque reperimus. E contrario vero quoſdam eorum vſque ad veſperum, alios autem vſque ad nonam horam diei, porro alios vſq; ad ſextā inuenimus ieiunaſſe: Nullum autem mane cibi quantulumcumq; ſumpſiſſe comperimus; cum potius væ dictum ijs qui mane comedunt, fuiſſe legerimus. Quamobrem ab iſto maledicto vos alienos eſſe deſiderantes, hortamur, vt ante horam diei tertiam nullum omnino corporalem cibum etiam in ipſis inſignibus ſollemnitatibus omnino ſumatis. Nam quæ ſollemnitas pōt eſſe Pentecoſte ſublimior, in qua Spiritus ſanctus ſup Apoſtolos deſcēdit, ac per hoc homines meruerunt in ſe ſuſcipere Dominum? In iſta nempe feſtiuitate S. Apoſtoli cum alijs non nullis hora diei tertia reperiuntur fuiſſe ieiuni, cum repletos Spiritu ſancto, & loquentes omnium gentium linguis, quibuſdam incredulis audientibus, & obſtupeſcentibus, & ꝙ muſto eſſent repleti ij qui ſimul aderant, falſò dicentibus, Petrus Apoſtolorū princeps reſponderit dicens, Non enim ſicut vos æſtimatis, ebrij ſunt iſti, cum ſit hora diei tertia. Vbi notandum, ꝙ non ſolum Apoſtoli, ſed & omnes qui cum ipſis erant, id eſt centum viginti viri, ſuper quos Spiritus ſanctus cecidit, hora diei tertia ieiuni reperiantur. Simul etiam notandum, ꝙ non dixerit B. Petrus ſimpliciter; Non ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt: ſed addiderit, Cum ſit hora diei tertia. ac ſi patenter diceret, Ipſi liquido noſtis, quòd non ſit iſtis conſuetudinis ante horam diei tertiam ieiunium ſoluere: Quamobrem fruſtra illos ebrios eſſe putatis. Imitamini itaque hos, vt Spiritus ſanctus etſi non tardius, ſaltem hora tertia diei vos ieiunos inueniens, ſicut iſtos, vos quoque inſpiratione ſuæ gratiæ repleat. Hactenus Nicolaus Papa, qui impreſſus eſt opera Franciſci Turriani vna cum apoſtolicis conſtitutionibus B. Clementis Romani a ſe de Græco in Latinum conuerſis, & pulchris annotationibus illuſtratis.

In horum autem Nicolai papæ verborum declarationem notanda ſunt, quæ proxime dicebamus ſupra pro intellectu tex. c. fin. diſt. 44. Non enim intendit ſummus Pontifex conſtituere, vt Bulgari vſque ad tertiam ieiunium ſeruantes, ſtatim in ipſa tertia ieiunium ſoluant, ſed vt ieiuni vſque ad tertiam permanentes, in ipſa tertia deinde Miſſarum ſollemnijs, & prędicationi verbi Dei, quæ intra Miſſarum ſollemnia fieri ſolet, in eccleſijs adſtantes, gratiam Spiritus ſancti promereant; vt ſic tranſacta demum ter
14 tia, in ſexta † quæ proxime ſequitur, cibum ſumant.

Ad quod facit optime canō ex dictis S. Auguſt. deſumptus apud Burchar. lib. 2. c. 54. de quo etiam habetur aliquid apud Gratia. de conſ. diſt. 1. c. & hoc. Ibi enim ſic dicitur. Et hoc attendendum eſt, vt Miſſę peculiares, quę

Digitized by Google

per dies ſollemnes a Sacerdotibus fiunt,non ita in publico fiant,vt per eas
15 populus a publicis Miſſarũ ſollemnibus, quæ hora tertia † canonice fiunt.
abſtrahatur;quia peſſimus vſus eſt apud quoſdã,in Dominicis diebus, ſiue in quibuſlibet feſtiuitatibus mox Miſſam celebrare , quã quis etſi pro defunctis ſit,cum audierit abſcedat, & per totum diem a primo mane ebrietati & comiſſationi potius quàm Deo deſeruiat. Admonendus eſt populus,vt ante publicum , peractumque officium ad cibum non accedat : ſed omnes ad publicam ſanctam matrem eccleſiam Miſſarum ſollẽnia,& prędicationem audituri conueniant:& vt Sacerdotes Miſſas hora tertia celebrent,vt populus a publicis ſollemnibus non abſtrahatur : ſed Sacerdotes qui in circuitu vrbis,aut in eadem vrbe ſunt,& populus(vt prędiximus)in vnum ad publicam Miſſarum celebrationem conueniant.

Hodie tamen ſi noſtrorum temporum conſuetudinem inſpiciamus tertiã
16 † diei horam, & non ſextam prandio deputatam reperiemus.

Sed dubitari poteſt de tempore B.Thomæ,quęnam tunc eſſet hora prãdij.
17 Et videtur,ꝙ adhuc duraret ſexta,† nam ipſe in 4.ſent.diſt.15.q.articulo, & quæſtiuncula tertijs,dicit,quòd ſecundum communem curſum , comedendi eſt hora ſexta,& quòd in ſexta eſt tempus communiter ſumendi cibum.& in 2.2.quæſt.147.artic.7.dicit,quòd debita,& communis conſuetudo comedendi hominibus eſt circa horam ſextam. Et ita etiam expreſſe putat Caiet.ibi,qui ait,quòd tempore B.Thomæ communiter homines comedebant hora ſexta,hoc eſt in meridie,& quòd hodie homines communiter comedunt hora tertia.

18 In contrarium tamen eſt teſtimonium † Alex.de Ales, qui parum ante B. Thomam vixit.Cuius verba in 4.par.quæſt.103.memb.2.hæc ſunt.Conſuetudo noſtra,ſcilicet chriſtianorum latinorum eſt, quando bis in die comedimus,comedere hora tertia,& veſpera;ita quòd comeſtio hora tertia prãdium nuncupatur, comeſtio hora veſpertina nuncupatur cena. In ieiunio vero ſimul eſt vtrumque & prandium & cena,& ideo debuit eccleſia tenere medium,vt tempore ieiunij reficeremur tempore medio.Et quia magis tenet rationem cenæ illa refectio , magis debuit accedere hora refectionis ad veſperam,quàm ad tertiam horam : & ideo hora nona magis congruit.

19 Hæc Alex. Alen. Addo præterea , quòd Hugo † de S.Vict.qui centum & quinquaginta fere annis præceſſit S.Thomam , in expoſit. Regulæ S.Auguſt.c.3.in fi.ita inquit.Non ieiunantibus,nec tamen infirmantibus rectã horam reficiendi intelligimus ab hora tertia vſque ad ſextam . Ieiunantibus vero ab hora nona vſque ad veſperam.

Quamobrem dicendum fortaſſe eſt , quòd B.Tho.non tam reſpexit ad id quod ſuo tempore obſeruaretur,quàm ad id,quod obſeruari deberet. Vel forte dicendum eſt,quòd S.Tho.Italus Italorum mores attendit, Alexander autem Alenſis ad Vltramontanorum potius conſuetudines reſpexit. Sed vere neutram ſolutionem eorum verba bene admittunt ; Nam & primæ ſolutioni verba S Thomæ,& ſecundæ verba Alexandri repugnare vi-
20 dentur . Quare niſi dicamus,quòd vterque quidem idem † tempus intellexit,quod eſt medium inter tertiam & ſextam, prout expreſſe dixit Hugo de S.Vict.Sed vnus nempe B. Thomas illud appellauit Sextam ab hora iam incœpta,non dum tamen complete tranſacta; alter vero ſcilicet Alex. Alen. appellauit tertiam ab hora iam perfecte & plene completa ; vt late

decla-

declarauimus ſupra c.22.dum de hora crucifixionis Ieſu Chriſti ageremus, nu.2.& ſeqq.neſcirem aliter ſoluere hanc huiuſmodi inter horum duorum illuſtrium Doct.dicta,contrarietatem.

DE IEIVNIO VSQVE AD VESPERAM. Cap. XXXIII.

1 *Ieiunabant Iudæi in veteri teſtamento vſque ad veſperam,id eſt vſque ad Solis occaſum.Cuius rei rationem aſſignat B.Thomas. nu.3.*
2 *Ieiunare ſic debet chriſtianus,vt non impediatur continuatio ieiunij.*
4 *Philo Iudæus loquitur de diſcipulis B.Marci.*
5 *Ieiunium obſeruauerunt multi Sancti in primitiua eccleſia vſque ad veſperam,vt Diſcipuli S.Marci.S.Antonius abbas.nu.6. S.Hilarion. nu.7. S. Nicolaus.nu.8.S.Ioan.Baptiſta.nu.9.S.Patroclus.nu.10.*
11 *Tertullianus probat,ieiunandum eſſe vſque ad veſperam.Sed illi non eſt fidendum,nam in multis errauit.nu.13.*
12 *Statio quid ſit.*

HActenus oſtendimus, qua hora ſolerent veteres cibum capere in diebus in quibus non ieiunabant, nunc de hora comeſtionis, quam in ieiunijs obſeruabant,loquendum eſt.Hanc vero fuiſſe nonam,vel poſt nonam,& numquam ante, ex multis auctoritatibus facile demonſtrabimus.
1 Manifeſtum eſt autem in primis, quòd Iudæi † in veteri teſtamento vſque ad veſperam, id eſt vſque ad Solis occaſum ſemper ieiunabant. Quod non ſolum ex S.Hieronymi verbis ſupra cap.31. num.11. inductis colligitur. Petrus Apoſtolus non exſpectans ſtellam more iudaico.&c. & ex Tertullia.in lib.de ieiunio aduerſus Pſychicos, dum in fi.inquit. Iudaicum certe ieiunium vbique celebratur cum omiſſis templis per omne litus quocumque in aperto aliquando iam precem ad cælum mittunt: & licet cultu, & ornatu mœroris munus infament,tamen fidem abſtinentiæ affectant, & ſtellæ auctoritatem demorantis ſuſpirant. Sed etiam ex ſacrarum litterarum teſtimonijs habetur.
Iudic.20.dicitur,quòd filij Iſrael ieiunauerunt die illo vſque ad Veſperã. Primo Reg.14. Adiurauit Saul populum dicens,Maledictus vir,qui comederit panem vſque ad veſperam.2.Reg.1.Apprehendens Dauid veſtimenta ſua ſcidit,omneſque viri,qui erant cum eo,& planxerunt,& fleuerunt, & ieiunauerunt vſque ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius. Et c.3. Cumque veniſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid,clara adhuc die iurauit Dauid dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi ante occaſum Solis guſtauero panem, vel aliud quidquam.Et videtur eiuſmodi ieiunij obſeruatio præcipi Iudæis Leuit.23.ibi, Sabbathũ requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die nono menſis. A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra.
Verum quoniam Alex.de Ales in 4 par.q.103.memb.2.dicit,ꝙ Iudæorum ieiunia non erant ita prolixa,ſicut ieiunia chriſtianorum,neque ita continua:ieiunabant enim (ait) quater in anno, & interpollate, non continue: ieiunium

ieiunium enim noſtrum continuum eſt; debet enim chriſtianus ſic ieiuna-
2 re † quòd non impediatur continuatio ieiunij. Et B. Thom. in ſecunda ſecundæ, q. 147. art. 7. ad 1. & in 4. ſent. diſt. 15. q. 3. art. 3. q^{ta}. 3. ad 2. alias rationes myſticas affert, quibus inter ſtatum veteris teſtamenti, & noui diuerſitatem conſtituens, dicit, quòd ille comparabatur nocti, & ideo vſque
3 ad noctem † ieiunabant, ad ſignificandum, quod per cibum veteris hominis in tenebras peccati & mortis deiecti erant; nos vero cum filij lucis ſimus, non oportet, quòd vſque ad noctem ieiunemus. quod inquit etiam Petr. de Palu. in d. diſt. 15. q. 4. art. 4. & Rayner. in ſumma Pantheol. tit. de Ieiunio, c. 4. Et Glo. in c. ſint tibi. 2. de conſecr. diſt. 5. dicit, quòd non debet quis per totum diem abſtinere, ſicut faciunt Saraceni, niſi forte ex cauſſa. Iccirco omiſſis ritibus Saracenorum, & antiquæ legis, quid in nouo hoc ſtatu gratiæ obſeruatum ſit, videamus.
4 Philo Iudęus in primis refert de religioſis illis † in Aegypto, & in Alexandria commorantibus a S. Marco Euangeliſta edoctis, vt habent Euſeb. Cęſar. & Niceph. in hiſtor. eccleſ. vterque lib. 2. c. 16. & alij ſupra citati cap. 3.
5 nu. 28. q nullus eorum † cibum, potumve capiebat ante Solis occaſum. Quod iterum refert idem Niceph. lib. 8. c. 39. & Sozom. lib. 1. c. 12. & Caſſiod. in Tripar. lib. 1. c. 11. & Ioan. Caſſia. lib. 2. de Inſtit. cęnob. c. 5.
6 Præterea B. Athanaſius de S. Antonio † abbate, in vita ipſius hæc refert. Inedię autem & vigiliarum in tantum patiens erat, vt credulitatem viriſb. vinceret. Pernoctabat in oratione ſæpiſſime. Edebat ſemel in die poſt Solis occaſum; non numquam biduo, triduoque ſic permanens, quarta demum die reficiebatur. Quod idem ſcribunt Sozom. lib. 1. c. 13. Caſſiod. in Tripart. lib. 1. c. 11. & Nicepho. lib. 8. c. 40.
7 Item de S. Hilarione † in eius vita per B. Hieronymum in primo Tom. Epiſto. ſcripta legitur, quòd numquam ante Solis occaſum nec in diebus feſtis, nec in grauiſſima valetudine ſoluit ieiunium.
8 De S. Nicolao † item dicitur, quòd cum infans reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, quarta, & ſexta feria ſemel dumtaxat, idque veſperi ſugebat. quam ieiunij conſuetudinem in reliqua vita ſemper tenuit. vt habetur in lectionibus Breuiarij Rom. in feſto ipſius. & in eius vita per Leonardum Iuſtinianum, Methodium Patriarcham, & Metaphraſten ſcripta in 1. 2. & 5. Tom. Lipomani.
9 De S. Ioan. Baptiſta † præcurſore Domini in eremo commorante loquens Prudentius in hymno Ieiunantium, qui eſt 7. Cathemerinon, ita ait.

Illic dicata parcus abſtinentia,
Potum, cibumque vir ſeueræ induſtriæ
In vſque ſerum reſpuebat veſperum.

10 De S. Patroclo † martyre Trecenſi, qui ſub Aureliano paſſus eſt, refertur in eius vita per Surium in 1. Tom. de Sanctis, & per Galeſin. in Martyrol. ſub die 21. Ianuar. quòd abſtinentiæ, & frugalitatis operibus ita deditus fuit, vt cibum, potumque modicum hora diei tantum vltima ſibi ſumendum arbitraretur.
Notum eſt illud abbatis Peſij encomium apud Caſſia. lib. 5. de inſtit. cœnob. c. 27. Numquam me (inquientis) Sol reficientem vidit.
Plurimaque eiuſmodi reperiet exempla quiſquis Sanctorum vitas euoluere curauerit. Nobis tamen ſufficiat præter prædicta, antiquorum Pa-

trum

truin ad hanc rem teſtimonia,& canonum auctoritates iam receuſere.

11 Tertullianus † in lib. de ieiunio aduerſus Pſychicos, ex profeſſo defendit ſtationes,quę vſque ad veſperam protendebantur,quas ipſe ſeras appellat ad differentiam ceterarum communium ſtationum quæ hora nona ſoluebantur. Ibi enim circa prin. de Pſychicis loquens ita inquit. Arguunt nos quòd ieiunia propria cuſtodiamus,quòd ſtationes plerumque in veſperam producamus. Et paulo poſt. Itaque dicunt de cetero indifferenter ieiunādum ex arbitrio,non ex imperio nouæ diſciplinæ,pro temporibus & cauſis vniuſcuiuſque:ſic & Apoſtolos obſeruaſſe, nullum aliud imponentes iugum certorum,& in commune omnibus obeundorum ieiuniorum, proinde nec ſtationum:quæ & ipſæ ſuos quidem dies habeant, quartæ feriæ, & ſextæ,paſſiue tamen currāt,neque ſub lege præcepti, neque vltra ſupremam diei,quando & orationes fere hora nona concludat de Petri exēplo, quod Actis refertur. Et circa med. libri. Aeque(ait)ſtationes noſtras ut indignas,quaſdam vero & in ſerum conſtitutas, nouitatis nomine incuſant, hoc quoque munus & ex arbitrio obeundum eſſe dicentes,& non vltra nonam detinendum,de ſuo ſcilicet more. Et deinde diſputans de hora ſtationis ſoluendæ ſubiungit. Hæc autem propter illos, qui ſe putant ex forma Petri agere,quam ignorant,nō quaſi reſpuamus nonam,cui & quarta Sabbathi,& ſexta plurimum fungimur;ſed quia eorum, quæ ex traditione obſeruantur,tanto magis dignam rationem afferre debemus, quanto carent ſcripturæ auctoritate,donec aliquo cæleſti chariſmate aut confirmentur, aut corrigantur. Et poſtmodum rationem afferens Pſychicorum, qua ſtationes in nona terminandas probare nitebantur, eam eludens, his verbis vtitur. Itaque in eam vſque horam celebranda preſſura eſt,inquiūt, in qua a ſexta contenebratus orbis defuncto Domino lugubre fecit officium, vt tunc & nos reuertamur ad iucunditatem, cum & mundus recepit claritatem. Hoc ſi magis ad religionem ſapit chriſtianam,dum magis Chriſti gloriam celebrat,poſſum æque ſeræ ſtationis ex eodem rei ordine ſtatum figere,vt ieiunemus ad ſerum exſpectantes tempus dominicæ ſepulturæ, cum Ioſeph poſtulatum detulit corpus,& condidit. Inde & irreligioſum eſt,ante famulorum carnem refrigerare,quàm Domini. Vt hæc ex argumentorū prouocatione commiſerim,coniecturas coniecturis, & tamen puto fideliorribus repercutiens. Et demum exempla adducens ex veteri teſtamento eorum ſanctorum,qui vſque ad veſperam ieiunauerunt, cum Danielis etiam exemplū attuliſſet. Hæc(ait)erit ſtatio ſera,quæ ad veſperam ieiunans pinguiorem orationem Deo immolat.

12 Statio autem quid ſit † & ex Tertul. habetur in dicto libro, & alibi. & ex B. Ambroſ. in ſerm. 25. de Quadrageſima,vbi ait,quòd ieiunia noſtra ſtationes vocantur,quòd ſtantes,& commorantes in eis, inimicos inſidiantes repellamus. Beatus etiam Hieron. lib. 2. aduerſus Iouinianum, ſtationis meminit ita loquens. Saul ſicut in Regnorum primo libro ſcribitur, Maledictus (inquit)qui ederit panem vſque ad veſperam, donec vlciſcar me de inimicis meis: Et non guſtauit omnis populus eius,& tota terra prandebat. Tantiq; fuit auctoritas ſtationis ſemel Domino deſtinatę,ut Ionathas qui cauſſa victoriæ extiterat,deprehenderetur ſorte,& ignorantię crimē declinare non poſſet,patriſque in ſe concitaret manum, & vix populi precibus ſaluaretur. Similiter Caſſianus in eadem ſignificatione pro ieiunio ſtationem

accipere

accipere videtur lib.5.de inſtit.cœnob.c.20.& 24.& coll.21.c.29. ubi tamẽ ieiunij ſtationem appellat.Sanctus vero Iſidorus Etymol.lib.6.cap.vlt.late declarat differentiam quæ eſt inter ieiunium & ſtationem.cuius verba deinde tranſcripſit Rabanus Maurus lib.2.de inſt.cler.c.18.

13 Verum enimuero in his,quæ de ieiunio ex Tertulliano † attulimus,parũ fidendum eſſe non ignoro.Scio namque B.Hieronymum in Catalogo Scriptorum eccl.c.63.de Tertulliano aſſerere, quòd ad Montani dogma delapſus,in multis libris nouę prophetię meminit,& quòd ſpecialiter aduerſus Eccleſiam texuit volumina,de Pudicitia,de perſecutione , de Ieiunijs , de Monogamia,de Ecſtaſi.Et ſcio item B.Hilarium in Matth.can.5.in princi. de eodem Tertulliano loquentem dicere,quòd conſequens error hominis detraxit ſcriptis probabilibus auctoritatem . Quare Tertulliano dimiſſo pergamus modo aliorum ſanctorum patrum in Chriſti eccleſia clariſſimorum teſtimonia proſequi,qui ieiunium differri ſolere ſępius vſque ad veſperam,non obſcure nobis ſcriptis ſuis inſinuarunt.

DE IEIVNIO VSQVE AD VESPERAM. Cap. XXXIIII.

1 *Ieiuniorum diebus exſpectatam fuiſſe vèſperam ad manducandum probatur auctoritate S.Baſilij.S.Iſidori.num.2.S.Hieronymi.nu 3.S.Io.Chryſoſtomi.numer.4. S.Ambroſij.numer.5.S.Auguſtini.numer.6.S.Ioan. Damaſceni.numer.7. Item auctoritate canonum.numer.8. Quandoque tamen apparet,exſpectatam fuiſſe nonam.numer. 9. Sed in Quadrageſima pracipue exſpectabatur veſpera.num.10.13.& 18. Et pracipue etiam in hebdomada ſancta.nu. 15.16.& 17.Et in Sabbathis quattuor temporum. numer. 20.*

11 *Veſperæ in Quadragèſima quòd celebrentur mane, eſt quædam noſtri temporis calamitas,ne dicam abuſus.*

12 *Veſpertinum tempus poſt horam nonam incipere dicitur.*

14 *Miſſa in Quadrageſima ad nonam celebratur.*

19 *Sabbatho ſancto Miſſa celebratur nocte.*

1 SAnctus Baſilius in ſerm.1.de ieiunio,prope fi.tinnuit, quòd in die ieiunij veſpera exſpectabatur ad ſumendum cibum,his verbis vtens contra eos qui male ieiunabant.Veſperam ad cibum exſpectas,at totum nihilominus diem in foro & in iudicio conſumis.

Et in eamdem ſententiam habetur ex B.Hieronymo apud Iuon. in Panor. lib.2.c.188.Spernitur ieiunium,quod in veſperum repletione ciborum re-
2 ficitur.Licet hæc uerba non apud S.Hieronymum, ſed apud S.Iſidorum † lib.2.de ſummo bono,c.vlt.repererim.Vbi etiã ſubdit S.Iſid. ad idem propoſitum,Spernitur ieiunium, quod in veſperum delicijs compenſatur . Et poſt pauca.Tota enim die epulans in cogitatione ruminat, qui ad explendam gulam veſpere ſibi delicias præparat.

Præte-

3 Præterea Sanctus Hieronymus †in epiſtol.13.ad Paulinum,de inſtitutione Monachi.Sit,inquit,vilis,(alias vtilis)& veſpertinus cibus, holera, & legumina.

4 B.Io.Chryſoſtom.†in homil.59.ad populum Antioch. de Monachis agens ſui temporis ſic ait. Veſpere rurſum facto, illi quidem, mundani ſcilicet, balnea petunt,& remiſſiones:hi vero,nempe monachi,ſe laboribus abſoluentes tunc menſam petunt,non ſeruorum excitantes multitudinem,neque domum circumcurſantes,neque tumultuantes, neque lautos apponẽtes cibos,& nidorem exhalantes,ſed hi quidem cum ſale panem,hi uero & oleum adiungentes:at alij quicunque ſunt infirmiores,holera quoque habent atque legumina. Deinde parum ſedentes, vel potius hymnis omnia concludentes,in ſuo quiſque lectulo requieſcunt ad ſolum ſomnum, non delicias comparato Et in homil.72.ad eumdem populum Antioch.quæ duplicata eſt cum homil.8.ſuper Geneſ.Vidiſti(ait)cariſſime,quale ſit verum ieiunium?hoc exerceamus.Neque ſecundum multos temere cenſeamus,in hoc contineri ieiunium,ſi ſine cibis ad veſperam vſque permaneamus,non hoc eſt quod quæritur,ſed vt ciborum abſtinentia a noxijs quoque continentiam exhibeamus,& circa ſpiritalium exercitationem multum impendamus ſtudium.Et in hom.4 ſuper Geneſ.de ieiunio loquens.Et ne exiſtimemus,inquit,mediam vſque ad veſperam ad ſalutem nobis ſufficere. Itẽ hom.6.ſuper Geneſ.in fi.Quæ enim,ait,vtilitas ieiunijs dic obſecro,ſi toto die nihil comedis,ludis autem,& nugaris,ſæpe etiã peieras,& blaſphemas,& ita totum perdis diem?Et poſtremo in ſerm.1.de ieiunio,idem indicat,ita de Quadrageſima loquens. Nullus noſtrum ieiunat quadraginta dies,nam quadraginta interuallis reficimur ſicut viatores ad veſperam in diuerſorio manentes,& iterum incipientes.

5 Ambroſius † in ſerm.33.huic eidem ſententiæ adſtipulatur, ita inquiens. In his ergo luxurijs fratres dicite,quis cultus ſit Dei,quæ mentis poſſit eſſe deuotio;qui propterea ieiunat,non vt Deo,atque orationibus vacet,ſed vt tota die otioſus & liber proprias exerceat voluptates? Quamuis igitur qui eiuſmodi es frater,veſpere ad domum redeas,quamuis declinante iam Sole manduces,potes videri tardius te refeciſſe, non tamen Domino ieiunaſſe.Et in pſal.118.ſerm.8.par.6.Indictum eſt,inquit,ieiunium, caue ne negligas:Et ſi te fames quotidianum cogit ad prandium,vt intemperantia declinet ieiunium;tamen cæleſti magis te ſeruato conuiuio. Non epulę paratæ extorqueant,vt cæleſtibus ſis vacuus ſacramentis. Differ aliquantulum:non longe finis eſt diei.&c.

6 S.Auguſtinus † in ſerm.2.Feriæ quartæ in capite ieiunij,qui eſt de tẽpore. 56.Ante omnia,inquit,in diebus ieiuniorum quod ſolebamus prãdere pauperibus erogemus,ne forte aliquis ſibi ſumptuoſas cenas,& exquiſitis ſaporibus epulas ſtudeat præparare,& corpori ſuo magis commutaſſe, quàm ſubtraxiſſe ciborum abundantiam videatur. Nihil prodeſt tota die longũ duxiſſe ieiunium,ſi poſtea ciborum ſuauitate uel nimietate anima obruatur.Et clarius in lib.1.de moribus eccleſiæ,cap.31. de Monachis cœnobitis loquens,hæc de eorum ieiunio dicit. Conueniunt autem diei tempore extremo de ſuis quiſque habitaculis dum adhuc ieiuni ſunt, ad audiendum illum Patrem: & conueniunt ad ſingulos Patres terna vt minimum hominum millia,nam etiam multo numeroſiores ſub vno agunt.

Audiunt

dam vſque ad veſperam. Quod habetur etiam apud Burchar. lib.6.c.46. Et alias ſæpe in canonibus pœnitentialibus apparet, ꝙ ieiunandi forma præſcribitur vſque ad veſperam. Vt ex conc. Vormacienſi, can.26 & ex conc. Triburienſi, can.5. apud Burchar. lib.6. cap.8. & lib.19. cap.5. §. occidiſti tu ipſe. is, qui ſacerdotem voluntarie occiderit, ieiunare debet quotidie vſq; ad veſperam exceptis diebus feſtis atque Dominicis. Et apud eumdem Burchar. libro 17. capitulo 35. clericus vel monachus ob quoddam crimen ibi expreſſum, triduo per hebdomadas ſingulas ex pane hordeaceo ad veſperam refici debet.

Et lib.19. cap.10. in forma pœnitendi traditur, quòd pœnitens in vnaquaque hebdomada ieiunet ad veſperam. Ibi tamen ſubiungitur, quòd in quibuſ-
9 dam diebus ieiunet † ad nonam. Quod iterum ſtatuitur in eod. lib.19. c.19. Et de parricida ſimiliter ſtatuitur in conc. Vormacienſi, can.30. ꝙ ieiunet quotidie vſque ad nonam, exceptis feſtis diebus atque Dominicis. vt habetur apud eumdem Burchar. lib.6. c.34. & lib.19. c.5. §. feciſti parricidium. & apud Iuo. par.10. c.180. ex Nicolao Primo.

10 Præcipue vero in Quadrageſimæ † ieiunio veſpera ad cibum ſumendum exſpectabatur, vt teſtatur B. Benedictus eo cap.41. Regulæ, quod ſupra citauimus cap.31. num.6. Et B. Bernardus in ſerm.3. de Quadrageſima, vbi ita inquit. Hactenus vſque ad nonam ieiunauimus ſoli, nunc vſque ad veſperam ieiunabunt nobiſcum vniuerſi reges & principes, clerus & populus, nobiles & ignobiles, ſimul in vnum diues & pauper. De qua re eſt etiã text. concilij Cabilonenſis expreſſus citatus a Gratia. in c. ſolent. de conſ. diſt.1. & a Burchar. lib.13. cap.12. & lib.19. cap.5. §. ſoluiſti ieiunium in Quadrageſima. & ab Iuo. in 4. par. cap.45. & in Pannormia, lib.2. cap.184. Cuius canonis verba quoniam male interpretantur non nulli Canoniſtæ, & Theologi, hic adſcribere non erit inutile. Solent plures (inquit tex.) qui ſe ieiunare putant in Quadrageſima, mox vt audierint ſignum ad horam nonam, manducare. Qui nullatenus ieiunare credendi ſunt, ſi ante manducauerint, quàm veſpertinum celebretur officium. Concurrendum eſt enim ad Miſſam, & auditis Miſſarum ſollemnijs, & veſpertinis officijs, largitis eleemoſynis ad cibos accedendum eſt. Si vero aliquis ita neceſſitate conſtrictus fuerit, vt ad Miſſam venire non valeat, æſtimata veſpertina hora, completa oratione ſua ieiunium ſoluat. Quamuis autem Panormit. in rubr. de obſer. ieiun. intelligat hunc text. non de hora veſpertina exſpectanda, ſed de officio tantum veſpertino; vt ſcilicet poſt expletas Veſperas in eccleſia, quæ tempore quadrageſimali dicuntur mane, cibum capiamus. reuera tamen Panor. in hoc deceptus eſt, nam tex. loquitur expreſſiſſime & de officio, & de hora veſpertina ſimul. vt patet intuenti eius ver-
11 ba, ibi æſtimata veſpertina hora. Quòd vero nunc Veſperæ † in eccleſijs mane exſoluantur, quædam eſt huius noſtri temporis calamitas, ne dicam abuſus; nam Veſperæ non mane, ſed in vltima diei parte celebrari deberent; & ita antiquitus celebratas fuiſſe putandum eſt. Quare minus male dicendus eſt ſenſiſſe Petrus de Palu. in 4. ſent. diſtinct.15. quæſtione 4. artic.4. concluſ.1. & ipſum ſecutus Sanctus Antoninus in ſecunda par. titu.6. cap.2. §. vltimo, qui licet dicant, quòd ille text. intelligitur de veſpera officij & non diei, affirmant tamen, ꝙ in Quadrageſima non licet comedere, niſi conſtet, tranſiuiſſe horam nonam, & recitatum fuiſ-

ſe

ſe veſpertinum officiũ. Quod dictũ ea ratione ſuſtineri poteſt, quia quamuis veſpera diei in occaſu Solis proprie eſſe intelligatur, tamen etiam poſt
12 nonã horam † veſpertinum tempus incipere dici poteſt, vt inquit Rica. in d. diſt. 15. q. 3. art. vlt. in fi. & nos declarauimus ſupra ex multis, c. 19. nu. 7. & ſeqq. & c. 20. nu. 9. & ſeqq.

Sunt præterea aliæ etiam auctoritates, ex quibus colligitur, morem fuiſſe veteribus in ieiunijs præſertim Quadrageſimæ, hebdomadæ ſanctæ, & Sabbathorum quattuor temporum, in quibus ordinationes celebrantur, non niſi ad veſperam manducare.

Micrologus de eccle. obſer. ca. 49 In hoc, inquit, quadrageſimale ieiunium
13 ab alijs differt diebus, quòd in alijs poſt nonam, in hoc autem poſt veſperã reficere debemus. Nec iuxta canones quadrageſimaliter ieiunare cẽſemur ſi ante veſperam reficimur. Et infra. Vnde & Miſſa † in ijs diebus non ad ſextam, ſed ad nonam merito celebratur.

Extat præterea canon concilij Arauſici, quem citat Burchar. lib. 13. c. 9. &
15 Iuo par. 4. cap. 42. in hæc verba. Vt in Sabbatho † ſancto, hoc eſt in Vigilia Paſchæ ieiunium ante noctis initium niſi a paruulis aut infirmis non ſoluatur, nec ipſa in Paraſceue, quia Cena Domini, & Paraſceue, & Sabbathũ ad illos quadraginta dies reſpiciunt.

Conc. Toletanum 4. cap. 7. Quidam, inquit, in die eiuſdem paſſionis dominicæ ab hora nona ieiunium ſoluunt, conuiuijs adhibentur, & dum Sol ipſe eadem die tenebris palluerit, lumen ſubduxerit, ipſaque elementa turbata mœſtitiam totius mundi oſtenderint, illi ieiunium tanti diei polluunt, epuliſque inſeruiunt. Et quia totum eũdem diem vniuerſalis Eccleſia propter paſſionem Domini in mœrore, & abſtinentia peragit, quicun que in eo ieiunium præter paruulos, ſenes, & languidos ante peractas indulgentiæ preces perſoluerit, a paſchali gaudio depellatur, nec in eo ſacramentum corporis & ſanguinis Domini percipiat, qui diem paſſionis eius per abſtinentiam non honorauit.

16 B. Clemens Romanus lib. 5. conſt. apoſt. c. 19 & 20. In diebus † Paſchæ, ait, ieiunate incipientes a ſecunda Sabbathi vſque ad Paraſceuen & Sabbathũ dies ſex, ſolo pane vtentes, ſale, atque holeribus, & aqua in potum. A vino & carnibus vos abſtinete in ijs dieb. ſunt enim dies luctuoſi, non feſti. Paraſceuen tamen & Sabbathum integrum ieiunent qui quidem poſſunt, nihil guſtantes vſque ad gallicantum noctis. Quòd ſi quis non poteſt duorũ dierum ieiunium continuare, ſeruet ſaltem Sabbathum. Ait enim quodam in loco de ſe Dominus. Quando diſcedet ab eis ſponſus, ieiunabunt in illis diebus. Iis igitur diebus ſublatus eſt a falſis Iudæis, & crucifixus eſt, & cũ impijs reputatus. Quare monemus vos, vt ieiunetis per hos dies, quemadmodum nos etiam ieiunauimus, cum nobis ipſe ereptus eſt, vſque ad veſperam. In reliquis vero diebus ante Paraſceuen nona hora vel veſperi quilibet cibum capiat, vel quemadmodum quiſque poterit.

B. Epiphanius eadem fere habet. Sic enim inquit in li. 3. aduerſus hæreſes,
17 in fi. Porro Quadrageſimam ante ſeptem dies † ſancti Paſchatis ſimiliter ſeruare ſolet eadem catholica eccleſia in ieiunijs perſeuerãs. Dominicis vero omnino non, neque in ipſa Quadrageſima. Ceterum per ſex dies ipſius Paſchatis omnes populi in ſiccorum eſu perſeuerant, pane, inquam, & ſale, & aqua tunc vtentes ad veſperam. Sed & pietatis ſtudioſi duplas, & tri-

pla-

Digitized by Google

plas, acquadruplas tranſmittunt, & aliqui totam hebdomadam vſque ad gallicinium Dominicæ illuceſcentis. Vigilias autem agunt per ſex. Rurſus vero communiones perficiunt per eaſdem ſex dies, & totam Quadrageſimam a nona, vſque ad Veſperam. Et in ſexta ſynodo generali, quæ eſt tertia Conſtantinop. habetur canon. 89. quód ita ſtatuit. Dies ſalutiferæ paſſionis in ieiunio, & oratione & cordis compunctione peragentes fideles, vſque ad mediam magni Sabbathi noctem ieiunare oportet.

18 Nicephor. lib. 12. hiſtor. eccleſ. cap. 34. narrans varias quadrageſimalis † ieiunij obſeruationes, & conſuetudines hæc ſubiungit. Diuerſum etiam eſt cibi capiendi tempus. Aliqui namque hora nona, aliqui poſt occaſum Solem, quidam poſt diem vnam ſequenti die cibum capiunt; nõ nulli vero ad tres, ad quattuor, ad quinque, & ad ſeptem vſque dies dapibus abſtinentes procedunt, pro eo atque quiſque cibo carere vel vult, vel poteſt. Et alia apud alias gentes, & populos fiunt.

Item Alcui. lib. de diui. off. c. de cęna Domini, in fi. ait. Ab hac nocte vſque ad Sabbathum nõ nulli ſerui Dei imitantes Apoſtolos ieiuni permanent. Et

19 Amalar.. lib. 4. de eccl. off. c. 20. In Sabbatho † ſancto (ait) exſpectant omnes ieiuni vſque ad noctem, quando Miſſa celebratur Reſurrectionis Domini.

20 De Sabbathis autem † quattuor temporum ſunt text. B. Leonis Magni, & Gelaſij ſummorum Pontificum in c. quod a patribus, & c. fi. diſt. 75. In quibus oſtenditur, quód circa veſperas, aut noctis initium qui cõſecrandi ſunt ieiunis, & a ieiunantibus ſacra benedictio confertur.

DE IEIVNIO VSQVE AD NONAM. Cap. XXXV.

1 *Ieiunium numquam ſolui debet ante nonam ſiue in Quadrageſima, ſiue extra Quadrageſimam. Quod probatur auctoritate S. Athanaſii, numero 2. S. Hieronymi, num. 3. S. Epiphanii, num. 4. Ioan. Caſſiani, num. 5. S. Auguſt. num. 6. Theophylacti. num. 7. Prudentij, nu. 8. Aliquorum conciliorum, nume. 9. Ordinis Romani, nu. 10.*

11 *Ieiunium præterquam quód eſt abſtinentia a certis quibuſdam cibis, dicitur ſubtractio prandij. Quamuis Panor. id neget, num. 14.*

12 *Ieiuniorum diebus quæ fit comeſtio, cena, & non prandium eſſe debet: & quo plus tardatur, eo melius eſt.*

13 *Ieiuniorum diebus eccleſia non præcipit manducari hora nona, ſed præcipit, non manducari ante horam nonam. Quod tamen Panor. negat. num. 15.*

1 RElіquo anni tempore extra Quadrageſimam, & a non nullis in ipſa etiam Quadrageſima, hora † nona, aut poſt horam nonam, non ante, communiter ieiunium ſolui ſolere, extant plurima antiquorum Patrum teſtimonia, quæ id manifeſtiſſime probant.

2 S. Athanaſius † in lib. de Virginitate, ſiue de exercitatione ſic habet. Suggerit autem inimicus etiam magnam exercitationem, vt corpus imbecille, & inutile reddas. Tu vero in ieiunio perſeuerato: Ieiuna totum annum etiam ſi nulla cogat neceſſitas. Hora vero nona diei eum iam in hymnis &

M pre-

Digitized by Google

7 precibus perſeueraueris, ſume panes tuos cum holeribus conſperſis oleo: omnia pura quæcumque carent anima. Et infra. Hora nona rurſus eſto in hymnis & laudibus Dei; cum lacrymis confitens peccata tua. Deo ſupplicans, quoniam hac hora Dominus in cruce pendens reddidit ſpiritum. Poſt communionem autem horæ nonæ comede panem tuum gratias agens Deo ſuper menſam tuam.

7 B. Hieronym. † in epiſt. 22. de cuſtodia virginitatis ad Euſtochium, de Monachis loquens, qui Cœnobitæ vocantur, circa fin. illius epiſtolæ hæc dicit. Prima apud eos confœderatio eſt obedire maioribus, & quicquid iuſſerint facere. Diuiſi ſunt per decurias, atque centurias, ita vt nouem hominibus decimus præſit, & rurſus decem Præpoſitos ſub ſe Centeſimus habeat. Manent ſeparati, ſed iunctis cellulis. Vſque ad horam nonam, vt inſtitutum eſt, nemo pergit ad alium, exceptis ijs Decanis, quos diximus, vt ſi cogitationibus forte quis fluctuat, illius conſoletur alloquijs. Poſt horam nonam in commune concurritur, pſalmi reſonant, ſcripturæ recitantur ex more, & completis orationibus, cunctiſque reſidentibus, medius quem Patrem vocant, incipit diſputare. Quo loquente tantum ſilentium fit, vt nemo alium reſpicere, nemo audeat excreare. Dicentis laus in fletu eſt audientium, tacitæ voluuntur per ora lacrymæ, & ne in ſingultus quidem erumpit dolor. Cum vero de regno Chriſti, & de futura beatitudine, & de gloria cœperit annunciare ventura, videas cunctos moderato ſuſpirio, & oculis ad cęlum leuatis intra ſe dicere, Quis dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & volabo, & requieſcam; Poſt hæc conciliũ ſoluitur, & vnaquęque decuria cũ ſuo parẽte pergit ad menſam, quibus per ſingulas hebdomadas viciſſim miniſtrãt. Nullus in cibo ſtrepitus eſt, nemo comedẽs loquitur. viuit pane, leguminibus, & holeribus, quę ſale ſolo cõdiuntur. Vinũ tantũ ſenes accipiũt, quibus & paruulis ſępe fit prandiũ; vt aliorũ feſſa ſuſtentetur ætas, aliorum nõ frangatur incipiens. Dehinc conſurgunt pariter, & hymno dicto ad præſepia redeunt: ibi vſque ad veſperam cum ſuis vnuſquiſque loquitur.

4 S. Epiphanius † lib. 3. contra hæreſes, in fi. ita ait. Communiones autem ſiue ſynaxes fieri ordinatæ ſunt ab Apoſtolis quarta, & pro ſabbatho, & Dominica. Quarta vero, & pro ſabbatho ieiunium ſtatutum eſt vſque ad horam nonam. Et infra. Et per totum quidem annum ieiunium hoc ſeruatur in eadem ſancta catholica eccleſia, quarta (inquam) & proſabbatho vſque ad horam nonam, excepta Pentecoſte per totos quinquaginta dies, in quibus neque genua flectuntur, neque ieiunium imperatum eſt. Ceterum pro communionibus, quæ quarta, & proſabbatho ad horam nonam fiunt, in die Dominica matutinis horis communiones fiunt. Ioan. Caſſianus coll. 2.

5 capitulo vltimo inquit, † quòd hi qui diſtrictiorem abſtinentiam tenent, refectionem ad veſperam differunt. Et paulo infra. Commodum ſatis (ait) & vtile hora nona refectionis tempus indultum eſt.

Euagrius in libro de Anatolium de octo vitioſis cogitationibus, quòd liber impreſſus eſt vna cum operibus S. Ioan. Damaſceni. Deſidiæ, inquit, dæmõ, qui etiam meridianus vocatur, dæmonum omnium grauiſſimus eſt, ac Monachum ſub horam quartam aggreditur, animam autem ipſam ad horã vſque octauam obſidet. Ac primum quidem id facit, vt ſol torpidus, aut etiam omnes prorſus motus expers eſſe, ac dies ipſa quinquaginta horis conſtare videatur. Deinde vt perpetuo ad feneſtras Monachus perſpectet. Quin eum

quoque

Digitized by Google

quoque ex cella exhibere cogit, atque oculos in ſolem defigere ac perpendere quantum ab hora nona diſtet, ac denique huc atque illuc circumſpicere, num quis fratrum adſit. Hæc Euagrius. Per quæ dat intelligi Monachos ſaltem vſque ad horam nonam promiſiſſe ieiunos.

6 S. Auguſtinus † epiſt. 118. ad Ianuarium, in fi. Honeſtius autem arbitror, inquit, ea hora fieri (oblationem. ſ. corporis & ſanguinis Domini, in quinta feria vltimæ hebdomadis Paſchæ, vt qui etiam ieiunauerit, poſt refectionē quæ hora nona fit, ad oblationem poſſit occurrere. Idem in ſerm. 1. ad fratres in eremo, & in 2. Regula, c. 2. ſtatuit, quòd ad nonam fratres reddant codices, & ſecundum naturæ conditiones ſine tumultu reficiant, audientes verbum Dei.

7 Theophylactus † in Io. c. 1. ſuper illis verbis, Hora autem erat quaſi decima. Hinc autem, inquit, diſcimus, quod diſcipuli habebant ventrem minime oneratum, ſed ieiunijs aſſuetum, eo quod tempus alij impendunt in quietem corporis, cibis grauati, & non valentes ſerio operi intendere, hoc illi inſumebant in doctrinam. Ita erant vere diſcipuli Ioannis ieiunijs clari.

8 Prudentius † in hymno, Ante cibum, qui eſt 3. Cathemerinon, ita canit.

Te Pater optime mane nouo;
 Solis & orbita cum media eſt;
 Te quoque luce ſub occidua;
 Sumere cum monet hora cibum,
 Noſtra Deus canet armonia.

Et in hymno, Poſt ieiunium, qui eſt 8. Cathem.

Nona ſummiſſum rotat hora Solem,
 Partibus vix dum tribus euolutis
 Quarta deuexo ſupereſt in axe
 Portio lucis.
Nos breuis voti dape vindicata.
 Soluimus feſtum, fruimurque menſis
 Affatim plenis, quibus imbuatur
 Prona voluptas.

9 Hæc eadem probantur etiam auctoritate non nullorum † conciliorum. Et primo concilij Maguntiaci, can. 34. cuius habetur mentio apud Gratia. diſ. 76. c. conſtituimus. apud Burch. lib. 13. c. 2. apud Iuon. par 4. c. 35. & in Pannor. lib. 2. c. 180. Verba concilij hæc ſunt. Conſtituimus, vt quattuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obſeruentur, id eſt menſe Martio hebdomada prima: Et feria quarta, & ſexta, & ſabbatho veniant omnes ad eccleſiam hora nona cum litanijs ad Miſſarum ſollemnia. Similiter in menſe Iunio hebdomada ſecunda, feria quarta, & ſexta, & Sabbatho ieiunetur vſq; ad horam nonam, & a carne ab omnibus abſtineatur. Similiter in menſe Septembri hebdomada tertia; & in menſe Decembri, hebdomada, quæ fuerit plena ante Vigiliam Natalis Dñi, ſicut eſt in Romana eccleſia traditū. Præterea conc. Bracharenſe 1. can. 16. Si quis, ait, quinta feria paſchali, quę vocatur Cena Domini, hora legitima poſt nonam ieiunus in eccleſijs Miſſas non tenet. &c. vt ſupra citauimus c. 32. num. 7.
Conc. Bracharenſe 2. can. 9. præcipit, vt aduenientе Natalis Domini die, cōuenientes in vnum vicinæ eccleſię, per triduum cum pſalmis per Sanctorū Baſilicas ambulantes celebrent litanias. Tertia autem die celebratis hora

L 2 nona

prandium & cena. & num. 24. Sed vere cena potius, quàm prandium erat. num. 25. & 27. Prandium autem non niſi abuſiue appellari poterat. num. 30.

14 *Prandium & cena diſtinguebantur apud antiquos Iudæos. & num. 17. Et etiam apud Romanos. nu. 18. 21. & 22.*

15 *Prandium eſt comeſtio, qua mane fit.*

16 *Cena eſt comeſtio quæ fit veſpere.*

19 *Comedebāt aliqui inter Romanos veteres non ſolum bis in die, ſed etiam ter, & quater.*

20 *Comedere ſemel in die eſt Angelorum, bis hominum, frequentius brutorum.*

23 *Cena non ſemper ad horam nonam fiebat apud antiquos, ſed quandoque etiam tardius.*

26 *Agape quid ſit.*

29 *Ieiunia a Paſcha ad Pentecoſten relaxantur.*

3 QVòd igitur ieiunium ſit ſubtractio † prandij, vt dictum eſt ſupra cap. præced. num. 11. & quòd refectio, quæ in die ieiunij fit, debeat eſſe cena, & non prandium, eſt auctoritas tex. in c. vnum orarium. §. fi. diſt. 25. qui deſumptus eſt ex S. Auguſt. in ſerm. 41. de Sanctis. vbi ait tex. quòd inter minuta peccata computatur, quoties quis cum ſit ſanus corpore alijs ie-
2 iunantibus prandere voluerit. Quo in loco prandere † nihil aliud ſignificat, quàm non ieiunare. Quod tamen intelligitur ſecundum Glo. ibi, non de ieiunijs ſtatutis, ſed de illis, quæ quilibet pro ſua voluntate ſeruat, nam
3 alioquin frangere † ieiunium ab eccleſia pręceptum, non inter minuta peccata, ſed inter grauia computatur.

Ad idem eſt tex. in c. poſt Paſcha. diſt. 76. vbi B. Iſidorus aſſerit, quòd licet traditio eccleſiarum poſt Paſcha vſque ad Pentecoſten abſtinentiæ rigorē prandijs relaxauerit, tamen ſi quis monachorum vel clericorū ieiunare cu-
4 pit, non ſunt prohibendi. Quib. verbis per prandia † apertiſſime ieiunij relaxatio ſignificatur. Ad idem facit etiam tex. in c. litteras. de temp. ord. vbi
5 comeſtio, quæ fit in Sabbatho quattuor temporum cena † appellatur.

Guill. Durant. in Ration. lib. 6. c. 7. in fi. Refectio, ait, corporis in diebus ie-
6 iuniorum, poſt quam nulla alia paratur, non prandium, ſed cena † vocatur, ſicut ait Greg. in hom. illius euangelij. Homo quidam fecit cenam magnā. Et B. Greg. in allegata hom. quæ eſt. 36. ſuper euangelia. Iccirco autem (inquit) hoc conuiuium Dei non prandium, ſed cena vocatur, quia poſt prandium cena reſtat, poſt cenam vero conuiuium nullum reſtat.

In conc. Turonico. 2. c. 18. ad propoſitum noſtrum hæc habentur. De ieiunijs vero antiqua a monachis inſtituta conſeruētur, vt de Paſcha vſq; Quin-
7 quageſimā exceptis Rogationib. omni die fratrib. prandium † præparetur. Poſt Quinquageſimā tota hebdomada exacte ieiunent. Poſtea vſq; ad Kalēdas Auguſti ter in Septimana ieiunent, ſecunda, quarta, & ſexta die, exceptis ijs qui aliqua infirmitate cōſtricti ſunt. In Auguſto quia quotidie Miſſæ Sāctorū ſunt, prandiū habeant. In Septēbri toto & Nouēbri, ſicut prius dictū eſt, ter in Septimana. De Decēbri vſq; Natalē Dñi oī die ieiunent. Et quia inter Natalem Domini, & Epiphaniā oī die feſtiuitates ſunt, itemque pran-

debunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium conſuetudinẽ Patres noſtri ſtatuerunt priuatas in Kalendis Ianuarij fieri litanias, vt in eccleſia pſallatur, & hora octaua in ipſis Kalendis Circumciſionis Miſſa Deo propitio celebretur. Poſt Epiphaniam vero vſque ad Quadrageſimã ter in ſeptimana ieiunent.

In conc. Aurelianenſi 4. c. 2. Sed neque, dicitur ibi, per Sabbatha abſq; infirmitate quiſquam ſoluat Quadrageſimæ ieiunium, niſi tantum die Dominico prandeat. Citatur ab Iuo. in 4. p. c. 44. & in Panor. lib. 2. c. 190. & a Burchar. lib. 13. c. 11. concilium Cabilonenſe, can. 5. in hæc verba. Dieb. vero ieiunij eleemoſyna facienda eſt, & cibum, ſiue potum, quo quiſque debuit
8 vti, ſi ieiunauerit, pauperibus eroget: quia ieiunare, & cibos prandij † ad cenam ſeruare, non mercedis, ſed ciborum eſt incrementum. Credendum eſt autem (vt hoc obiter dicam) concilium hoc Cabilonenſe, quod citatur hic ab Iuo. & Burch. & quod citatur iterum a Gratia. in c. ſolent. de conſec. diſt. 1. quem nos ſupra, ca. 34. nu. 10. retulimus, fuiſſe deperditum, nam in ijs concilijs Cabilonenſibus 1. & 2. quæ in Tomis conciliorum impreſſa ſunt, nihil huiuſmodi tale reperitur. Quanquam B. Tho. 2. 2. q. 147. ar. 7. in arg. ſed contra. dictum c. ſolent. non ad conciliũ Cabilonenſe, ſed ad Chalcedonenſe retulit.

S. Io. Chryſoſt. in homil. 57. ad populũ Antioch. & in hom. 56. ſuper Matth. vbi eadem repetit, de Monachis loquens, ita inquit. Et propterea hos præſertim laudo, & admiror, tum propter alia, tum propter hanc dictionem. Il
9 li namque poſtquam pranſi fuerint, imò vero poſt cenam † numquam enim prandium norunt, ſcientes, quòd præſens tempus eſt luctus. & ieiunij. Itaque poſt cenam Deo quoſdam gratiarum hymnos dicentes, & huius vocis reminiſcuntur. &c.

B. Ambroſius pluribus in locis idem manifeſtat. Et ſerm. 33. in fi. ita ait. Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunij tacendum non eſt, vt qui abſti-
10 nemus, & minime prandemus † hoc tempore prandia noſtra pauperibus prærogemus. Et ſerm. ſeq. Quiſquis ergo, inquit, chriſtianus conſecratã ieiunando non impleuerit Quadrageſimam, præuaricationis, & contumaciæ reus tenebitur, quod legem diuinitus pro ſalute ſua datam prandẽdo ipſe reſcindit. Reſcindis enim legem, qui exemplum ieiunij dominici non cuſtodis. Qualis autem chriſtianus es, cum Domino ieiunante tu prandes? Qualis chriſtianus es, cũ Chriſto eſuriente tu reficeris? Ille pro ſalute tua famem ſuſtinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas. Dicite enim mihi, interrogo vos, qui in Quadrageſima prandetis, ſi nõ in conſcientijs veſtris rei eſtis, quòd abſtinente toto populo, vos ſoli contra præceptum Domini deuoratis. Et in ſer. 39. Ita homines, ait, quorum animus ſemper eſt in prandio, prandendi ſibi cauſſas inquirunt, & dum ſe a ieiunijs excuſant, tempora Creatoris accuſant. Petrus Chryſologus ſer. 8. de eleemoſina & ieiunio. Qui non ieiunat, inquit, pauperi, Deo fingit. qui ieiunans prandiũ ſuũ non erogat ſed reponit, cupiditati probatur ieiunare non Chriſto. Ieiunantes ergo fratres prandium noſtrum reponamus in manu pauperis, vt ſeruat nobis manus pauperis quod venter nobis fuerat perditurus. Et ſerm. 41. de ieiunio & eleemoſina. in fi. Fratres prandium noſtrum ſit pauperis cena; vt menſa Chriſti noſtrum paretur in prandium, permittenti ipſo cum dicit, Manducabitis in menſa mea in regno meo.

Ex

Ex B. Auguſtino etiam multa in eamdem ſententiam habentur. Et in ſer. 1. in Sabbatho poſt Dominicam in Quinquageſima, qui eſt de tempore. 62. ita inquit Rogo vos fratres cariſſimi, & admoneo, vt in iſto legitimo, ac ſa-
11 cratiſſimo tempore, exceptis Dominicis diebus nullus prandere † præſumat, niſi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit. Et in ſerm. 65. de tempore, & ſimul etiam in pſal. 42. in fi. Quam multos (inquit) pauperes ſaginare poteſt intermiſſum hodie prandiũ noſtrum? Ita ieiuna, vt alio manducante prandiſſe te gaudeas. Et in pſalm. 43. circa med. Nõ laudatur (ait) in illo ieiunium, qui ad luxurioſam cenam ſeruat ventrem ſuum. Idem in epiſt. 86. ad Caſulanum. ſimiliter appellat prandium ſolutionem ieiunij, & prandere non ieiunare.

B. Benedictus in Regula ſæpiſſime eodem modo loquitur. vt cap. 42. vbi ita
12 inquit. Omni tẽpore ſiue ieiunij, ſiue prandij † ſi tẽpus fuerit prandij. &c. Omitto auctoritatẽ S. Hieronymi, quem ſupra adduximus c. præced. nu. 3. & aliorum etiã multorum: res enim eſt clarior, quàm vt tot teſtimonijs indigere videatur. Vnde Hipocrates lib. 2. de diæta, ſiue de ratione victus, nu. 25. ſemel in die (inquit) cibũ capere, attenuat, & ſiccat, & alium ſiſtit; propterea quòd per animę caliditatem humiditas, ex ventre & carne conſumitur. Prandium contraria facit. Quo in loco, vt bene notat Matthæus Curtius in libello de prandij ac cœnæ modo ſtatim in initio, clare indicat Hippocrates, idem etiam prandere, & bis comedere, ſemel in die comedere, & cenare, nam qui ſemel in die comedebant prandere non conſueuerunt.

Sed enim ſupradictis obuiare videtur B. Gregor. papa in homil. 38. ſuper euangelia, in illud Matth. 22. Simile factum eſt regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Vbi diſputans, an illa parabola, quæ ibi ſub prandij nomine deſcribitur, ſit eadem cum illa, quæ apud Lucam c. 14. ſub appellatione cenæ habetur, quamuis magis incliuet ad aſſerendum, quod diuerſa ſit, tamen dicit, quod fortaſſe etiam teneri poſſet, quòd eadem ſit parabola; & reſpondendo ad obiectiones in contrarium factas, hæc ſubiungit, Quod vero per illum (ſcilicet Lucam) cena, per hunc autem (ſcilicet Matthæum) prandium dicitur, nequaquam vel hoc noſtræ intelligẽtię obſiſtit, quia cum ad horam nonam † apud antiquos quotidie prandium fieret, ip-
13 ſum quoque prandium cena vocabatur.

In quibus verbis non nulla ſunt, quæ exactiori indigere viderentur examinatione. Et in primis videndum eſſet, de quibus antiquis intelligat B. Gregorius dum dicit, quòd ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret. Nam ſi intelligatur de antiquis Iudæis, ad quorum mores magis veriſimile eſt, Chriſtum dominum ſeſe in parabola accommodaſſe; tũc probandum eſſet, quòd quotidie hora nona apud illos prandium fieret; quod ſimul etiam cena vocaretur; nam contrarium ego mihi perſuaſum habeo, cum in ſcripturis ſanctis ſæpiſſime & prandij & cenæ mentio fiat, non tamquam vnius & eiuſdem rei, ſed tamquam rerum diuerſiſſimarum.
14 Et Luc. 14. inquit Chriſtus, Cum facis prandium, aut cenam noli vocare amicos tuos. &c. vbi prandium & cenam diſiunctiue poſita apparet eſſe diuerſa. Et prandium quidem † intelligitur eſſe comeſtio, quæ mane fit, vt
15 colligitur Io. 21. ibi, Mane autem iam facto. Et poſt pauca. Venite, prãdete. Cena autem † quæ fit veſpere, vt colligitur Matth. 26. ibi, Veſpere autem fa-
16 cto. Et poſt pauca. Cenantibus autem eis.

Digitized by Google

17 Præterea quòd apud Iudæos† non ſemel tantum in die hora nona, ſed bis, mane ſcilicet & veſpere mos eſſet cibum ſumere, apparet ex 3. Reg. 17. vbi dicitur, quòd corui deferebant Eliæ panem & carnes manè, ſimiliter panē & carnes veſperi. Et Exho. 16. dicitur, Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate. Et infra veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus. Cum vero Iudæis ieiunabant, & ſemel tantum in die reficiebantur, non ad horam nonam, ſed poſt occaſum Solis cibum ſumere fuiſſe ſolitos oſtendimus ſupra cap. 33. in princ.

Si vero intelligat Beatus Gregorius non de antiquis Iudæis, ſed antiquis Ethnicis, Romanis, aut Græcis, ad quos poſſibile eſt Euangeliſtas in deſcriptione parabolæ reſpexiſſe; tunc eſſet rurſus inſpiciendum, an apud illos etiam ſemel tantum, an vero ſæpius in eodem die cibum capere mos eſſet; & qua hora id fieret; & poſtremo quonam nomine eorum comeſtio appellaretur.

18 Et quidem quòd apud Romanos † etiam diſtincta eſſent prandia a cenis, præter multos auctores, in quibus paſſim & cenæ & prandij ſeparatim tamquam rerum ſeparatarum mentio reperitur, ſufficiat teſtimonium Pomp. Feſti libro tertio, de verborum veterum ſignif. vbi ita inquit. Cena apud antiquos dicebatur quod nunc eſt prandium: Veſperna quam nunc cenam vocamus.

Quamuis autem Martialis lib. 4. epigr 8. ſuper quo totum fundari videtur B. Gregorij dictum, loquens de ſingulis horis diurnis Romanorum afferat, quòd nona hora comeſtioni deputata erat, ſic ſcribens.

Imperat extructos frangere nona thoros.

non inde tamen colligitur, quòd illa tantum hora apud veteres comederetur. Nam conſtat, Domitianum Imperatorem, de quo potiſſimum tractat Martialis in illo epigrammate, ad Euphemum ſtructorem menſæ Domitiani ſcribens, docens illum, qua opportunius hora conueniret ſuos libellos oſtendere Imperatori; præter cenam prandebat etiam quotidie ad ſatietatem, vt ex Suetonio habetur in eius vita. capit. 21. Cuius verba hæc ſunt. Quoties otium eſset, alea ſe oblectabat, etiam pro feſtis diebus, matutiniſque horis, ac lauabat de die, prandebatque ad ſatietatem: vt non temere ſuper cenam præter Martianum malum, & modicam in ampulla potiunculam ſumeret. Conuiuabatur frequenter ac large, ſed pæne raptim, certe non vltra Solis occaſum, nec vt poſtea comiſsaretur.

19 Immo vero erant inter Romanos qui ne dum bis † in die, ſed etiam ter, & quater cibos ſumerent. vt in Vitellio teſtatur idem Suetonius capit. 13. ita de eo inquiens. Epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat; in ientacula, & prandia, & cenas, comiſsationeſque; facilè omnibus ſufficiens vomitandi conſuetudine. In hoc tamen Vitellius vitulorū potius (vt mihi videtur) & brutorum, quàm hominum mores imitabatur. Nam vt bene inquit Io. Belet. in ſuo Ratio. c. 11. & Guill. Durant. in ſuo, lib 6. cap 7.
20 nu. 11. & Pet. de Palu. in 4 ſent. diſt. 15. q. 4. ar. 4. concl. 2. ſemel in die † comedere eſt Angelorum, bis hominum, frequentius brutorum.

Quod autem prandium in vſu eſſet apud Romanos, præſertim in æſtate, & a cena diſtingueretur, colligitur etiam ex Cornel. Celſo, qui lib. 1. c. 1. ſic lo-
21 quitur. Prodeſt etiam bis † die potius quàm ſemel cibum capere, & ſemper quamplurimum, dummodo hunc concoquat. Et ca. 3. de hiemis tempore loquens,

quens,

quens,ita dicit.Si prandet aliquis,vtilius eſt, exiguum aliquid & ipſum ſiccum ſine carne ſine potione ſumere.Et paulo poſt. Aeſtate vero & potione & cibo corpus ſæpius eget,ideo prandere quoque commodum eſt.

Et Macrobius lib.Saturn.3.c.17.agens de legibus latis contra luxuriam ve-
2 terum Romanorum,cenarum,& prandiorum † meminit his verbis. Imperari cœpit,vt patentibus ianuis pranſitaretur,& cenitaretur. Sic vt oculis ciuium teſtibus factis,luxuriæ modus fieret. Et infra. Lex Didia conſecuta eſt,vt non ſoli qui prandia,cenaſque maiore ſumptu feciſſent,ſed etiam qui ad eas vocati eſſent,atque omnino interfuiſſent pœnis legis tenerentur.

Atque huius Romanorũ conſuetudinis meminit etiã Valerius Max.lib.2.capit.1.De modo comedendi antiquorũ.Qui etiã lib.3.cap.2.de fortitudine, refert Leonidam Spartanum dixiſſe cõmilitonib.Prãdete cõmilitones mei, tamquã apud inferos cenaturi.Quod dictũ hẽt & Plutarchus in apophthegmatib. Laconicis, vbi agit de Leonida,& Orig.li.2.contra Celsũ, añ med.

Præterea horã nonã non ita religioſe cibis ſumendis deſtinatã fuiſſe exiſti-
23 mo,quin multi ea prætermiſſa cęnas †ad veſperam,& ad noctem differrẽt. Cicero orat.20.in Catilinam memorat quoſdã,Quorũ,inquit, omnis induſtria vitæ & vigilandi labor in antelucanis cenis expromitur. Et Martialis libro 1.epigr.112.Acerram quẽdam vnũ, ex iſtiuſmodi heluonibus deridet,dũ ait,Heſterno fœtere mero qui credit Acerrã,Fallitur in Lucẽ ſemper Acerra bibit.Et lib.2.epigr.89.in aliũ quendã nomine Gaurũ ſimilis notæ virũ,ita loquitur. Quòd nimio gaudes noctem producere vino, ignoſco, vitium Gaure Catonis habes.

De Catone autem Vticenſi hæc in eius vita apud Plutarchum leguntur. Ac ſemel quidem præpotus ibat ad menſam,deinde ita perſtabat, vt ſæpe cum amicis ad auroram vſque in potationib. vigilaret.Cauſam huius rei credunt fuiſſe negotia publica,in quibus per totos dies occupatus, atque ita plures conuenire, & cum illis verſari prohibitus, per noctem atque potum cum eiſdem eſſe cogebatur.Itaq.cũ Memmius quidam dixiſſet,totas noctes Catonem ebriũ eſſe,reſpondit Cicero,At illud non addis, eum dies totas ad aleam ludere.

Quòd autem noctu cenare,plurimi ſolerent veteres, indicat idem Martialis lib.1.epig.111.Heſterna tibi nocte dixeramus.

Quincunces puto poſt decem peractos,
Cęnares hodie Procille mecum

Et lib.8.epigr.67.

Horas quinque puer non dum tibi nunciat, & tum
Iam conuiua mihi Cæciliane venis.
Cum modo diſtulerint raucæ vadimonia chartæ,
Et floralitias laſſet arena feras.
Curre age,& illotos reuoca Calliſte miniſtros,
Sternantur tecti, Cæciliane ſede.
Caldam poſcis aquam, ſed non dum frigida venit,
Alget adhuc nudo clauſa culina foco.
Mane veni potius, nam cur te quinta moretur?
Aut cur non ſero Cæciliane venis?

Et lib.10.epigr.19 mittens librum ſuum ad Plinium iuniorem,ac Muſam alloquens ſic fatur.

Sed

Sed ne tempore non tuo diſertam
Pulſes ebria ianuam videto.
Totos dat tetricæ dies Mineruæ,
Dum centum ſtudet auribus virorum,
Hoc quod ſæcula, poſterique poſſint
Arpinis quoque comparare chartis.
Seras tutior ibis ad lucernas.
Hæc hora eſt tua, cum furit lyæus,
Cum regnat roſa, cum madent capilli:
Tunc me vel rigidi legant Catones
Quos verſiculos ponit etiam ipſe.

Plinius lib.3.epiſt.vlt.Cicero item lib.5.Tuſcul.quæſt.Socratem refert,cum vſque ad veſperum contentius ambularet,quæſitumque eſſet ex eo, quare id faceret,reſpondiſſe,ſe,quo melius cenaret,obſonare ambulando famem. Et A.Gellius noctium atti.li.decimoſeptimo,capitulo octauo.Philoſophus, inquit, Taurus accipiebat nos Athenis cena plerumque ad id diei, vbi iam veſperauerat.

Idem eſt tempus iſtic cenandi frequens.

Et Raphael Volaterranus lib.32.commentariorum vrbanorum, capit.32.de tempore edendi,ad propoſitum hæc ait, Cęnare noctu ſemper conſuetum fuiſſe,Athenęus teſtatur ob lunam,quæ vim habeat ad concoctionẽ præcipuam.Quo magis miror Martialem in quodam carmine hora nona accumbere ſolitos dixiſſe.Nam ſi prandium,nimis tarde:ſi cęna nimis cito. Quòd autem Gregorius in homilia quadam in concordandis Euangeliſtis cum alter prandium,alter cęnam dixiſſet:Nona ſemper ait hora veteres edebant, quapropter prandium cęnam vocabant.Inuenimus tamen & prandere, & cęnare ſolitos.

Apud Trogum, prandete milites, hodie apud inferos cęnaturi. Et Celſus hieme dicit,vtilius ſemel accumbere,præterquam aluo adſtrictis, & Iſchomachus apud Oeconomicum Xenophontis dicit,ſe leuiter prandere, vt cęnæ det locum.Quapropter horam hanc contra nõ ſatis intelligo. Hactenus Volaterranus.

24 Sed demus,quòd & ſemel tãtum in die,& ad horam† nonam quotidie cõſueuerint Veteres cibum capere,vt ſcribit B.Gregorius,& aſſerit B.Iſidorus lib.Etymol.vl.cap.2.& putat Aldus Manutius nepos lib. primo de quęſitis per epiſtolam,capitulo quarto,quod eſt de accumbendi,& comedendi ratione,& capitulo ſequenti,in principio,& indicare videtur Plato, ſi non in Italia,ſaltem extra Italiam in epiſto.7.ad propinquos,& amicos Dionis, circa initium,dum ait. Cum autem in Italiam,Siciliamque perueniſſem, vitam illam, quam beatam vocant,Italicarum, Syracuſanarumque menſarum plenam nullo modo probaui:bis videlicet in die ſaturum fieri. &c.

Quæ verba refert etiam Cicero libro quinto Tuſcul.quæſtio. Dico adhuc huiuſmodi comeſtionem nullo modo prandium, ſed cęnam† appellatam fuiſſe.

Quod oſtenditur tum ex Cicero libro nono,epiſtolarum ad diuerſos, epiſto.vlt.ad Pætum,vbi cęnam nominat,in qua ſe hora nona accubuiſſe ſcribit. Tum ex Horatio in pluribus locis. Vt libro ſecundo, ſermonum, Satyra vlt.in princip.

Vt

Digitized by Google

Vt Naſidieni iuuit te cęna beati
Nam mihi quærenti conuiuam, dictus here illic
De medio potare die.

Et lib. 1. Epiſtolarum, epiſt. 5. ad Torquatum, in princ.

Si potes Archiacis conuiua recumbere lectis,
Nec modica cęnare times holus omne patella,
Supremo te Sole domi Torquate manebo.

Et epiſt. 7. ad Mœcenatem.

Sic ignouiſſe putato
Me tibi, ſi cęnas hodie mecum. Vt libet. Ergo
Poſt nonam venies.

Et Beatus Iſidorus locò nunc proxime citato, poſtquam dixiſſet, quòd hora nona Romani veteres ad cibos aduocabãtur, iuxta illud Martialis. Imperat extrũctos. &c. ſubiungit paulo poſt, quòd apud antiquos in vſu non erant prandia.

Et Tertullian. in Apologetico, cenam appellat, quæ a Chriſtianis de
26 die inibatur, & Agape vocabatur. Cuius vocis Agapes † declarationem ex Tertull. ibi, & ex alijs auctoribus ponit egregie Reuerendiſſ. Cæſar Coſta conſanguineus & dominus meus li. 1. variarum ambig. cap. 17. & colligere licet tum ex Caſſia. coll. 24. c. 12. & alibi, tum ex epiſtola Iudæ canonica; In qua vbi nos habemus verbum, In epulis. gręcus codex habet *ἐν ταῖς ἀγάπαις*. Indicat autem Tertullianus ibi, quòd finita cena poſt manuum ablutionem lumina afferebantur, ita inquiens. Poſt aquam manualem, & lumina, vt quiſque de ſcripturis ſanctis, vel de proprio ingenio poteſt, prouocatur in medium canere: Hinc probatùr, quo modo biberit. Aeque oratio conuiuium dirimit. Inde diſceditur non in cateruas cęſionum, neque in claſſes diſcurſationum, nec in eruptiones laſciuiarũ, ſed ad eãdem curã modeſtię, & pudicitiæ; vt qui non tã cenã cenauerint, quàm diſciplinã. Super quibus verbis Franciſcus Zephyrus in cõment. ſic ait. De die cenaſſe antiquos, omnes litteræ docent, ita vt ſecunda menſa ad tenebras vſque extenderetur; quo tempore lotis manibus, & inflãmatis lychnis, aut talis operã ludebãt, aut ſaltationibus, cantileniſque; ſæpe etiam in propinationibus vino efferueſcentes, aut inter ſe rixabantur, aut ebrij per vrbem diſcurrentes cateruatim, obuium quemque cæſionibus, verberibuſque accipiebant, niſi in turpes laſciuias prorumperent: quæ omnia ita chriſtiana norma emendauerat, vt non vitia tantum fugaret, ſed optimos etiam mores reponeret; nec maior vbique corporis ratio haberetur, quàm ipſius animi.

Huic autem antiquorum conſuetudini, afferendi lumina expleta cena, quã & Tertullianus, & Zephyrus memorant, conſonat id quod canit Virgilius lib. 1. Aeneidos, in fi.

Poſtquam prima quies epulis, menſæque remotæ.
Crateras magnos ſtatuunt, & vina coronant,
Fit ſtrepitus tectis, vocemque per ampla volutant
Atria, dependent lychni laquearibus aureis
Incenſi, & noctem flammis funalia vincunt.

Et conſonat etiam id quod ex Vitruuio habetur, lib. 6. cap. 7. vbi monet hiberna triclinia (triclinium autem locus erat in ædibus cęnæ deſtinatus) occidentẽ hibernum ſpectare debere, ideo quia veſpertino lumine opus eſt vti.

Ex

Ex quo Vitruuij loco colligit Marſilius Cagnatus lib.1. variarum obſer. c. 17. Romæ cenæ tempus ante quam aduerſus paſceret, non æſtate tantum, ſed etiam hieme fuiſſe.

27 Præterea, q̃ comeſtio, quæ hora nona fieret, cena † appellaretur, & non prandium, S. Hierony. in epiſt. 22. ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis id egregie probat. Vbi cum deſcripſiſſet Cœnobitarum vitam, dixiſſetque, eos quotidie ad horam nonam ad menſas accedere, poſtea de eiſdem agẽs, hæc ſubiungit. Ieiunium totius anni æquale eſt, excepta Quadrageſima, in qua ſola conceditur diſtrictius viuere. A Paſcha ad Pentecoſten cenę mutantur in prandia, quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatisfiat, & ventrem cibo non onerent duplicato. Quibus verbis nihil aliud ſignificat, niſi quòd cibus, qui hora diei nona fuerat capiendus, paulo citius, id eſt ſexta hora pro feſtiuitatis tempore capiatur. vt inquit Io. Caſſia. coll. 21. c. 23. de monachis cœnobitis ſimiliter agens, quem ſupra citauimus c. 31. nu. 4.

Colligo autem ex dictis B. Hieronymi verbis vnum quidpiam in hac mate-
28 ria ſatis notandum. Subtractionem ſcilicet prandij † ita eſſe de eſſentia ieiunij, vt quamuis vnica ſit in die comeſtio, ſi tamen non exſpectata hora cenæ anticipetur, & fiat ad horam prandij, illud non poſſit ieiunium appellari. Hoc enim innuit B. Hieronymus per illa verba, Quo & traditioni eccleſiaſticæ ſatiſfiat. Nam traditio eccleſiaſtica eſt, vt a Paſcha ad Pen-
29 tecoſten ieiunia † relaxentur. vt habetur per Beatos Ambroſium, Hieronymum, & Iſidorum in c. ſcire. c. poſt Paſcha. & c. vtinam. diſt. 76. & per B. Auguſt. in epiſt. 86. ad Caſulanum, circa med. & in epiſt. 119. ad Ianuariũ, cap. 15. quæ habetur etiam inter opera B. Hieronymi, Tom. 9. epiſt. 21. Quod notandum eſt contra Angel. ver. Ieiunium. §. 2. vbi tenet, quod anticipare notabiliter horam in comedendo in die ieiunij, non frangit ieiunium. Contra quem tamen eſt communis ſententia aliorum Doct. vt videre eſt per Nauarr. in Manua. Confeſſ. c. 21. nu. 27.

Igitur vt ad B. Gregorium reuertamur, dum inquit, ad horam nonã quotidie apud antiquos factum fuiſſe prandium, & illud ſimul etiam cenam appellatum, dicendum eſt, quod hoc cenſetur dictum non proprie, ſed
30 quodam loquendi modo † abuſiuo, quemadmodum ſi quis ſolitus ſæpius in die comedere, ieiunans poſtea, & ſemel ſe reficiens, diceret refectionẽ illam ſibi eſſe eo die & ientaculum, & prandium, & merendam, & cenam, ſimul etiam comiſſationem. Quod reuera non niſi per tropum quemdam ſatis improprium intelligi poſſet. Quo loquendi modo vſi etiam videntur Caſſiod. in Tripart. lib. 1. cap. 11. & Sozom. lib. 1. cap. 13. dum de S. Antonio ab. ſcribentes, hæc de eo referunt. Erat eius eſca ſolus panis & ſal, potus aqua; prandijque tempus Solis occaſus. Ac ſi dicerent, Quod alijs omnibus eſt mane ad capiendum cibum, vt in eo primum prandentes ieiunium ſoluant, hoc erat B. Antonio Solis occaſus.

DE COMESTIONE IN DIEBVS IEIVNII. Cap. XXXVII.

1 *Ieiunium late ſumptum accipitur pro quadam abſtinentia, & moderata refectione, qua omni tempore ſingulis diebus vti debemus.*

2 *Ieiunium*

2 *Ieiunium eſt triplex.primum generale, abſtinere a vitiis: ſecundum late ſumptum,moderata comeſtio;tertium proprie,ſubtractio prandii.&c.*

3 *Ieiunans per totum diem vſque ad noctem ex ſuperſtitione,male facit: ſed ex deuotione, bene facit.*

4 *Ieiunantes comedere debent ad veſperam.*

5 *Ieiuniorum diebus quæ fit comeſtio,vere hodie prandium, & non cena appellari poteſt; cum horam ſextam aut præueniamus,aut vix exſpectemus.*

6 *Ieiunii ſoluendi hora cum ſit de iure poſitiuo, facile poteſt moribus vtentium alterari.*

7 *Sociis ſuis quilibet ſeſe accommodare debet in cibo, & moribus.*

8 *Pars omnis turpis eſt, vniuerſo ſuo non congruens.*

9 *Ieiuniorũ diebus comedere ad horam ſextam cæptum eſt poſt tempora Beati Thomæ.*

10 *Ieiuniorum diebus adhibetur menſæ benedictio quæ eſt cenæ, non quæ eſt prandij.*

11 *Veſperas recitare ante comeſtionem in Quadrageſima, aut Nonam in aliis ieiuniis non eſt præceptum in priuata recitatione. Sed in publica ſic. nume.13. Quamuis etiam in priuata id obſeruare congruum ſit. nu.12.*

SVpereſt nunc,vt ad ea,quæ in contrarium ſupra,c.35.in fi.a Panor.allegabantur,reſpondeamus.

Et ad text.in c.ſint tibi.2.de conſ.diſt.5.reſpondeo dupliciter.

Primo,quòd ille text.loquitur non de ieiunio proprie, & ſtricte ſumpto,
1 prout nos de eo nunc loquimur,ſed de ieiunio † large,& magis generaliter accepto:pro quadam ſcilicet abſtinentia,& moderata refectione, qua omni tempore,& ſingulis diebus vti debemus. Et ita illum text.intelligit Goffredus, Hoſtienſis, & ipſemet Panorm.qui in rub.de obſer.ieiun. ex
2 Goffr.ibi,hæc dicit.Triplex † eſt ieiunium; quoddam eſt ieiunium generale,vt abſtinere a vitijs & voluptatibus.de conſ.diſt.5.c.ieiunium.Secundum ieiunium eſt moderata refectio.de conſecr.diſt.5.c.ſint tibi.& c.non dico.Et hæc ieiunia ſunt ſingulis diebus ſoluenda.Et de his non tractabitur hic. Tertium eſt ieiunium,ſecundum q́ ſumitur hic,& in conſuetudine loquendi.Et iſtud eſt ſubtractio prandij.&c.Vnde mirum eſt,quo modo pauciſſimis verbis interpoſitis tanta Panormitanum cœperit obliuio, vt ſibimet conſtare non videatur, cum ſubiungat, ſe contra definitionem ieiunij proprie ſumpti allegare textum in contrarium in d.c.ſint tibi.

Secundo reſpondeo, quòd verba illa in eo text. id eſt quotidie prandere. non ſunt verba text.ſed addita a Burchardo,aut alio quopiam Decretiſta. Si enim ille text.deſumptus ſit ex Beato Hieronymo in epiſt.2. ad Nepotianum,de vita clericorum,circa fin. vt habet Iuo par 4. cap.56. & in Panor. lib.2. cap.186. & Gratianus in d.cap. ſint tibi.qui Beatum Hieronymum illius canonis auctorem faciunt.Certe B Hieronymus in ea epiſt.nihil aliud habet ad propoſitum illius can.niſi hæc verba. Sint tibi pura,caſta,ſimplicia, moderata, & non ſuperſtitioſa ieiunia. Quare quæ ſequuntur in tex.Id eſt quotidie eſurire,& quotidie prandere.B Hieronymi verba nõ ſunt.Si vero tex.ille deſumptus ſit ex dictis Theodori abb.vt vult Bur

char.

char.lib.13.c.24.(Hunc enim Pœmenem abb.intelligi puto, dum dicitur apud Burchard. ex dictis Pimenij eremitæ) ſimiliter verbum prandere in eius dictis non inuenitur. Reperi enim in lib.qui in Vitas patrum inſcribitur, In 2.par.§.41.hæc verba. Requiſitus abbas Pœmen, quemadmodum oporteat ieiunare, reſpondit. Ego volo monachum ita quotidie parum comedere, vt non ſatietur. Nam biduana, & triduana ieiunia vanæ gloriæ vacant. Hæc enim omnia examinauerunt ſancti Patres, & inuenerũt, quia bonum eſt quotidie ieiunare, & parũ comedere, vt ſitiãt quotidie, & eſuriant. Hanc enim viam regiam leuem nobis eſſe demonſtrauerũt. Ex quibus dictis bene colliguntur illa verba, id eſt quotidie eſurire. Sed illa ſequentia, Et quotidie prandere.mutari debuiſſent in hæc, Et quotidie parum comedere. Nam de prandio nulla habetur ibi mentio apud Pœmenẽ abbatem. Cuius ſententiæ maxime conformia ſunt quæ habet Caſſianus libro 5.de Inſtit.cœnob.cap.9.vbi inter cetera inquit, quòd melior eſt rationabilis cum moderatione quotidiana refectio, quam per interualla arduum, longumque ieiunium.

Quod vero Glo.in d.c.ſint tibi.aſſerit, non debere aliquem per totum diẽ abſtinere, niſi ex cauſſa; quod faciunt Saraceni.dico, quòd ſi quis ex ſu-
3 perſtitione abſtineret per totum † diem, imitari in hoc volens Saracenos, aut Iudæos, male quidem faceret; & in hoc ſenſu procedit dictum Gloſſæ. Sed ſi quis ex deuotione, & ex temperantiæ virtute expectare velit aut nonam, aut veſperã, quẽadmodum expectabant veteres ſancti Patres ad ſoluendum ieiunium, dico, quòd bene faceret, neq; eſſet vllo modo reprehendendus, aut prohibendus. Et in hoc ſenſu procedit dictum B. Auguſtini lib.3.de doctrina chriſtiana, c.12.quod habetur in c.quiſquis.diſtin.41. Quiſquis rebus prætereuntibus (inquit ibi S.Auguſt.) reſtrictius vtitur, quàm ſeſe habent mores eorum, cum quibus viuit; aut temperans (ſic enim lego, non intemperans) aut ſuperſtitioſus eſt. Et ipſa Glo.alibi, nempe in
4 c.ſi.diſt.82.ait, quòd ad veſperam † debent comedere ieiunantes.

Quòd autem poſtremo dicit Panorm. in ieiunijs extra Quadrageſimam horam non eſſe præfixam ab eccleſia, ſatis, ſuperque oſtendimus ſupra c. 33.& ſeqq. tot veterum ſanctorum patrum teſtimonijs & exemplis, conciliorum inſuper & iurium auctoritate, horam refectionis in ieiunijs nũquam fuiſſe ante nonam, & refectionem ipſam non prandium, ſed cenam appellari debere, vt non ſit amplius hac in re vllus dubitandi locus.

Ceterum vniuerſa hæc, quæ de horis ſoluendi ieiunij diximus, valde ſunt poſtea per contrarias conſuetudines immutata; cum enim ne dum nonam, ſed etiam ſextam in comedendo iam præueniamus, vere hodie refectio in
5 diebus ieiunij appellari debet potius † prandiũ, quam cena. Nam ſi ſecundum auctoritatem B.Hieronymi, quam ſupra retulimus c.proximo, nũ.27. cenæ mutari dicuntur in prandia, cum a nona in ſextam refectiones trãſferuntur, noſtra refectio in ieiunijs cum ſexta hora fiat, aut etiam ante ſextam, non niſi prandium appellari poteſt.

Ad quod idem probandum vtor pręterea argumento Alexandri de Ales in 4.par.q.103.memb.2. quem ſupra citauimus c.32. nu.18.in contrarium tamen retorquendo, hoc pacto. In diebus non ieiuniorum prandemus ad tertiam, aut parum poſt tertiam: cenamus item veſperi. In diebus item ieiuniorum reficimur ad ſextam, aut ante ſextã. Sed ſexta multo propinquior

eſt

eſt prandio,quàm cenæ, ergo refectio in diebus ieiunij magis prandium, quàm cena appellari debet. Quamrem expreſſe fatetur Lipomanus in opere Italice conſcripto pro confirmatione omnium dogmatum catholicorum,lib.2.cap.7.de ieiunio,in reſponſ.ad 11.obiectionem.vbi ſic inquit. Quoniam humana natura iam facta eſt fragilior diebus noſtris cenæ in prandia mutatæ ſunt.

Fatendum eſt autem,verum eſſe,quòd hæc omnia,quæ de horis reficien-
6 di didicimus,cùm ſint iuris poſitiui,facile poſſunt † moribus vtentium alte-
rari.vt not.in c.fi.de conſuet.& habetur per Gratia.in c.in iſtis.§.leges,diſtin.4.vbi etiam ſubiungit exemplum in materia ieiuniorum.

Quare nemo reprehendendus eſt,qui præſentium temporum mores ſecu
tus,reliquis Chriſti fidelibus in hora ſumendi cibi ſe conformat. Quilibet
7 enim ſeſe † accommodare debet ſocijs ſuis in cibo , & moribus , vt inquit
8 Glo.in c.quiſquis.diſt.41. Et turpis eſt omnis pars † vniuerſo ſuo non con-
gruens.vt habetur in c.quæ contra. diſt.8. Niſi tamen aliquo maioris deuotionis impulſu moueretur; nam tunc non eſſet ab opere ſupererogationis deterrendus.vt diximus ſupra,per tex.in d.c.quiſquis.

Hæc autem conſuetudo comedendi in ieiunijs ad horam ſextam , ſi quis a
me poſtulet,quandonam inceperit; Reſpondebo in primis, non eſſe adeo
9 antiquam,nam vſque ad tempora † B.Thomę nulla alia hora reperitur ad
ſoluendum ieiunium nominata,niſi nona,aut poſt nonam.Deinde dicam, quòd ſtatim fere poſt B.Thomam (vti exiſtimo) diuerſa inualere cępit conſuetudo,comedendi ſcilicet ad horam nonam vel ad horam ſextam. Nam Ricar.de Media villa, qui potuit eſſe Diſcipulus B. Thomæ , ſuper 4.ſent. diſt.15.q.3.art.vlt.in fi.hæc ait. Nec oportet præciſe accipere horā nonæ. Si enim per modicum tempus ante horam nonæ comedatur, non propter hoc frangitur ieiunium . Et quamuis hi qui comedunt ſtatim poſt horam ſextam,vel hora ſexta,derogent in aliquo perfectioni ieiunij, non tamen ſunt tranſgreſſores huius,quod eſt neceſſitatis in ieiunio, maxime quia iā inualuit conſuetudo in multis locis comedere ſtatim poſt horam ſextam, vel ipſa hora ſexta. Caietanus etiam in ſummula ver. Ieiunium,in princ.ita habet: Poteſt quis comedere illa hora, qua communiter ieiunantes ibi comedunt . Et hoc ideo dico,quia paulatim detractum multum videtur horę,nam trecenti anni adhuc non ſunt,ex quo hora prandij in ieiunio e t hora tertia poſt meridiem,vt patet in B.Thomæ ſcriptis: nunc autem religioſi etiam,multum ante meridiem æſtiuo tempore, & in Quadrageſima videntur comedere. Hæc Caiet.

Videmus itaque tantum paulatim fuiſſe detractum ieiunijs in tempore ſumendi cibi exſpectando,tantumque hactenus ſemper detractionem hāc creuiſſe,vt breui timendum ſit,hanc alluuiem,ne dicam ingluuiem,quidquid reſiduum eſt temporis corroſuram,& futurum ſit, vt prandia tam in diebus ieiunij,quàm non ieiunij quantum ad horam penitus confundantur. Sufficiat autem pro quadam vetuſtatis imagine conſeruanda, ſi pran-
dio , quod fit in die ieiunij benedictionem menſæ , quæ cenæ conuenit
10 † adhibeamus: vt dum antiquis cōſuetudinibus per noſtrum tēporem iam
inhærere non poſſumus, vmbras ſaltem, & effigies quaſdam illarum retinere intelligamur .

Quod malum non ſolum in hac re , ſed etiam in pluribus alijs nobis acci-

dit.

dit. Statutum illud (exempli gratia, quod ad rem de qua agimus maxime pertinet) concilij Cabilonen. in c. ſolent. de conſ. diſt. 1. cuius nos ſupra fecimus mentionem c. 34. nu. 10. & c. 36. nu. 8. prius videlicet in Quadrageſima eſſe Veſpertinum officium celebrandum, quàm ad ſumendum cibum accedatur; quod & de officio, & de hora veſpertina exſpectanda maxime intelligitur, vt in eod. c. 34 diximus, & clare patet in d. textu, nunc cũ aliæ inoleuerint conſuetudines, ſi tantùm abrogatum cenſetur, vt neque horam veſpertinam exſpectemus ad ſoluendum ieiunium, neque teneamur
11 in priuata † horarum canonicarum recitatione prius dicere Veſperas, quàm comedamus. Congruum quidem hoc eſſet, & ſine rationabili cauſ-
12 ſa id prętermitti minime deberet, vt ſcilicet in Quadrageſima † Veſperas, in alijs ieiunijs Nonam ante refectionem perſolueremus. Verum quantum ad præceptum attinet, ſatis, ſuperque eſt hodie ad retinendam qualemqualem vetuſtatis formam, ſi ij, qui eccleſijs in decantãdis diuinis of-
13 ficijs publice † deſeruiunt obligentur ad celebrandum Veſperas mane in Quadrageſima, vel Nonam in alijs ieiunijs, ante quàm ab eccleſia diſcedant, vt poſſint deinde ſtatim circiter meridiem craſſo modo ſupputatum cibos ſumere.

Colliguntur hæc ex aſſertionibus multorum Docto. præcipue vero ex S. Anton. 2. par. tit. 6. cap. 2. §. vlt. in fi. Petr. de Palu. in 4. ſent. diſtin. 15. quæſt. 4. art. 4. concl. 1. Durando ibidem, quæſt. 9. artic. 3. Caiet. 2. 2. quæſt. 147. artic. 7. Nauar. in Manua. Confeſſ. cap. 21. num. 27. & in Manua. de Orat. capit. 3. num. 40. & ſeq. & cap. 22. num. 94. & ſequen. Gabr. Biel. ſuper cano. lect. 14 Roſel. ver. Horæ canonicæ. §. 18. Tabic. ver. eo. §. 27. Syluestr. verſ. eod. §. 9. verſic. 5. Lipom. in opere Italice ſcripto pro confirm. omn. dogm. cath. libro 2. cap. 7. in reſponſ. ad obiectionem 11. Couarr. lib. 4. variar. reſolut. cap. 20. num. 14. in fi.

DE HORA MISSAE, ET COMESTIONIS. Cap. XXXVIII.

1 *Miſſa in diebus Ieiunij ad nonam, in diebus communibus ad ſextam dicebatur, quia in illis horis deinde comedebatur. In diebus vero Dominicis, & Feſtis dicebatur Miſſa ad tertiam, non quia illa hora ante ſextam comederetur, ſed quia in illis diebus habebantur conciones ad populum. nu. 2.*

3 *Miſſa ſecundum Micrologum, cum dicitur ad ſextam, comedimus ad nonã; cum dicitur ad nonam comedimus ad veſperam. Et ſecundum B. Clemẽtẽ cum ſumitur mane eucharistia a miniſtris, ieiunandum eſt vſque ad ſextã; cum ſumitur tertia, aut quarta hora ieiunandum eſt vſque ad veſperas: nu. 5. Sed hæc vſu recepta non ſunt. nu. 6.*

4 *Stationis ſoluendæ hora varie accipiebatur.*

7 *Horæ canonicæ appellantur etiam horæ comedendi.*

8 *Ieiunij ſoluendi horam Doct. tractant.*

9 *Collationes vulgari ſermone vnde dictæ ſint in ieiunijs.*

10 *Collatio quid ſignificet.*

Nunc

NVnc vt ad rem, quam ſupra cap.31.initio tractationis de comeſtionis
hora cępimus, reuertamur, ex his, quæ de prandio, & hora comeden
di diſſeruimus, horam celebrandi Miſſam conuentualem facile colligi-
1 mus. Nam quia in ieiunijs vſque ad nonam, immo poſt nonam † comeſtio
differebatur, Miſſa etiam vt diligentior fieret præparatio in diebus ieiunij
tempore nonæ celebrabatur. Reliquis vero cõmunibus diebus iccirco Miſ-
ſam factam fuiſſe ad ſextam intelligimus, quia in meridie cõmuniter pran
2 debant. Quod vero in Dominicis, & Feſtis diebus ad tertiam † ſacrificium
offerretur, non eam puto fuiſſe rationem, quia in his diebus prandia ante
meridiem ad tertiam inirentur, quod tamen putat Ioã. Beleth. in Ration.
c.119. ſed qm̃ conciones intra Miſſarum ſollemnia, & homiliæ ad populũ
habebantur, neceſſe erat, Miſſæ ſacri inchoationem aliquanto anticipari,
vt reliquis etiam munijs tp̃s intra meridiem ſufficere poſſet. Ad quod facit
tex. quem ſupra citauimus c.32.num.14. ex dictis S. Auguſt. apud Burchar.
lib.2.c.54. ibi, Admonendus eſt populus, vt ante publicum, peractumque
officium ad cibum non accedat: Sed oẽs ad publicam ſãnctam matrem ec-
cleſiam Miſſarum ſollemnia, & prædicationem audituri conueniant: &c.
Quamuis autem ex Io. Beleth. loco proxime citato, & ex B. Tho. atq; alijs,
quos ſupra adduximus c.31. in initio, huiuſmodi ratio differendę Miſſę ha
beatur; notandum eſt tñ ꝙ Micrologus, cuius auctor ducentis prope annis
præceſſit B. Thomam, paulo aliter hanc rem explicat. Ipſe enim lib. de ec-
3 cle. obſer. c.49. inquit, ꝙ eccleſiaſtica cõſuetudo eſt, vt ad nonam † reficia-
mur cum ad ſextam Miſſam celebramus; ad veſperam autem, cum ad nonã
ſacrificamus. Quam diuerſitatem inter hos Doct. inde ortam cenſeo, quòd
varia olim fuerit circa hoc eccleſiæ conſuetudo. Plerique enim ſtatim acce
pto corpore Domini, quod in fine Miſſæ populo diſpenſabatur, ſtationẽ
ſoluebant: non nulli vero diutius in orationibus perſeuerandum putabãt.
Vnde non mirum, ſi aliqui eadem hora, qua Miſſa celebrata fuerat, aliqui
vero ſequenti hora reficiebantur. Colligitur autem varius ille mos ſtatio-
4 nis † ſoluendæ ex Tertullia. antiquiſſimo auctore, in lib. de oratione, in
fin. vbi licet reprehendat eos, qui in ſtationibus ſumpta euchariſtia ab
eccleſia diſcedebant, oſtendit tamen, pleroſque ita faciendum exiſtimaſ-
ſe. quos etiam repræhendit B. Chryſoſt. apud S. Ioan. Damaſcen. libro 2.
paraſſ. c.50. in fine.
5 Rurſus notandum eſt, ꝙ S. Clemens pontifex & martyr † lõge aliter pręci
pit faciendum miniſtris altaris, in epiſt.2. ad Iacobũ fratrem Dñi, in princ.
quod habetur per Gratia. in c. trib. de cõſ. diſt.2. & per Burchar. lib.5.c.11.
vbi ita inquit. Qui aũt reſidua corporis, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſu
munt, non ſtatim ad accipiendos cões cibos conueniant, ne putent ſanctæ
portioni miſcere cibum, qui per aqualiculos digeſtus in ſeceſſum diffundi-
tur. Si igitur mane Dominica portio editur, vſque ad ſextam ieiunent mi-
niſtri qui eam conſumpſerunt. Et ſi tertia, vel quarta hora acceperint, ieiu
nent vſq; ad veſperas. Sic ſecreta ſatisfactione, æterna cuſtodienda ſunt ſa-
6 cramenta. Sed hęc vſu recepta nõ ſunt, † & conſilium potius continent, q̃
præceptũ. vt ait Hoſtien. in ſumma, tit. de conſ. eccl. vel alt. diſt.2.§.& qua-
liter. nu.13. in fi. Et ſi præceptum continent, iam per contrariam conſuetu
dinem abrogatum eſt. vt inquit S. Tho. in 3. par. q.80. art.8. in reſp. ad 6.
Hactenus dixiſſe ſufficiat de hora Miſſę ſollẽnis, & Conuentualis, & ſimul

Digitized by Google

etiam tractaſſe de hora prandij aut cenæ. Quæ tractatio licet alicui nimis longa, aut a materia de qua nos agimus, aliena videri poſſit, reuera tamen non eſt, & nobis neceſſaria fuit tum pro hora Miſſæ rectius cognoſcenda, vt viſum eſt; tum etiam quia cum de tempore horarum canonicarum nobis inſtitutus fuerit ſermo, non poterat vllo modo de hora prandij, aut refe-
7 ctionis tractatio prætermitti, cum ipſæ etiam horæ † reficiendi, horæ canonicæ appelleantur. vt patet in Regula S. Benedicti, c. 37. & in lib. qui In vitas patrum inſcribitur 3. par. c. 32. quem locum citat Petrus de Palu. in 4. ſent. diſt. 15. q. 4. art. 4. conclu. 1.

8 Quòd ſi quis videre cupiat, quæ de hora † ſoluendi ieiunij Doct. ſcribũt, legat Theologos in d. diſt. 15. 4. ſent. Canoniſtas in rubr. de obſer. ieiun. & ſummiſtas, in ver. ieiunium. Inter recentiores vero legat præcipue Did. Couarr. lib. 4. varia. reſol. c. 20. nu. 14.

Finem nunc facturus ſum, ſi vnum dumtaxat tamẽ corollarij vice, & quaſi obiter dixero prius, quod forte audire non erit iniucundum. Id autem eſt, vndenam modicę illæ ſerotinæ potatiunculæ, quæ in diebus ieiuniorum
9 fiunt, Collationes † vulgari apud nos idiomate vocitentur. Huius autem vocabuli deriuationem arbitror ſumi poſſe ex Regula S. Benedicti, c. 42. Ibi enim ſtatuitur, vt omni tempore Monachi mox vt ſurrexerint a cena ſedeant omnes in vno loco, & legat vnus Collationes, vel Vitas patrũ. Et ſi ieiunij dies fuerint, ſimiliter dicta Veſpera, paruo interuallo mox accedant ad lectionem Collationum, quarum lectis quattuor, aut quinque folijs, vel quantum hora permittit, dicant Completorium, quo deinde finito dormitum ſe conferant. Et in eamdem ſententiam dici vr̃ in Synodo Cabilonenſi 2. c. 59. apud Burchar. lib. 8. c. 77. & apud Iuo. par. 7. c. 95. quòd Sanctimoniales omnibus diebus ad Capitulum, & ad Collationes veniãt. Huius etiam inſtituti egregie meminit Guill. Durant. in Ration. lib. 5. c. 9. in fin. vbi ait, quòd Religioſi ante Completorium præmittunt Collationem, quæ a ſanctis patribus originem traxit; qui dictis Veſperis conuenire, & de ſcripturis ſacris conferre ſolebant ad inſtar operariorum ad recreationem ad inuicem confabulantium: Ideoque tunc vitas, vel Collationes patrum, & his ſimilia, quę potius ſunt ad recreationem, & delectationem legunt: & eruditiores ſi dubium occurrerit, interrogant.

Ex hoc igitur monachorum inſtituto, qui licet ſero ad ſumendum cibum non congregarentur in diebus ieiunij, congregabantur tamen eadem hora ad Collationem vel faciendam, vel audiendam, nos etiam cum ad illud ientaculum ſerotinum (vt Caiet. appellat) quod medicinæ, aut conſuetudinis cauſſa ſumitur, conuenimus, ne videamur ad cenam, aut ad comeſtionem congregari, quam in ieiunijs duplicare non licet, modeſtiori vocabulo rem honeſtantes, dicimus, ad Collationem conuenire.

10 Non ignoro, Collationem † latine illud conuiuium figurata locutione dici poſſe, in quod comparandum plures aliquid contulerunt; quæ collatio græce ſymbolũ a συμβάλλω, quod eſt confero, appellatur. Plautus in Curc. Symbolorum collatores. Terent. in Andr. Symbolum dedit, cenauit. Et in Eunucho. Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piræo in hunc diem, vt de ſymbolis eſſemus. Et Gratia. in Decr. diſt. 44. c. non oportet. 2. ex conc. Laodiceno, cap. 55. huiuſmodi ſymbolorum mentionem faciens, Non oportet (ait) miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos, aut etiam laicos chriſtianos

ex

ex ſymbolis, quæ vulgus comiſſalia appellat, conuiuia celebrare. Et in c. fi. diſt. ea. ex lib. Capitulorum Martini Bracharen. epiſcopi, cap. 61. Non liceat (inquit) Sacerdotes, vel clericos, ſed nec religioſos laicos conuiuia facere de confertis.

Verum huiuſmodi Collatio non ea eſt, quam vulgari ſermone Collationem vocamus: Vulgo enim Collationem dicimus, non quæ ex ſymbolis conſtat, & quæ opiparum alioqui poteſt eſſe conuiuium, ſed in qua modico vtimur cibo, & ad plenum non reficimur. Quod fortaſſe innuit text. in c. quando presbyteri. d. diſt. 44. qui etiam habetur apud Iuo. par. 6. c. 255. Quando presbyteri (inquit tex.) per Kalendas ſimul conueniūt poſt peractum diuinum miniſterium ad neceſſariam collationem (ſic enim habet Iuo, non collectionem) non quaſi ad plenam refectionem, ſed quaſi ad prandium ibi ad tabulas reſideant. Quamobrem ex his, rectius videor mihi vulgares has noſtras collationes ex inſtitutis Monachorum, prout ſupra expoſui, quàm ex latina appellatione poſſe deducere. Qua in re illud mirari liceat, Collationes quidem apud nos in diebus ieiuniorum non re, ſed nomine tantum reperiri, nulla enim vel fit, vel legitur collatio ſpiritalis; contra vero cenę vocabulum euanuiſſe, rem autem non dicam apud pleroſque, ſed apud quoſdam perſeuerare. Verum de his hactenus.

DE TEMPORE, A QVO PRIMVM Miſſæ priuatæ celebrari poſſunt. Cap. XXXIX.

1 *Miſſæ priuatæ qualibet hora ab initio diei vſque ad meridiem dici poſſunt. & numero 17.*

2 *Diei initium non ab ortu Solis, ſed ab aurora ſumitur pro Miſſis priuatis celebrandis.*

3 *Auroræ ortus quando incipiat.*

4 *Peritis in arte ſtandum eſt.*

5 *Crepuſculi linea æquidiſtat ab horizonte per decem & octo gradus.*

6 *Crepuſculi gradibus decem & octo pertranſeundis Sol immoratur plus ſemper quàm per vnam horam, & quintam partem alterius.*

7 *Tempus pro eccleſiaſticis officijs non punctualiter accipiendum eſt, ſed craſſo quodam modo.*

8 *Miſſam celebrans ante initium auroræ, putans eſſe auroram, excuſatur à peccato.*

9 *Parum diſtans pro nihilo reputatur.*

10 *Miſſam celebrare licet ante auroram in aliquo caſu, vt quando Epiſcopus iter facit. Vel quando neceſſe eſt infirmum communicare. nu. 12. Vel quando id habetur ex priuilegio. num. 13. In quibus tamen caſibus non quacumque hora noctis, ſed prope auroram, & circa diurnam lucem celebrandum eſt. num. 21. Et rurſus non niſi parciſſime his priuilegijs & cauſſis quis vti debet. num. 22.*

11 *Epiſcopum decet quotidie Miſſam audire, quamuis non præcipiatur.*

Digitized by Google

14 *Miſſam celebrare ante diem eſt peccatum mortale.*
15 *Conſuetudo generalis ſeruanda eſt.*
16 *Miſsas celebrandi Ritum tenemur ſeruare.*
18 *Præcedentia, & ſequentia rem declarant.*
19 *Determinatio vna reſpiciens plura determinabilia debet pariformiter determinare.*
20 *Natiuitatis Domini nocte vnam dumtaxat Miſsam celebrare licet.*

MIſſæ priuatę, ſeu peculiares, vt de his etiam conſequenter tractemus,
1 qualibet hora † ab initio diei vſque ad meridiem, iuxta ſententiam
omnium Doct. quos ſupra citauimus cap. 29. num. 12. dum de Miſſis publi-
2 cis ageremus, celebrari poſſunt. Initium autem diei † omnes fatentur ſu-
mendum eſſe non ab ortu ſubſtantiæ Solis ſupra horizontem, ſed ab ortu
auroræ, & ab aliqua aeris illuſtratione.
3 Verum quandonam incipere dicēdus ſit aurorę † ortus pauci ſunt qui ex-
plicent. Scotus in 4. ſent. diſt. 13. q. 2. art. 3. inquit, quòd principium auroræ
incipit ſecundum auctores in lib. de crepuſculis, quando Sol eſt ſub hori-
zonte ad decem vel octo gradus, quorum aſcenſus non continet ſpatium
vltra medietatem horæ æqualis, & quintam vnius horæ.
Gabriel Biel in expoſit. cano. lect. 14. circa med. referens verba Scoti, ſic in-
quit. Principium auroræ incipit vna hora, & quinta parte horæ ante cor-
poralem Solis ortum ſecundum auctorem lib. de crepuſculis, & patet per
ſituationem lineæ crepuſculi in facie aſtrolabij. Et ſubiungit. Hæc Scotus.
Sed ſi meus Scotus nō ſit mendoſus, multo aliter ipſe habet, vt ſup. retuli.
Summa Roſel. in ver. Miſſa. §. 2. inquit, ꝙ principium auroræ incipit, qñ
Sol eſt ſub horizonte ad duodecim gradus, quorum aſcenſus non continet
vltra ſpatium vnius horę, & quintā alterius. Ratio eſt (ait) ſecundum Aſtro
logos quia omni hora aſcendunt quindecim gradus Zodiaci ſuper noſtrū
horizontē, & tunc adde tres, qui ſunt quinta pars quindecim graduum, &
ſic erit hora cū quinta parte alterius in conſtitutione auroræ. Et ante ortū
Solis licite poterit celebrari per ſpatium vnius horæ, & quintam partē al-
terius. Hæc Roſella. In quib. præter alia inepte dicta puto eſſe mendū ma
nifeſtiſſimum; nam vbi dicit, ad duodecim gradus, neceſſario videtur legē-
dum vt ſibi ipſi conſtet, ad gradus duodeuiginti. Vltimo quędam apoſtilla
marginalis ad Ricar. de Media villa in 4. ſent. diſt. 13. art. 2. q. 3. ait, ꝙ prin-
cipium auroræ eſt, qñ Sol eſt ſub horizonte ad decem & octo gradus vſq;
ad triginta, ſecundum ꝙ oblique & recte aſcendit. Hi autem Doct. omnes
licet bene faciant in eo ꝙ allegant Aſtrologos, & auctores lib. de crepuſcu
lis, aut aſtrolabium; iam cum hęc materia ſit aſtronomica non pertinet ad
Theologum ex habitu Theologiæ illam determinare, in vnaquaque enim
4 arte † peritis ſtādum eſt. l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. not. Panor. in c. pro-
poſuiſti. de probat. & in c. fraternitatis. de frig. & mal. In eo tamen ꝙ vel
gradus aſſignant, vel ſpatium temporis determinant, quo dicti gradus a So-
le abſoluuntur, non bene videntur libros Mathematicorum perſpexiſſe.
5 In primis linea † crepuſculi, in qua exiſtēs Sol ſub horizonte in parte orien
tali facit principiū aurorę, ęquidiſtat ab ipſo horizonte per decem & octo
gradus ſecundum communem ſententiam aſtronomorum tam in libris de

crepu-

crepuſculis, quàm in libris de fabrica & vſu aſtrolabij. Et ita inter alios nota. Ioan. de Sacro boſco in cap. 3. Sphærę, vbi agit de diuerſitate dierum & noctium artificialium. in fi. Et ibi in eamdem ſententiam citat Ptolemæũ. Et quamuis dicat, quòd ſecundum opinionem aliorum Magiſtrorum diſtat linea crepuſculi ab horizonte per triginta gradus, tamen prior ſententia eſt magis communis, vt ibi in comment. not. Chriſtoph. Clauius præceptor meus. Quam ſententiam ſequitur etiam Petrus Nonius in lib. de crepuſculis, par. 1. in princ. & par. 2. in princ. vbi poſt relatas varias aliorum auctorum opiniones, quæ tamen parum omnino a communi differunt, dicit, quod omnes recentiores tenent, diſtantiã crepuſculi continere dictos gradus decem & octo. Et idem etiã ſequitur Ioan. Stoffler. mathematicus inſignis, in tract. de fabrica, & vſu aſtrol. par. 1. prop. 8. & par. 2. prop. 13. & in Kalendario Romano, propoſ. 17. vbi in ſpecie dicit, quòd ante huiuſmodi crepuſculi initium, diuinum officium, quod Miſſam vocant, immolationis corporis & ſanguinis Ieſu Chriſti, ni adſit cauſſa aut priuilegium, docentibus ſacrarum litterarum interpretibus, peragi non licet.

Deinde dicti gradus decem & octo neque in Zodiaco computantur, neque in æquinoctiali in ſphæra obliqua, ſed ſumuntur in portione alicuius arcus, qui diuidat horizontem ad angulos rectos ſphærales, & procedat ſubtus horizontem ad punctum oppoſitum Zenith habitationis, quemadmodum procedit Meridianus, vel aliquis ex circulis Verticalibus, quos Arabes Azimuth appellant.

6 Poſtremo in conficiendis dictis decem & octo gradibus † Sol immoratur in quacumque ſphæra obliqua, ac etiã in ſphæra recta, plus ſemper quàm per vnam horam & quintam partem alterius horæ. Præterquam tamen in ſphæra recta quando Sol exiſtit in primis punctis Arietis & Libræ, in quibus non plus conſumit, quam dictam horam, & quintam partem vnius horæ. Immo vero tanta eſſe poſſet obliquitas ſphæræ, vt Sol in his decem & octo gradibus pertranſeundis, non ſolum per multas horas, & quandoque dies, ſed etiam plus quàm per mẽſem interdum immoraretur. vt not. Ioan. Stoffler. in d. propoſ. 17. Kalẽdarij Rom. Quare cum in hac re tradi non poſſit vna aliqua certa regula, quæ ſimul inſeruiat & pro diuerſo anni tempore, & pro diuerſis regionibus, tum propter obliquitatem Zodiaci, tum propter maiorem, vel minorem obliquitatem ſphæræ, conſtruendę eſſent variæ crepuſculorum tabellæ per totum annum pro vnaquaque poli eleuatione. Et nos quidem ponemus infra c. 99. Tabulam vnam magnam pro viginti & vno gradibus eleuationis poli, totius fere orbis chriſtiani, incipiendo a gradu 36. vſque ad 56. incluſiue. Quam labore ſatis longo & diligenti ex doctrinæ ſinuum peritia confeci. Et c. 95. declarabo breuiter ſimul etiam modum, quem in dicta Tabula conficienda ſeruaui, non quidem pro clericis & ſacerdotibus, quibus hæc ſcribimus, ſed pro ijs, qui in Mathematicis diſciplinis interdum ſunt verſati.

Quòd ſi quis prætermiſſis huiuſmodi crepuſculorum tabellis, aliunde ſibi velit aurorę initium computare, ex inſpectione (verbi gratia) aſtrolabij, aut ipſius etiam Orientis, qui iam clareſcere incipiat, aut alio quouis pacto, nõ reprehendam, dummodo iuſtum tempus non multum anticipet, cum error hac in rę aliquorum minutorum non ſit maximi faciendus, nam vt etiam ſupra alias diximus cap. 24. num. 10. tempus pro huiuſmodi eccleſia-

Quod autē diximus ſupra de nocte Natiuitatis Domini, licere in ea Miſſas
20 celebrare, intelligendum eſt de prima † tantum Miſſa, non etiam de ſecun
da & tertia illius diei; nam alioqui male facerent Sacerdotes, qui in ea no-
cte poſt primā Miſſam, reliquas etiam duas vel priuatim ante aduētum au-
roræ continuarent. vt habetur ex Ang. ver. Miſſa. §. 46. Silue. ver. eo. 1. §. 6.
ver. 1. & §. 7. ver. 2. caſu 1. Tabie. ver. eo. §. 4. & 42. Armil. ver. eo. §. 25. & Na
uar. in Manua. Confeſ. c. 25. nu. 87.

Rurſus quod diximus ſupra, licere ex priuilegio, aut ex alia cauſſa, puta iti-
nerationis Epiſcopi, vel neceſſitatis communicandi infirmū, celebrare qñ-
doque Miſſas ante quàm illuceſcat dies; intelligendum eſt, non quacumq;
21 hora † noctis ob eas cauſſas licitum eſſe Miſſam celebrare, ſed circa diur-
nam lucem, & prope ipſam auroram. Et præterea adhuc aduertendum eſt,
22 quòd huiuſmodi priuilegijs & cauſſis † non niſi parciſſime quis vti debet.
vt vtrumque hoc bene colligitur ex bulla erectionis Archiconfraternitatis
ſanctiſſimi ſepulchri dominici Hieroſolymitani, quæ habetur inter conſti-
tutiones Iulij tertij, conſtit. 38. vbi ſubdit in fin. ſummus Pontifex, quòd
cum in altaris miniſterio immoletur dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei fi-
lius, qui candor eſt lucis æternæ, congruit; hoc non noctis tenebris fieri,
ſed in luce.

DE HORA MISSAE, ET DIVINORVM OFficiorum in ijs Regionibus, in quibus polus maxime eleuatur. Cap. XL.

1 *Aurora in quibuſdam regionibus per totam noctem clareſcit.*

2 *Miſſam non licet celebrare niſi poſt mediam noctem, etiam quòd aurora per totam noctem clareſcat.*

3 *Dies & noctes in quibuſdam regionibus contingunt longiſſimi per plures Solis circumlationes.*

4 *Diei quattuor puncta ſeu cardines, ſcilicet ortus, occaſus, meridies, & media nox ſumenda ſunt in qualibet regione ex linea meridiana. Præterquam vbi Zenith eſt polus, in qua ad placitum conſtituenda ſunt. nu. 6.*

5 *Dies artificiales, & noctes alicubi pauciores ſunt, quàm apud nos, non autem dies naturales, & Solis paralleli, ſeu circumlationes.*

7 *Crepuſculum protenditur vſque ad decimum octauum gradum ſub horizonte, ſecundum opinionem magis communem. Sed ſecundum aliquos vſque ad triceſimum. nu. 8.*

9 *Solis maxima declinatio non vltra viginti tres gradus cum dimidio extenditur.*

IN illis autem regionibus; in quibus quandoque per totam noctem clare-
1 ſcit aurora † vt in ijs, quæ habent polum eleuatum gradibus. 49. aut plu
ribus, Sole exiſtente circa principium Cancri, non licebit Miſſæ lacrū per-
agere per totam noctem; ſed in primis exſpectanda erit ſine dubio media
nox, a qua primum auroræ initium incipere dicendum eſt; cum ante me-

diam noctem aeris illa illuſtratio crepuſculo veſpertino, non matutino po-
2 tius ſit adſcribenda. Deinde licet in rigore poſſet Miſſæ ſacrum † priuatim
peragi a ieiunis poſt mediam noctem, cum nihil iam obſtet, non tamen de
ceret, vt vnuſquiſque presbyter eo tempore ſtatim Miſſam faceret, ſed ex-
ſpectandus eſſet ortus Solis, & hora congruentior, qua ſolent publice in ec
cleſijs horæ canonicæ recitari, & populus ad diuina officia conuenire. Quòd
ſi quis longũ iter eſſet facturus, aut alia vrgeretur cauſſa iuſta, videtur mi-
hi in eo caſu, quod de iure ſacerdos impediri non poſſet, quin poſt mediã
noctem ieiunus Miſſæ ſacrificium peragere valeret.

Quòd ſi quæras, a quo tempore ieiunus eſſe debeat, qui ſtatim poſt mediã
noctem ſanctum euchariſtię ſacramentum ſit confecturus, aut ſumpturus,
reſpondebo in primis regulam eſſe generalem, quòd dies quantum ad ieiu
nia a media in mediam noctem computantur. Vnde qui poſt mediam no-
ctem nihil cibi, aut potus ſumpſerit, reputari poteſt ieiunus, & conſequen-
ter aptus ad Miſſæ celebrationem, & ſacram euchariſtiæ communionẽ. vt
ſupra diximus c.26.nu.26.& ſeqq.& infra rurſus dicturi ſumus c. 47.nu.2.
c.91.in prin.& c.92.

Deinde videtur dicendum, quòd minime deceret eũ qui proxime ante me
diam noctẽ Miſſam celebrare, quaſi illud ſolum ſufficiat in propoſito caſu,
quòd menſam ſacram a prophana punctum mediæ noctis diſpertiret. De-
beret enim ſacerdos ſi non ex præcepto, ſaltem ex maxima rei conuenien-
tia per quinque ad minus aut ſex horas in omni euentu, meo iudicio, ieiu-
nus ante Miſſæ celebrationem permanſiſſe.

Quod non ſolum in hac facti ſpecie quam diſputamus pro ijs regionibus in
quibus aurora per totam noctem clareſcit, ſed etiam in nocte Natiuitatis
Domini pro toto orbe chriſtiano maxime notandum eſt. Sacerdos enim ea
nocte Miſſam celebraturus, cenam aut collationem Vigiliæ illius diei dif-
ferre non deberet poſt Solis occaſum, vel certe poſt crepuſculum veſperti-
nũ; ne videretur cibis iam iã diſtentus, & adhuc vino madens ad altare tre
mendũ irreuerenter accedere. Et quãuis præceptũ in hoc non habeã, quo
de peccato mortali in rigore iuris contrafacientes redarguere poſſim, con
gruitatis tamen ratio non deeſt, qua ſententiã noſtrã æquiſſimã eſſe com-
probemus. Nã ſi ei qui Miſſã mane facturus eſt, abſtinendũ eſt poſt mediã
noctẽ a cibo & potu ex conſuetudine, & eccleſiæ ſtatuto, videtur itidẽ ex
eadem cauſſa, quòd is qui in aliquo caſu Miſſam circiter mediam noctẽ eſt
celebraturus, poſt veſperã, & Solis occaſum debeat abſtinuiſſe: quod enim
eſt media nox ad mane, id ad mediã noctẽ eſt veſpera. Præterea ſi magna
reprehenſione digni ſunt laici, qui poſt prandium vadunt ad Miſſam, & ſi-
gnum pacis a Sacerdote pro populo offerente ſaturi & vinolenti accipere
præſumunt. vt ſeq.c.oſtenſuri ſumus.nu.28 quo modo non maxima redar-
gutione digni eſſent presbyteri, qui ventrem plenum recenti mero æſtuã-
tem peſtilentem forte odorem crapulæ eructantem, ad eccleſiã, & ad alta
re, quod magis mirandũ eſſet, ſine rubore vllo afferre auderent? Seruandæ
quidem ſunt in huiuſmodi caſibus laudabiles conſuetudines ſi quæ exſtãt,
& bonum eſſet, ſi pro ijs aliqua emanaret conſtitutio. Verumtamen ceteris
omnibus ſemotis dico quid mihi in præſenti magis conueniens, & magis
rationi congruum apparet.

3 De illis autem regionibus, quibus propter magnã poli eleuationem dies †

con-

contingunt quandoque longiſſimi & noctes continuæ per plures Solis cir cumlationes, quid dicendum ſit, & quo modo ibi aſſignandum ſit tempus ad Miſſas celebrandas, nunc conſequenter explicandum eſt.

Igitur pro regionibus illis, quæ habent polum eleuatum ſupra gradus. 66. in quibus dies contingunt artificiales tam longi, & noctes etiam tam proli xæ, vt adequent ſpatium viginti quattuor horarum, imò & quandoque etiã plurium ſimul dierum naturalium, de quibus tabulam quamdam conſcri pſit vſque ad gradum eleuationis poli. 73. Ioan. Stoffler. in comment. ſphæræ Procli, ſtatim fere in princip. & aliam tabulam ex Orontio vſque ad ma ximam poli eleuationem ponit Chriſtoph. Clauius in comment. ſphæræ Ioan. de Sacroboſco. capit. 3. vbi agit de diuerſitate dierum & noctiũ, pag. 478. occurrit dubitatio non inutilis, quonam ſcilicet modo in dictis regio nibus aſſignanda ſint dierum initia & fines pro Miſſis, & pro officijs diui nis celebrandis.

Et breuiter reſpondendum eſt, quòd in qualibet dictarum regionum, ea
4 dumtaxat excepta, cuius Zenith eſt in ipſo polo, aſſignari poteſt linea † me ridiana, & conſequenter quattuor puncta, ſeu quattuor cardines aſſignari poſſunt in cælo, in quibus exiſtens Sol dicatur facere ortum & occaſum, meridiẽ, & mediam noctem intra vnumquodque ſpatium viginti quattuor horarum, ſeu vnius circumlationis. Dicemus ergo quòd ibi a puncto mediæ noctis vſque ad punctum meridiei licitum erit ieiunis Miſſæ ſacrificiũ pri uatim peragere: ſed ad Miſſam Conuentualem celebrandam exſpectanda erit hora tertia poſt ortum Solis, aut alia opportunior iuxta dierum diuer ſitatem, quemadmodum apud nos fieri moris eſt. Quamuis enim dies artifi
5 ciales, & noctes in dictis regionibus pauciores † ſint, quàm apud nos, dies tamen naturales, id eſt Solis reuolutiones, & paralleli, quos vocant, tot sũt apud illos populos, quot apud nos; vt recte declarat Io. Baptiſta Capuanus in comment. ſphæræ Io. de Sacroboſco, tract. 3. ſuper illis verbis. Illis autẽ, quorum Zenith eſt in polo &c. Et conſtat, quòd hi dies viginti quattuor horarum naturales, non autem artificiales attendendi ſunt quantum ad ce lebrationem feſtorum & feriarum, quantum ad ieiunia, quantum ad diui na officia, & quantum ad reliqua omnia.

Maior difficultas eſt de ijs qui ſub ipſo polo habitarent, quibus nul la prorſus eſt linea meridiana. Sed tunc figendum eſſet ſignum ali
6 quod in terra † ad placitum, puta aliqua columna erigenda eſſet, aut turris conſtruenda, ex quibus ſumeretur diei vniuſcuiuſque naturalis ini tium, medium, & reliquæ portiones, quando videlicet Sol hoc vel illo modo vmbram proijceret. Vt quod alijs eſt ex natura, ipſis ſit ex conſti tutione. De qua re videndus eſt Chriſtophorus Clauius lib. 4. Gnomoni ces. propoſ. 10.

Quando vero apud prædictas regiones Sol ſub horizõte deprimeretur, & noctem faceret continuam per plures dies, & per plures quandoque men ſes durantem, poſſet ex inſpectione alicuius ſideris, aut alio modo inueſti gari locus Solis, ſub qua parte horizontis exiſteret, quo ſcito facile cogno ſci deinde poſſent initia, & media, & partes dierum naturalium quemad modum prius cognoſcebantur, & poſſent accõmodari horologia ad ſpatiũ viginti quattuor horarũ. Et quãuis Sol ab eis elongaretur interdũ per plures integras circumlationes primi Mobilis vltra decẽ & octo gradus lineæ cre

pusculi,

puſculi, vt iis qui habent polum arcticum pro Zenith, quibus a viceſimo grã du Scorpij vſque ad decimum Aquarij per ſpatium duorum menſium, & viginti dierum eſt nox perpetua ſine crepuſculo, non eſſet tamen propter hoc ceſſandum in toto illo tempore nocturno a ſacrificio corporis & ſanguinis Domini, ſed in vnoquoq; die naturali Miſſa celebrari poſſet a ſigno mediæ noctis vſque ad ſignum meridiei, prout in reliquis anni diebus dictum eſt ſupra. Nam licet crepuſculum protendatur ſolum vſque ad decimũ octauũ
7 gradum ſub horizonte ſecundam magis communem opinionem aſtrologorum, quam ſupra retulimus capit. præced. nume. 5. non deſunt tamen alij Magiſtri, quos refert Ioan. de Sacroboſco, in Sphæra, capit. 3. qui putent,
8 illud † extendi vſque ad triginta gradus. Quorum opinionem ſuſtinentes in caſu dicto tamquam in caſu neceſſitatis putare poſſent illius regionis habitatores, eſſe ibi ſemper crepuſculum, quod ſatis ſit ad Miſſæ celebra-
9 tionem. Præſertim cũ maxima Solis declinatio † non vſque ad triginta gradus, ſed vſque tantum ad vigintitres cum dimidio extendatur. Et nulla præterea in hac re conſtitutio eccleſiæ reperiatur, quæ in contrarium obſtet. Si quis tamen in prædictis caſibus aliquid melius putet, aut ſuadeat, eſto vnicuique liberum ſententiam ſuam proferre, & ſequi, vt lubet. Nos pro complemento doctrinæ de qua ſermonem habere cœpimus, hæc pauca eloqui voluimus. Ceterum non tanti facimus opinionem noſtram, vt eam tamquam reliquis omnibus pręferendam, vſque ad Biarmiam, aut Finmarchiam peruenturam eſſe exiſtimemus.

DE TEMPORE, VSQVE AD QVOD MISSAE celebrari poſſunt. Cap. XLI.

1 *Miſſas poſt meridiem celebrare non licet, & ſine diſpenſatione id agere eſt peccatum mortale. Et ita eſt communis opinio, num. 3. & 8. Et eſt conſuetudo eccleſiæ generalis, num. 16. Quòd ſi qui Docto. dicunt, licere vſque ad nonam Miſſas celebrare loquuntur de diebus ieiuniorum, num. 4. Hodie tamen neque in diebus ieiuniorum id licet. num. 18.*

2 *Nauarrus doctor laudatur, & num. 33.*

5 *Gloria in excelſis Deo, hymnus nunquam dicitur poſt meridiem.*

6 *Nona accipitur vulgo pro meridie.*

7 *Nonæ tempus incipit currere ſtatim poſt meridiem.*

9 *Miſſæ ante horam diei tertiam minime ſunt celebrandæ. Neque etiam poſt tertiam, num. 10. Quod intelligitur de Miſſis ſollemnibus, num. 11.*

12 *Iura iuribus concordare promptum eſt.*

13 *Priuilegio fruſtra impetratur quod iure communi conceditur.*

14 *Priuilegium ita interpretari debet, vt contineat aliquid vltra ius commune.*

15 *Religioſorum in vniuerſitatibus vigent ſemper clariſſima ſcientiarũ lumina.*

17 *Conſuetudines eccleſiaſticæ diligenter ſeruãdæ ſunt, quia parem omnino vim obtinent cum iure ſcripto.*

19 *Miſſæ antiquitus differebantur quantum differri poterant ante prandium, vt diligentior fieret præparatio.*

20 *Hora comedendi in ieiuniis tranſlata eſt hodie à nona in meridiem. Et ſimiliter horæ celebrandi Miſſam, num. 21.*

22 *Conſequens qui vult, vult omne neceſſarium antecedens.*

23 *Frequentius quæ accidunt, ad ea leges accommodantur.*

24 *Miſſa eſt ſacrificium incruentum repræſentans illud cruentum, quod Chriſtus dominus in cruce obtulit Patri.*

25 *Miſſa quædam prima dici poteſt illud ſacrificium, quod Chriſtus in cruce obtulit Patri. Vel illa Euchariſtiæ inſtitutio, quæ facta eſt à Chriſto in vltima cena, num. 26.*

27 *Miſſam ſero celebrare prohibitum eſt.*

28 *Miſſam audire pranſos, & ſaturos non decet.*

29 *Veſperæ ſunt vna ex principalibus partibus diuini officii.*

31 *Tempus meridiei non punctualiter accipiendum eſt pro Miſſis celebrandis.*

32 *Miſſam celebrans poſt meridiem putans adhuc non eſſe meridiem excuſatur à peccato. Idem ſi ſciret eſſe meridiem, dummodo non eſſet notabiliter poſt meridiem, & aliqua adeſſet cauſſa, num. 33.*

34 *Incontinenti quæ fiunt videntur ineſſe.*

35 *Miſſa capta ante meridiem perficienda eſt poſt meridiem.*

36 *Miſſa priuata quacumque hora ab aurora vſque ad meridiem dici poſſunt.*

37 *Miſſa vbi vnus tantum eſſet ſacerdos, non quacumq; hora, ſed tertia potiſſimum eſſet celebranda.*

QVantum vero attinet ad vltimum terminum, ad quem temporis celebrationis Miſſæ, diximus vſque ad meridiem Miſſas celebrari poſſe.
1 Quod ita verum eſt, vt poſt meridiē † nullatenus liceat; & ſit (indicio meo) peccatum mortale, notabiliter poſt meridiem abſque diſpenſatione ſacrum peragere.

2 Verum quoniam contra hanc concluſionem tenet excellens Doctor † Nauarrus in Manua. de Orat. c. 21. nu. 31. & in Manua. Confeſſ. c. 25. num. 85. & ſeq. vbi non obſcure indicat, etiam longe poſt meridiem vſque ad Nonā Miſſas quocūque anni tempore poſſe celebrari, neceſſarium eſt rationes afferre, quibus noſtra concluſio fulciatur, ne videamur ſine vrgenti cauſſa diſcedere ab opinione tanti viri, quem & mores integerrimi, & litterarum bonarum profunda & ſingularis cognitio tamquam de republica chriſtiana bene meritum ne dum clariſſimum & illuſtrem, ſed etiam admirandum & ſuſpiciendum Vrbi & Orbi toti reddiderunt. In primis itaque conclu-
3 ſio noſtra eſt † communis. vt ipſemet Nauar. fatetur, quam pręter Doct. ab ipſo allegatos tenent Gabriel Biel ſuper cano. lect. 14. Coſmas Guimer. ſuper decreto eccleſiæ Gallicanæ, tit. quo tempore quiſque debeat eſſe in choro. in princ. in ver. Miſſa. Ioan. Maior in 4. ſent. diſt. 9. quæſt. 3. arg. 5. & diſt. 13. quæſt. 4. circa med. Sotus in ead. diſt. 13. quæſt. 2. art. 2. in fi. & de iuſt. & iure lib. 10. quæſt. 5. art. 4. conc. 2. Tabie. ver. Miſſa. §. 5. Io. Chappuis in comment. ſummulæ Raymundi, tract. 3. ſuper illis verſibus, Presbyter ante diem, &c. Ioſeph. Angles in Floribus, de ſacram. Euchariſtiæ quæſt. 8. art. vltimo, difficult. 4. concluſione prima. Hi omnes ſimpliciter inquiunt,

poſt

poſt meridiem Miſſas facere non licere.

4 Ceteri vero qui aiunt, vſque ad nonam † licere, expreſſe, & limitate loquuntur de diebus ieiuniorum, vt eſt B. Tho. Ricar. & Pet. de Pal. in d. diſt. 13. 4. ſent. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Card. Zabar. in c. 1. de Celebr. Miſſ. Hoſtien. in ſumma, tit. de conſ. eccl. vel alt. diſt. 2. §. & quando. ſumma Cōfeſſ. lib. 3. tit. 24. quæſt. 129. S. Anton. 3. part. tit. 13. cap. 6. §. 4. Amalar. de eccleſ. off. lib. 4. cap. 40. Ruper. abbas Tuitien. lib. 10. de diui. off. cap. 18. Io. Beleth. in Ration. capitulo 50. Manip. Curat. in tract. de Euchariſtia, capitulo ſexto, Silueſt. ver. Miſſa. 1. §. 6. verſiculo ſecundo, Piſan. ver. eodem, §. tertio. Et cum ſupradictis Doct. computandi ſunt etiam Microl. de eccleſ. obſerua. capitulo ſecundo, & capitulo 58. Walafr. Strab. de rebus eccleſ. capitulo vigeſimotertio, & Radulphus Tungren. de canon. obſerua. propoſ. vlt. Qui aiunt, quod

5 hymnus, † Gloria in excelſis Deo, numquam poſt meridiem legitur dicendus, niſi in cena Domini, vbi chriſma conficitur, & in Sabbathis Paſchæ, & Pentecoſtes.

Quòd ſi qui ſint, qui ſimpliciter dicant, vſque ad nonam Miſſas celebrari poſſe, vt eſt Scotus & Durandus d. diſt. 13. Angel. ver. Miſſ. §. 41. Roſel. ver. eo. §. 2. Burchar. in ordine Miſſæ, in principio, & Maiolus in tracta. de Irregul. libro 3. capitulo 24. in altero ex duobus modis ſunt interpretandi. Vel quod intelligant in diebus ieiunij, vt Archiepiſcopus Floren. interpretatur Petr. de Palud. licet in eo huiuſmodi interpretatione non eſſet opus, nam ipſe expreſſe loquitur in diebus ieiunij. Vel interpretandi ſunt, quòd nonam

6 accipiant † vt vulgus ſolet pro meridie. & ita interpretatur Tabie. ver. Miſſa. §. 5. & clarius ver. Ieiunium, §. 5. vbi ait, quòd communiter Doct. accipiūt horam nonam pro meridie. Cuius acceptionis ratio colligitur ex iis, quæ ſupra nos, ca. 21. numero 4. explicauimus, dum diximus, ſtatim poſt meridiem

7 incipere † tempus currere, quod Nonę horæ canonicæ tributum eſt. Et certe Roſella manifeſte accipit hoc modo nonam, quia ibi poſt d. §. 2. ſubiungit in §. 3. Quid de illis, qui celebrant ante auroram credentes eſſe auroram, vel non eſſe meridiem, & tamen tranſiuit hora nona? Simili etiam modo dico Angelum, & Burchardum, & Maiolum intelligendos. Scotus vero neceſſario gloſſandus eſt, vt loquatur in diebus ieiunij, nam ipſe ait, quòd hic terminus horæ nonæ colligitur ex conſuetudine eccleſiarum. & tamen Ricardus vbi ſupra, ait, quòd conſuetudo eſt, vt non dicatur Miſſa hora nona, niſi in ieiunijs. Durandus autem hoc eodem modo, quo Scotus, gloſſari poteſt & debet. Quare ex his fateri poſſum, me alium vllum auctorem, qui clare &

8 ſimpliciter teneat, extra caſum neceſſitatis, & ieiunij tempora, poſſe Miſſas poſt meridiem † vſque ad nonam celebrari, præter vnum Doct. Nauarrum vidiſſe neminem.

Tenere autem, vel agere contra tam communem omnium doct. ſententiam, videtur mihi, nihil eſſe aliud, quàm ſeſe rapidiſſimo torrenti opponere, & periculo manifeſtiſſimo exponere.

Sed ne videamur ſola Doctorum auctoritate, niti venio ad probationes.

Probatur primo hæc communis cōcluſio ex Rubricis Miſſalis Romani, quas ſupra cap. 39. citaui, & quas teneri nos obſeruare in hoc caſu ſub reatu peccati mortalis, late ibi, nu. 16. deduxi.

Secundo probatur per tex. in c. nocte, in fi. de conſec. diſt. 1. vbi ita habetur. Reliquis vero temporibus (ſcilicet præter noctem Natiuitatis Domini) Miſ-

ſarum

9 ſarum celebrationes ante horam diei tertiam † minime ſunt celebrandæ.
Verum ad hunc tex. duplex ſolutio poſſet afferri.
Prima, quòd non probet ille tex. hanc affirmatiuam, quòd in hora tertia fie-
ri debeant Miſſarum celebrationes; ſed hanc negatiuam tantum, quòd an-
te tertiam Miſſæ non ſunt celebrandæ. Et hæc ſolutio non videtur bona,
quia tex. ſubiungit rationem, quare ante tertiam non ſunt celebrandæ Miſ-
ſæ, Quia (inquiens) in eadem hora & Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apo-
ſtolos Spiritus ſanctus legitur deſcendiſſe. Quæ ratio omnino videtur con-
cludere affirmatiuam, nam ſi intenderet tex. quòd poſt tertiam quacum-
que hora poſſent Miſsæ celebrari, illa ratio aſſignata neque eſset ad propo-
ſitum, neque aliquid valeret, cum a tertia diei hora tam diſtet (verbi gratia)
quinta, quàm prima. Et ita ex illo tex. quòd neque ante, neque poſt tertiam
10 horam † ſed in ipſa tertia Miſsæ ſunt celebrandæ colligit Coſmas Guimer.
ſuper decreto eccleſię Gallic. tit. quo tempore quiſque debeat eſse in choro.
in princ. ver. Miſsa.
Secunda ſolutio poſset afferri ad illum tex. ex communi Doct. intellectu, ꝙ
11 loquatur de Miſſa † ſollemni in diebus feſtis, quemadmodum loquitur c. &
hoc. diſt. ead. Et hanc ſolutionem, cum tex. generaliter loquatur, eatenus
admitto, quatenus neceſſaria eſt pro concordando illo tex. cū alijs iuribus.
12 Potius enim debet reſtringi, quàm quòd alijs iuribus contrarietur. † Nam
iura iuribus concordare promptum eſt. l. 1. C. de inoff. dot. c. cum expediat.
de elect. lib. 6. Quare ſi non afferatur alius tex. vel aliqua ſufficiens ratio,
quæ probet Miſſas poſſe celebrari poſt meridiem vſque ad nonam, ſtandū
erit in dubio illi tex. Et certe (quantum ego ſcio) non poterit afferri tex.
qui aliud probet, niſi in diebus ieiuniorum. vt eſt tex. in c. ſolent, diſt. ead.
& c. quod a patribus. & c. fi. diſt. 75.
Tertio probatur concluſio communis ex eo quòd ſummus Pontifex ſolet
hoc quibuſdam concedere ex priuilegio, vt Miſſas celebrare poſſint poſt
13 meridiem: quod eſſet ſuperfluum, ſi id liceret † de iure communi; vt inquit
Durandus de priuilegio celebrandi ante auroram, in diſt. 13. 4. ſent. quęſt.
2. art. 2. Neque valet dicere, multa priuilegia continere idem quod ius cō-
mune, quia ſaltem regula eſt in contrarium, quæ habet, fruſtra precibus im-
petrari quod iure communi conceditur. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. Et ſemper
14 priuilegium ita interpretari † debet, vt aliquid contineat vltra ius commu-
ne. c. ſi papa. de priuil. lib. 6. Non etiam ſatisfacit dicere, ꝙ huiuſmodi priui-
legia proſunt dūtaxat ad ſedandos animos ſcrupuloſorum; quia ſi concede-
rentur alicui perſonæ particulari, hoc recte forſitan dici poſſet; ſed cum cō-
cedantur Religionibus illuſtribus, vt ipſemet Nauar. recitat in ſuo Manua-
15 li Confeſſ. hiſpanico, in quibus Religionibus † vigent ſemper clariſſima
ſcientiarum lumina, quo modo non iniquum eſt, ſcrupuloſitatis inſimulare
tam doctas & celebres vniuerſitates? Quarto demum communis concluſio
16 probatur ex conſuetudine eccleſiæ † generali, quæ habet, quod Miſſas poſt
meridiem celebrare regulariter ſit illicitum. Et quantum Romæ videmus,
Miſsarum celebrationes numquam vltra meridiem protenduntur. Et Mat-
thæus Galenus in comment. de ſacroſancto Miſsæ ſacrificio, cap. 24. ne poſt
ſextam ſacra fiant, vbique ſeuere cautum, & diligenter vitari, ſeſe animad-
uertere teſtatur. Conſuetudines autem in huiuſmodi rebus ſunt diligenter
cuſtodiendæ † nam parem omnino vim obtinent cum iure ſcripto. c. in
his.

his.cum ſimil.diſt.11.Quamobrem propter cõſuetudinem, & propter alias
18 rationes in 1.& 3.arg.allatas,neque in diebus ieiuniorum liceret hodie † ſacrum peragere poſt meridiem.Ad quod præter prædicta facit etiam alia ratio,nam ideo antiquitus vſque fere ad tempora B.Thomæ celebrabantur Miſsæ hora nona in diebus ieiuniorum, quia differebantur quantum diſ-
19 ferri poterant † ante cibi ſumptionem, vt diligentior fieret præparatio, vt inquit ipſe S.Tho. Summa Confeſs. & Piſan. ſupra allegati capitu.31, in princ.& Ioan.Beleth.in Ration.capit. 119. Nunc vero cum per generalem
20 conſuetudinem tranſlata ſit hora comedendi in ieiunijs † ab hora nona in meridiem.vt not.Caiet.2.2.quæſt.147.art.7.& Tabie.ver.Ieiunium.§.5.
21 conſequens eſt,vt ſimul tranſlata cenſeatur hora etiam† celebrandi Miſsas a nona in meridiẽ in diebus ieiuniorum.arg.c.tranſlato de conſt.Qui vult
22 enim conſequens † vult omne neceſsarium antecedẽs.l.2.ff.de iuriſd.omn. iud.l.ad rẽ.l.ad legatum.ff.de procur. Neque obſtat, ſi vnus aut alter velit
23 hodie differre ieiunium vſque ad nonam, quia leges ad ea, † quæ frequentius accidunt, accommodantur.l.iura conſtitui.cum duabus ſeqq. ff. de legi.

Non obſtat ratio,quę pro contraria parte allegatur,quòd Miſſa ſit ſacrifi-
24 cium †incruentum repræſentans illud ſacrificium cruentum,quod Chriſtus dominus in cruce hora nona obtulit Patri, in quo celebrata fuit quędã pri-
25 ma Miſſa;† vnde videtur,quòd hora nona ſit reliquis horis aptior, tamquã melius repræſentans repræſentatum. Quia reſpondetur, quòd hæc ratio poſſet quidem fortaſſe mouere animum legiſlatoris ad ita ſtatuendum, niſi quid aliud impedimento eſſet,non tamen eſt talis, quæ debeat mouere animum particularis hominis ad ita agendum contra conſuetudinem & Rubricas,& rationes ſupra explicatas. Alioquin licebit ergo etiam mihi Miſsam celebrare ſero,& veſpere,quia illa hora Chriſtus dominus inſtituit in vltima cena ſacramentum corporis & ſanguinis ſui; eoque ſeipſum & Diſcipulos communicauit. Quæ inſtitutio dici ſimiliter poteſt quod fuerit quędam
26 prima † Miſsa, vt no.Ioan.de Tur.crem.in c.Iacobus,colum.vltima,in fine, de conſec.diſtinct.prima,S.Iſidor.libro 1.de eccleſ.off.capit.18.Hugo de S. Vict.libro ſecundò,de eccleſ.off.cap.11.S.Anton.in 3.par.titu.13. capitulo quinto,in princip.Guill.Durant.libro quarto,Rationalis capitu. primo, in princip.Dominic.de Soto in 4.ſenten.diſtin.13.quæſt.2.artic.4.colum.1. & Examen Confeſs.Dialogo 5.§.23.& 24. Et tamen Pius Quintus vetuit, vt
27 patet inter eius conſtitutiones,conſt.5.ne quis ſero Miſsam † celebret:quæ in re omnes licentias,& priuilegia conceſsa reuocauit.

Cur autem legiſlatores,aut mos populi chriſtiani non ſtatuerint,celebrandam miſsam hora nona,præſertim in diebus feſtis,& profeſtis non ieiuniorum,duas puto fuiſse rationes,quæ obſtiterint.

Prima quidem,quia ea hora cum populus iam pranſus ſit,non decebat,ho-
28 mines pranſos † & ſaturos myſterijs tam ſanctis & diuinis adſtare. Ad quod fac.canon pænitentialis,quem ponit Burchar.lib.19.capitu.5.§.feciſti quod quidam facere ſolent,poſt prandium, &c. vbi ſtatuitur pœnitentia trium dierum in pane & aqua ijs qui poſt prandium vadunt ad Miſsam, & ſaturi,& vinolenti a ſacerdote pro populo offerente, ſignum pacis accipere præſumunt.Cui conſonat S.Ambroſ.in ſerm.34.de Quadrageſima. vbi ita inquit. Dicit enim mihi, interrogo vos,qui in Quadrageſima prandetis,ſi

non

Digitized by Google

non in cõſcientijs veſtris rei eſtis, quòd abſtinente toto populo, vos ſoli con
tra præceptum Domini deuoratis: ſi non vobis rubor eſt, cum exitis in pu-
blicum, ne quis vobis ieiunus occurrat: aut ſi non cogitatis, cum ad eccleſiã
proceditis, quemadmodum pacem epiſcopo porrigatis; ne forte ipſo ſpiritu
oſculi veſtri vos reprobet? Quòd ſi hæc non cogitatis forſitan, vehementer
erratis. Scire enim debetis, cum in Quadrageſimæ diebus ieiuno pranſus oc
currit, non bene de illo iudicat qui ieiunat. Et S. Anton. 2. par. tit. 6. capit. 1.
§. 9. ait, nimis indeuotos eſſe qui mane ſurgentes de lecto, ſubito volunt cõ-
medere, & bibere, & præcipue in diebus feſtiuis, ante quam vadant ad ec-
cleſiam. Et S. Vualericus abbas, vt patet in eius vita 2. tomo Surij poſita ſub
die prima April. ſolebat eos ſimiliter obiurgare, quòd ante Miſſam potaba-
tur. Miror (aiebat) qua temeritate auſi fueritis ante Miſſarum ſollemnia bi-
bere. Et rurſus. Non te decebat fili facere, quod hodie feciſti: Cum enim in-
tra ædes tuas veſtibus te indueres, ante miſſam potare non dubitaſti.
Secunda vero ratio eſt, quia cum poſt miſſarum ſollemnia, & poſt prandiũ
reliqua ſit in eccleſijs Veſperarum celebratio, quæ ſunt vna ex principalio-
29 rib. partib. † diuini officij, & ad quas ſolet etiam populus publice cõuenire.
vt colligitur ex clem. 1. in fi. de reliq. & ven. ſan. & c. de his, diſt. 12. Et cum
ſæpe etiã poſt Veſperas habeantur conciones, & lectiones ad populũ, & po
ſtremo ſit deinde Cõpletorium exſoluendum, non erant ita miſſarum cele-
brationes protẽdendæ, vt locus reliquis munijs non daretur. Quod vtique
neceſſario contigiſſet, ſi vſque ad horam nonam fuiſſent eccleſiæ in cele-
brandis Miſſis occupatę. Quam rationem reperi cõſideraſſe conc. Aurelia-
nenſe 3. ſeu potius. 2. vt Iacobus Pamelius cenſet in 1. Tom. Liturgicon La-
tinorum, pag. 631. Ibi enim can. 14. ſic habetur. De Miſſarum celebritate in
pręcipuis dumtaxat ſollemnitatibus id obſeruari debebit, vt hora tertia
Miſſarum celebratio in Dei nomine inchoetur, quo facilius intra horas cõ-
petentes ipſo officio expedito Sacerdotes poſſint ad veſpertina officia, id eſt
in veſpertino tempore conuenire; quia ſacerdotem veſpertinis officijs ab
eccleſia, talibus pręcipue diebus nec decet deeſſe, nec conuenit.
Hęc a me in hoc loco pro tuenda opinione communi, & non nulla alia in
ſuperioribus capitibus, non eo animo dicta ſint, vt contra Doctorem tam
30 egregiũ, quàm eſt Nauarrus † toto orbe celeberrimus, claſſicum ſonem, &
audeam ipſum in arenã prouocare; abſit enim hoc a me, qui noui optime,
quàm ſim pęne puer, imbellis, & imbecillis; contra vero quàm pręſtet ille
viribus, quàm ſit exercitatus, ac etiam triumphis auctus; ſed quia cum hæ
diſputationes propoſito meo neceſſariæ viderentur, non potui illas ſiccis
omnino veſtigijs pertranſire, cogitans, ac pro certo habẽs, eas dum iuribus
& rationibus agitur, non fore a quoquã, & pręſertim a modeſtiſſimo Doct.
ęgre ferendas. Ceterum ita me diſcipulum, & Nauarri doctrinæ addictum
fateri poſſum, vt eius ſcriptis tantum afficiar, tantumque illis tribuam
(quod pace aliorum dixerim) quantum in hoc ſcribendi genere, cuiuslibet
recentioris alterius nullis.
In his autẽ, quę modo diximus de meridie, repetita intelligi volumus, quę
attulimus ſupra cap. 39. nume. 7. dum de aurora ageremus; tempus ſcilicet
31 meridiei † non punctualiter & pręciſe, ſed cum quadam latitudine mora-
32 li accipiendum eſſe: ita quòd excuſaretur a peccato † qui exiſtimans adhuc
meridiem non eſſe tranſactum, poſt illum miſſã celebraret. Imò vero etiam
ſi

ſi ſciret, iam præteritum eſſe, & adeſſet aliqua iuſta cauſa celebrandi Miſ-
33 ſam † ſine ſcandalo, poſſet ſine peccato ſacrum peragere; dummodo nõ lon
ge, aut notabiliter poſt, ſed ſtatim fere, aut paulo poſt, id faceret; vt expreſſe
tenent Maior & Sotus in ſupracitata diſt. 13. 4. ſent. Nam quæ incontinen
34 ti † fiunt, ineſſe videntur, l. lecta, & ibi not. ff. ſi cert. pet. Vnde nihil rema-
35 net dubij, quòd ſi ante meridiem cœpta ſit miſſa, perficienda eſt † etiam
poſt meridiem, vt not. Ioſeph. Angles in Floribus, de ſacram. Euchar. q. vlt.
art. vlt. difficul. 4. concl. 1.
36 Ab aurora itaque † vſque ad meridiem quacumque diei hora priuatæ Miſ-
ſæ dici poſſunt. Sed tamen ſi vnus eſſet ſolus ſacerdos in eccleſia, non qua-
37 cumque hora, ſed tertia potiſſimum † congruum eſſet tempus celebrandi.
not. Hoſt. in ſum. tit. de conſec. eccl. vel alt. diſt. 2. §. & quando. Alex. de Ales
in 4. par. q. 36. memb. 2. & Aſten. lib. 4. tit. 14. art. 3.

DE MISSA ANTE MATVTINVM non celebranda. Cap. XLII.

1 *Miſſam celebrans ante Primam non peccat mortaliter.*

2 *Miſſam celebrans ante Matutinum peccat mortaliter. Niſi occurrat aliqua neceſſitas, num. 3. Et ita ſtatuunt Rubricæ. num. 10. Et eſt generalis conſuetudo. num. 11. Quamuis Dominicus de Soto contrarium teneat, nu. 5.*

4 *Epijciæ virtus dictat in aliquo caſu non eſſe ſeruandum præceptum.*

6 *Miſſa inter horas canonicas non computatur. Habet tamen ordinem cum horis canonicis, num. 26.*

7 *Miſſam in aliquo caſu celebrare quis poterit, in quo tamen horas canonicas non tenebitur recitare propter morbum, & nu. 27.*

8 *Horarum canonicarũ ordinem inuertens, puta recitans Tertiam ante Primã, non plus peccat, quàm venialiter ſi ſine cauſſa id faciat. Si cum cauſſa, neque venialiter, num 9. & 30.*

12 *Conſuetudo obtinet vim legis, & æque ac ius ſcriptum obligat.*

13 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*

14 *Matutinum eſt officium nocturnum, ſaltem quantum ad maiorem ſui partem.*

15 *Miſſa eſt de officio diuino diurno, & non niſi de die celebrari poteſt.*

16 *Conſuetudo diuino cultui fauorabilis eſt extendenda.*

17 *Conſuetudo obligat ad mortale, quando viri prudentes ita exiſtimant.*

18 *Conſuetudo dicitur generalis, quando omnes ita exiſtimant.*

19 *Conſuetudo generalis non indiget probatione.*

20 *Natiuitatis Domini nocte prima Miſſa non dicitur prius quàm perſolutum ſit Matutinum.*

21 *Doctori excellenti aſſerenti ita eſſe conſuetudinem ſtari debet. Quamuis Nauarrus contrarium ſentiat, num. 22. Poteſt tamen probatio in contrarium admitti, num. 25.*

23 *Conſuetudo quæ eſt contra ius probari debet.*
24 *Priuilegium audiendi confeſsiones per nullam conſuetudinem induci poteſt.*
28 *Miſſam in aliquo caſu celebrare quis poteſt, ante quàm confiteatur.*
29 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
31 *Miſſa requirit præparationem multo maiorem, quàm horæ canonicæ.*
32 *Negligentia circa Miſſam eſt multo grauior, quàm circa horas canonicas; Nam illa ſuo genere eſt mortalis, hæc venialis.*

VNum hic poſtremo loco reliquum eſt, quod prætermittere non debeo, quod neque Doctor. in hac tractatione prætermittunt: Vtrum ſit peccatum mortale Sacerdoti celebrare miſsam ante quàm recitauerit Matutinum.

De Prima non eſt neceſsarium quærere, quoniam de ea non videtur magna
1 difficultas. Et Doct. conſentiunt, quòd non peccaret mortaliter † qui ea nō dicta miſsam celebraret. De Matutino igitur ſit dubium.

Et breuiter communiſſima ſententia eſt, quòd ſit peccatum mortale, ante
2 Matutini recitationem ſacrum † facere. quam tenent infraſcripti Doc. S. Anton. in 3. parte, titu. 13. cap. 6. §. 4. in fine, Petr. de Palud. in 4. ſenten. diſt. 13. quæſtio. 2. artic. 2. concluſ. 2. Hoſtien. in Summa, titu. de conſecrat. eccleſ. vel alt. diſtinct. 2. §. & qualiter, Gabriel Biel ſuper cano. lect. 13. Summa Confeſs. lib. 3. titu. 24. quæſtio. 130. Aſten. lib. 4. titu. 14. artic. 3. Manipu. Curat. in tract. de Euchariſt. capit. 6. in fine, Burchar. in Ordine Miſsæ, in principio, Alber. de Ferrat. in tract. de horis canonicis ſuper cap. primo, de celebr. miſs. num. 23. Nauar. in Manua. Confeſs. cap. 25. nume. 83. & in Manua. de Orat. capitu. 3. nume. 68. ſed el riſſime cap. 21. num. 30. Alphonſus Aluarez in Speculo, capit. 33. verſicu. Quid de Scholaribus. Maiolus in tract. de irregular. lib. 3. capitu. 24. in principio, Michael Florent. Seruita in Dilucidario ſuper Regulam S. Auguſt. capit. 2. quæſt. 4. Ioan. Baptiſta Antonucius in Catecheſi Neapol. lib. primo, ca. 47. in fine, Examen Confeſs. dialogo 5. §. 237. & ſeqq. Marcus Antonius Matta Salernitanus in notis ad librum 6. Iordani de Saxonia qui dicitur vitas fratrum, lib. ſecundo, cap. 18. in princip. Angel. ver. Miſſa, §. 42. Roſel. ver. eod. §. 4. Piſan. ver. eodem, §. quarto, Tabien. ver. eodem. §. 6. & ver. Horæ canonicæ, §. 27. Armil. ver. eodem, Horæ canonicæ, §. 18. & Sylueſt. ver. miſsa. 1. §. 6. verſiculo quarto. Vbi licet in aliquo pungat communem opinionem, non tamen videtur diſcedere ab ea niſi in caſu, puta quan-
3 do repente occurreret † aliqua neceſſitas, cui non poſset obuiari: & alias monaſterio immineret ſcandalum graue, aut aliquid tale. Quo caſu clarum eſt apud me, quòd liceret ante Matutinum miſsam facere; nam etiam quòd eſset præceptum expreſsum in contrarium, virtus tamen Epijciæ dictaret
4 in † tali caſu præceptum non eſse ſeruandum, cum ſimus præſertim in materia iuris poſitiui, vt ex ijs, quæ de Epijcia traduntur, habetur per Ariſtol. in 5. Ethic. capitu. 10. & per S. Thom. in 2. 2. quæſtio. 120. artic. primo, & ibi in comment. per Caiet. Vnde non opus erat Siluestro propter huiuſcemodi caſum in aliquo redarguere communem ſententiam, ſed ſatis erat, ſimpliciter dicere, quòd tunc communis opinio locum non haberet, quemadmodum ſimpliciter dicunt Alber. Armil. Nauar. Alphon. Maiolus, Examen Confeſs. in locis ſupracitatis, & Coſmas Guimer. ſuper decreto Eccleſiæ Gallic. titu.

O quo

Digitized by Google

quo tempore quiſque debeat eſſe in choro. in prin. ver. Miſſa.
5 Solus (quantum ego ſcio) Dominicus de Soto † in 4. ſent. diſt. 13. quæſt. 2. artic. 2. in fine, & clarius lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. artic. 4. concluſ. 2. libere auſus eſt tenere contra communem in quocumque caſu, & ſimpliciter aſſerere, nullum eſſe peccatum mortale, Matutino adhuc non dicto Miſſam facere. Forſan (inquit) ob conſuetudinem venialis eſſet culpa, vbi fieri poſſet commode, ſi non prius nocturnum ſolueretur officium. Mouetur autem ipſe ad ita tenendum, ex pluribus:

Primo, quia ſententia communis, neque vllo iure, neq; vlla ratione fulcitur.
6 Secundo, quia miſſa † non connumeratur inter horas canonicas, vt etiam nos diximus ſupra, cap. 29. in prin. Quare cum ſint diſtincta officia, & vnū non habeat neceſſarium ordinem ad alterum, vnde nam inferri poteſt, eſſe mortale crimen, mane celebrare miſſam ante Matutinum, cum Matutinum ipſum hora nona, aut etiam ſequenti veſpertina priuatim ſoluere non ſit peccatum mortale?
7 Et confirmatur, quia ſi quis propter morbum † aliquem legitimam haberet excuſationem ſoluendi officium diuinum, nulla ratio apparet, quæ ipſum prohibere poſſet, quo minus ſacrum miſſæ faceret, cum tamen neque dixerit, neque dicturus ſit Matutinum, aut ceteras horas.
8 Tertio, quia horarum canonicarum ordo † non eſt ſic neceſſarius, vt eius inuerſio faciat peccatum mortale. Vt ſi quis Tertiam ante Primam priuatim recitaret, non peccaret forſan grauius, ſi ſine cauſſa id faceret, quàm ve-
9 nialiter. Quòd ſi ex aliqua ratione † moueretur ad ita agendum, vt puta ſi vt interſit choro in recitatione Tertiæ, relinquit Primam, quā deinde poſt Tertiam priuatim ſoluat, bene faceret, neque quidquam peccati committeret. Vnde idem omnino videtur dicendum de ordine celebrationis Miſſæ, dato etiam quòd illa inter horas canonicas computaretur. Cum tamen (vt diximus) non computetur.

Quòd ſi in contrarium pro opinione communi aliqua cōſuetudo allegetur, nullo modo cenſenda eſt tale præceptum inuoluere huiuſmodi cōſuetudo, quod obliget ad peccatum mortale tranſgreſſores. Nam non omnis conſuetudo quamuis laudabilis obligat ſub reatu mortali. Hæc ex Dom. de Soto.

Verum quoniam eo ſum ego ingenio, vt non facile patiar a communib. ſententijs dimoueri, niſi vrgentem aliquam rationem, aut textum videam in contrarium, ideo argumentis Dominici de Soto non obſtantibus teneo cū communi; quam eo libentius ſequor, quia hodie in Rubricis † Miſſalis Romani, in principio Ritus ſeruandi in celebratione miſſarum, ordinatur, ꝙ Sacerdos celebraturus, quoad horas canonicas Matutino prius ſaltem aſoluto, accedet ad Sacriſtiam, &c.

Et deinde in eiſdem Rubricis ſub titu. de Defectibus in miniſterio ipſo occurrentibus, inter defectus ibi enumeratos ponitur ſi celebrans ſaltem Matutinum cum Laudibus non dixerit. Ex quo colligitur, huiuſmodi defectum eſſe peccatum mortale, vt ſupra deduxi, & annotaui in alia quæſtione capitulo 39. num. 17.

Præterea autem has Rubricas non afferam pro cōi opinione aliam rationē,
11 quàm quæ a Doct. allata eſt, nempe generalē conſuetudinē † totius eccleſ.
In primis non negaret Sotus, conſuetudinem hoc introducere potuiſſe, nā
12 conſuetudo obtinet vim † legis, & æque ac ius ſcriptum obligat: Mos enim

popu-

Digitized by Google

populi Dei(vt inquit B.Auguſt.in epiſt.86.ad Caſulanum, & habetur diſt.
ç.in his.)& inſtituta Maiorum pro lege tenenda ſunt;& ſicut præuaricato-
res diuinarum legum, ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum
coercendi ſunt, vt not.etiam ipſe Sotus lib.1.de iuſt.& iur.q.7. artic.2. poſt
S.Tho.1.2.quæſt.97.art.3.

Præſertim vero hoc locum habet in caſu noſtro, quia non ſumus in corre-
13 ctione, aut mutatione, ſed tantum in interpretatione iuris. † Conſuetudo
enim (vt inquit Iuriſconſul.in l.ſi de interpretatione,ff.de legi.) eſt opti-
ma legum interpres. Quòd autem ſimus in interpretatione iuris, non in
correctione probatur, quia ſepoſita etiam omni conſuetudine, de ſe ma-
lum eſset, prius miſsam celebrare,quàm dicere Matutinum.
14 Quod probo,quia Matutinum† ſaltem quantum ad maiorem ſui partem eſt
officium diuinum nocturnum, Miſſa vero licet non ſit ex horis canonicis,
15 eſt tamen officium diuinum † diurnum; non enim in nocte, ſed tantum in
die Miſſa regulariter celebrari poteſt,vt vidimus ſupra cap.39. num.14.&
22.Vnde ponere Miſſam ante Matutinum,non eſt aliud niſi ordinem per-
uertere,quod de ſe malum eſt;ac ſi prius velis Tertiam recitare quàm Ma-
tutinum.Conſuetudo ergo nihil aliud facit in caſu noſtro, niſi quòd illud
quod alioquin de ſe malum erat,nec ſciebamus,quantum malum eſſet;in-
terpretatur,quòd ſit malum mortale.Deinde conſuetudo huiuſmodi, eſt
valde pia & laudabilis,quod neque ipſe Sotus negaret,vt pote quæ faciat,
quod Sacerdotes maiori cum præparatione & reuerentia accedant ad tā-
tum myſterium,quanta eſt confectio,& ſumptio corporis & ſanguinis Ie-
ſu Chriſti.Quare ex his colligitur,conſuetudinem hanc tamquam fauora-
16 bilem diuino cultui,†eſſe extendendam potius,quàm reſtringendam.iux-
ta tex.in c.odia.de reg.iur.in 6.& not.in l.de quibus.ff. de legi.

Verum pro opinione Soti dupliciter ad hoc argumentum reſponderi poſ-
ſet.Primo,negando conſuetudinem in hoc vllam exiſtere. Secundo, eſto
quòd aliqua exiſtat,negando quòd obliget ad peccatum mortale.Quod in
idem recidit,nam parum operaretur conſuetudo, ſi non adderet vinculum
peccati mortalis in caſu noſtro;iam enim probatum eſt,quòd ſepoſita etiā
omni conſuetudine de ſe malum eſt, prius Miſſam facere,quàm Matuti-
num recitare.

Ego igitur vtrumque ſimul oſtendere conabor, & eſſe conſuetudinem, &
eſſe talem,quæ obliget ſub reatu mortali.

17 Tunc dicenda eſt conſuetudo † obligare ad aliquid agendum ſub pœna
peccati mortalis,quando viri prudentes,& religioſi ſe ita obſtringi putant
per cōſuetudinem, vt niſi hoc vel illud egerint,credant,ſe peccaturos mor
8 taliter. Tunc vero dicenda eſt † generalis, quando non pauci quidam, aut
etiam plures, aut vno tantum in loco, ſed omnes vbique communiter ita
exiſtimant. Modo ſic rem ſe habere in caſu noſtro probatur ex aſſertione
omnium Doct. qui cum ſint viri & ſapientia præditi, & in religione chri-
ſtiana illuſtres,videntur mihi eſſe teſtes omni exceptione maiores. S. An-
ton.Petr.Palud.Gabriel Biel,Summa Confeſſ. Ang. Roſel. Piſan. Tabien.
Armil.Nauar.hi omnes in locis ſupra citatis, & alij etiam plurimi vno ore
dicunt, eſſe peccatum mortale, celebrare Miſſam ante recitatum Matuti-
num,quia eſſet contra totius eccleſiæ conſuetudinem generalem & appro-
batam. Numquid nam inſufficiens videbitur tanta probatio? Quid igitur?

Requirat fortaſſe aliquis, vt omnium mundi Sacerdotum hic teſtimonia
19 proferam. At hoc & inciuile eſſet poſtulare, & præſtare impoſſibile.† Con-
ſuetudo generalis (inquit Bal. in l. 3. col. 1. C. de ſer. fug.) non indiget pro-
batione. Interrogaui ego tamen quandoque presbyteros in quibuſdam ec-
cleſijs Collegiatis, in quibus Matutinum decantatur mane ſatis tarde non
ante ortum Solis, numquidnam ſi occurrat alicui ex ijs qui choro inſeruiũt,
diluculo Miſſæ ſacrum perficere, ante quàm Matutinum inchoetur, acce-
dat ille ad altare, poſtea Matutinum cum alijs recitaturus, an potius eo
priuatim prius perſoluto? Et reſponſum fuit mihi ſemper, quod quicumque
celebrat Miſſam, ſi non in choro, ſaltem priuatim ſemper Matutinum prius
recitauit; neque aliter quiſquam auderet tanto ſe diſcrimini committere.
Præterea videmus in Natiuitate Domini, in qua cum celebretur prima
Miſſa in media nocte, quo tempore non ſolet eſſe decantatum Matutinum,
ſtatutum eſſe tamen in Rubricis Breuiarij Romani circa officium illius
20 diei, & ita etiam vbique ſemper fuiſſe obſeruatum, vt non prius Miſſa fiat,
quàm perſolutum ſit Matutinum, vt expreſſe patet in Ordine Romano, c.
de Natiuitate Domini. & not. Alcui. in lib. de diui. off. c. 1. & Microlog. de
eccleſ. obſer. cap. 24. Sicubi autem conſuetudo non ſeruaretur, in his potiſſi
mum caſibus videtur mihi quòd non haberet locum.
Addo, quòd Bar. in l. de quibus. quæſt. 4 principali. ff. de legi. inquit, quòd
21 Doctori† excellenti aſſerenti, ita eſſe aliquid de conſuetudine, ſtari debet;
quanto magis ſtandum eſt, non vni dumtaxat, aut duobus, ſed omnibus ſi-
mul eamdem conſuetudinem aſſerentibus? Scio, quòd contra huiuſmodi di-
22 ctum Bar. multa allegàt Nauarrus† in c. placuit. de pænit. diſt. 6. in fi. te-
nens, quòd conſuetudo probanda eſt, & quod neque pluribus, neque ma-
iori parti Doctorum de ea atteſtãtium creditur. Verum quod dicit Nauar.
23 probe ſit forte in conſuetudine, quæ † eſſet contra ius, vt ipſe declarat, &
præſertim in caſu ſuo, in quo agebatur de priuilegio audiendi cõfeſſiones,
24 quod per nullam conſuetudinem † videtur poſſe induci. c. 2. de pænit. &
remiſſ. lib. 6. de quo tex. egregie diſputat ibi idem Nauar. Præterea conce-
25 do, † quòd nõ ita creditur Doctoribus conſuetudinem aſſerentibus, quin
probatio in contrarium admittatur; non enim talis aſſertio facit præſum-
ptionem iuris & de iure, ſed tamen talem facit præſumptionem, vt illi in
dubio ſtandum ſit. vt declarat Dec. in l. 2. §. 1. in 3. lect. num. 13. ff. ſi cer. pet.
& ſic ſe habere communem opinionem præter Decium teſtatur Soc. iunior
in conſ. 60. lib. 2.

Quare cum in caſu noſtro agatur de conſuetudine fauorabili, quæ non eſt contra ius, ſed potius ſecundum ius commune, & quę conſiſtit in interpretatione, non in correctione iuris communis; cumque is qui contra illam dicit, fundatam non habeat intentionem ſuam; cumque talis cõſuetudo non aſſeratur ab vno ſolum, vel duobus, vel etiam pluribus, vel a maiori parte Doctorum, ſed ferme ab omnibus, vno excepto fortaſſe Siluestro, qui tamẽ non audens contrarium aſſerere, ait, quod quidquid ſit, ipſe audiuit viros doctiſſimos illam negantes: quod forte intelligendum eſt, non ſimpliciter, ſed in caſu de quo ibi loquitur, quando nempe immineret monaſterio ſcandalum graue, aut quid ſimile; cumque poſtremo verſemur in materia quadam, quæ bene poterat nota eſſe Doctoribus, ne quis dicat, vnũ poſt alium ſicut pecudes ſolent, ſaltitaſſe, nam res eſt, quæ ad ipſos pertinebat, quam

ſæpe

ſæpe experiebantur,& quam quotidie præ manibus habebant,cum eſſent ſacerdotes & religioſi, qui crebrius Miſsæ ſacrum peragerent: tenendum eſt indubie ex his omnibus,conſuetudinem eſſe,& eſſe talem,quæ obliget ad mortale peccatum. Minime enim ſunt mutanda(vt ait Paulus in l. minime.ff.de legi.) quæ interpretationem certam ſemper habuerunt.

His ita præmiſſis,& explicatis non erit difficile ſoluere argumenta Soti ſupra in contrarium facta.

Ad primum enim negatur antecedens,oſtendimus namque & iure ſcripto hodie in Rubricis Miſſalis Romani,& iure non ſcripto ſcilicet conſuetudine probari communem opinionem.

Ad ſecundum reſpondetur,quòd licet Miſſa non ſit ex horis canonicis,ha-
26 bet tamen † ordinem cum horis canonicis,& cum Matutino,nam illud tãquam officium nocturnum,& tamquam præparatio præmitti debet celebrationi Miſſæ , vt ſupra expoſuimus . Et peccatum mortale colligitur ex cõſuetudine,& ex Rubricis Miſſalis Romani. Quod ſi Matutinum ad Miſſam nullum haberet ordinem,ſequeretur,quòd etiam publica Miſſa poſſet ante publicam Matutini decantationem celebrari. Quod tamen abſurdiſſimum fore,& populis ſcandaloſum,nemo eſt,qui non videat.

Ad confirmationem dicitur , quòd conceſſo illo caſu,excuſaretur tunc Sa-
27 cerdos ille † a recitatione diuini officij propter morbum,& impoſſibilita-
28 tem; quemadmodum excuſaretur quis interdum † a confitendo , quod eſt multo plus,ſi non haberet copiam Confeſſarij , & vrgeret neceſſitas celebrandi Miſſam,vt colligitur ex conc. Triden.ſeſſ.13.c.7. Impoſſibiliũ enim
29 † nulla eſt obligatio. l.impoſſibilium ff.de reg.iur.

Ad tertium negatur ſequela , eſto enim , quod qui ordinem ſine cauſſa in
30 horis canonicis recitandis non ſeruaret , non plus peccaret † forſan quàm venialiter,vt tenet etiam Nauar.in Manua.de Orat.c.3.num.54. & 65. & cap.21.num.30.poſt multos,quos ipſe allegat;& quòd cum cauſſa ordinem inuertere,nullum ſit peccatum;non tamen ſequitur,idem fore in celebra-
31 tione Miſſæ,† nam in ea requiritur maior pręparatio,cum ſit res multo maioris & põderis & ſollẽnitatis,vt clare apparet ex tã multis & veſtib.& vaſibus, & luminib.& altaribus,& ceteris,quæ ad eam neceſſario requiruntur. De quibus eleganter ſcribit Cornel. Muſſus in ſua ſynodo Bituntina, in ſer. de Miſſa,vbi inter cetera,hæc ait . In corporis Chriſti oblationem , vt olim priſcæ illæ,& figuratæ victimæ,hoſtiæque,& holocauſta legis ; ſic nunc in curſu vel ſtatu ipſius euangelij diriguntur templa,altaria, ſacerdotes , cantores,& præcentores,ſuccentores,leuitæ,vniuerſique clerici; vaſa quoque , & inſtrumenta,organa,citharæ,& omnia genera muſicorum , quæ ſunt digna choro. Nam & totus ipſe chorus religioſiſſimum eccleſiæ adytũ & ſecretum tamquam ſancta ſanctorum ea quam profert forma fere circuli, illã ipſam incruentam hoſtiam ſimul & diuinam aram ambire nexibus,& caſtis, intaminatiſque honoribus prehenſare,& coronare videtur. Vt palam intelligant omnes , quòd ad Miſſam ipſam tamquam ad conſummationem omnium ſacerdotalium functionum,ad ſacramentum omnium ſacramentorũ , ad ſacrificium omnium ſacrificiorum,cuius comparatione reliqua ſacra ita viloſcunt,vt ſacri vix nomen habeant, omnia & ſingula eccleſiaſtica officia ſint merito referenda. Nam ea quæ Miſſam præcedunt,ſunt velut pręludia, quæ vero ſequuntur velut tripudia. Illis inuitantur, & præparantur populi

O 3 ad

Digitized by Google

ad tanti ſacrificij celebritatem. His peracto iam ſacrificio presbyteri lætantur, exſultant, geſtiunt, gratias agunt, quòd hoſtia primũ miſſa ad nos è cælis, a nobis deinde ad cælos emiſſa, ipſi pro virili ſuo ipſorum officio perfuncti ſunt. Hæc ille. Quanto ergo miſſa præcellit omnia alia diuina officia, tanto debet in ea ſummopere caueri omnis irreuerentia, & defectus. vt inquit
32 Nauar. in Miſcel. de Orat. Miſcell. 57. ſub nu. 127. Vnde negligentia † circa Miſſæ celebrationem eſt multo grauior, quàm circa recitationem diuini officij; in tantum quòd illa ex ſuo genere cenſetur mortalis, hæc vero venialis. vt ait Alex. de Ales in 2. par. q. 131. memb. 6.

Ad illud vltimo, quo dicebatur, non omnem quamuis laudabilem conſuetudinem cenſendam eſſe obligare ad reatum mortalem, fateor, ſed tamen aliqua eſt quæ obligat; Et talem eſſe conſuetudinem in caſu noſtro, late ſupra deduxi.

Marcelli Francolini Presbyteri, & Doctoris, Bodiani. De Tempore Horarum Canonicarum Tractatus Prima Pars finis.

Digitized by Google

ILLVSTRISSMO ET REVER.MO

CAROLO BORROMAEO

TIT. S. PRAXEDIS CARD. AMPLISS.

MARCELLINVS FRACOLINVS S.

AXIOMA eſt, Illuſtriſſime Cardinalis, a Theologis Scholaſticis maxime vſurpatũ & habetur in extrauag.cõib.c.1.§.non ſecundum.de maior.& obed.ꝙ a primis vltima per media perficiũtur.Cuius proloquij veritatẽ B. Dionyſ. Areopagita in libro de eccleſiaſtica hierarchia,c.5. ita confirmat & probat, vt illud tum in cæleſtib.tũ in eccleſiaſticis,tũ in reb.ẽt naturalib.locũ habere aſſeueret. Et quamuis his pulcherrimus ordo,qui in naturalib.& in cæleſti hierarchia inuiolabiliter cuſtoditur, non nũquã in eccleſiaſtica interrumpatur.(Nã vt bene notat S.Tho.in 1.par.q.106.ar.3. eccleſiaſtica hierarchia imitatur quidem cęleſtem aliquatenus,ſed non perfecte conſequitur eius ſimilitudinẽ; Vnde contingit interdum,ꝙ qui ſunt Deo per ſanctitatẽ propinquiores,ſunt gradu infimi,& ſcientia non eminentes;Et quidã in vno ẽt ſecundum ſciẽtiã eminent,& in alio deficiunt:Ac propter hoc ſuperiores ab inferiorib.doceri quãdoque in eccleſia,& perfici poſſint.) Tu tamẽ Illuſtriſſime Præſul,ſicut dignitate præemines,ita ſciẽtia, morum probitate, & ad Deũ in primis inhæſione propinquiſſima excellis. Cuius rei tot ſunt ab ipſo Domino data teſtimonia & indicia,nõ dicam tantum clara,& manifeſta,ſed prope etiam demonſtratiua & euidentia,vt qui id negare velit, lippum ſe ac cæcum neceſſe ſit penitus fateatur.Eximiæ virtutes tuæ & geſta illuſtria, quæ in honorem domini Ieſu Chriſti, atque in proximorum ſalutem nullo vmquam tempore non agis,indicant, ac vocem tantum nõ emittentia clamant,te eſſe Deo gratiſſimum,qui opus ipſius tam egregie promoues, & qui omnibus rebus poſthabitis totum te in eius cultu ac famulatu,qui in regno atq; iuſtitia ipſius exquirendis col- Matth.6. 33. locaſti.Vtinam tales eiuſmodi viri & heroes quamplurimi in eccleſia Dei conſpicerentur,profecto non eſſet,cui præſentium Nebulonum ſuſurros vereremur,vel cur priſcorum ætati inuideremus.

MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS BODIANI

DE TEMPORE HORARVM CANONICARVM TRACTATVS SECVNDA PARS INCIPIT.

DE DIEI ECCLESIASTICI INITIO. Cap. XLIII.

1 *Dies naturalis quantum ad eccleſiaſticum officium ita currit, vt nox præcedat, dies autem artificialis ſequatur. Et incipit a Veſperis. numer.3.*

2 *Matutinum inter horas canonicas primo loco eſt numerandum, Completorium vero vltimo.*

4 *Horologia Italica, quæ ſuas horas ab occaſu inchoant, magis laudanda ſunt, quàm reliqua aliarum nationum.*

5 *Dies qui a veſpera in veſperam ſupputatur, inter alias ſupputandi rationes dicitur eccleſiaſticus. Quamuis Nauarr. id neget. num.6. Probatur tamen iurium auctoritate. nu.8. Competebat quidem etiã Iudæis huiuſmodi ſupputatio quantum ad eorum ſollemnitates. num.10. Sed nobis regulariter dies currunt ad occaſu ad occaſum, Iudæis vero regulariter currebant ab ortu ad ortum. num. 12. Et ſpecialiter in ſollemnitatibus celebrandis currebant illis ab occaſu ad occaſum. nu.13. Quamuis Dominicus de Soto aliter dicat. nu.14. Et etiam Beda. nu.15.*

7 *Dies naturalis incipit a media nocte ſecundum eccleſiam quantum ad quædam particularia, vt quantum ad ieiunia, & ciborum differentias.*

9 *Dominicæ diei initium a veſpere Sabbathi incipit.*

11 *Lunæ apparitionem attendunt Iudæi in diebus computandis.*

16 *Lunæ ætas non a meridie, ſed a veſpere computatur.*

17 *Dies naturales ab initio mundi, a mane in mane procedebant. Et ita probatur Gen. 1. Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. vbi Veſpere pro termino diei, & mane pro termino noctis accipiuntur. num. 18. Quamuis hebræi Veſpere pro tota nocte, Mane pro toto die accipiant. numer. 19. Et B. Hieronymus ita cum eis ſentiat. num 20. Sed prior expoſitio eſt communis omnium noſtrorum Doct. num. 21. Et in ſpecie eſt S. Baſilij.*

Digitized by Google

noćte ſtatim poſt occaſum Solis. Vnde manifeſtiſſima eſt in promptu ratio, qua Itali omnes ducti hunc morem ſupputandi dies a veſpera iamdudum ſequuntur; licet Hieron. Vielmus in opere de ſex diebus, lect. 12. aſſerat, quòd eſſet plane diuinare, ſi quis eam curioſius ſcrutari vellet.

6 Quamuis autem Nauarr. in Manua. de Orat. c. 3. nu. 38. dicat, ſe ab hac opinione firmis rationibus diſceſſiſſe in comment. c. ſolēt. de conſ. diſt. 1. Ego libentiſſime ſi licuiſſet, fundamenta ipſius inſpexiſſem, nam videtur mihi aliàs ab hac ſententia iuridice non poſſe diſcedi. Scio equidem, quòd quan

7 tum ad ieiunia, & ciborum † differentias, & quædam alia particularia dies naturalis incipit ſecundum eccleſiam a media noćte, de qua ſupputatione latius infra dićturi ſumus cap. 87. & deinceps; & quantum ad alia quædam a quodam alio diei articulo dies incipit; ſed generaliter & ſimpliciter loquendo dico, quòd dies ſecundum eccleſiam nō niſi ab occaſu ad occaſum

8 Solis computatur. De qua re ſunt iura, & aućtoritates † expreſſiſſimæ. Tex. eſt in primis in c. quod dic. diſt. 75. ex B. Leone magno in epiſt. 79. ad Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum, qui tex. habetur etiam in Pannor.

9 Iuo. lib. 3. c. 13. vbi dicitur, quòd a Veſpere Sabbathi initium † diei Dominicæ conſtat adſcribi. Et idem ēt habetur ex eadem B. Leonis epiſt. in c. quod a patribus. d. diſt. 75. Præterea in c. 1. de fer. & in Pannorm. lib. 2. c. 170. & in c. 1. de conſecr. diſt. 3. omnes dies Dominici a veſpera in veſperā præcipiuntur obſeruari. Item apud Burchar. lib. 13. cap. 3. & apud Iuo. par. 4. cap. 36. & in Pannor. lib. 2. cap. 173. & in tertia Conſtantinop. Synodo, quę eſt ſexta generalis, can. 90. habetur, quòd in Dominicis, & feſtiuis diebus a veſpera in veſperam genua non flećtantur. Ad hanc eamdem ſententiam facit etiam tex. in c. de eſu. de conſ. diſt. 3. vbi nox feriæ quartę, & feriæ ſextæ dicitur quæ eſt ante feriam quartam, & ante feriam ſextam. Poſtremo facit dićtum Glo. in c. 2. de off. archipresb. in ver. a ſacroſanćto die Dominico, & aliorum Doćt. Canoniſtarum, quos ſupra retulimus dum de Completorio ageremus c. 19. nu. 23. quòd ſecundum canonicam computationem a veſpere præcedentis diei ſequens dies intelligitur inchoare.

10 Competebat quidem hæc eadem naturalium dierū computatio † Iudęis etiam in veteri lege, quantum ad ipſorum ſollēnitates, vt declarat B. Tho. lib. 4. contra gent. cap. 69. præceperat enim illis Dominus Leuit. 23. A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra. Vnde ſic apud eos ſollemnitas Paſchæ incipiebat in veſpera præcedentis diei, & terminabatur in veſpera diei Paſchę, ſicut & apud nos feſta celebrantur. vt ait idem B. Thom. ſuper Ioan. cap. 13. lect. 1. comm. 1. Cuius celebrationis ratio illa erat apud Iudæos ſecundum ipſum B. Tho. quòd noua Luna ante veſperū

11 non conſpiciatur, illi vero iuxta Lunæ apparitionem † dies enumerarent pro feſtis celebrandis. Vel quia veſpere egreſſi erant ex Aegypto, & per Moſen in libertatem aſſerti; vnde & iuſſi erant veſpere immolare perenniter phaſe Deut. 16. vt not. Hieron. Vielmus in opere de ſex diebus lect. 12. Vel vt colligitur ex S. Auguſt. in lib. quæſt. veteris & noui teſt. q. 107. in prima editione, (ſi tamen S. Auguſt. aućtor ſit illarum quæſtionum) quia cum Iudęi ante dies feſtos neceſſe haberent emere eſcas, & alia præparare in Sabbathum, hæc non erant noćte facienda, vt orto die in Sabbathū intrarent, ſed potius in luce præparanda erant; & iccirco mandatū illis fuit, vt a veſpera diei feſti ſollemnitatem inciperent. Verumtamen magna eſt differen-

17 vſque ad Chriſti reſurrectionem ita naturales † currebant dies, vt dies ar-
tificialis præcederet noctem, mane namque incipiebat dies naturalis, &
durabat vſque ad aliud ſequens mane.
Quod apparet ex ipſa prima dierum naturalium creatione Gen.1. dum di-
citur, Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. Factumque eſt veſpere &
18 mane dies ſecundus. &c. A termino enim † lucis diurnæ dicitur ibi, Fa-
18 ctumque eſt veſpere. & a termino nocturnarum tenebrarum ſubiūgitur.
Et mane. Ita quod ipſe ordo numerandi manifeſtat, lucem priorem tene-
bris computatam. vt declarat Magiſter ſentent. lib.2. diſt.13. verſ. Hic eſt
naturalis. &c. & S. Thom. in 1. par. quæſt.74. art.3. ad 6. & in ijs commẽt. in
Gen. qui nuper ſub eius nomine prodierunt in lucem. ſuper dictis verbis.
Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. & ibidem Nicol. de Lyra, Dio-
nyſ. Carthuſ. & Caiet. & idem Caiet. ſuper 3. par. q.51. ar.4. ad 1. & Cornel.
Ianſen. in Ratione ſuæ concordiæ euang. paruæ impreſſionis. c.145. & Hie
ron. Vielmus in opere de ſex diebus. lect.12. & alij paſſim.
19 Scio Hebræos aliter interpretari † dicta verba Gen.1. Factumque eſt ve-
ſpere & mane dies vnus. Ipſi enim putant, ꝙ veſpere accipiatur ibi pro to-
ta nocte, & mane pro toto die; ex qua interpretatione contrariam ex dia-
metro colligunt ſententiæ noſtrę opinionem, ꝙ nempe in creatione mun-
di, non dies noctem, ſed nox diem artificialem præceſſerit. Scio ẽt B Hiero
20 nymum † ſuper Ionam, c.2. in princ. hanc opinionem ſecutū, & poſtremo
Ambroſ. Catharinum, & Hieronymum ab Oleaſtro ſuper Gen. c.1. in expo
ſitione dictorum verborum, Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. cā-
dem non nullus adductis rationibus licet parum firmis, tenuiſſe.
Verum ego in hoc expoſitionẽ ſequor non tm̃ Caietani, quem tamen ſolū
21 citat Catharinus in cōtrarium; ſed cōem † noſtrorum fere omnium Doct.
chriſtianorum. vt de communi teſtatur Paulus Burgen. in addit.1. ſuper c.
1. Gen. circa med. Quam expoſitionem & ipſe Burgen. ſequitur, & tenent
præter ſupracitatos auctores expreſſiſſime multi ſancti patres.
22 S. Baſilius † homil.2. Hexæm. prope finem, ſuper dictis verbis, Factumque
eſt veſpere, & mane, ſic inquit. Vt igitur præcipuum creationis honorem
diei adſcriberet, finem prius diei memorat, deinde noctis, quippe quæ ſe-
quitur ipſum diem.
23 B. Ambroſius † lib.1. Hexęm. c. vlt. Quærunt aliqui (ait) cū prius veſperū,
poſtea mane ſcriptura memorauerit, ne forte noctẽ prius quā diẽ ſignifi-
care videatur. Nec aduertunt primo ꝙ præmiſerit diẽ dicendo, Et vocauit
Deus diẽ lucẽ, & tenebras vocauit noctẽ. Deinde ꝙ veſper finis diei ſit, &
mane finis noctis. Ergo vt prærogatiuam & primatum natiuitatis diei da-
ret, prius finẽ diei ſignificauit, poſt quam ſecutura nox eſſet; deinde poſtea
finem noctis adiunxit. Quæ verba habet ibidem S. Eucherius epiſcopus
24 Lugdunen. lib.1. in Gen. c.2 S Ioan. Chryſoſtomus † hanc eamdem expo-
ſitionem expreſſiſſime ſequitur, licet Didacus Couarr. contrariam tenẽs,
ipſum pro ſua opinione citauerit lib.4. varia. reſol. cap.19 ſub nu.9. In ho-
milia etenim 3. in Gen. ibi, Et factum eſt veſperum, & factū eſt mane dies
vnus. ſic ait. Finem diei, & finem noctis vnum ſignanter nominauit. Et ho
mil 5. ibi, Et factum eſt veſperū & factum eſt mane dies tertius. Vide (in-
quit) quo modo de ſingulis dieb. ſic dicit. Et factum eſt veſperum & factū
eſt mane. Non ſimpliciter, nec abſque cauſſa, ſed ne ordinẽ confundamus,
neque

neque putemus veſpero ingruente finem accepiſſe diem; ſed ſciamus, q̃
veſpera finis eſt lucis,& principium noctis;mane autem finis noctis, & im
pletio diei.Hoc enim docere nos vult B.Moſes. Et factum eſt veſperum, &
factum eſt mane dies tertius. Et ne mireris dilecte, ſi hæc ſæpe,& conti-
nuo dicit diuina ſcriptura. Etenim poſt tantam crebritatem adhuc ſunt
aliqui errore præoccupati Iudæi,qui excæcato corde contendunt, & ve-
ſpera ſequentis diei eſſe opinantur.&c.

25 S.Auguſtinus † in multis locis hanc eamdem expoſitionem tenet. vt vide-
re eſt in lib.1.de Gen.contra Manich.c.10.& lib.1.de Gen.ad litteram. c.
10.& in lib.imperfecto de eod.Gen.ad litteram.c.7.& in lib.quæſtionum
veter.& noui teſt.quæſt.106.& ſeq.in 1.editione.

26 Venerabilis Beda † in lib.de diuiſionibus temporum, c.de Die. in princ.
& cap.ſeq.& in lib.de ratione computi.c.3.& lib.de temporum ratione.c.
3.& 41.& in lib.de temporibus,c.2.& in Hexemer.in princ. ad illa verba,
Factumque eſt Veſpere & mane dies vnus.Glo. ordin. ſuper dictis verbis
Geneſ.1.Factumque eſt veſpere & mane dies vnus.Iunilius ibidem.S.Ioã.
Damaſc.lib.2.de fide orth.cap.7.& ibi in annot.Iacob.Faber Stapulen.Hu
go de S.Vict.lib.1.de Sacram.par.1.c.9. Aegidius Rom. in 2.par. Hexem.
capit.2.& 3.Alij item auctores mox citandi capit.45.in princip.& omnes
fere eccleſiaſtici expoſitores tam Latini quàm Græci eamdem interpreta-
tionem ſequuntur.

DE INITIO DIEI NATVRALIS.
Cap. XLIV.

1 *Veſpere ſecundum propriam ſignificationem ſignificat crepuſculum,& ſpatium illud temporis, quod eſt finis diei artificialis, & principium noctis: Mane vero illud quod eſt finis noctis,& principium diei.*

2 *Abuſiuis interpretationibus non niſi in maximis neceſſitatibus vti licet.*

3 *Nox præceſſit diem,non dies noctem, ſecundum Thaletem Mileſium. Quod intelligendum eſt,non de nocte proprie dicta,ſed improprie, ſcilicet de materia informi & tenebroſa.nu.6.*

4 *Dierum naturalium in computatione in nouo teſtamento non ſequimur ordinem creationis,ſed potius recreationis: & iccirco noctem diei præmittimus,quia a tenebris peccatorum tranſimus ad lucem gratiæ.*

5 *Dies a veſpera in veſperam computare præceptum fuit Iudeis non quantũ ad omnia,ſed quantum ad ſollemnitatem dumtaxat celebritates.*

7 *Chaos antiqui appellabant materiam informem & tenebroſam.*

8 *Dies naturales ab initio creationis mundi ita currebant,vt dies noctem præcederet,vſque ad Chriſti reſurrectionem. Poſt Chriſti vero reſurrectionẽ,e contrario ita procedunt,vt nox præcedat,& dies ſequatur.num.9. Quod myſterio congruit.num.10.*

ET certe mirandum eſt, cũ habeamus clarã & propriam ſignificationẽ
1 horum verborũ Veſpere,& Mane, † quæ etiã in lingua hebræa (ipſo
Catharino atteſtante) non ſignificant niſi crepuſculum,& ſpatiũ illud tẽ-
poris

Digitized by Google

poris quod eſt finis diei,& principium noctis;vel finis noctis & principiũ diei,de qua re vidimus late ſupra c.20.num.13.& ſeqq.velimus tamen ſine propoſito ad improprias,& abuſiuas interpretationes confugere,accipien
2 do illa pro tota nocte,† & pro toto die;cum huiuſmodi improprietationibus, vti vix in maximis liceat neceſſitatibus.

Verum niſi reſpondeamus etiam argumentis,quæ pro ſua opinione Catharinus adducit, non videbimur in hac re nobiſmetipſis plene ſatisfeciſſe. Eius igitur argumenta ſunt quinque.

Primum eſt,quòd ſcriptura prius memorat veſperum quàm mane; quod ſi lux aut Sol fuiſset creatus in puncto Orientis, potius dicendum erat, per exortum lucis aut Solis fuiſse mane,quàm veſperum;& per occaſum fuiſse potius veſperum,quàm mane.

Secundum eſt, quòd nos ita obſeruamus, vt in computatione vnius diei naturalis prius noctem,& deinde diem conſtituamus,nam Sabbatho in veſpere iam cadente incipit dies Domini celebrari, vt ſignificetur tunc incipere diem Domini ſollemnem.

Tertium eſt,quia ob eamdem cauſsam fuit mãdatum in ſcripturis Leuit.23. vt feſtorum ſollemnitates a veſpere inciperent.

Quartum eſt, quòd hoc, magno non vacat myſterio,quoniam ſic in nobis fit,& ita fieri debemus intelligere.Ante quàm enim facie ad faciem noſtrũ verum Solem videre poſſimus,oportet prius præcedere vigilias veſpertinas, & ambulare quaſi in nocte per fidem,& ſic exſpectare perpetuam clariſſimi,atque ſplendidiſſimi feſti lucem, id eſt quando apparebit Chriſtus gloria & vita noſtra.

Quintum & poſtremum eſt,quòd hoc & traditione a veteribus eſt acceptũ.
3 Thales enim Mileſius† interrogatus,noxne diem,an dies noctem præceſſiſset reſpondiſse fertur,noctem præceſſiſse.

Ad primum reſpondetur, quòd intentio ſcripturæ fuit in illis verbis, Factumque eſt veſpere & mane dies vnus. oſtendere nobis completionem, & perfectionem vnius diei naturalis viginti quattuor horarum; quæ completio optime declaratur per terminum ad quem diei artificialis, & per terminum ad quem noctis.cum enim factum eſt veſperum, ſcimus diẽ artificialẽ tranſactum eſſe;& cum factum eſt mane,ſcimus noctẽ eſſe præteritã.Vnde ex hoc quòd dicitur,factum eſſe veſperum & factum eſſe mane, optime innoteſcit,diem totum naturalẽ eſſe cõpletum. Quare licet lux creata fuerit in puncto Orientis, non erat tamen dicendum, prius factum eſſe mane & deinde veſperũ,quia per huiuſmodi terminos a quibus, non declaraſſet ſcriptura completionem totius diei naturalis,cum poſt veſperũ reliqua ſit deinde tota nox;ſed bene per terminos ad quos,dictam completionẽ declarauit, vt ſupra diximus.Quòd ſi vim facias in eo,quòd prius nominatũ eſt veſperum quàm mane;& ex hoc videri noctem præcedere concludas tamquã digniorem:ad hoc reſpondet egregie S.Ambroſius,quem ſuperiori ca. citauimus,nu.23.neque opus eſt iterum eius hic verba recenſere.

Ad ſecundum reſpondetur,quòd nos in nouo teſtamento aliam inſiſtimus
4 viam.non enim in curſu naturaliũ dierum † ordinẽ ſequimur creationis,ſed potius recreationis;quoniam enim a tenebris peccatorum, in quibus naſcimur,tranſimus per Chriſti merita in lucem gratiæ, iccirco noctem diei præmittimus.At in creatione mundi alia eſt ratio.

Ad

10 Quæ omnia optime congruunt myſterio:† In decurſu enim dierum antiqui ſtatus, in quibus poſt diem nox ſequebatur, ſignificabatur ſtatus veteris Adæ, qui a luce gratiæ & paradiſi decidit in tenebras peccatorũ, & huius ſæculi. Nunc vero poſt Chriſti reſurrectionem cum ita decurrant dies, vt nox lucem præcedat, deſignatur nouus ſtatus noſtræ redemptionis, in quo a tenebris peccatorum procedimus ad lucem gratiæ per meritum paſſionis & reſurrectionis Chriſti. vt declarat S. Iſid. in lib. de natura rerum. cap. 1. & alij Doct. quos citabimus infra cap. ſeq. in princ.

DE DIERVM NATVRALIVM MVTATIONE, & de Dominicæ diei dignitate. Cap. XLV

1 *Dierum naturalium mutatio facta eſt in Chriſti reſurrectione; nam prius dies artificialis præcedebat noctem, & poſtea nox præcedit diem. Quamuis B. Aug. in Chriſti paſſione, & in die Paraſceues huiuſmodi mutationem factam exiſtimet. num. 2.*

3 *Dominica dies quemadmodum fuit prima dies antiqui ſtatus, ita fuit prima noui. Et tenet primatum in diebus omnibus. 4. 9. 14. 15. & 16. Et in ea primum gratia noui teſtamenti illuxit, num. 5. & 11. Et præcipua myſteria in ea facta ſunt, num. 10.*

6 *Paſcha interpretatur tranſitus, quaſi tunc tranſitus fiat de veteri vita in nouam.*

7 *Chriſtus ſua paſſione veterẽ hominẽ, & ſua reſurrectione nouum ſignificauit.*

8 *Reſurrectione Chriſti renouatio ſtatus noſtræ innocentiæ reddita eſt nobis. Et in ea tertium tempus incœpit, quod eſt ſub gratia, num. 12.*

13 *Sabbathum mutatum eſt in Dominicam.*

17 *Dierum naturalium mutatione, quæ facta eſt in reſurrectione Chriſti ſaluatur tempus trium dierum, & trium noctium ſepulturæ ſeu mortis Chriſti.*

1 DE hac autem dierum naturalium mutatione, † quæ in reſurrectione Chriſti facta eſt, non vnus tantum Doctor, aut vno dumtaxat in loco, ſed plures & in varijs locis meminerunt.

S. Auguſt. lib. 1. quæſt. euang. capitu. 7. & lib. 4. de Trinit. cap. 6. Venerabilis Beda in homil. ſuper illud Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi. & ibidem in comment. & in lib. de diuiſ. temporum, capitulo de die. in princ. & in fi. & in lib. de ratio. comp. cap. 3. & in lib. de tempor. cap. 2. & in lib. de Paſchæ celebratione, ſiue de æquinoctio vernali. & in lib. de temporum ratione, capit. 3. vbi Bridefertus Rameſienſis citat etiam Haymonem in eandem ſententiam. S. Anſel. ſuper dictis verbis Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi. Glo. ordin. ibidem & Matth. 12. ſuper illis verbis. Sicut enim fuit Ionas. &c. Magiſter hiſtor. ſcholaſt. in hiſtor. euang. capitulo 184. Magiſter ſentent. lib. 2. diſt. 13. Rupertus abbas Tuitien. libro 5. de diui. off. cap. 24. Amalar. in lib. de Ordine Antiph. cap. 70. ibi. Manifeſtum eſt a Chriſti reſurrectione haberi initium diei a nocte. (ſic enim

lego,non,ac noctis.)Glo.fi.in c.quod a patribus.diſt.75.Guill. Durant. in Ratio.lib.5.cap.9.num.2.& lib.6.cap.78.in fi.Alex.de Ales in 4.par.quæſt. 32.memb.3.ad 1.S.Bonauen.in 3.ſent.diſt.22.quæſt.3.ad 1.& ibidem Duran.quęſt.5.ad 3.S.Thom.in Catena,ſuper dictis verbis Matth.28. Veſpere autem Sabbathi.& in 4.ſenten.diſt.11.quæſt.2.art.2.q'la 3.ad 2.& in 3.par. quæſt.51.art.4.ad 1.& quæſt.53.art.2.ad 3.Raynerius in ſumma Pantheolog.tit.de deſcenſu Chriſti ad inferos.c.6. Gabr. Biel in ſerm. 2. in die Paſchę,& ſuper cano.lect.34.art.3.ad 1.Ludolphus de vita Chriſti par.2.c.68. Silue.in Roſa aurea,tract.2. ſuper euangelium Fer. 4. poſt Dominicam primam Quadrageſimę.Alber. Patauinus ſuper idem euang.ſerm.2. Calliſtus Placent.enarr.11.ſuper euangelia Quadrageſimę,ſuper illis verbis eiuſdem euangelij Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terrę.vbi citat in hoc etiam Origenem. Anton.de Bitonto in ſerm. Dominicali. 21. qui eſt de reſurrectione.S.Anton.in 1.par.chronic.tit.5.cap.7. in princ. Paulus Middelburgen.in 2.par.Paulinę,lib. 1. cap. 1. Thomas Diplouatacius in addit. ad Alex. Imolen. ſuper l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.& poſt.vbi ait,quòd hoc ſequuntur omnes Theologi,& quòd ſeruatur ſecundum horologia. Hi omnes, & alij etiam plures hanc dierum mutationem factam eſse expreſse aſſeruerunt.

2 Quamuis autem B.Auguſt.† & quidam alij videantur velle,quòd huiuſmodi mutatio facta fuerit in die Paraſceues,quando Chriſtus dominus paſſione ſua mundum redemit; cõmunior tamẽ ſententia eſt, &(vt ego arbitror) etiam verior,quòd facta intelligatur die Dominica,quando viuus ab inferis reſurgens morte nos deuicta liberauit.

3 Ad quod fac. quod quemadmodum dies Dominica fuit prima dies † antiqui ſtatus,in qua creatus eſt mundus,ita eadem dies Dominica debuit eſſe prima dies noui ſtatus,in qua innouatus eſt mundus.Cui conſonat hymnus,quem canit Eccleſia in Dominica ad Matut.qui B.Gregorio Papæ adſcribitur.

Primo dierum omnium,
Quo mundus extat conditus,
Vel quo reſurgens conditor
Nos morte victa liberat.

Et illud Sedulij lib. 4. Carminum.

Cœperat interea poſt triſtia Sabbatha felix
Irradiare dies,culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit primuſque videre
Promeruit naſci mundum,atque reſurgere Chriſtum.

Cui alludens B.Hierony.ſiue quiſquis alius ſit,in comment.ſuper Mar. cap. vlt.in prin.de Dominica die reſurrectionis loquens,ſic inquit.Poſt Sabbatha poſt triſtia felix irradiat dies,quę primatum † in diebus tenet,luce prima
4 in ea luceſcente,& Domino meo cum triũpho reſurgente, & dicente, Hæc eſt dies,quam fecit Dominus;exſultemus & lætemur in ea.

Facit etiam illud Pau.Rom.6. Quo modo Chriſtus ſurrexit a mortuis,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et eccleſia de illa Dominica die ſæpius concinit,& repetit illud præfati Pſal.117.Hæc dies, quam fecit Dominus;
5 exſultemus,& lætemur in ea. Ac ſi in ea primũ gratia noui † teſtamenti mundo illuxerit.Chriſtus enim,vt inquit ad Rom.Paulus cap.4.traditus eſt

pro-

propter delicta noſtra,& reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.
6 Vnde illa die vere nos Paſcha celebramus,quod interpretatur † tranſitus, quaſi tunc tranſitus fiat de veteri vita in nouam,vt no.B.Aug.in epiſ.119. ad Ianuarium,in prin.quæ habetur etiam inter opera B.Hieronymi,tom.9. epiſt.21.& B Iſid.lib.1.de eccl.off.cap.31.& Ruper.abbas Tuitien.libro 6. de diuin.off.cap.26.iuxta illud 1.Cor.5.quod in epiſt.Miſſæ illius Dominicæ Reſurrectionis canitur.Expurgate vetus fermentum, vt ſitis noua conſperſio.Chriſtus namque veterem hominem noſtrum paſſione, nouum au-
7 tem reſurrectione † ſignificauit.vt ait S.Auguſt.in epiſt.57.ad Dardanum,
8 circa fi.Et reſtauratio, † & renouatio ſtatus noſtræ innocentiæ in Chriſti reſurrectione reddita eſt nobis.vt inquit Amalar. in lib. de Ord. Antiph. cap.1.in princ.Et vt not.Couarr.lib.4.variar.reſol.cap.19.ſub num.6.Beneficium recreationis,quæ facta eſt a Chriſto per gratiam,abſolutum fuit die Dominico per eius reſurrectionem:Fuitque illa lux in ſtatu gratiæ prima, multo præſtantior illa,de qua tunc dictum eſt,Fiat lux.Cui conſentit etiam Hieron.Vielmus in opere de ſex diebus,lect.12.circa med. vbi aſſerit, diem
9 hunc Dominicũ eſſe † primum,nobiliſſimũ, & principẽ inter omnes dies. Pro quo fac.etiam optimus tex.in c.quod die,diſt.75.vbi S.Leo papa loquẽs
10 de Dominica die hæc dicit.Quæ tantis diuinarum diſpenſationum myſterijs conſecrata eſt,vt quidquid a Domino eſt inſigne conſtitutum,in huius diei dignitate ſit geſtum.In hac die mundus ſumpſit exordium; in hac per reſurrectionem & mors interitum,& vita accepit principium. Et conciliũ Foroiulienſe tempore Caroli,& Pipini celebratum,cap.13.ait,omnib.mandamus chriſtianis,cum charitate,& dilectione benedicere Deum Patrem, & laudare totis medullis cordis vnigenitum Dei filium, qui iſtam diem per glorioſam ſuam ſanctificauit reſurrectionẽ, & hymnũ dicere ſancto Spiritui,quòd cauſa benedixit per admirabilẽ ſuũ aduentũ,quando in igneis linguis ſuper beatos deſcendit Apoſtolos.Sed & omniũ pene dona chariſmatũ in eadem ſacratiſſima die creduntur in mundo collata. Nam in ipſa die Dominus poſt reſurrectionem in diſcipulis ſuis Spiritum ſanctũ ad remittenda peccata inſufflauit, quæ ipſa in deſerto Dominus de quinque panibus quinque millia hominũ pauit. in ipſa die manna pluit de cælis primum in eremo: & multæ aliæ ſpiritaliũ munificentia rerum in ipſa die ſunt manifeſtatæ, quas cunctis longum eſt per ordinem recenſeri.Et venerabilis Beda in libello de offi.ijs,cap.1.Apparet autem(inquit,de Dominico die loquẽs), hunc diem etiam in ſcripturis ſanctis eſſe ſollemnem. Ipſe eſt enim dies primus ſæculi,in ipſo formata ſunt elementa mundi, in ipſo creati ſunt angeli.In ipſo quoque a mortuis reſurrexit Dominus.In ipſo de cælis ſuper Apoſtolos deſcendit Spiritus ſanctus. Manna eodem die in eremo primum de cælo data eſt.Quę verba habet in Alcuin.in lib.de diuin.off.cap.de die ſancto Pentecoſtes.Et in lib.de diuiſionibus temporum,ca. de feria in fine.Idẽ venerabilis Beda addit ſupradictis,quòd in ipſo die Dominico manifeſtata Apo.1.10 ſunt myſteria Chriſti & eccleſiæ in Pathmos inſula ad Ioannem euangeliſtam.Et in epiſtola ſynodica,quæ inſcribitur, de ordinatione feriarum paſchalium per Theophilum epiſcopum Cæſareen. ac reliquorum epiſcoporũ ſynodum;quæ epiſtola poſita eſt inter opera Bedæ, Tom.2.in fi.ſex benedictiones diei Dominicæ deſcribuntur.Et inter nouem canones,qui Sextæ ſynodo adſcribuntur,cap.8.hæc de Dominico die habentur. Diei vero Do-

die ſancto Paſchę,qui ſermo etiam impreſſus eſt inter opera Beati Hieronymi,Tom.9.ſerm.34.de Reſurrectione Domini,ſic ait. Quomodo Maria virgo mater Domini inter omnes mulieres principatum tenet,ita inter ceteros
16 dies † hæc omnium dierũ mater eſt.Et paulo infra.Hęc eſt,in qua Synagoga finitur,& eccleſia naſcitur. Quę verba cũ plurimis alijs ad dignitatẽ diei Dominicæ pertinentibus refert Ludolphus,de vita Chriſti,par 2.cap.69. Hac autem dierum mutatione(ne quis putet,rem eſſe parui,aut nullius momenti)vſi ſunt plures ex ſupradictis Doct.quos in princ.huius cap. citaui-
17 mus,pro ſolutione illius† maximæ difficultatis, qua quæritur, quo modo Chriſtus iacuerit mortuus aut ſepultus tribus diebus, & tribus noctibus, prout ipſe prædixerat Matth.12.Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus;ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.Dicunt enim,quòd nox illa,quæ media fuit inter diem Dominicam ſequentem,& diem Sabbathi præcedentem,bis debet computari;ſemel ſcilicet tamquam nox Sabbathi pręcedentis,qui fuit vltimus dies antiqui ſtatus,in quo(vt diximus)nox diem ſequebatur in curſu naturaliũ dierum,& ſemel tamquam nox ſequentis Dominicæ,quæ fuit prima dies noui teſtamenti,vt proxime ex multis auctoritatibus probatum eſt,in quo e contrario ita decurrunt dies naturales,vt nox diem præcedat.Qua computatione admiſſa facile habetur numerus trium dierum & trium noctium ſepulturæ ſeu mortis Chriſti,eo tamen modo,quo a parte totum nominamus.Participauit enim in primis mors ſeu ſepultura Chriſti diẽ Paraſceues, nam Chriſtus exſpirauit hora nona,& ſepultus eſt duodecima : Et habuit totam noctem eiuſdem diei ſequentem:Habuit item integrum diem Sabbathi,& eiuſdem ſequentem noctem: Participauit vltimo diem Dominicum,nam Chriſtus mane ſurrexit in aurora:Et ſic ſunt tres dies,& duę noctes.Quòd ſi nox Sabbathi referatur etiam ad diem Dominicum, vt ſupra diximus,& bis computetur , habentur expreſſe tres dies & tres noctes ſepulturę,ſeu mortis Chriſti.

DE HORA RESVRRECTIONIS CHRISTI.
Cap. XLVI.

1 *Dierum trium, & noctium triũ numero aſſignato morti,ſeu ſepulturæ Chriſti per mutationem dierum naturalium,quæ facta eſt in eius reſurrectione,non nulla obſtant.*

2 *Reſurrexiſſe Chriſtum media nocte tenent non nulli ex Patribus. Sed communis ſententia eſt,quòd ſurrexerit in aurora, num.5. Et hanc tacite videtur probare Eccleſia,num.9. Atque ita fuerat prophetatum, & figuratum, nu. 12. Et probatur tex. Euangelij Mar.vlt. qui defenditur contra nõ nullos Patres aliter illum intelligentes,nu.16. Et contra Corn. Ianſenium , num.23. Quamuis non ſit ita certum & de fide,quòd ſurrexerit in aurora,ſicut quòd ſurrexit tertia die,nu.25.*

3 *Diluculum omne poſt ſextam noctis horam incipit,quando primum galli cannunt,ſecundum Euthymiũ.Immo & tunc proprie Sol oriri dicitur,ſecundũ*

Digitized by Google

eumdem,num.13.& 22.Sed hæc ſunt abſurda,num.14.

4 *Paſchæ in vigilia ieiunabant antiquitus populi, & vigilabant vſque ad mediam noctem.*

6 *Horæ,quibus Chriſtus manſit in morte, fuerunt quadraginta. Quibus vero manſit in ſepulcro fuerunt triginta ſex,nu.7.*

8 *Chriſtus manſit in ſepulcro duabus noctibus & vno die,quia lucem ſuæ ſimplæ mortis,quæ tantum in carne erat,tenebris duplæ noſtræ mortis,quæ in corpore erat,& anima oppoſuit,& vtramque noſtram curauit.*

10 *Laudes Matutinæ celebrantur in aurora in memoriam Dominicæ Reſurrectionis.*

11 *Oratio quadraginta horarum per totum fere orbem chriſtianum vſu recepta eſt.*

15 *Diluculum tempore reſurrectionis Chriſti in ciuitate Hieruſalem non incępit prius quam per horam & dimidiam fere ante ortum Solis.*

17 *Reſurrectionem Chriſti tertia die futuram erat prophetatum. Et ab ipſo Chriſto prædictum,num.18. Et ita factam fuiſſe ſcripturæ teſtantur, num.19. Atque ita etiam noſtræ ſaluti expediebat,nu.20.*

21 *Dominica dies ob id principaliter conſecrata eſt, quia in ea Chriſtus reſurrexit;non quia in ea primum poſt reſurrectionem apparuit.*

24 *Editio vulgata & vetus bibliorum ſola pro authentica habetur.*

26 *Armeni hæretici Chriſtum Sabbatho reſurrexiſſe dicunt.*

POſtea quàm incidimus in hunc difficilem ſcripturæ locum de trib. diebus, & tribus noctibus ſepulturæ, ſiue mortis Chriſti,qui habetur Matth.12.in illis verbis.Sic fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus,& tribus noctibus,ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus,& tribus noctib. placet mihi diutius in eo immorando inſpicere ſolutiones varias,quæ a Docto.ad hunc euellendum ſcrupum afferuntur,& aliquam expoſitionem diligenter inueſtigare,quę ſolide conſiſtere,& a contrarijs obiectionibus defendi poſſit. Vt ſi quid deinde præter alios in hoc digniſſimo labore nos etiam cõtulerimus,totum id principaliter quidem ad honorem Dei,& deinde in lectoris quoque gratiam atque vtilitatem cedat.

Primæ igitur expoſitioni, quam ſuperiori cap. tradidimus, fundatæ in ea
1 dierum naturalium mutatione,quæ in Chriſti reſurrectione †facta eſt,duo ſunt potiſſimum,quæ videntur mihi obſtare poſſe.

Vnum eſt,quòd ſecundum non nullos Chriſtus Dominus non mane in aurora,ſed media nocte ſurrexit.

Alterum eſt,quòd huiuſmodi expoſitio videtur potius myſtica,quàm litteralis. Quantum ad primum,quoniam hæc dubitatio de hora reſurrectionis Chriſti niſi recte diſcutiatur,poſſet etiam infra in alia eiuſdem difficultatis ſolutione,nobis eſſe impedimento,iccirco nunc examinanda eſt ad partes, vt ſemel veritate bene perſpecta,amplius nobis negotium non faceſſat. Idque eo libentius a nobis faciendum eſt,quod hæc tractatio de hora dominicæ reſurrectionis materiæ noſtræ principali,quæ eſt de tempore horarũ canonicarum,ita affinis eſt & cohærens(cum in horis canonicis recitandis potiſſimum reſurrectio dominica recolatur,quemadmodum vidimus ſupra

cap.15.

Digitized by Google

cap.15.nu.4.& c.16. nu.2. & rurſus in hoc eodem c.mox dicemus nu.10.)
vt in nihilo ab ea aliena cenſeri valeat. Videtur itaque (vt ad quæſtionem
ipſam deſcendamus) quòd Chriſtus dominus media nocte ſurrexerit, non
mane diluculo in aurora. Quod ſuadetur ex multis.

2 Primo, quia ita tenent non nulli ex Patribus † præſertim vero græcis. In-
ter quos vnus eſt B. Athanaſius in lib. de Virginitate, ſiue de Exercitatio-
ne, prope fi. cuius verba citauimus ſupra c.2.nu.3. alius eſt B. Greg. Nyſſe-
nus in orat.1.& 2. de Reſurrectione Domini. alius B. Cyrillus Alex. lib.12.
in Ioan. c.44. alius item B. Dionyſius Alex. in epiſt. ad Baſilidam presbyte-
rum, in qua de tempore, quo Chriſtus ex mortuis ſurrexit, deque hora, qua
paſchale ieiunium ſoluere fas ſit, breuiter diſputatur. & alius item Victor
Antioch. in c.16. Mar. Eamdem ſententiam videtur etiam ſecutus B. Hiero
nymus in epiſt.150. ad Edibiam, q.4. & S. Ambroſ. ſuper illud Lucæ.24.
Vna autem Sabbathi valde diluculo. & Ruper. abbas Tuitien. in multis lo-
cis. vt de diui. off. lib.1.c.8. lib.5.c.24. lib.7.c.16. lib.2. ſuper Exho.c.17.&
lib.11. in Ioan. ſuper illud c.13 Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus.
Eamdem poſtremo ſententiam tenet Theodorus Balſamon in ſextam Sy-
nodum generalem quæ eſt tertia Cõſtantinop. in Trullo, can.90. Niceph.
lib.1. hiſtor. eccleſ. c.31. & Euthym. ſuper Matth. c.28. ibi, Et ecce terræ-
motus factus eſt magnus. vbi dicit, quod omnes vnanimiter ſancti patres,
& Doctores, tempus reſurrectionis Chriſti fuiſſe dicunt circa primum gal
licinium, quod iam Dominici diei lucem præferebat. Et intelligit per di-
cta verba tempus proculdubio mediæ noctis. Quod apparet tum ex ijs,
quæ poſtea ſubiungit, tum ex ijs, quæ ſupra proxime dixerat ſuper illis
verbis; Veſpere autem Sabbathi. Ibi enim expreſſe ait, quòd omne dilu-
3 culum † poſt ſextam noctis horam incipit, quando primum galli canunt:
& quòd hoc tempus deſcriptum fuit ab Euangeliſta Matthæo, per illa ver
ba, Veſpere autem Sabbathi. &c.

Secundo, quia mos erat antiquitus populi chriſtiani, ꝙ in Vigilia Paſchæ
4 † oẽs vigilarent, & ieiunarent vſq; ad mediam noctẽ; & tunc, atq; in eo ar
ticulo temporis, vt inquit S. Greg. Nyſſe. in d. orat.2. de Reſurr. Dñi, finien
tes ieiunia incipiebant ſeſe oblectare, cõſuetudine, quæ apud oẽs obtinuo
rat, hanc rem cõprobante. quaſi ea hora Chriſtus dñs de ſepulcro reſurre-
xerit. Vñ Euthym. in loco ſupra citato poſtquam dixerat, ꝙ omnes ſancti
Patres & Doctores vnanimiter dicunt, tempus reſurrectionis Chriſti fuiſ-
ſe circa primum gallicinium, ſubiungit hæc verba. Ideo quoque poſt ſextã
noctis horam virtutis ſectatores ſoluto ieiunio lætitiam auſpicantur.

Tertio, quia Iudic.16. habetur de Samſone, qui Chriſti typũ gerebat, ꝙ cũ
introiſſet in vrbem Gazam, circumdederunt eum Philiſtijm inimici eius
poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus, vt ibi tota nocte cum ſilentio præſto-
lantes, facto mane exeuntem occiderent. Et ſubiungit Scriptura. Dormiuit
autem Samſon vſque ad medium noctis; & inde conſurgens apprehendit
ambas portę fores cũ poſtib. ſuis, & ſera; impoſitasq; humeris ſuis portauit
ad verticem mõtis, qui reſpicit Hebron. Quod factum reſurrectionis Chri-
ſti domini conuenire & per ſe patet, & S. Greg. papa optime explicat in ho
mil.21. ſuper euangelia, & Glo. ordin. & interlin. in d.c.16. Iudic.

Quarto & vltimo, quia Eccleſia in officio noctis Sabbathi ſancti, in bene-
dictione cerei paſchalis canit. Hæc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mor-

tis Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Et infra. O vere beata nox, quæ ſola meruit ſcire tempus & horam, in qua Chriſtus ab inferis reſurrexit. Et in oratione Miſſæ illius noctis. Deus qui hanc ſacratiſſimã noctem gloria dominicę reſurrectionis illuſtras. His tñ non obſtantibus alteram ego ſententiam ſequor, ꝙ nempe Chriſtus dominus non media nocte, ſed mane diluculo in aurora reſurrexerit. Moueorque ad ita tenendum, ex pluribus.

5 Primo, quia ita tenent Doct. noſtri Latini † communiter. B. Auguſt. lib. 4. de Trinit. c. 6. & in Dialogo ad Oroſium, q. 26. expreſſe, ait, quòd ab hora
6 mortis Chriſti vſque ad diluculum reſurrectionis horæ ſunt † quadraginta, vt etiam ipſa hora nona, in qua mortuus eſt connumeretur: A veſpere
7 autem ſepulturæ vſq; ad diluculum reſurrectionis triginta ſex† horæ ſunt, ſcilicet nox tota cum die toto, & nocte tota. Quod idem de quadraginta horis refert etiam Glo. ordin. 1. Machab. 3. ibi, Et elegit Lyſias Ptolemæum & Act. 1. ibi. Per dies quadraginta. Eadem item Glo. in multis locis aſſe-
8 rit, Chriſtum iacuiſſe in ſepulcro vno die artificiali, & duabus † noctibus; rationem ad hoc aſſignans, quia Chriſtus lucem ſuæ ſimplæ mortis, quæ tantum in carne erat, tenebris duplæ noſtræ mortis, quæ in corpore erat & anima, oppoſuit, & vtramque noſtram curauit. vt patet Luc. vlt. ibi, Recordamini, qualiter locutus eſt vobis. & Mar. vlt. ibi, Surgens autem Ieſus mane. & Rom. 6. ibi, Hoc ſcientes, quia vetus homo noſter. Quæ ratio, & quod dictum deſumptus eſt ex B. Auguſt. in ſerm. 181. de temp. qui eſt 1. in Vigilia Pẽtec. & in lib. 4. de Trinit. c. 3. & in d. q. 26. Dialogi ad Oroſium. & ex venerabili Beda ſuper illud idem Marc. vlt. & Luc. vlt. & ſuper illud Matth. 12. Sicut enim fuit Ionas. & in homil. fer. 4. poſt Domin. primã Quadrageſimæ. & in quæſtionibus ſuper Gen. in illis verbis. Et diuiſit lucem tenebris. & ex Alcui. in lib. de diui. off. c. de feria ſexta, quæ & Paraſceue. & ex S. Anſel. in illud idem Matth. 12. Sicut enim fuit Ionas.

Hanc eamdẽ ſententiam de hora reſurrectionis Chriſti tenent Doct. ſcholaſtici, eamdemque rationem aſſignant. Alex. de Ales in 3. par. quæſt. 20. memb. 3. art. 2. & 3. S. Tho. in 3. par. quæſt. 51. art. 4. & quæſt. 52. art. 4. & q. 53. art. 2. vbi in reſp. ad 3. dicit, quòd quando Chriſtus ſurrexit, iam Sol incipiebat aerem illuſtrare. & in 3. ſent. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. & in 4. ſenten. diſt. 43. q. 1. art. 3. qſa. 4. Ricard. de Media villa, in eod. 3. ſent. diſt. 22. art. 3. quæſt. 2. Durand. ibidem, quæſt. 5. & Nicolaus de Orbellis ibidem, quæſt. 3. qui etiam ait, quòd hæc eſt B. Auguſtini, & probabilior opinio, & quòd communiter tenetur, & quòd per eam melius ſaluatur, quòd Chriſtus per triduum manſerit in ſepulcro. Quod idem, hanc ſcilicet opinionem communiter teneri aſſerit etiam Nicol. de Lyr. Mar. vlt. ibi, Surgens autem Ieſus mane. & S. Anton. in 1. par. chronic. tit. 5. cap. 7. in princ. vbi addit in ſpecie, quòd ſurrexit Chriſtus hora decima. Hanc eamdem opinionem tenet Haymo Halberſt. in homil. feriæ 4. poſt primam Domin. Quadrag. ſuper dictis verbis Matth. 12. Sicut enim fuit Ionas. & in homil. feriæ 3. poſt Domin. Palmarum, ſuper illud Mar. 15. Et facta hora ſexta. Beda in homil. in Vigilia Paſchæ. ſuper illud Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi Guill. Durant. in Ratio. lib. 6. cap. 72. in princ. & lib. 7. cap. 35. nu. 10. Rayner. in ſumma Pantheol. tit. de Sepultura Chriſti. cap. 13. & tit. de Deſcenſu Chriſti ad inferos. cap. 6. & tit. de Reſurrectione Chriſti, cap. 2. Ioan. de Tur. crem. ſuper euang. in die Paſchæ, quæſt. 2. Gabr. Biel in dicto die Paſche ſerm. 2.

Clicthoue.

Clichtoue.eiuſdem diei ſerm.1.& lib.2.Elucid. eccleſ. ſuper benedictione cerei paſchalis in Sabbatho ſancto.nu.8. vbi ait, quod hęc ſentent ia ſacris litteris videtur eſſe conformior.Anton.de Bitonto ſerm.21.qui eſt de Reſurrectione.Couarr.lib.4.varia.reſol.cap.19.ſub num.9.Paulus de Palatio in Matth.cap.28.par.3.Calliſtus Placent.enarr.46.ſuper euang.Quadrag. in ſerm.de Reſurrectione Domini.vbi ait,quòd communis ſententia Sanctorum eſt, quòd Chriſtus ſurrexerit circa diluculum, videlicet in aurora; & quòd communis omnium opinio eſt, quòd eius anima manſerit in limbo horis quadraginta.

Hanc etiam ſententiã videtur poſtremo ſequi B.Hilarius in Matth.can.vlt. B.Cyrillus Hieroſolym.catecheſi.14.B.Ignatius in epiſt.2. ad Trallianos. B.Ambroſ.in pſal.45.ſuper illis verbis,Adiuuabit eam Deus mane diluculo.Euſeb.Cæſareen.lib.10.demonſtrat.euang.c.vltimo,exponens titulum pſal.21.qui eſt, pro aſſumptione matutina. & B. Proſper Aquitan.in lib. ſententiarum ex operibus B.Auguſtini excerptarum,c.203.ibi.Vigor fidei chriſtianæ tribus temporibus initiatur.veſpere,mane,& meridie.Veſpere enim Dominus in cruce,mane in reſurrectione, meridie in aſcenſione. Sufficiat iſtos retuliſſe,nam plures colligere vnicuique in promptu erit.

9 Secundo, quia hæc ſententia videtur ab Eccleſia † recepta. Quod patet ex tribus.

Primo,quia hymnum canit tempore paſchali,ad Laudes,qui hoc dicit.

Aurora lucis rutilat,
 Cęlum laudibus intonat,
 Mundus exſultans iubilat,
 Gemens infernus vlulat.
Cum Rex ille fortiſſimus,
 Mortis confractis viribus,
 Pede conculcans tartara
 Soluit a pęna miſeros.
Ille qui clauſus lapide,
 Cuſtoditur ſub milite,
 Triumphans pompa nobili
 Victor ſurgit de funere.

10 Secundo,quia celebrat in aurora Matutinas † Laudes in memoriã dominicæ reſurrectionis.vt poſt ſanctum Cyprianum in tract.de orat. domin. in fi.ibi,Nam & mane orandum eſt,vt reſurrectio Dñi matutina oratione celebretur.& poſt B.Hieronymum in comment.ſuper illud Mar. c.vlt. Et valde mane vna Sabbathorum.ibi,Vt tunc Laudes Chriſti tota caneret ſecundum exemplum harum ſeminarum eccleſia, quando genus humanum exemplo ſuæ reſurrectionis animauit,quando vitam pręſtitit,& lumẽ credulitatis infudit.ait S Iſid.lib.1. de eccleſ.off.c.23.Rabanus lib.2.de inſt. cleric.c.2 Hugo de S.Vict.lib.2.de eccleſ.off.c.10.Magiſter hiſtoriæ Scholaſt.in hiſtor.euang.c.135.Ioan.Beleth.in Ratio.cap 28 Guill.Durant.in Rationa.lib.5 c 4 in princ.& lib.6.c.78.nu.3.& alij quam plures.

11 Tertio,quia videmus per totum fere orbem chriſtianum † commẽdatam, & vſu iam receptam licet noſtro tempore fortaſſe inuentam, aut parum ante,orationem quadraginta horarũ,quæ morte domini noſtri Ieſu Chriſti conſecratæ ſunt.

Tertio

12 Tertio probatur eadem ſententia, quia hoc ita fuit prophetatum † in multis locis. Pſal. 29. Ad veſperum demorabitur fletus, & ad matutinum lętitia. Pſ. 56. Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara; exſurgam diluculo. Pſal. 58. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane miſericordiam tuam. Quæ omnia loca expoſitio tum B. Auguſtini, tum vtriuſque Gl. tam ordinariæ, quàm interlinearis, de reſurrectione Chriſti, quæ facta eſt mane diluculo, intelligit. Illud etiam Ionæ vlt. Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi. B. Auguſt. in Epiſt. 49. ad Deo gratias presbyterum, q. vlt. de Chriſto interpretatur, qui & vermis dicitur pſalm. 21. & eſt matutinus, quia diluculo reſurrexit. Et luctam, quæ in aurora facta eſt ab angelo cum Iacob. Gen. 32. reſurrectioni Chriſti applicat Euſeb. Emiſ. in hom. 8. de Paſcha. Alias etiam de hac re prophetias & figuras explicat Paulus de Palatio ſuper Matth. c. vlt. p. 3.

Quòd ſi quis cum Euthymio dicat, diluculum incipere in media nocte ſtatim poſt ſextam horam, & quod adhuc magis mireris, tunc propriè Solem
13 † oriri, licet nobis non dum appareat demoratus adhuc circa profundiſſimas, extremaſque Orientis partes. hæc profectò ſunt tam extorta, vt quod
14 ſentio aperte dicam & tam † abſurda, vt a quocunque iuſto interpete quà longiſſime abeſſe debeant. Laudo quidem intentionem Euthymij, qui laborauit, vt concordaret Euangeliſtas, ſed tamen eius expoſitionem probare non poſſum, nam cum velit nobis in media nocte Solem oriri & facere, & hoc etiam propriè, tentat quædam miracula, quæ vires eius nimium ſuperant & tranſcendunt. Modi autem concordandi Euangeliſtas non deſũt alij probabiliores tum a B. Auguſt. libr. 3. de conſen. Euang. c. 24. tum ab alijs deſcripti. Quòd ſi locus opportunus dabitur, nos etiam infra c. 88. dicemus aliquid in declarationem illorum verborum. Matth. 28. Veſpere autem Sabbathi. &c. Nunc vero quantum ad diluculum de quo agimus, dico ſimpliciter cum Paulo Middelburgen. in 2. part. Paulinæ libr. 1. capitul. 1. quòd tempore reſurrectionis Chriſti in ciuitate Hieruſalem di-
15 luculum † non prius incœpit, quàm per horam cum dimidia ferè ante ortum Solis.

16 Quarto, quia hoc probatur tex. expreſſo † Mar. vlt. Surgens autẽ Ieſus mane prima Sabbathi apparuit primo Mariç Magdalenæ. Verum nõ me latet, quòd illum tex. aliter exponunt Græci. Beatus enim Greg. Nyſſ. in orat. 2. reſurrect. Domini, Victor Antioch. Theophylactus, & Euthym. in comm ẽ. ſuper illum locum, contendunt, ita textum diſtinguendum eſſe. Surgens autem Ieſus. vt hoc loco ponatur pũctum. Mane prima Sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenç. Ita quòd illud mane, referatur non ad præcedentia ad Surgens: ſed ad ſequentia, ſcilicet ad verbum, apparuit. Et hãc expoſitionem ſecutus eſt B. Hieron. in epiſt. 150. ad Edibiam, q. 3. Hoc tamen nihil obſtante ego contrarium ſentio cum Glo. ordin. cum venerabili Beda in illum locum, & cum alijs expoſitoribus latinis, qui ex illo tex. colligunt, Chriſtũ mane ſurrexiſſe. Illa enim alia expoſitio & duriuſcula eſt, & tollit (vt optime aduertit Caiet. ibi, certitudinem primç apparitionis; nam ſi ſenſus ſit, q̃ mane prima Sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenæ, non excluditur per hoc, quin prius ante quam eſſet mane, apparuerit alteri. Præterea ego etiam aliud pondero ad illum tex. pro expoſitione Latinorum. quòd ſcilicet primaria intentio Euangeliſtæ debuit eſſe potius vt declararet nobis

quan-

Digitized by Google

quando Chriſtus dominus ſurrexit a mortuis, quàm quando primum alicui apparuerit. Hoc enim non erat adeo neceſſarium ſcire, ſed illud erat quam maxime neceſſarium ob tres cauſſas.
17 Primo, quia erat ita prophetatum † & figuratum, Chriſtum reſurrecturũ
tertia die, vt Oſee 6. Viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Ionæ 2. Et erat Ionas in ventre piſcis tribus diebus & tribus noctib. Et infra. Et dixit Dominus piſci, & euomuit Ionam in aridam.
8 Secũdo, quia id ipſe Chriſtus ſic futurũ † prędixerat in multis locis. Mtth.
12. & 16. Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei niſi ſignum Ionæ prophetæ. Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Rurſus Mtth. 16. Mar. 8. Luc. 9. & 24. Exinde cępit Ieſus oſtendere Diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Hieroſolymã, & multa pati a ſenioribus, & ſcribis, & principibus ſacerdotũ, & occidi, & tertia die reſurgere.
Item Mtth. 17. & Mar. 9. Filius hominis tradendus eſt in manus hominũ, & occident eum, & tertia die reſurget. Præterea Mtt. 20. Mar. 10. & Luc. 18. Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & ſcribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die reſurget. Poſtremo Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo
19 illud. Atq; ita eum tertia die reſurrexiſſe † teſtatur Beatus Petrus princeps
Apoſtolorum, Act. 10. & Beatus Paulus vas electionis, Eorumdem Act. 13. & 1. Cor. 15.
20 Tertio, quia noſtræ ſaluti & fidei † expediebat, vt neque ſtatim poſt mor-
tem Chriſtus reſurgeret, neque diutius poſt tres dies reſurrectionem differret, vt ſimul nobis appareret & vere mortuus, & qui ſpem certam noſtrę reſurrectionis tribueret. vt bene declarant Theologi in 3. ſent. diſtin. 21. & S. Tho. in locis ſupracitatis. Quare certitudo fidei noſtræ requirebat, vt ſciremus, quòd Chriſtus dominus tertia die, id eſt prima Sabbathi, quæ eſt dies Dominica, ſurrexit, magis quàm quòd illa die primo apparuit Mariæ Mag-
21 dalenę. Dies enim Dominica ex eo ſanctificata, & conſecrata † eſt, non
quia Dominus in ea apparuit, ſed principaliter quia in ea reſurrexit. Si enim poneremus per impoſſibile, quòd Chriſtus Sabbatho reſurrexiſſet, & deinde altera die primum apparuiſſet, Sabbathum vtique fuiſſet dies Dominica, & non prima Sabbathi.

Concludo itaque, quòd ſuauis, & recta intelligentia illorum verborũ, Surgens autem Ieſus mane prima Sabbathi, apparuit primo Marię Mgdalenę eſt declarare nobis, quòd Chriſtus Ieſus ſurrexit mane prima Sabbathi, & quòd apparuit primo Mariæ Magdalenę. Et videtur mihi, quòd aliter intelligere, ſit illum tex. eneruare, & auferre ab eo omnem decorem.

Sed inquit Theophyl. Surgens autem Ieſus. hoc loco punctum pone. Deinde dic, Mane prima Sabbathi apparuit primo Mariæ Magdalenę. Nõ enim ſurrexit mane. Quis enim vidit quando ſurrexit? Sed apparuit mane prima Sabbathi Mariæ Magdalene. Verum quodnam eſt hoc argumentũ, & quęnam eſt hæc Theophylacti interrogatio? Quis enim vidit, quando ſurrexit? Quaſi Euangeliſtæ non ſcripſerint, niſi quæ ipſi, aut alij oculis viderint. Quis vidit, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deũ, & Deus Ioan. 1.

erat

Digitized by Google

tempore matutino in prima Sabbathi,& non ante:quem tamen intellectū ipſi non probabant.Quare ſi id non ſequeretur ex illo tex.prout non ſequi aſſerit Ianſen.tacite illos redargutione dignos oſtendimus, tamquam qui græcanicæ linguæ peritiam & vim minime calluerint. Latini vero cum habeant verbum Surgens. quod manifeſtum generat ſenſum reſurrectionis præſentis,non præteritæ, haudquaquam patientur, ſibi illud e manibus extorqueri,pro verbo Reſuſcitatus, ſiue Poſtquam ſurrexiſſet. præſertim
24 cum a Conc. Trident.in ſeſſ.4.doceamur,ſolam veterem & vulgatam† editionem pro auctentica haberi.

Hæc autem non eo dixerim,ac ſi velim contendere, Chriſtum reſurrexiſſe
mane in aurora longe poſt mediam noctem,eſſe tam certum quàm certum
25 eſt, & de fide † quod tertia die ſurrexerit;& quod proinde error ſit,con-
trarium opinari. abſit hoc a me; ſcio enim de die tertia clara eſſe ſacrarum
26 ſcripturarum teſtimonia,vt proinde Armeni † qui Chriſtum die Sabbathi
reſurrexiſſe aſſerunt,manifeſtiſſime de hæreſi conuincantur. vt inquit Alphon. de Caſt.aduerſus hæreſes.ver.Reſurrectio.hæreſi 4.& Gabriel Prateolus,ver.Armeni.num.22. At de hora reſurrectionis ſcio nullam in hac re fuiſſe ab eccleſia factam determinationem; & ſcio B. Hieronymum in ſupra allegata epiſt.150. quæſt. 6. dicere, quod Dominus reſurrexit hora qua ipſe voluit,& quæ nulli mortalium cognita eſt.Sed tamen ſuadere rationibus nitor id quod mihi longe probabilius videtur.

Quinto,& poſtremo,quia niſi dicamus, Chriſtum ſurrexiſſe mane in aurora, in principio diei artificialis,vix bene ſaluari poteſt,quod ipſe prædixerat Matth.12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus,ita erit filius hominis in corde terrę tribus diebus,& tribus noctibus. De quo tamen latius infra videbimus.

DE HORA RESVRRECTIONIS CHRISTI.

Cap. XLVII.

1 *Galli cãtus duplex eſt in nocte.Vnus poſt ſextam horam,Alter qui celebrior eſt,& ſimpliciter gallicinium appellatur,in quarta & vltima vigilia,nu.3. Idque probatur multis auctoritatibus, nu.5. & 7.*

2 *Eucharistia ſumi non poteſt ab eo,qui poſt gallicantum, aut poſt mediam noctem bibit.*

4 *Proceſſus noctis,id eſt finis,& poſtrema pars noctis.*

6 *Surrexiſſe Chriſtum a mortuis in gallicinio communiter dicitur,ſed intelligitur de ſecundo gallicinio,quod eſt aurora,non de primo, quod eſt in media nocte.*

8 *Paſchæ in Vigilia multi differebant ieiunium vſque ad quartam vigiliam noctis.Multi vſque ad mediam noctem,nu.9.& 13.*

10 *Sabbatho ieiunare quædam Eccleſiæ ſolebant,vt Romana,& non nullæ Occidentis.Quædam non ieiunare,vt totius fere Orientis,nu.11.Sed in Sabbatho ſancto omnes pariter ieiunabant,nu.12.*

14 *Dies feſtus incipit a media nocte quantum ad ieiunia, & communem populorum morem, præſertim in ceſſando ab operibus ſeruilibus. Licet quantum ad celebritatem officij incipiat a veſpera. num. 15.*

16 *Quadrageſimale ieiunium non niſi in Dominica die Reſurrectionis ſoluendum eſt.*

17 *Chriſtum media nocte venturum ad iudicium traditio eſt.*

18 *Figura nulla ita ſimilis eſt veritati, quin ſit ex aliqua ſui parte diſſimilis.*

19 *Media nox dici poteſt etiam in aurora & in crepuſculo. Sicut dicimus quandoque media vita, medio die, medio mari, nõ diuidendo in duas partes æquales vitam, diem, mare. num. 21.*

20 *Diluculum & crepuſculum dici poteſt & dies & nox, propter conuenientiam, quam cum vtroque habet. Et quia in medio exiſtens vtrumque participat. num. 22.*

NVnc reſpondendum eſt argumentis pro contraria opinione ſuperiori cap. adductis.

Ad primum reſpondetur, quòd nos dimiſſis quibuſdam ex græcis Patribus, tenemus communiſſimam Latinorum ſententiam, cui etiam Eccleſia multum fauet.

Quod vero inquit Euthymius. omnes, vnanimiter ſanctos Patres, & Doct. Chriſti reſurrectionem fuiſſe aſſerere in gallicinio, quod iam Dominici diei lucem præferebat, bene poſſet ſuſtineri, & pro noſtra faceret potius opinione, quàm contraria; niſi ipſe interpretaretur tempus illud intelligi de primo gallicinio ſtatim poſt ſextam noctis horam: Quam interpretationem non de vnanimi ſanctorum Patrum & Doctorum cõſenſu, ſed de ſuo
1 proprio addidiſſe, facile conijcio.† Eſt enim aduertendum, quod galli cantus duplex eſſe in nocte intelligitur, Vnus ſtatim poſt ſextam horam, de quo loquitur Euthymius, & S. Iſid. lib. 5. Etymol. cap. 30. ibi, Dies inchoat ſecundum Romanos a media nocte: Vnde & tunc gallicinium eſt, quorum vox diei oſtenditur præconium, quando & meſonyctius afflatus fit. Et de quo loquitur Vincentius in Speculo naturali lib. 15. cap. 75. Et videtur loqui conc. Saleguſtadienſe, cap. 4. dum dicit, decretum fuiſſe, vt presbyter
2 aliquis poſt gallicantum † bibens, proximo die Miſſam non celebret. nam poſt mediam noctem abſtinere debet a potu, qui mane ſequẽti ſũpturus eſt ſanctiſſimum euchariſtiæ ſacramentum. vt not. S. Thom. in 3. par. quæſt. 80. art. 8. ad 5. & Catechiſmus Romanus in tract. de Euchariſtiæ ſacramento, vbi agitur de vſu, & modo ſumendi ſacramenti in fi. & habetur in Rubricis Miſſalis Romani, in Ritu ſeruando in celebratione Miſſarum. tit. de
3 Defectibus diſpoſitionis corporis. Alter † galli cantus, qui celebrior eſt, & magis proprie, & ſimpliciter appellatur gallicinium intelligitur eſſe non poſt ſextam noctis horam, ſed poſt decimam in quarta & vltima vigilia. Ita enim colligitur ex Virgil. in princ. Moreti, cum ait.

Iam nox hibernas bis quinque peregerat horas,
Excubitorque diem cantu prædixerat ales.

Et ex Martiali, lib. vlt. epig. vlt.

Surgite iam, vendit pueris ientacula piſtor,
Criſtatæque ſonant vndique lucis aues.

Ita

Et clarius ex Plin.lib.10.natur.hiſtor.capit.21. vbi de gallis gallinaceis loquẽs,Cum Sole,inquit,eunt cubitum,quartaque caſtrenſi vigilia ad curas, laboremque reuocant:nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere,diemq; veniẽtem nunciant cantu.Beatus item Ambroſ.libro 5.Hexæme. capit.24. idem ſignificat,dum de eodem gallo ſimiliter loquens,Proceſſum (ait)no-
4 ctis canora ſignificatione proteſtans.proceſſum † noctis,ideſt finem,& poſtremam partem noctis.vt ſupra iterum,cap.5.nume.21.alia data occaſione expoſuimus. Et poſtremo videtur eſſe auctoritas Saluatoris expreſſa Mar, 13.dum ait. Neſcitis enim,quando Dominus domus veniat,ſero,an media nocte,an galli cantu,an mane.In quibus verbis clare oſtenditur, tẽpus me-
5 diæ noctis a gallicinij tempore diuerſum eſſe.Et quòd duplex ſit† galli cantus,vt ſupra expoſuimus,innuit Iuuenalis Satyra 9.dum dicit,

Quod tamen ad cantum galli facit ille ſecundi,
Proximus ante diem caupo ſciet.

per cantum galli ſecundi intelligens ſecundum galli cantum.Et clarius Ruper.abbas Tuitienſis lib.1.de diuin.off.cap.10.vbi ait, quòd profunda nocte gallus rariores atque productiores cantus edere ſolet; vicina vero die crebriores atque citatiores.

Et Calliſtus Placent. enarr.45. ſuper euangelia Quadrag. in illud Mar.14. Hodie in nocte hac.&c.ait,naturale eſſe gallo,media nocte,& mane,meridie item,& ſero cantare.Huius etiam duplicis galli cantus nocturni videtur fieri mentio in hymnis,qui in officio diuino recitantur,dum in eis quandoque dicitur gallus noctis profundæ peruigil a nocte noctem ſegregare, id eſt priorem noctis partem a poſteriore ſuo cantu dirimere, ac diſpertire: quandoque vero diei nuncius appellatur lucem præcinere propinquam. vt in hymno Dominicæ,ad Laudes,qui B.Ambroſio adſcribitur,teſtante id S. Auguſtino lib.1.Retract.c.21.

Præco diei iam ſonat
Noctis profundæ peruigil,
Nocturna lux viantibus.
A nocte noctem ſegregans.

Et in hymno Feriæ 3.ad Laudes,qui eſt Prudentij 1.Cathemer.

Ales diei nuncius
Lucem propinquam præcinit.

Quare ex his concludendum eſt,dato,quòd communiter teneatur,Chriſtũ dominum ſurrexiſſe a mortuis in gallicinio.vt inquit Euthymius, & iuxta id quod ait Prudentius in eod.hymno 1.Cathemer.

Inde eſt, quòd omnes credimus,
Illo quietis tempore,
Quo gallus exſultans canit,
Chriſtum rediſſe ex inferis.
Tunc mortis oppreſſus vigor,
Tunc lex ſubacta eſt tartari,
Tunc vis diei fortior
Noctem coegit cedere.

6 Id tñ intelligi debet † non de primo galli cantu,qui media nocte fit, ſed de ſecundo,qui fit in aurora,& qui magis proprie, & ſimpliciter gallicinium appellatur.

Hæc

Hæc autem quæ de duplici dicimus gallicinio,bene notanda ſunt pro alio
7 etiam ſacræ ſcripturę † loco alioquin ſatis difficili.Nam Matth.26.dicitur,
In hac nocte,ante quam gallus cantet,ter me negabis. Et Mar.14 In hac
nocte prius quàm gallus vocem bis dederit,ter me es negaturus. Quæ lo-
ca optime conciliantur,ſi dicamus, Matthæum locutum fuiſſe de eo galli
cantu,qui ſecūdus eſt,& ſimpliciter gallicinium dicitur. Marcum vero ac-
curatius rem deſcribentem tamquam ab ipſo Petro edoctum,vtriuſq; gal-
li cantus ſpecifice meminiſſe,ita quòd illud bis, non ſimpliciter ſignificet
duplicatum ſonū,ſed duas diuerſas vices,& duo diuerſa tempora,in quib.
gallus cantare ſolet.Nam in vna & eadem vice ter & quater,& ſæpius gal
lus cantare conſueuit.vt ait B.Chryſoſt.homil.86. in Matth. ſuper illud c.
26.Petrus vero ſedebat foris in atrio. & Victor Antioch.in illud Mar.14.
Et ſtatim gallus iterum cantauit.Quam rem, & declarandi modum egre-
gie explicaſſe comperi,paucis licet allegatis, Cornel. Ianſenium in com-
mentar. concor. euang. capit.133. ſuper illis verbis, Omnes vos ſcanda-
lum patiemini.&c.

Ad ſecundum reſpondetur in primis, quòd quamuis multi in Vigilijs Pa-
ſchæ ſtatim poſt mediam noctem ieiunium ſoluerent, multi tamen vſque
8 ad quartam vigiliam ieiunabant. & hos melius facere ſcribit S.Dionyſ.
Alex.in epiſt.ad Baſilidam presbyterum,de dominicæ reſurrectionis tem-
pore,& de hora,qua paſchale ieiunium ſoluere fas ſit. quę epiſt. impreſſa
eſt vna cum Nomocanone Photij,vna cum comment. Victoris Antioch.in
Mar.& Titi Boſtren.in Luc.

Deinde reſpondetur, quod conceſſo illo vigilandi ritu vſque ad mediam
9 † noctem,de quo nos etiam ſupra meminimus cap.29.num.5.negamus ta-
men,cauſſam illius eam eſſe,quia putarent, Chriſtum media nocte ſurre-
xiſſe;ſed ad id duas nos aſſignamus rationes,vnam ex B.Auguſt. alteram
ex B.Hieron.deſumptas.

Prima eſt,quòd cū in reliquis totius anni Sabbathis varia eſſet conſuetu-
do eccleſiarum;quibuſdam ieiunantibus,vt Romana, & non nullis Occi-
10 dentis.† vt patet in c.Sabbatho.de conſ.diſt.3. & in concilio Eliber. c.26.
11 quibuſdam vero non ieiunantibus,vt totius fere Orientis † eccleſijs.vt pa
tet in can.66.Apoſt.& in epiſt.5.B.Ignatij,ad Philippenſes,in fi.In eo ta-
men anniuerſario die Sabbathi,qđ eſt ante Dominicam reſurrectionis om
12 nes eccleſiæ † pariter ieiunabant.vt patet in d.can 66.Apoſtol.& epiſt.5.
conſt.apoſtol.B.Clementis papæ,c.16.& lib.7.c.24.& in epiſt.19.B.Augu
ſtini ad B.Hieron.circa med.quæ eadem habetur etiam inter epiſtolas B.
Hieron.epiſt.97.incipiente,Iampridem caritati tuæ. Et ita quidem in eo
13 die omnes ieiunabant,vt ieiunium vſque ad medium † noctis differrent:
vt hoc prolixiore ieiunio & aliquid ſpecialius agerent, & dolorem qui in
cordibus Diſcipulorum Chriſti illo die fuerat,plenius indicarent. Hæc ex
B.Aug.in epiſt.86.ad Caſulanum,in fi.De qua re videndus eſt Couarr.lib.
4.varia.reſol.c.20.nu.5.& ſeq.vbi multas ad hoc auctoritates congerit.

Cui rationi etiam illud addo, quod cum dies feſtus alicuius ſollemnitatis
14 incipiat † a media nocte,& vſque ad aliam mediam noctem protendatur
quantum ad ieiunia,& quantum ad vſum,& communem populorum mo-
rem,in ceſſando præſertim ab operibus ſeruilibus,vt not.idem Couarr.in
d.lib.4.c.19.nu.9.in fi.& Glo.in c.1.de conſ.diſt.3.licet quantum ad cele-

britatem

15 britatem † officij incipere dicatur in principio noctis,vt annotauimus ſu-
pra cap.43.in princ.quid mirum,ſi poſt mediam noctem in vigilijs Paſchæ
populi chriſtiani præſumpta lætitia ſeſe in cibis oblectabant, cum in eo
temporis articulo incipere intelligeretur dies feſtus paſchalis? Paſchale
16 enim,ſeu Quadrageſimale ieiunium † non niſi in Dominica reſurrectio-
nis die ſoluendum eſſe cuncti ſciebant.vt colligitur ex Euſeb. Cæſar. lib.
5.hiſt.eccl.cap.22.Et B.Clemens Rom.libro 5.conſt.apoſt.cap.16.deſine-
re ait tale ieiuniū in ſeptima die in gallicantu. Et B.Epiphan.lib.3.contra
hæreſes,in fi.loquens de vario ritu, qui in hebdomada ſancta obſeruaba-
tur, ad hoc propoſitum ita inquit. In alijs rurſus locis non fit cultus di-
uinus diſpenſationis myſterij, niſi ſolum illuceſcente Dominica, quando
ipſos dimittit circa gallicinium in Reſurrectionis die ac feſtiuitate, magna
illa Paſchatis dies, velut ſtatutum eſt. Quare ſiue Chriſtus dominus ſta-
tim poſt mediam noctem, ſiue in aurora, ſiue in alio noctis Dominicæ
diei articulo reſurrexerit, totam tamen diem illam naturalem a media
in mediam noctem,quantum ad ciborum lætitiam,celebrem nobis,& ſol-
lemnem reddidit.

Altera illius antiquæ obſeruationis ratio eſt,quam affert S Hieron.Matth.
25.ibi,Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite ob-
uiam ei. Cuius verba hæc ſunt. Traditio Iudæorum eſt, Chriſtum media
17 nocte † venturum in ſimilitudinem Aegyptij temporis, quando Paſcha
celebratum eſt,& exterminator venit,& Dominus ſuper tabernacula tran-
ſijt,& ſanguine agni poſtes noſtrarum frontium conſecrati ſunt: Vnde
reor, & traditionem apoſtolicam permanſiſſe, vt in die Vigiliarum Pa-
ſchæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat exſpectātes ad-
uentum Chriſti; & poſtquam illud tempus tranſierit ſecuritate præſum-
pta feſtum cunctos agere diem: Vnde & Pſalmiſta dicebat, Media nocte
ſurgebam ad confitendum tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Cuius ra-
tionis meminit ēt Lactant.Firmianus lib.7.diuinarum inſt.c.19.vbi de ea-
dem nocte loquens ita inquit.Hæc eſt nox,quę nobis propter aduentū re-
gis ac Dei noſtri peruigilio celebratur.Cuius noctis duplex ratio eſt, ꝙ in
ea & vitam tum recepit cum paſſus eſt; & poſtea orbis terræ regnum rece-
pturus eſt.Hic eſt.n.liberator,& iudex,& vltor,& rex,& Deus,quem nos
Chriſtum vocamus.In quibus verbis non video (vt hoc obiter notem) cur
dixerit eum maxime errare in ſecunda ratione, Did.Couarr.lib.4. varia.
reſol.capit.19. num.10. Nam intelligi poteſt de aduentu Chriſti ad iudi-
cium,quemadmodum intellexit S.Iſid.lib 6.Etymol.c.17.vbi de Paſcha lo
quens conformiter ijs quæ dicuntur a Firmiano, ita ait. Cuius nox ideo
peruigil ducitur propter aduentum regis ac domini noſtri, vt tempus re-
ſurrectionis eius nos non dormientes,ſed vigilantes inueniat:cuius noctis
duplex ratio eſt,ſiue ꝙ in eadem tunc vitam recepit cum paſſus eſt, ſiue
ꝙ poſtea eadem hora, qua reſurrexit, ad iudicandum venturus eſt Hæc
S.Iſid.Non ignoro tñ, Doctores Scholaſticos magis cōiter opinari Chri-
ſtum non media nocte,ſed ſub crepuſculum matutinum venturum eſſe ad
iudicium,& reſurrectionē hominū futurā,Sole exiſtente in Oriēte & Lu
na in Occidēte; tū quia in tali diſpoſitione Sol & Luna creduntur creati,
& cōdecet,vt quib.pūctis moueri cęperunt,in illis quieſcant;tū ēt quia in
tali hora Chriſtus dr̄ reſurrexiſſe a mortuis.vt patet ꝑ Theologos in 4.sēt.

Q dist.

diſt.43.& ibi S.Tho.quæſt.1.art.3.q̃la 4. Riccar. de Media villa quæſtio-
ne 6.artic.2.Scot.quæſt.5.artic.3. Dominic. de Sot. quæſtione 2. artic.3.
concluſione ſecunda,Ioſeph. Angles in floribus ſuper quartum ſentent.
par.ſecunda quæſtione de reſurrectione artic.3.difficult.tertia.Quamquã
Caſſiod.ſuper pſal.118.ad illa verba, Media nocte ſurgebam ad confiten-
dum tibi,inquit, Sponſum media nocte eſſe venturum, qua etiam tempe-
ſtate primogenita Aegyptiorum fuerunt percuſſa; Petrique & Pauli, &
Silæ in carcere poſitorum vincula reſoluta.
Quòd autem vigiliæ illæ populorum nihil demum præiudicent horæ re-
ſurrectionis Chriſti,manifeſtat B.Auguſt.in ſerm.ad populum, in Vigilijs
Paſchæ,citato ab Amalar.lib.1. de eccleſ.off.capit.16.vbi S.Auguſt.ita ait.
Cui reſurgenti paulo diutius vigilando concinimus,præſtabit,vt cum illo
ſine fine viuendo regnemus. Sed & ſi forte his horis,quibus nos ducimus
iſtam vigiliam,illius adhuc corpus in ſepulcro erat, nondumque reſurre-
xerat; nec ſic vigilando ſumus incongrui,quia ille dormiuit, vt vigilemus,
qui eſt mortuus,vt viueremus.
Ad tertium reſpondetur dupliciter. Primo ſecundum S.Bonauent. in 3.
ſentent.diſtinct.22.quæſtione tertia,ad primum,quòd non oportet,quòd
18 veritas in omnibus reſpondeat figuræ, quia nulla figura † eſt ita ſimilis
veritati, quin ſit ex aliqua ſui parte diſſimilis. Vnde licet Scriptura di-
cat,quòd dormiuit Samſon vſque ad medium noctis,non eſt tamen neceſ-
ſarium,quòd Chriſtus vſque ad medium noctis dumtaxat fuerit in ſepul-
cro: Alioquin oportuiſſet etiam, quòd ſicut Samſon præcedenti die in-
greſſus eſt Gazam,ita Chriſtus præcedenti die,hoc eſt Sabbatho ingreſſus
eſſet ſepulcrum. Et hanc ſolutionem ſequitur etiam Clicthoueus in ſerm.
1.in die Paſchæ,& in 2.lib.Elucid.eccl.ſuper Benedictione cerei paſchalis
in Sabbatho ſancto.nu.8.
Secundo reſpondetur ſecundum S.Tho.in 3.par.quæſt.51.art.4.ad 2.quòd
cũ Chriſtus dominus in diluculo, & in aurora reſurrexerit,in qua aliquid
lucis apparet,& adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis, ratio-
19 ne illarum tenebrarum dici poteſt,Chriſtum media nocte † ſurrexiſſe; nõ
quidem diuiſa nocte in duas partes æquales,ſed infra ipſam noctem.Illud
enim diluculum & crepuſculum matutinum dici ſimul & pars noctis &
20 pars diei † poteſt propter conuenientiam quam cum vtroq; habet. vt de-
clarauimus ſupra c.6.nu.26.Et hanc ſolutionem ſequitur ibidem Caiet.in-
21 quiens,quòd ſicut dicimus, media vita † in morte ſumus, & non propte-
rea limitamus nos quaſi diuidamus vitam in duas partes æquales: & ſimi-
liter geſta incluſo die dicimus facta medio die; & ſubmerſos in mari dici-
mus in medio mari ſubmerſos non diuidendo mare in duas partes æqua-
les;ita reſurrectionem in quacumque parte noctis factam, dicimus media
nocte factam abſque diuiſione noctis in duas partes æquales.
Eſt autem ad vnum hic aduertendum, quantum ad B. Greg. papam atti-
net,quod etiam ſubtiliter annotauit Cornel. Ianſen.in capit.145. concor.
euang.in princ.quòd ipſe B.Greg. non dicit in applicatione figuræ Sam-
ſonis ad reſurrectionem Chriſti,quòd Chriſtus media nocte ſurrexit,quē-
admodum S.Tho.refert,& Rayner.in Pantheolog.tit. de Sepultura Chri
ſti,cap.13.ſed ait tantum,quòd ante lucem ſurrexit. Hæc enim ſunt verba
ipſius in homil.21.ſuper euang.Samſon vero media nocte non ſolum exijt,
ſed

ſed etiam portas tulit, quia videlicet Redemptor noſter ante lucem reſurgens non ſolum liber de inferno exijt, ſed & ipſa etiam inferni clauſtra deſtruxit. Quib. in verbis bene ponderādus eſt ipſius loquēdi modus, in quo oſtendit, ſe huius potius fuiſſe ſententiæ, quòd Chriſtus mane in aurora, quàm quod media nocte ſurrexerit. Nam ſi ſecundum ipſum media nocte ſurrexiſſet, vbi dixit, ante lucem, facile repetijſſet, media nocte, vt maiorem conuenientiam figuræ ad figuratum demonſtraret. Cum ergo dixerit, ante lucem, indicauit, ſe caute voluiſſe gloſſare, vt quod Scriptura dicit de Samſone circa medium noctis, intelligatur in Chriſto ante lucem. Quam eius interpretationem in Glo. ordin. & interlineari Iudic. 16. tranſumptam habemus. Intelligitur autem, ante lucem Chriſtum reſurrexiſſe, non ante quamcumque diei lucem, ſed ante lucem illam diei claram, quæ fit per manifeſtum corporis Solaris ortum. vt exponit Alex. de Ales in 3. par. quæſt. 20. membr. vlt. art. vlt. & alij Theologi in 22. diſtin. tertij ſent.

Hac vero interpretatione mediȩ noctis, quam ex B. Tho. & Caiet. didicimus, ſi non B. Gregorium papam, qui ea non indiget, aliquos tamen ex Patribus præſertim græcis, quos pro contraria parte ſuperiori c. citauimus, in princ. ad bonum ſenſum trahere poterimus, ita vt nihil noſtræ ſententiæ obſint, ſed potius nobiſcum vna, hac in re ſentire videantur.

Ad quartum & vltimum reſpondetur, ꝙ illud ſpatium temporis quod eſt a principio aurorȩ vſque ad manifeſtum Solis ortum, poteſt appellari dies, &
22 poteſt appellari ꝑ nox. vt proxime diximus, quia in medio exiſtens vtrumque participat. & ita inquit S. Tho. in 3. par. d. q. 51. & q. 83. art. 2. ad 4. & Doct. Scholaſtici in 3. ſent. diſt. 22. & Ioan. de Turr. crem. in quæſtionibus ſuper euangelia, In die Reſurrectionis Domini, q. 2. in fi.

DE TRIDVO SEPVLTVRAE, SEV MORTIS Chriſti. Cap. XLVIII.

1 *Dierum & noctium trium ſepulturæ ſeu mortis Chriſti per mutationem dierum naturalium factam in nocte reſurrectionis, aſſignata ſolutio vi detur potius myſtica, quàm litteralis. Minus tamen mala eſt, quàm communis. num. 2. & 11.*

3 *Synecdoche qua a parte totum ſignificamus, vſitatiſſima eſt in Scriptura. Non tamen ſufficit, vt maior pars totius verificetur, ſed requiritur, vt totum quod exprimitur, in aliqua ſui parte verificetur. nu. 8.*

4 *Tempus ſeparatim, & diſtincte expreſſum, ſeparatim & diſtincte verificandum eſt ſecundum aliquam ſui partem. & num. 9.*

5 *Horis ſeptuaginta duabus manſiſſe Chriſtum in ſepulcro dici non poteſt. Quamuis non nulli id dixerint. num. 6. Qui tamen ad bonum ſenſum trahuntur. num. 7.*

10 *Tempus expreſſum intelligi poteſt vel completum vel inchoatum.*

12 *Dies ſepulturæ ſeu mortis Chriſti a nocte ſumunt initium. Dies vero creationis mundi, a luce. num. 13.*

Q 2 Expe-

EXpedito nunc primo, quod videbatur obſtare illi expoſitioni, quę per mutationem dierum naturalium factam in nocte reſurrectionis dominicæ numerum aſſignat trium dierum & trium noctium ſepulturæ, ſeu mortis Chriſti, reliqua circa eamdem difficultatem proſequenda ſunt. Alterum itaque, quod eidem expoſitioni obſtat, & quod videtur eſſe multo adhuc fortius, & maioris ponderis, quàm primum, eſt, quòd illa expoſi-
1 tio † videtur potius myſtica, quàm litteralis; nam licet nos ita cenſeamus, ꝙ facta ſit mutatio dierum naturalium propter myſterium, & ſignificationem, vere tamen in re, nulla eſt facta mutatio in ipſo curſu dierum & noctium. Sed fortaſſe reſponderi poteſt, quòd cum Chriſtus Ieſus eſſet dominus temporum, & ſignificationum illorum, & omnia ſimul in mente haberet; quando illa verba protulit Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. hanc dierum mutationem licet myſticam principaliter attendit, & eam voluit inſinuare.
2 Quidquid tamen ſit, mihi minus diſplicet hæc † expoſitio, (vt quod ſentio, aperte fatear) quàm expoſitio communis, quam deſumptam ex B. Auguſtino paſſim ſequuntur omnes Doct. Theologi Sanctus enim Auguſt. in lib. 3. de conſ. euang. cap. 24. & lib. 4. de Trinit. cap. 6. & lib. 1. quæſt. euang. cap. 7. & lib. 3. de doctr. chriſt. cap. 35. & epiſt. 49. ad Deogratias presbyterum, quæſt. vltima, & poſt ipſum S. Thomas in 3. par. quæſt. 51. art. 4. ad 1. & opuſc. 3. tract. 2. cap. 52. & opuſc. 60. art. 17. in fi. & 3. ſent. diſt. 21. quæſt. 2. art. 2. ad 5. & Alexan. Alen. in 3. par. quæſt. 20. membr. 3. art. 3. & cęteri ſcholaſtici in 3. ſent. diſt. 22. vt S. Bonauent. ibi quæſt. 3. Ricar. artic. 3. quęſtione 2. Durand. quæſt. 5. & alij etiam plurimi. cum quibus concordat S. Hieron. in Ionam, capit. 2. in principio, & Ioan. Caſſia. libro 6. de Incarn. Domini, cap. vlt. & Beda in homil. Feriæ 4. poſt primam Domin. Quadrag. & Amalar. libro 1. de eccleſ. off. cap. 12. & Guill. Durant. in Ration. libro 6. capit. 72. in princ. inquiunt communiſſime, quòd dicta verba Saluatoris Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. non ſic accipienda ſunt, quaſi tres dies integri, & tres noctes inte-
3 græ computari debeant, ſed per ſynecdochen † illo viitatiſſimo ſcripturarum more, quo a parte totum intelligitur. Et huc uſque quidem optime, & veriſſime loquuntur, nihilque arduum aut valde difficile nobis Doctores tradunt: qui enim non admitteret hunc exponendi modum per ſynecdochen, fateretur neceſſe eſt, ſe neque ſacræ, neque prophanæ vllius intellectum ſcripturæ aſſequi poſſe. Subiungit B. Auguſt. & reliqui cum ipſo Docto. ꝙ per tres dies, & tres noctes intelligendum eſt triduum, ac ſi per vnũ diem & vnam noctem expreſſus ſit vnus dies naturalis, qui ex die artificiali, & nocte conſtat. At hic latet mihi maxima difficultas. Scimus, quòd ex die, & nocte conſtat dies naturalis: ſed cum Chriſtus dñs locutus ſit diſtincte & ſeparatim de tribus diebus, & tribus noctibus, nõ de tribus die-
4 bus naturalibus, verificanda ſunt verba ipſius de tribus diebus † & tribus noctib. diſtincte, & ſeparatim, ſiue tñ ſecundum totum, ſiue ſecundũ partẽ, nõ autẽ de tribus diebus naturalibus. Alioquin ſi valeret iſta reductio ad tres dies naturales, ſequeretur, ꝙ vere dici poſſet, Chriſtum manſiſſe in
5 ſepulcro ſeptuaginta duabus horis; quod tñ † quam falſum, & abſurdũ ſit, nemo eſt qui nõ ſentiat. Et probatur ſequela, nã vnus dies naturalis cõſtat exviginti quattuorhoris, & ſeptuaginta duę horę eſt numerus horarũ, triũ

dierum

dierum naturalium; Quare ſi liceat ex horis reducere ad dies naturales, per ſeptuaginta duas horas non erit expreſſus niſi numerus trium dierum naturalium; Chriſtus autem tribus diebus naturalibus manſit in ſepulcro per participationem; ergo & conſequenter ſeptuaginta duabus horis in ſepulcro manſit, per participationē. Dicendū eſt autē, quòd ideò falſa eſſet hęc enunciatio, Chriſtus ſeptuaginta duab. horis manſit in ſepulchro. quia nullo modo horæ reperiri poſſunt, neque per participationem. Concederem enim, quòd aliqua ex illis horis, puta prima, & vltima, ſecundū partē ſumerentur, quemadmodum ſecundū partem ſumuntur triginta ſex horæ, quibus vere dicitur a B. Auguſt. in d. lib. 4. de Trinit. cap. 6. Chriſtus in ſepulcro iacuiſſe; prima enim & poſtrema ex illis nō fuerunt integræ, ſed ſecundum aliquā ſui particulam; ſed quòd ex horis fiat reductio ad dies naturales, & dies naturales ſumantur deinde per participationē, hoc nullo pacto concedendum videtur.

6 Reperi tamen quiddam apud Alcuin. † in lib. de diui. off. ſub cap. de Cena Domini. in hac materia horarum ſepulturæ Chriſti, quod me vehementer in admirationem adduxit. Ibi enim circa prin. expreſſiſſime ait Alcui. quòd ſeptuaginta duabus horis iacuit Dominus in ſepulchro, & ꝙ iccirco per triduū hebdomadæ ſanctæ fiunt in Matutinis tenebrarū ſeptuaginta duæ extinctiones candelarū ad ſignificandā mœſtitiam Apoſtolorū, quā pertulerunt per has ſeptuaginta duas horas, quæ conſecratæ ſunt Chriſti ſepulturæ. Quod idem habetur etiam in Ration. Io. Beleth. c. 101. & Guill. Durant. lib. 6. cap. 72. num. 16. & in Fragmento quodam incerti auctoris, de Ritibus, & cærimonijs eccleſiæ Romanæ, impreſſo per Vuolfgangum Lazium, niſi tamen fragmentum ſit ipſius Alcuini, nam in plurimis eadem omnino habentur verba.

Verū ſi quæ dicit Alcui. de ſeptuaginta duabus horis non intelligerentur

7 † ſecūdū quid, id eſt quòd Chriſtus ideo dicitur iacuiſſe in ſepulcro ſeptuaginta duabus horis, quia tot horis eccleſia repræſentat ſepulturam Chriſti, nā totū illud triduū hebdomadæ ſanctæ videtur eſſe ſepulturæ Domini conſecratum, vt exponit Amalar. lib. 4. de eccl. off. c. 22. Vel niſi intelligerentur per aliū quēdam modū improprijſſimū, quē nos tangemus infra ſeq. c. in fi. omni prorſus carent veritatis fide. Non enim ſufficit hic ſynecdoche, vt not. Paulus Middelb. in 2. par. Paulinæ, lib. 1. c. 1. non ob id quod

8 ipſe aſſerit, quia ſcilicet, cum partē aliquā per ſynecdochen † accipere volumus pro toto, debet pars illa maior eſſe medietate totius, & ſic requireretur ſecūdum ipſum, quòd Chriſtus ſaltem triginta ſeptem horis integris manſiſſet in ſepulcro; nā neque hoc puto ſufficere ad verificandas ſeptuaginta duas horas per ſynecdochen acceptas; Sed quia requiritur, quòd om

9 ne tempus expreſſum † ſaltem ſecundum aliquam ſui partem verificetur; Vnde ſi quis dicat, ſe alicubi manſiſſe tribus diebus, non ſufficit, quòd ibi manſerit duos integros dies, ſed debet participari primus dies in aliqua ſui parte, ſimiliter ſecundus, & ſimiliter tertius. Quare ſi dicendus eſt Dominus manſiſſe in ſepulcro ſeptuaginta duabus horis, non ſufficit (verbi gratia per hypotheſim) quòd ſexaginta nouem, aut ſeptuaginta integris horis in ſepulcro manſerit, ſed requiritur præciſe, quòd etiam ſeptuageſima prima, & ſeptuageſima ſecunda hora participatæ aliquo pacto fuerint. Alioquin non video, quo modo ſufficiat Beletho, & Durātio in locis

Q 3 ſupra-

ſupracitatis dicere, per ſynecdochen ſermonem illum verificari: Sicut neque video, quo modo ſufficiat ad ſaluandos tres dies, & tres noctes ſepulturæ dominicæ, dicere, quòd intelliguntur eodem modo per ſynecdochē, exponendo quemadmodum exponunt communiter Doctores.

Bene fateor, quòd hic exponendi modus per ſynecdochen optime ſaluat dictum Chriſti Ioan. 2. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. & vbicumque aliàs dixit, ſe tertia die ſurrecturum; nullam [illegible] in hoc habeo difficultatem, aut dubitationem. Immo & ſaluat, quādo dixit Mar.
8. poſt tres dies ſe reſurgere oportere. Intelligitur enim poſt tres dies in-
10 choatos, † non completos, quemadmodum intelligi poſſe tempus ab aliquo expreſſum ſupra probauimus c. 22. nu. 3. Sed ad ſaluandum quod ait Matth. 12. de tribus diebus & tribus noctibus, alius (ni fallor) quam Doct. aſſignent, quærendus eſt dicendi modus.

Quare ex his videtur mihi, quòd prior expoſitio, quæ fundatur in iſta die-
11 rum naturalium mutatione melior † ſit, quàm hæc B. Auguſtini, & ſequacium; illa namque aliquo modo licet myſtico aſſignat numerum trium dierum & trium noctium diſtincte & ſeparatim, per ſynecdochen tamen. at in hac B. Auguſtini deeſt penitus vna nox, quæ neque tota, neque ſecundum partem vllo modo reperitur.

Quod autem B. Auguſt. in eo magnam vim facit, & perpetuus in eo inſi-
12 ſtit, quòd dies ſepulturæ, ſeu mortis Chriſti a nocte ſumant † initium, quia Deus, † qui dixit de tenebris lucem clareſcere, fecit, vt per gratiam noui teſtamēti, & participationem reſurrectionis Chriſti audiremus, Fuiſtis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino; & quia ſicut pri
13 mi dies propter futurum hominis lapſum a luce † in noctem, ita iſti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur.

Id quidem plurimum valet ad oſtendendam participationem trium dierū naturalium, præſertim ſi quis tenere vellet illam opinionem, quòd Chriſtus media nocte ſurrexerit; ſed ad oſtendendam participationem trium dierum & trium noctium, parum aut nihil prodeſt. Tempori enim, quo Chriſtus dominus fuit mortuus aut ſepultus tam deeſt nox, quæ diem Paraſceues præceſſit, quàm quæ diem Dominicum ſecuta eſt.

DE TRIDVO SEPVLTVRAE, SEV MORTIS Chriſti. Cap. XLIX.

1 *Dierum trium, & noctium trium ſepulturæ, ſeu mortis Chriſti aſſignatur numerus a quibuſdam computando tenebras trium horarum eclypſis Solis pro nocte vna. Ab alijs computando tempus ab inſtitutione eucharistiæ. num. 3. Ab alijs computando tempus, ex quo Chriſtus fuit in poteſtate Iudæorum. num. 4. Ab alijs dicitur, quòd Chriſtus ſurrexit citius quàm promiſerat. nu. 6. Ab alijs dicitur, quòd reſurrectio non fuit credita niſi ad veſperam poſt diem Dominicum. nu. 11.*

2 *Nox appellari poteſt etiam tenebræ eclypſis Solis.*

5 *Iudæi dicuntur terra, quia cæleſtium obliti ſola terrena, & tranſitoria quærunt.*

Tempus

7 *Tempus vbi adiectum eſt ad aliquam rem agendam, ſi fiat illa res citius, quàm conſtitutum eſt, potentiæ eſt; ſi fiat tardius, imbecillitatis. & num. 8. Quod intelligitur, ſi tempus adiectum ſit in fauorem promittentis. num. 9. Secus ſi adiectum ſit in fauorem eius cui promittitur, vel vtriuſque. n. 10.*

12 *Horis ſeptuaginta duabus dicitur Chriſtus manſiſſe in ſepulcro a quibuſdam, partim deſtinatione Iudæorum, partim actu ipſo, partim Diſcipulorum exiſtimatione.*

Refertur ab eodem S. Auguſt. in ſupradicto c. 24. lib. 3. de conſ. euang. ad hanc difficultatem de tribus diebus, & tribus noctibus ſepulturæ ſeu mortis Chriſti, & alia ſolutio, quam refert etiam Teophyl. ſuper Matt. c. 28. in princ. & videtur ſequi B. Hilarius in eumdem Matth. can. vlt. quòd
1 nempe pro vna nocte † computari debeat illud ſpatium temporis trium horarum, quo tenebræ factæ ſunt per vniuerſam terram ab hora ſexta vſque ad horam nonam. Et quamuis ipſe B. Auguſt. eam ſolutionē excludat, quia neque per illam integrum triduum habeatur, videtur tamen mihi in tanta difficultate non omnino aſpernanda; nam non quæro ego integrum triduum, ſed participationem trium dierum, & trium noctium, quam hæc ſo-
2 lutio ſatis commode aſſignare videtur. Tenebræ enim illę † ſi non naturalis, & propria, ſaltem tamen ſimilitudinaria quædā nox appellari poſſunt. Et Zachar. 14. habetur de die illa Paraſceues, in qua crucifixus eſt Dominus, quod erit dies vna, quæ nota eſt Domino, non dies, neque nox; & in tempore veſperi erit lux. quaſi velit Propheta, quòd dies illa neque fuerit integra dies, neque integra nox; ſed ſimul dies & nox. nam a ſexta vſque ad nonam, quando fuerunt tenebræ ſuper terram, fuit nox, & deinde cum rediit lux, fuit dies. vt exponit B. Cyrill. Hieroſol. catech. 13. & videtur ſentire B. Clemens Rom. lib. 5. conſt. apoſt. c. 16. Et habetur ex verbis Sibyllæ citatæ a B. Auguſt. in concione ad Catechumenos, contra Iudæos, Paganos, & Arrianos, c. 17. Tomo 6. & a B. Proſp. Aquit. in lib. de promiſſionib. & prædictionibus Dei, part. 3. c. 26. quę ſic ait. Templi vero velum ſcindetur, & medio die nox erit tenebroſa al. nimis nymbis in tribus horis.
Et Paulus Oroſius lib. 7. hiſtoriarum, cap. 4. de eadem re loquens. Eadem quoque die (ait) ad horam diei ſextam Sol in totum obſcuratus, tetraque nox ſubito obducta eſt terris, & ſicut dictum eſt, Impiaque æternam timuerunt ſæcula noctem. Et Phlegon Chronographus, vt refert Euſeb. Cæſareenſis in ſuo Chronico ſub decimooctauo anno Tiberij Cæſaris, & Paulus Diaconus, lib. 7. hiſtoriarum, prope finem. Magnæ (inquit) & excellens inter omnes quæ ante eam acciderant, defectio Solis eſt facta: dies hora ſexta ita in tenebroſam noctem verſus, vt ſtellę cęlo viſæ ſint.
Scio afferri a varijs Docto. & alias quaſdam expoſitiones eiuſdem loci Matth. 12. quæ tamen & ipſæ maximas patiuntur difficultates.
S. Greg. Nyſſen. in orat. 1. de Reſurr. Domini, & Theophyl. ſuper Matth. capitulo 28. in principio inquiunt, quòd dicitur Chriſtus fuiſſe in corde
3 terræ, ex quo inſtituit † ſanctiſſimum euchariſtię Sacramentum in vltima cena, quæ fuit in veſpera poſt feriam quintam: Nam cum ipſe haberet poteſtatem ponendi animam ſuam, manifeſtum eſt, quòd tunc immolauerit ſeipſum, cum tradidit Diſcipulis corpus ſuum; nemo enim quid-

quam edit, niſi prius mactatum fuerit. Verum videtur mihi, quòd hoc modo multum æquiuoce ſumeretur cor terræ;& non litteralis, ſed myſtica tantum eſſet interpretatio.
Euſeb.Emiſenus in ſerm. Feriæ 4.poſt Dominic.1.Quadrag.(ſi tamen eius
4 ſint ſermones illi)exponit,in corde terræ.id eſt in affectu † & deſiderio & poteſtate Iudæorum. iuxta illud Luc.22. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas
5 tenebrarum. Terra enim dicuntur † Iudæi,quia cæleſtium obliti ſola terrena,& tranſitoria quærunt. Vnde dicitur Dominus fuiſſe in corde terræ,ex quo in nocte illa poſt feriam quintam captus fuit à Iudæis. Et ſubiungit Emiſenus,quòd hæc ſententia omnibus alijs planior ſibi, & verior videtur. Quam ſecutus eſt deinde Caiet.ſuper illud Matth.12.Sic erit filius hominis in corde terræ. & Ioan.Ferus in ſerm.9. in Domin. Paſchæ. Et hæc ſententia refertur etiam a S.Anſelm.ſuper dictis verbis. Matth.12. & eſt B.Auguſtini in libr.quæſtionum veteris & noui teſtam.(ſi tamen ipſe auctor ſit illius libri) quæſtione 64. in prima editione.& quæſtione 17. 2.par.in 2.editione.vbi ait,quòd Saluator noctem, qua comprehenſus eſt, ſimul computauit. omnis enim detentus, qui ſe iudicis manus non credit euadere, ante quam feriatur, iam ſe mortuum dicit. Verum & hæc expoſitio ſimili laborare videtur æquiuocatione; licet vere minus diſpliceat,quàm præcedens.
Euthymius ſuper illud Matth.28.Et ecce terræmotus.&c. alio etiam mo-
6 do † & ipſe ſoluit ſic inquiens.Surrexit autem Chriſtus tertio die prout dixerat.Ex quo enim hora nona Paraſceues mortuus eſt,numeratur primus dies Paraſceue ſecundus Sabbathũ,tertius dies Dñicus, in quo incipiente diluculo ſurrexit,paulo ante quam mulieres accederent;& connumerantur ipſius finis Paraſceues,& Dominici principium.Quod autem in exemplo de Iona dixit,Ita erit & filius hominis in corde terræ tribus dieb.& tribus noctibus. de diebus quidem non eſt, ꝙ hęſitamus, iam.n.enumerati ſunt:de noctibus vero dicemus,ꝙ Iudęi ad tertium vſque diem ſepulcrum munierant, videlicet ab ipſa Paraſceue vſq; ad diem Dominicum occidēte Sole:ita.n.decreuerant:tertiam vero noctem abſque munitione relinquebant. Quare ſi etiam hanc exſpectaſſet,ſuſpecta habita fuiſſet reſurrectio: reſpondiſſent enim, ꝙ ex quo intra tempus munitionis non reſurrexerat, hac ſoluta,fide carebat reſurrectio;furto.n.ſublatus erat nullo cuſtodiente. Itaq; cum adhuc cuſtodirent reſurrexit, omnem tollens contradictionem,& neque totum tertium exſpectauit diem, ſed ſtatim cum inciperet ſurrexit.Quod enim intra tempus munitionis reſurgeret,argui non poterat;quòd ſi id poſtmodum faceret,ſuſpectum erat.Nam quod citius quam
7 ſit conſtitutum † efficitur,potentiæ eſt: quod autem tardius,imbecillitatis.Etenim Rex quoque,qui ad certum diem beneficium quibuſdam conferre promiſit, ſi ante ſtatutum diem beneficium eis conferat, non ſolum promiſſum compleuit,ſed & aliam gratiam velocitatis addidit. Verũ hæc Euthymij ſolutio omnium peſſima eſt (iudicio meo) Aſſerere enim videtur,Chriſtum ex quodam accidenti mutaſſe ſententiam, quaſi ipſe omnia quæ ſuperuentura erant, non præuiderit, & omnia in mente prius non agnouerit;quæ ſunt(pace Euthymij)abſurdiſſima.
Præterea vnde habet Euthymius, ꝙ Iudæi ſepulcrum munierant ab ipſa Paraſceue vſq; ad diem Dominicũ occidente Sole? Nam ex euangelio videor

deor mihi aliud fortaſſe poſſe colligere. Habetur enim Matt. 27. in fi. quòd altera die, quæ eſt poſt Paraſceuem (ſcilicet Sabbatho) conuenerunt Principes ſacerdotum, & Phariſæi ad Pilatum dicentes, Domine recordati ſumus, quia Seductor ille dixit adhuc viuens, Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulcrum vſque in diem tertium. &c. Et intelligitur vſque in diem tertium incluſiue proculdubio, non excluſiue; Nam cum ipſi referant, Chriſtum dixiſſe, Poſt tres dies reſurgam, id eſt poſtea tertio die reſurgam. ratio requirebat, ſi ſe bene tutos reddere volebant, cum neſcirent, qua hora tertij diei ſurrecturus eſſet, vt vſque in finem diei tertij ſepulcrũ cuſtodirent. Dies autem hic intelligitur naturalis non artificialis, tum quia nulla hic habetur noctis mentio aut diſtinctio, tum etiam quia communis loquendi vſus ita poſtulat. Quare videtur mihi, quòd Iudæi ſepulcrum fortè munierant, non vſque ad diem Dominicum dumtaxat occidente Sole, ſed ex maiori cautela vſque ad horam nonam vel duodecimam ſecundæ feriæ, qua hora complebatur tertius dies naturalis poſt mortem ſeu ſepulturam Chriſti.

8 Ad illud vero, quod Euthymius ait, potentiæ † eſſe, citius aliquid efficere, quàm ſit conſtitutum. quam ſolutionem ponit etiam Theodorus Balſamon in ſexta ſynodum, quæ eſt tertia Conſtantin. in Trullo, can. 90. eſt B. Chriſoſtomo; & Anton. de Giſtandis in opere aureo orn. in Domin. Quinquag. dub. 14. ex B. Iſidoro, quem refert ſuper euangelijs ita dicentem. Admiror autem dementiam quærentium, cur Chriſtus ante triduum reſurrexit; ſi enim reſurgeret tardius quàm prędixerat, impotentiæ eſſet, celerius vero, eſt ſummę virtutis indicium: Si quem enim cum reſponderit ſuo creditori, poſt triduum perſoluere debitum, eadem die ſatisfacientem viderimus, nõ fallacem, ſed potius vt veridicum eum mirabimur. Ad hanc (inquam) ſolutionem reſpondetur, quod differentia magna eſt, vt mihi videtur, inter exẽpla adducta ſeu Regis, ſeu debitoris, & id quod diſputamus. Homo cum promittit, aliquid ſe facturum alicui poſt certum tempus, ſi faciat citius non redarguitur tamquam mendax, quia tempus illud adiecit ſolum in ſui
9 fauorem. l. † cum tempus. ff. de reg. iu. cui poteſt renunciare, quãdocumque vult. l. penult. C. de pact. & poteſt mutare voluntatem ex aliquo occurrẽnti abſque ſuſpicione mẽdacij. At in caſu noſtro Chriſtus qui erat Deus & homo, & omnia ſimul videbat tamquã præſentia, deliberate dixit, ſe mãſurũ in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. quod tempus non adiecit quemadmodum debitor, dumtaxat in fauorem ſui, ſed aſſignauit pro ſigno Iudæis, quibus nullum aliud ſignum ſe daturum proteſtatus eſt. Decebat ergo, immo & neceſſe erat, vt aliquo pacto, & aliqua ratione verificaretur hoc ſignũ, ꝙ aliũde non dependebat, niſi ex propria ipſius voluntate. Alioquin ſecundũ iſtorum opinionẽ potuiſſet Chriſtus non ſolũ nõ exſpectato triduo, ſed neque exſpectatis tribus horis ſtatim reſurgere poſtquam mortuus eſſet, abſque vlla violatione verborũ ſuorũ, quibus ſæpiſſime dixerat, ſe tertia die reſurrecturum. Quod tamen quàm abſurdum videatur, nemo eſt, qui non intelligat. Et quòd debitor non poſſit citius ſoluere, quàm cõ-
10 uentũ ſit, quando tẽpus † adiectũ eſt in fauorẽ creditoris, vel vtriuſque, debitoris ſcilicet promittentis, & creditoris cui promittitur, eſt doctrina cõmũnis & receptiſſima, de qua per Nauarr. in Manual. de Orat. c. 3. num. 22. & probatur in l. qui Romę. in princ. & ibi Glo. & Bar. ff. de verb. oblig.

Ioan.

Digitized by Google

Ioan.Ferus in d. ſerm.9.in Domin. Paſchæ, aliam tangit ſolutionem ad hãc
difficultatem dicens, quòd licet Chriſtus nocte poſt Sabbathum ſurrexerit,
11 tamen hoc non fuit creditum † a Diſcipulis, niſi in veſpera poſt diem Do-
minicum. Vt enim habetur Mar. vlt. Surgens Ieſus mane prima Sabbathi
apparuit primo Mariæ Magdalene, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa
vadens nunciauit ijs, qui cum eo fuerant, lugentibus, & flentibus. Et illi
audentes, quia viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt. Poſt hæc au-
tem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in vil
lam. Et illi euntes nunciauerunt ceteris; nec illis crediderunt: Nouiſſime
recumbentibus illis vndecim apparuit, & exprobrauit incredulitatem eo-
rum, & duritiam cordis, quia ijs, qui viderant eum reſurrexiſſe, non credi-
derunt. Hęc autem apparitio videtur ea eſſe, de qua Ioan. dicit cap. 20. Cum
ergo ſero eſſet die illo vna Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ. &c. Vide-
tur ergo, quòd quamuis Chriſtus non fuerit actu in corde terræ vſque ad
illam horam, fuerit tamen quantum ad exiſtimationem Diſcipulorum. Ve-
rum neque hęc ſolutio ſatisfacit, tum quia non vniuoce accipit eſſe in cor
de terrę; ſed partim actu, partim opinione; tum quia ea verba, Sic erit filius
hominis in corde terræ. &c. non dixerat Chriſtus Apoſtolis, ſed Iudęis.
Generatio (inquiens) mala & adultera ſignum quęrit, & ſignum non dabi-
tur ei niſi ſignum Ionę prophetę. &c. Quare parum refert, attendere in
caſu noſtro, quandonam crediderint Apoſtoli, Chriſtum reſurrexiſſe, cum
ex hoc non dependeat verificatio ſigni Iudęis traditi.
Puto autem (vt hoc obiter dicam) ad vnam hanc fortaſſe interpretationem
reſpexiſſe Alcuinum, cum dixit, vt vidimus cap. ſuperiori, numero 6. quod
12 Chriſtus † ſeptuaginta duabus horis iacuit in ſepulcro: vt acciperet nempe
initium ſepulturę, quando Chriſtus apprehenſus fuit a Iudęis, & extende-
ret vſque dum gauiſi ſunt Diſcipuli viſo Domino: Et intelligatur fuiſſe
Dominus in ſepulcro ſeptuaginta duab. horis, partim deſtinatione Iudęo-
rum, partim actu ipſo, partim vero Diſcipulorum exiſtimatione. Et hanc ex
poſitionem tangere videtur Amalar. lib. de Ord. Antiphon. cap. 44.

DE TRIDVO SEPVLTVRAE, SEV MORTIS Chriſti. Cap. L.

1 *Dierum trium, & noctium trium ſepulturæ, ſeu mortis Chriſti numerum aſ-
ſignare difficillimum eſt. Duo modi noui aſſignantur a Paulo Middelburg. nu
mero 5. & 8.*
2 *Chriſtum manſiſſe in ſepulcro tribus diebus integris probatur a Middelbur-
genſi quattuor argumentis.*
3 *Sepeliri mortuos in multis ægritudinibus ante ſeptuaginta duas horas medi-
ci prohibent.*
4 *Reſurrectio Chriſti omnino vacillaſſet, ſi mors eius credita non fuiſſet.*
6 *Paraſceue ſignificat quãcumque diem ante ſollemnitatem ſecundum Middel
burg. Sed hoc falſum eſt, nam ſignificat tantum feriam ſextam, qua eſt an-
te Sabbathum, nu. 18. 19. & 22.*

7 *Sab-*

7 *Sabbatha appellantur à Iudæis omnia feſta.*

9 *Biſsextili in anno duo dies pro vno computantur.*

10 *Chriſtum mortuum eſse feria ſexta, & die Dominica reſurrexiſse, certiſſimũ eſt, & fere de fide, & num. 20. 21. & 23.*

11 *Feria ſexta abſtinemus propter paſſionem Domini.*

12 *Dominicam ita appellamus, & feſtinam ducimus propter reſurrectionem Chriſti.*

13 *Dominica dicitur prima Sabbathi, vel vna Sabbathi hebræorum more, & num. 15.*

14 *Editionis vulgatæ, aut vltimi Marci capitis auctoritas non poteſt amplius in dubium reuocari.*

16 *Hebdomadæ dies dicuntur ab ipſo Sabbatho prima Sabbathi, ſecunda Sabbathi, tertia Sabbathi, &c.*

17 *Sabbathi dies in ſingulari, ſiue Sabbathorum in plurali idem ſignificat, diem ſcilicet hebdomadæ ſeptimam.*

POſtremo Paulus Middelburgenſis in 2. par. Paulinæ, lib. 1. & 2. ad hoc
ſignum Ionæ prophetæ de tribus diebus, & tribus noctibus ſepulturæ,
ſeu mortis Chriſti, quod inter omnia argumenta, quæ Iudęi obſtinati nobis
1 obijcere ſolent, fatetur vrgentiſſimum, & ſolutu difficillimum † videri; duas
non is affert ſolutiones, in quib. licet proteſtetur, ſe nihil velle aſſerere, aut
affirmare, quod ſit piarum aurium offenſiuum, aut ſanctæ Romanę eccleſię
contrarium, ſed tantum diſputationis gratia contra Iudęos, quaſi narrando,
delibando omnia referre; vere tamen quædam tentat, & effatur, quæ an pię
aures ſuſtinere valeant, omitto communiſſima certe omnium hominum ſententia,
& ipſa fere prima principia penitus reſpuunt.
2 In primis autem aſſumit tamquam fundamentum, Diuinitati minime † repugnare,
immo magis congruere, Chriſtum tribus diebus, & tribus noctib.
integris in ſepulcro manſiſſe, quàm per ſynecdochen mutilatis. Idque probare
nititur quattuor argumentis.
Primo, quia in multis ægritudinibus, vt lipothymia, apoplexia, ſtupore, congelatione,
ſuffocatione, aut alia quauis ægritudine, in qua dubia mors acci
3 dere ſolet, Medici ægros per ſeptuaginta duas† horas ante quàm ſepeliãtur,
ſeruandos præcipiunt, quia intra id tempus reuiuiſcere poſſunt, & eorum
diſpoſitio perpenditur, an vere ſint mortui, necne. Chriſtus ergo vt veraciter
ſe mortuum oſtenderet, debuit per integrum triduum omni ſynecdoche
excluſa, in ſepulcro & in morte perdurare. quanto enim diutius fuit mortuus
& ſepultus, tanto magis reſurrectionis virtus oſtenditur. Alioquin ſi
pauciori tempore in ſepulcro quieuiſſet, dixiſſent Iudæi, nõdum eum mortuum
fuiſſe. Et ex quacumq; cauſsa anticipatam reſurrectionem dixerimus,
ſtatim inferent, Chriſtum non dum mortuum, fame aut ſiti compulſum re-
4 ſurrectionem acceleraſſe. Et ſic morte non credita reſurrectio † omnino vacillaſſet.
vt ex ijs colligitur, quæ habet B. Chryſoſt. hom. 84 in Ioan. ſuper illud,
cap. 19. Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph & hom. 44. in Matth.
ſuper illud cap. 12 Sicut fuit Iònas in ventre ceti. Quòd ſi obijcias, Igitur
ad maiorem mortis Chriſti conteſtationem non ſolum tres dies integri, ſed

etiam plures dies aut menſes fuiſſent neceſſarij, aut ſaltem opportuni, qui-
bus in ſepulcro & in morte Chriſtus perſeueraſſet. reſpondet, quòd longius
tempus, quàm triduum non fuerat prophetatum, aut figuratum: & quòd
Diſcipuli non manſiſſent tanto tempore in fide.
Secundo probat Middelburgenſis Chriſtum per tres dies integros in ſepul-
cro quieuiſſe per illud ipſum, de quo nunc agimus Matth. 12. Sic erit filius
hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus.
Tertio per illud Mar. 8. Oportet filium hominis pati multa, & reprobari a
ſenioribus, & a ſummis Sacerdotibus & ſcribis, & occidi, & poſt tres dies re-
ſurgere. Quarto, quia Ionas, qui typum geſſit Saluatoris quantum ad mor-
tem & reſurrectionem, fuit in ventre piſcibus tribus diebus & tribus nocti-
bus, vt patet Ionę. 2. Ipſe autem Chriſtus nullum aliud ſignum ſe daturū Iu-
dæis ſæpius dixit, niſi hoc ſignum Ionæ prophetæ. vt patet Matt. 16. & Luc.
11. Matthæi autem. 12. expreſſe ſubiunxit, quòd ſicut fuit Ionas in ventre
ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terrę.
Iacto hoc fundamento, duos deinde affert dicendi modos, quibus oſtendit,
Chriſtum manſiſſe in ſepulcro tribus diebus integris excluſa ſynecdoche.
5 Et primo dicit, non conſtare ex euangelijs, quòd Chriſtus mortuus fuerit
feria ſexta, aut quòd reſurrexit die Dominica, ſed tantum, quòd crucifixus
fuit in die Paraſceues, & quod reſurrexit in vna Sabbathorum; vt habent
exemplaria græca, ad quæ in omnibus appellat relicta editione vulgata.
Dies autem Paraſceues non tantum ſignificat feriam ſextam, ſed etiam ſi-
6 gnificare poteſt quamcunque diem † ante ſollemnitatem. Et in propoſito
nihil aliud ſignificat quàm feſti Paſchæ vigiliam. Et ita accipere videtur ex-
preſſe Ioan. cap. 19. dum dicit. Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſex
ta. Quòd ſi Marcus cap. 15. ait, Quia erat Paraſceue, quod eſt ante Sabba-
thum. ibi Sabbathum non ſignificat ſeptimam diem hebdomadæ, ſed feſtū
7 Paſchæ: nam apud Iudæos omnia feſta † Sabbatha appellantur. Vna autem
Sabbathorum, in qua Dominus reſurrexit, non ſignificat præciſe diem Do-
minicam, ſed vnam quamdam dierum paſchalium, ſiue ſit prima feria poſt
Sabbathum, ſiue ſecunda, ſiue tertia, ſiue alia. nam quælibet ſeptem dierū,
quibus Paſcha cum azymis celebrabatur apud Iudæos, vna Sabbathorum re
cte dici poterat. Stante autem hoc, quòd Chriſtus mortuus ſit in vigilia Pa-
ſchæ, & reſurrexerit in vno dierum paſchalium, nihil habent Iudæi, quod
obijciant contra integrum triduum.
Secundo, dicit, eſto, quòd Chriſtus feria ſexta fuerit paſſus, & Dominica re
8 ſurrexerit, adhuc triduum † integrum haberi poteſt; nam Iudæi poſt capti-
uitatem Babylonicam cum rectam Lunæ computationem deperdidiſſent,
in more habebant, vt omnia feſta duobus continuis diebus celebrarent, vt
ſi in vno erraſſent, ſaltem in altero legitime agerent: Et propterea Sabba-
thum illud, quo Chriſtus iacuit in ſepulcro, fuit duplicatum, & duo fuerunt
dies pro vno computati, quemadmodum apud Romanos in anno biſſextili
9 duo dies pro vno computabantur, & bis dicebatur ſexto Kal. Martias. quod
etiam hodie apud nos agitur. Et iccirco Ioan. cap. 19. de illo Sabbatho dixit,
Erat enim magnus dies ille Sabbathi.
Hæc in ſumma Paulus Middelburgenſis, qui multis verbis, & rationibus co
natur contra Iudæos hæc eadem probare, & ſtabilire.
Verum videtur mihi hic auctor, quòd iuxta vulgo tritum verſiculum,
Incl-

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

Nam licet plurimum laudandus ſit ex zelo quem ſumpſit ad confundendos
Iudæos, non tamen debuit ea proponere vel Iudæis, vel quibuſuis alijs infi-
delibus tamquam vera, quæ omnes Chriſtiani ſtatim ſine dubio tamquã fal
ſa reprobaremus. Non enim hac via conuertentur Iudęi ad catholicam fi-
dem, ſed potius (meo iudicio) obſtinatiores fient, dum viderint, ea nos ſibi
velle obtrudere pro veris, quę ipſi neque vera, neque veriſimilia eſſe certo
ſcimus.

o Chriſtum Dominum fuiſſe crucifixum feria ſexta, & die Dominica reſurre
xiſſe a mortuis, videtur mihi tam certum apud catholicos, vt ſi non ſit de fi-
de, valde parum omnino diſtet, quin ſit. Certe venerabilis Beda in lib. de ra
tione comp. cap. 17. & in lib. de ratio. temp. cap 45. ita cuilibet catholico ſen
tiendum aſſerit, Nam quòd Dominus (inquiens) decimaquintâ Luna feria
ſexta crucem aſcenderit; & vna Sabbathorum, id eſt die Dominica reſurrexe
rit a mortuis, nulli licet dubitare catholico; ne legi, quę agnum paſchalem
decimaquarta die primi menſis ad veſperam immolari pręcipit, pariter &
euangelio, quod Dominum eadem veſpera tentum a Iudęis, & mane ſexta
feria crucifixum, ac ſepultum, prima Sabbathi reſurrexiſse perhibet videa-
tur incredulus. Hactenus Beda. Qua in re ſi omnia argumenta deficerent,
vſus communiſſimus totius populi Chriſtiani, & firma ab initio naſcentis ec
cleſię vſque ad hęc noſtra tempora numquam violata traditio, ſatis, ſuperq;
eſſe deberet ad id cuilibet ſanę mentis demonſtrandum. Cur enim omnes
11 feria ſexta † abſtinemus, niſi propter paſſionem Domini? Cur primam Sab-
12 bathi, Dominicam appellamus † non tantum ex inſtitutione B. Silueſtri pa
pę, ſed etiam apoſtolorum, vt patet Apoc. 1. & per Bedã in lib. de ratio. temp.
cap. 6. & per Lipom. in ſcholijs marginalibus ad vitam S. Silueſtri per Meta-
phraſten ſcriptam in Tom. 5. vitarum Sanctorum? Et cur itidem eumdem diẽ
Dominicum relicto Sabbatho feſtum agimus, niſi ob eiuſdem Domini reſur
rectionem? Poſſem hic ego ſanctorum patrum antiquiſſimorum omniũ te-
ſtimonia recenſere, & eorum pleniſſimum catalogũ texere incipiendo a Ca
nonibus Apoſtolorum, adiutus pręſertim ab ijs, quę egregie ſcribit Thomas
Vualden. Tom. 3. de ſacramental. cap. 140. & ſeq. ſed aſſumere laborẽ in re
tam clara, ſuperuacaneum duxi. Ipſa ſanctiſſima quattuor euangelia ſi non
lippientib. oculis inſpiciãtur, id manifeſtiſſime declarant. Matt. c. vl. & Mar.
ſimiliter c. vl. nonne primã Sabbathi appellant eam diem, in qua Dñs reſu-
ſcitatus innotuit? Lucas c. vlt. & Ioan. penul. nonne eamdem, vnam Sabbathi
13 vocant? Quis autem eſt qui neſciat, vnam Sabbathi, & primam † Sabbathi
diem eſſe Dominicam, quę prima eſt poſt Sabbathum? Quòd ſi de auctorita
14 te editionis vulgatę, aut vltimi Marci capitis † quandoque fortaſſe licuit
diſputare, nunc tamen cum per Chriſti gratiam lux ſacroſancti conc. Trid.
nobis effulſerit, quis eſt, qui audeat amplius dubitare, & ſeſe per ambages
adhuc inuoluere? Fateor, Middelburgenſem ante conc. Tridẽtinum ſcripſiſ-
ſe, qua in re non nihil illum excuſo; ſed fatendum eſt etiam, ſcripſiſſe eum
poſt innumerabiles expoſitores tum Latinos, tum Gręcos, quorum tamen
nullus eſt, qui eius ſententię patrocinetur. Sed omnes ſiue Gręci, ſiue Lati-
ni, nemine penitus excepto (quantum equidem ſcio) vnam Sabbathi, vnam
15 Sabbathorum, primam Sabbathi, primam Sabbathorum, quocunque nomi-
nę appelles, non aliam intelligunt, quàm diẽ Dominicam, quę eſt prima, vel

vna

vna more hebræorum, inter dies hebdomadæ, & poſt diem Sabbathi.

16 Dies enim hebdomadæ dictæ fuerunt apud Iudæos ab ipſo Sabbatho † prima Sabbathi, ſecunda Sabbathi, tertia Sabbathi, quarta Subbathi, quinta Sabbathi, & ſexta Sabbathi. vt appa ret ex titulo pſal. 23. 47. 80. & 93.

Dies etiam Sabbathi in ſingulari, ſiue Sabbathiorum in plurali, idem ſigni-
17 ficat, † ſeptimam ſcilicet diem, quæ Sabbathum appellatur. vt patet 1. Machab. 2. & 2. Eorumd. 15. Quare non eſt, quod vllo modo hæſitemus, diem reſurrectionis Domini ab Euangeliſtis deſcriptam, diẽ eſſe immediate poſt Sabbathum, quam Chriſtiani Dominicam nuncupamus.

Similiter diem paſſionis fuiſſe feriam ſextam ex contextu euangeliorum apertiſſime conſtat. Dictio enim Paraſceue licet ex græco veniat, & præparationem ſignificet, tamen diei attributa, non aliam, quàm ſextam feriam de-
18 notat; & falſum eſt (vt ego exiſtimo) ſignificare vigiliam † cuiuſcumque ſolemnitatis, & diem ante feſtum, ſi loquamur quantum ad vſum pertinet ſacræ ſcripturæ, aut ſcriptorum eccleſiaſticorum. Tres enim Euangeliſtæ, Matthæus, Marcus, & Lucas, qui in deſcribenda paſſione Domini, nullius alterius Paſchæ meminerunt, niſi eius, quod Dominus cum Diſcipulis in vltima cena celebrauit, præſupponentes diem feſtum Paſchæ, & decimam quintam Lunam ipſam eſſe diem, in qua Chriſtus crucifixus eſt, illam tamen diẽ, Paraſceuen appellant, ſignificantes non vigiliam Paſchæ, nam in hoc ſibijpſis contradicerent, ſed feriam ſextam, quæ Paraſceue vocatur propter diem Sabbathi ſequentem. Et ita Marcus capitulo decimoquinto, diſertis verbis ait, Quia Paraſceue erat, quod eſt ante Sabbathum. Et Luc. capitulo 23. Et dies erat Paraſceues, & Sabbathum illuceſcebat. Quod etiam ex eo conuincitur, quia Euangeliſtæ continuata ſerie hiſtoriam mortis, ſepulturæ, & reſurrectionis Domini texentes, expreſſe indicant, illum in die Paraſceues fuiſſe mortuum, in Sabbatho quieuiſſe in ſepulcro, in prima Sabbathi reſurrexiſſe. Sed prima Sabbathi dies eſt Dominica, vt ſupra proxime oſtendimus, ergo & Sabbathum eſt Sabbathum quod eſt ante Dominicam, & Paraſceue eſt feria ſexta, quæ eſt ante Sabbathum.

Quare interpretari Sabbathum, id eſt Paſcha; & Paraſceuen, id eſt vigiliam Paſchæ, nihil eſt aliud niſi nodum in ſcirpo quærere, & in meridiana luce caligare.

19 Sed vt præter euangelia idem probemus aliquo alio teſtimonio, † Paraſceuen ſimpliciter feriam ſextam ſignificare, adducam ex multis & prope infinitis canonem Apoſtolorum, & B. Clementẽ Romanum. Canon Apoſt. 68. ſic habet. Si quis epiſcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel lector, vel cãtor ſanctã Paſchæ Quadrageſimam non ieiunat, vel quartum diem, vel Paraſceuen; præterquam ſi propter imbecillitatem corporalem impediatur, deponatur: ſi ſit autem laicus, ſegregetur. B. Clem. lib. 5. conſt. apoſt. capit. 16. In quarta (inquit) feria, & Paraſceue nobis ieiunium indixit: in illa ob pro-
20 ditionem, in hac † ob paſſionem. Et lib. 7. cap. 24. Ieiunia veſtra aliena ſint a conſuetudine hypocritarum, qui ieiunant in ſecunda, & quinta Sabbathi. Vos vero vel per totos quinque dies ieiunate, vel in quarta feria, & Paraſceue, quoniam in quarta iudicium contra Dñm prodijt, cum Iudas pecunia accepta promiſit eum tradere; in Paraſceue vero quoniam in ea Do-
21 minus crucis ſupplicium paſſus eſt ſub Pontio Pilato. Sabbathum, & Dominicum diem feſtum agite (id eſt non ieiunate) quoniam illud naturæ con-

dita

ditæ eſt monimentum, hic reſurrectionis. Origenes etiam homil. 7. in Ex-
ho. ſuper illud c. 16. Die autem ſexto parent quod inferant. Apparet autem
(ait) ſextam diem nominari illam, quæ ante Sabbathum ponitur, quę apud
22 nos Paraſceue † appellatur, Sabbathum autem ſeptima dies eſt. Beatus itē
Eucherius Lugdunen. lib. 2. Inſtructionum, c. 8. Paraſceue (ait) præparatio,
græcum eſt. Paraſceue enim ſexta Sabbathi appellatur. Hinc vero præpara-
tio dicitur, quòd a Iudæis eadem die quæ in Sabbatho ſunt neceſſaria,
præparentur. Poſtremo S. Auguſt. ad hoc propoſitum in epiſt. 119. ad Ia-
nuarium, quæ eadem habetur inter opera B. Hieronymi, Tom. 9. epiſt. 21.
inter alia, cap. 15. hæc inquit. In ſcripturis quidem veteribus ad agendum
Paſcha non eſt præceptum tempus niſi ex menſe nouorum a Luna decima-
quarta vſque ad viceſimam primam. Ex euangelio tamen, quia iam mani-
5 feſtum eſt, quo etiam die † Dominus crucifixus ſit, & in ſepultura fuit, &
reſurrexit, adiuncta eſt etiam ipſorū dierum obſeruatio per Patrū cōcilia,
& orbi vniuerſo chriſtiano perſuaſū eſt, eo modo Paſcha celebrari oportere.

DE DVPLICI PASCHA LEGITIMO, & iudiciali. Cap. LI.

1 *Paſcha duplex fuiſſe celebratum in paſſione Chriſti non nulli aſſerunt; Vnū legitimo a Chriſto & Diſcipulis feria quinta ad veſperam: Alterum iudiciale a Iudæis feria ſexta ad veſperam, & nume. 3. Et de hoc iudiciali ſcripſiſſe putant (licet falſo) B. Chryſoſtomum, num. 4. Et Tertullianum, num. 5. Et Rupertum abb. num. 6.*

2 *Paſchæ diem celebrari fuiſſe prohibitum non nulli dicunt in feria ſecunda, quarta, & ſexta. Sed Rupertus ait, non agni immolationem, ſed ſollemnitatem tantum fuiſse translatam, num. 7.*

3 *Iudæi infelices quid modo agant non eſt curandum, nam ipſi fatentur, ſe legem non obſeruare.*

Sed veniamus ad auctoritatem B. Ioan. cap. 19. Erat autem paraſceue Pa-
ſchæ hora quaſi ſexta. In qua Middelburgenſis, & non nulli alij ſuum
Achillem conſtituunt, non ſolum in hac præſenti difficultate, quæ quidem
1 nulla eſt, ſed in alia aliquanto maiori, in qua volunt, duplex † Paſcha in paſ-
ſione Chriſti fuiſſe celebratum; Vnum Legitimum a Chriſto tantum, & Di
ſcipulis feria quinta Luna decimaquarta ad Veſperam, & de hoc meminiſſe
aiunt Matthæum, Marcum, & Lucam; Alterum iudiciale a ceteris Iudæis
omnibus tranſlatum in ſequentem diem ex ritu antiquiſſimo, de quo paſcha
ſcripſiſſe dicunt Ioan. Euangeliſtam tum in dictis verbis, Erat autem para-
ſceue Paſchæ; tum in alijs quibuſdam locis. Citant autem quaſdam conſtitu
tiones hebræorum ſub Rabbi Eliezer in ſecunda templi inſtauratione edi-
tas, quibus ritu perpetuo ſancitum fuiſſe aiunt, ne dies feſtus paſchæ cele-
2 braretur vmquam feria ſecunda † quarta aut ſexta. Quòd ſi decimaquinta
Luna primi menſis in has ſeptimanæ dies incideret, transferretur eo an-
no Neomenia primi menſis in ſequentem diem; vt ſic etiam conſequen-

ter

in die feſto qui erat Luna decima quinta. Sed Iudæi qui tota nocte occupati fuerunt & intenti occaſionem Chriſti, diſtulerunt comedere Paſcha in diem ſequentem, ipſi præuaricantes legem. Vnde quando dicit B. Chryſoſt. in 2. expoſitione, quod Iudæi eo die comeſturi erant Paſcha, intelligendus eſt loqui non de omnibus Iudæis vniuerſaliter, ſed de illis tantum qui duxerunt Ieſum ad Pilatum, & non introierunt in prætorium: qui in hoc toti inſiſtebant, vt Chriſtus quamprimum crucifigeretur. Deinde cum ſubiungit B. Chryſoſt. ꝙ Chriſtus pridie fecerat Paſcha cædem ſuam in Paraſceue reſeruans, quando antiquitus celebratū erat. hęc verba, Quando antiquitus celebratum erat. non debent referri ad verbum Paraſceue immediate præcedens, ſed ad verbū Pridie, hoc modo intelligendo. ꝙ Chriſtus fecerat Paſcha pridie, quando antiquitus celebratum erat, id eſt quando ſecundum antiquum morem, & legis præceptum fieri conſuetum erat, prima azymorum, Luna decima quarta ad veſperam; reſeruans cædem ſuā in Paraſceue, id eſt in feria ſexta, quæ erat dies feſta & ſollennis, & humani generis redemptioni aptior. Hęc enim omnia myſteriorum plena erant, vt infra latius ſuis locis in hac quæſtione explicabimus. Volui hæc pauca dicere in declarationem verborum huius beatiſſimi viri ſanctæ eccleſiæ Doctoris; nam non parum profeciſſe mihi videbor, ſi eius auctoritatem e manibus ſchiſmaticorum Græcorum ita eripuero, vt ne minimum quidem verbum pro ſua falſa opinione ab ipſo habeant.

5 Tertullianus † autem in lib. aduerſus Iudæos in duobus locis dicit, Chriſtū fuiſſe paſſum temporibus paſchæ in die prima azymorum, quo agnum vt occiderent ad veſperam, a Moyſe fuerat præceptum. Ex quibus verbis non colligitur tam clare quàm putat Middelburgenſis, ſententiam Tertulliani eſſe, ꝙ tunc paſcha celebratum fuerit poſt paſſionem Chriſti in die Paraſceues ad veſperam; nam optime interpretari poteſt, voluiſſe Tertulliauū hoc aſſerere, Chriſtum fuiſſe paſſum in ipſo die feſto paſchę, qui ſecundum legalem computationem erat primus dies azymorum, & in cuius diei initio ad veſperum ſecundum præceptum Moyſi paſcha fuerat celebratum. Quæ interpretatio ex eo etiam ſuaderi poteſt, quia Tertull. dicit ibi, ꝙ in die paſſionis Chriſti adimpleta eſt prophetia Amos cap. 8. Et erit in die illa dicit Dominus, occidet Sol media die, tenebreſcet ſuper terram dies luminis, & conuertam dies feſtos veſtros in luctum, & omnia cantica veſtra in lamentationem. Si enim dies paſſionis Chriſti, in quo obtenebratus eſt Sol in meridie fuit dies feſtus Iudæorum conuerſus ipſis in luctum ſecundum prophetam, ſequitur, quòd fuit decimaquinta Luna, quæ erat feſtiua & ſollemnis, non decimaquarta, quę nō erat feſtiua. De qua re etiam infra fuſius acturi ſumus.

6 Quòd vero Cornel. Ianſen. & quidam alij citant Rupertū abbatem † Tuitien. in hanc ſententiam, lib. 10. in Matth. in princ. ſuper illud c. 26. Scitis quia poſt biduū paſcha fiet. ipſi egregie falluntur; nā Rupertus tenet quidem factā fuiſſe tranſlationē ſollēnitatis ex feria ſexta in Sabbathū, ne Iudęi duos dies feſtos cōtinuo haberēt, ſed ꝙ immolatio & comeſtio agni paſchalis trāſlata fuerit in ſequētē diē a Iudęis, ita ꝙ Chriſtus pridie ꝗ Iudęi ſuū Paſcha celebrauerit, hoc neq; tenet Rupertus, neq; probat vllo modo: Imò vero contrariū expreſſiſſime, & diſertiſſimis verbis ſæpe docet. Et vt aliqua hic eius loca afferamus. Lib. 2. ſuper Exo. c. 11. ita habet. Mirandū

R eſt,

eſt,quo Græcorum conſuetudo auctore tradit.Sic deleuerit,qui fermentatum panem quærunt,& a ſacramento Chriſti azymum reijciunt, cũ nulli dubium eſſe debeat,quod Dominus noſter non niſi de azymo illud primitus effecerit.Etenim neque fermentatum nocte illa ſecũdum legis edictũ inueniri licebat in cunctis domibus Iſrael:neque ipſe apud ſe habẽdo fermentatum,legitimã porrigere debebat occaſionẽ inimicis ſuis , cum diceret lex,Qui comederit fermentatum peribit anima eius de cœtu Iſrael,tã de aduenis,quàm de indigenis terræ.Sed de hoc aduerſus illos,abundeq; iamdudum a Romana ſede diſputatum eſt.Et lib.eod.c.18.Si nocte,ait,uocatis Moyſe,& Aaron hæc dixit,quo modo illud , quod ſupra dictum eſt , Nullus veſtrũ egrediatur oſtium domus ſuæ vſque mane, iuxta litterã ſtabit?Sed fuerit hoc illis mane,quod vocati exire compulſi ſunt tranſacta iã media nocte,& adſpirante pręſentis lętitię luce.Ceterũ illi manifeſte hãc legem tranſgreſſi ſunt,qui qua nocte agnũ eodem ritu immolauerant,exierunt ad comprehendendum dominum Ieſum.Et lib.3. cap.24. Quis autẽ neſciat,inquit,quia prima dies azymorũ Iudęis in quintam feriã anno illo euenit,qua veſpera Dominus noſter traditus ſubſequẽte die paraſceues crucifixus eſt? Et lib.4.de operibus Spiritus ſancti, qui inſcribitur , de Intellectu,c.8.declarans illa verba Ioel 2.Sol conuertetur in tenebras,& Luna in ſanguinẽ,citata per B.Petrum Act.1.Porro,ait,Lunę glob.in illa obtenebratione quomodocũque ſe habuerit,Luna illis in ſanguinẽ verſa eſt. Luna inquã,id eſt Paſcha ſuum prodigioſo ſcelere totum Chriſti ſanguine cruentatũ eſt.Faciebant enim Paſcha ſecundũ Lunę curſum decimo quarto die ad veſperã,quando Luna pleniſſima eſt,comedebant agnum ſecundum legis mandatũ . Iccirco per Lunã rectiſſime intelligimus Paſcha Iudęorum.Conſtat autem,quia quando Paſcha illud celebrabant, qua veſpera ſuũ agnum comederant,eadẽ Dominum noſtrum verum Dei agnum cõprehenderunt,& tota nocte deriſum, mane tradiderunt Pilato , multum inſiſtentes,vt ſuſpenderetur in ligno,Crucifige,crucifige,clamantes, ſanguis eius ſuper nos,& ſuper filios noſtros . Igitur quia ſuum paſcha , ſuum plenilunium ſanguine Chriſti infelices homicidę cruẽtauerunt,recte dicamus,quia Luna eorum in ſanguinem verſa eſt.Et libr.3.in Oſe.ſuper illud c.7.Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus a coquẽte.Iudęi,inquit, quaſi clibanus ſuccenſi a coquente Diabolo illa nocte paſchali poſt eſum agni ſui crapulati & ebrij circumdederunt Dominum, & tenuerunt eum. Sed clariſſime ſuper Leuit.libr. 2.capitu. 36. hanc rem totam explicat, ita inquiens .

7 Hic iã antiquã Iudæorũ conſuetudinẽ † noſſe operæpretiũ eſt,quæ huiuſmodi eſt.Mos illis eſt,vt vbicumque vitare præualent,numquã duo Sabbatha,id eſt duos dies feſtos,quibus operari non liceat,continuent.Multa.n. (aiunt)nobis importuna fierent,atque incõmoda: verbi gratia in curãdis funerib.quæ interdum a prima veſpera prioris Sabbathi ſeruata in quartũ diẽ fętoris moleſtiã generarẽt.Iccirco vbi quinta feria paſchalis terminus, i.decimaquarta Luna euenißet,agnũ quidẽ eadẽ nocte comedebant , ſed ſequentis diei ſollẽnitatẽ relinquebant in Sabbathũ transferẽdã.Hoc pręſcito nemo miratur,cur quando Dominus paſſus eſt, cũ præterita veſpera Iudęi agnũ comediſſent,quẽ & ipſe Dominus cũ diſcipulis mãducauerat, Iudæis tamẽ iudicia hĩc vacauerit cũ eſſet Luna decimaquinta, quæ dies

ex lege ſancta eſſe debuerat, atque ſollemnis. Et infra. Sunt & aliæ Iudæis tranſpoſitiones eiuſdem diei feſti, quas licet ex abundanti ſit ſcribere, non tamen prætermus, ſicut accepimus ex illis. Non ſolũ in ſexta feria, ſed & ſecunda, & quarta, Dominica quoque diem Paſchæ celebrare fugiunt. Nã ſi ſecunda feria paſcha celebrarent, dies propitiationis, id eſt decimus dies menſis ſeptimi, qui a die Paſchæ centeſimus ſeptuageſimus tertius eſt, in ſextam feriã illis eueniret, quo nihil omnino illis operari licet. Si quarta feria Paſcha celebrarent, Dominicã diẽ propitiationis haberent: & vtrobiq; duo Sabbatha, id eſt duos dies feſtos continuos habentes prædictis incõmodis laborarent. Verumtamen horũ omnium, quæ dicta ſunt ſi ab eis au
ctenticam queras rationem, nullã omnino de Scripturis proferre poſſunt: fatenturque has traditiones non Dei eſſe, aut Moyſi, ſed Magiſtrorum ſuorum Scribarum, & Phariſęorum. Cęterum nunc infelices qualiter agant
8 non curandum eſt, quippe qui nec locum, nec oblationem habẽtes, legem vt ipſi fatentur non obſeruant. Hęc Rupertus.

DE PASCHAE TRANSLATIONE. Cap. LII.

1 *Paſchæ tranſlatio tempore paſſionis Chriſti non erat in vſu apud Iudæos, neque eſt probabilis. Vt patet ex hiſtorijs. nu. 6. Et ex B. Epiphanio. nu. 22. Et ex Alex de Ales. nu. 25.*
2 *Iudæi perfidi in multis locis ſacram ſcripturam corruperunt.*
3 *Paſcha ſemper in decima quarta Luna ad veſperam celebrandum erat. & numer. 5.*
4 *Ioſephi Iudæi libri detruncati ſunt a Iudæis.*
7 *Paſchæ die in celebrando maxima ſemper fuit diſſenſio inter chriſtianos.*
8 *Quartodecimani hæretici, ſiue græco ſermone Theſſareſcædecatitæ obſeruabant Lunam decimamquartam in celebrando Paſcha. Qua in re iudaizabant, id eſt ſimul cum Iudæis Paſcha celebrabant. num. 9. 10. 11. & 12. Et idem obſeruabant quidam Nouatiani hæretici. nu. 14. In quacumque autem hebdomadæ die decimaquarta Luna occurriſſet, in ea omnes abſq; diſtinctione feriarum Paſcha celebrabant, nu. 15 16. 17. 19. & 20.*
13 *Teſſareſcædecatitæ hæretici vnde ſic dicantur. & nu. 18.*
21 *Paſchatitæ hæretici quinam erant.*
23 *Sabbathum dicitur apud Iudæos quodcumque feſtum. Et duplex eſt Sabbathum apud ipſos. nu. 24.*
26 *Paſchæ varias obſeruationes, & antiquos ritus, atque in eo celebrando diſſenſiones hiſtoriographi referunt.*

1 QVamuis autem ſupradicta Ruperti Abb. opinio, quam præcedenti ca. explicaui, de feſti Paſchę translationib. mihi non probetur pro tempore paſſionis Chriſti, ob cauſſas, quas in ſequentib. poſtea adducã, cũ præſertim ſine huiuſmodi tranſlationib. oia in Euangelijs optime ſaluari poſ-

 ſint,

Digitized by Google

ſint,non eſt tamen eandem cũ ſententia Græcorum, aut recentium Lati-
norum,neque tam mala eſt, quàm eſt eorum opinio. Quorum vtrorumq;
dicendi modus,ſiue ſcilicet quòd Chriſtus pridie quam Iudæi Paſcha cele
brauerit Luna decimatertia ad veſperam,vt ſui occiſionem in diem legiti-
mi Paſchæ reſeruaret,queadmodũ Græci aſſerũt,ſiue quòd ipſe legitimũ
Paſcha fecerit Luna decimaquarta ad veſperam, Iudæi vero ex translatio-
ne iudiciale Paſcha celebrauerint die ſequenti, vt dicunt præſentes Lati-
Matt. 26. b 17. ni,ſemper fuit mihi viſus valde improbabilis, pace plurimorũ, qui contra
ſentiunt,ac etiam falſiſſimus. Nã cum tres Euangeliſtæ diſertiſſimis ver-
Mar.14.b 12. bis referant,Chriſtum celebraſſe Paſcha in prima die azymorum,quando
Paſcha immolabant,ſcilicet Iudæi,& in qua neceſſe erat occidi Paſcha,ſci
Luc.22.a 7. licet a Iudæis,quo modo dici poteſt,eum celebraſſe Paſcha vel Luna deci-
ma tertia,vel diuerſo die a Iudæis?

Sed dimittamus nunc Lunam decimamtertiam,nam illam omnes Latini fa
cile reſpuunt,& infra non nulla contra eam ſpeciatim proferemus;ſtemus
in ea translatione,quam recentiores ſequuntur.

Dico in primis,quòd hanc translationem ipſi non probant, niſi ex quibuſ
dam libris Rabbinorũ,qui tamen cuilibet catholico non poſſunt eſſe niſi
2 valde ſuſpecti;nã cũ ipsã ſacrã ſcripturã perfidi Iudæi † in mille locis cor-
ruperint,vt teſtatur de quibuſdã B. Iuſtinus martyr in colloquio cũ Try-
phone iudæo,circa med.& Euſeb.Cæſar.lib.4.hiſt.eccl.c.17.& S.Hieron.
in epiſt.ad Gal.cap.3.ſtatim in prin.& parum infra,ibi,Quia ſcriptum eſt,
Maledictus omnis.&c.& glo.in c.ut veterum.diſt.9.quid mirũ,ſi transla
tiones etiã huiuſmodi in libris ſuorũ Rabbinorũ finxerint in odium Chri
ſti,& Chriſtianorũ?Scilicet vt per eas & impoſſibilia eſſe quæ Euãgeliſtę
dicũt oſtẽdant,& ab eo ritu,in quo Petra ſcãdali ſuper ipſos cecidit,& in
quo ſalus gentiũ facta eſt,ſeſe elõgent,& quantũ valent maxime ſeparẽt.
Et profecto quid opus eſt nobis confugere ad hebraica ſcripta Rabbi Elie
zer,aut cuiuſcũq; alterius Rabbini,cũ in ſacris litteris tũ veteris inſtrumẽ
ti tũ noui veritas huius rei in contrariũ expreſſiſſime pateat? Nũquid me
Hier.2.c. 13. lius eſt fodere nobis ciſternas diſſipatas,quã haurire aquas de fontib.Sal-
Iſa. 12. 2. 3. uatoris?Aut nũquid nõ eſt Deus in Iſrael, vt mittamus ad cõſulẽdũ Deũ
Accaron?Parcant mihi catholici viri,& eruditiſſimi,nã ego tametſi veluti
4.Reg.1.a 3. anſer inter olores obſtrepo,non poſſũ non indignari,cũ videã eos quibuſ
dã ſcriptis deluſos,quib.ne latũ quidẽ vnguẽ de loco moueri paterer. Qđ
ſi centies Rabbini iurarent,a ſæculis numquã in feria ſexta fuiſſe ab ipſis
Paſcha celebratum,non intelligerem tamen niſi a ſeculis impiorum & per
fidorum,poſtquam inimicitias cum Domino,& Chriſto eius contraxerũt.
3 Exo.12.† Leuit.23.Num.9.28.& 33.2.par.30.& 35.Ioſ.5.Ezech.45. ſim-
pliciter Paſcha Luna decimaquarta ad veſperam celebrandum præcipi-
tur,aut celebratum oſtenditur,nec vſquam translatio vlla exprimitur,aut
ſubindicatur.Sed inquiunt,poſtea in ſecunda inſtauratione tẽpli fuiſſe ſta
tutã,& de ea ſcripſiſſe S. Gamalielem B.Pauli apoſtoli præceptorem. At
ego ſcriptis huiuſmodi S.Gamalielis fidẽ non adhibeo,Suſpicor.n.vel alte
rius Gamalielis, vel cuiuſcũque alias perfidi Rabbini mentito nomine S.
Gamalielis ſcripta eſſe,vel certe quæ iã in eis fuiſſe addita,& corrupta.Si
liber S.Gamalielis græce aut latine verſus ex antiquo tpe extaret, tũc,fa
teor,bn põderãdũ eſſet qđ diceret,ſed cũ hebraica lingua exaratus in ma
nibus

nib. Rabbinorũ derelictus deprehẽdatur, cui dubium, potuiſſe illos quæcũque vellent apponere, & immutare? Exemplo rem clariorem efficiam, & a fortiori probabo. Inter opera Ioſephi † iudæi, qui græce ſcripſit, nonne Rabbini in ijs quæ in hebraicum ſermonem verſa ſunt, quædã illuſtria de Chriſto teſtimonia detruncarunt, quæ contra ipſos in fauorem religionis noſtræ maxime faciebant? cum tamen ex B. Hiero. in Catalogo ſcriptorum eccl. cap. 23. & ex libris omnibus græcis & latinis, imò & ex quibuſdã hebraicis antiquiſſimis apud noſtros, vt audio, aſſeruatis deprauatio hæc & impoſtura manifeſtiſſime detegatur? Cur non idem ſecurius in libris S. Gamalielis efficere potuiſſent? Addo, quòd Ioſephus ipſe rerũ hebraicarũ di
5 ligentiſſimus ſcriptor † nihil vnquã meminit harũ translationũ, ſed libr. Antiquit. 2. c. 5. & lib. 3. c. 10. ait, inuiolabiliter a Iudæis obſeruatum, vt decimaquarta Luna agnus immolaretur, & decimã quintã fuiſſe primũ diẽ Paſchæ. Victor etiã Antiochenus vetuſtus ſane auctor, qui ante mille annos floruit, ſcribens in euang. Mar. ſuper illud cap. 14. Non in die feſto. Sane, ait feſtum propter cædem quam iam tũ animo conceperant, haud inuite tranſtuliſſent, at per legẽ non ſinebantur: Siquidem decretum, quod in legalib. illorũ voluminib. traditũ exſtabat, impleri oportebat. Erat autẽ illud eiuſmodi. Paſcha veſtrũ quartadecima die menſis primi immolabis. In eo enim mẽſe, illoque die verum illud Paſcha immolari neceſſum erat.
6 Præterea ex antiquis hiſtorijs † eccleſiaſticis videor mihi poſſe colligere quaſi demonſtratiue, translationes huiuſmodi neque tempore Chriſti, neque poſtea per multa annorum curricula fuiſſe in vſu apud Iudæos, aut vſquam cognitas. Quomodo autem id probem ex his palam fecero.
7 Sciendũ eſt, ꝙ ab initio ferè † naſcentis eccleſiæ vſque ad Nicænam synodũ, & etiã poſterioribus temporibus, maxima fuit ſemper diſſenſio, & controuerſia inter Chriſtianos de die Paſchæ celebrando, quibuſdã vt Romanis, Occidentalibus omnibus, & Græcis, aſſerentib. ex inſtitutione Sãctorum Apoſtolorũ Petri & Pauli, non niſi in Dominica, qua die Chriſtus reſurrexit, celebrandum eſſe, quibuſdam vero Orientalibus, & prẹſertim Aſianis econtrario contendentibus, Paſcha in decima quarta Luna quocunque die ea obueniſſet, Iudæorum more eſſe neceſſario celebrandum.
8 Qui ob id Quartodecimani † hæretici, ſiue græco vocabulo Teſſareſcædecatitæ appellati fuerunt. De qua re & diſſenſione diffuſiſſime ſcribit Io. Stoffler. in Kalend. Romano, propoſ. 32. & ſeq. Modo ſi ex hiſtorijs veterũ, & ex fide dignis auctorib. duo hæc oſtendero, tũ primo quòd hæretici illi Quartodecimani in Paſcha faciendo iudaizabant, & vna cum Iudæis paſcha celebrabant, tum ſecundo quòd nullum diem hebdomadæ repudiabant, ſed abſque differentia, & translatione vlla, ſiue die Dominica, ſiue ſecunda feria, ſiue tertia, ſiue quacumque alia, quartadecima Luna occurriſſet, in ea ſacrum diem Paſchæ accipiebant, profecto euidentiſſime, niſi fallor, concluſum erit contra iudæos, & recentes Latinos, quod translationes illę quibus nunc vtuntur iudæi non in ſecunda tẽpli inſtauratione ante Chriſtũ, ſed longe poſt Chriſtum, & poſt vltimam templi deſolationem inſtitutæ, & adinuentæ fuerint.
9 Primũ igitur, ꝙ Aſiani illi in faciẽdo Paſcha † iudaizarẽt, & cũ iudæis illud celebrarẽt, apparet ex epiſ. cõc. Nicęni ad Alexãdrinã & reliquas eccleſias quã ponit Socr. lib. 1. hiſt. eccl. c. 6. & Theod. lib. 1. cap. 9. & Tripart. lib. 2.

cap.12.& Niceph.lib.8.cap.24.In ea etenim ſic habetur.Euangelizamus
autem vobis & de conſonantia ſanctiſſimi Paſchæ, qui veſtris orationib.
eſt correctum etiam hoc opus,ita vt omnes Orientales fratres,qui cum Iu
dæis primitus celebrabant,conſone cum Romanis & vobiſcum,& cũ om
nibus ab initio Paſchæ cuſtodientibus, ex hoc tempore debeãt cuſtodire.
Idem etiam apparet ex Litteris D.Conſtantini Imperatoris, quas ex eodẽ
conc.Nicæno ad eccleſias ſcripſit,in quibus,vt eſt apud Euſeb.Cæſar.lib.
3.de vita Conſtantini,c.16.& ſeqq.& apud Socr.lib.1.hiſt.eccl. capi.6.&
apud Theodor.lib.1,cap.10.& apud Niceph.lib.8.cap.25. hæc verba ha-
bentur.Ac primum omnium indignum plane videbatur,vt ritum & con-
ſuetudinem imitantes Iudæorum,qui quoniam ſuas ipſorum manus imma
ni ſcelere polluerunt,merito vt ſceleſtos decet,cæco animorum errore te-
nentur irretiti,iſtud feſtum ſanctiſſimum ageremus . Eſt enim noſtrarum
partium,vt illorum more reiecto,veriore,ac magis ſincero inſtituto, quod
quidem vſque a prima paſſionis die hactenus recoluimus,huius feſti cele-
brationem ad poſterorum ſæculorum memoriam propagemus . Nihil igi-
tur ſit nobis commune cum Iudæorum turba omnium odioſa maxime.A-
liam Domini viam,quam inſiſtamus, a Seruatore didicimus . Proponitur
nãque ſanctiſſimæ noſtræ religioni curſus quidem & legitimus & deco-
rus.Hunc igitur conſentientibus animis mordicus tenentes fratres hono-
ratiſſimi, ab illa deteſtabili Iudæorum opinione nos ipſos remoueamus .
Eſt enim reuera abſurdiſſimum,vt illi inſolenter ſe iactent,nos abſque ip-
ſorum diſciplinæ ſubſidio iſtas res nullo modo poſſe obſeruare.Quid tan-
dẽ eſt,de quo illi recte ſentire queant,qui poſt necem Domino illatã,poſt
parricidium illud nefandum ex mentis ſtatu deturbati , non ratione vlla,
ſed temerario animorũ impetu , quocunque inſita ipſis & innata inſania
rapiat,feruntur?Hinc etiã exiſtit,quòd ne in hac quidem parte veritatem
perſpiciant,quippe præ errore extra exquiſitam temporis in hoc feſto ce-
lebrando obſeruationẽ longiſſime euagati eodem anno alterũ Paſcha cele
brant.proinde quid eſt,cur iſtos imitemur,quos cõſtat graui erroris mor-
bo laborare?Eodẽ namque anno idẽ feſtũ bis recolendum non permitte-
mus.Verũ quãuis iſta non a me fuiſſent propoſita , tamen veſtræ ſolertiæ
eſſet,cum diligentiam adhibere,tũ ſemper optare, vt nulla vobis aliquan
do detur occaſio,veſtrorum animorũ integritatem nequam hominũ mo-
ribus admiſcendi.Hæc,& alia etiam plura D.Conſtantinus.
11 Ad idem † facit,quòd Solycrates Aſianus Quartodecimanus ſcribit Vi-
ctori papæ apud Euſeb.Cæſar.lib.5.hiſt.eccl.c.23.omnes ſanctos in Aſia
in obſeruando paſcha diẽ decimãquartã Lunæ ex euangelij præſcripto ob
ſeruaſſe,vt conueniret cum illo,quo Iudæorum populus fermentum abij-
12 cit.Beatus itẽ Athanaſius † in epiſt.ad Orthodoxos de Synodis Arimini,
& Seleuciæ.Siquidem,ait,Nicæna ſynodus non temere habita eſt,vt quæ
habeat grauiſſimos vſus,& legitimã rationem.Syri etenim,Cilices,Meſo-
potamiani in cauſſa feſti claudicabant,atque vna cum Iudæis Paſcha cele-
brabant.Et B.Iſidor.lib.8.Etymol.cap.5.quod habetur in c.quidam autẽ.
13 24.q.3.Teſſareſcædecatitæ † dicti ſunt,inquit , quòd decimaquarta Lu-
na Paſcha cum iudęis obſeruare contendunt.Nam teſſara quattuor,deca
decem ſignificat.
14 Et poſtremo de Nouatianis † quibuſdam,qui ſimiliter cum iudæis Paſcha
cele-

Digitized by Google

celebrant, ſcribit Socrates lib.4.hiſt.eccl.cap.23.& Niceph.lib.11.cap.14. in hæc verba. Nouatus ipſe etſi de ſeuero viuendi modo ab eccleſia Romana diſſentiebat, tempus tamen feſti Paſchatis celebrandi non omnino mutauit. Perpetuo enim illud feſtum de more illorum qui in partibus ad Occidentem ſpectantibus habitabant, obſeruauit, eodemque celebrauit modo. Qui vero eius nomine in Phrygia cenſentur, ab inſtitutis & cõmunione eius cum ſibijpſis indulgentes degeneraſſent, paſchale quoque feſtum mutarunt. Nam in Pazo vico, vbi fontes ſunt Sangarij fluminis concilio coacto pauci quidam epiſcopi Nouatianorum ſtatuerunt, morem Iudæorum, qui azyma faciunt, obſeruandum, feſtumque eodem tẽpore, quo ab illis agitur, eſſe celebrandum. Atque vt idem Niceph. teſtatur lib.12. c. 32. Nouatiani iſti Reſurrectionis diem peragunt Iudæos & ipſi ſecuti, & in idem cum Quartodecimanis tempus incidunt. Hæc de primo.

15 Alterum autem, ꝙ ſcilicet in quolibet hebdomadę die † abſque vlla diſtinctione ſiue prima Sabbathi, ſiue ſecunda, ſiue tertia, ſiue alia, quartadecima Luna occurriſſet, ab his Quartodecimanis Paſcha celebraretur, non minori claritate quàm primum, ex ſequentibus auctoritatib. manifeſtatur.

Euſeb. Cæſareen. lib.5. hiſt. eccl. c.22. ſic habet. Omnes eccleſiæ Aſiæ antiqua quadam traditione adductæ cẽlebant decimoquarto die Lunę, quo Iudæis olim præceptum erat, vt agnum immolarent, feſtum Paſchæ celebrandum: & omnino eo die, in quemcumque hebdomadę diem forte incideret ieiunijs finem ſtatuendum.

B. Io. Damaſc. in lib. de hæreſibus Teſſareſcædecatitæ (iii) vno die quotannis Paſcha agunt, in quemcumque decimaquarta Luna incurrerit, in quo nec Sabbathi, nec Dominicæ diei rationem habent. In eo autem tum ieiunia ſeruant, tum vigilias, & feſtum diem agunt.

16 Nicephorus † lib.4.c.36. Enimuero (inquit) circa finem imperij Cõmodi inter Orientales & Occidentales eccleſias non parua incidit qõ. Eccleſiæ namque Aſianę ex traditione vetuſta, quę ad eas vſq; ad id tempus tranſmiſſa erat, quartumdecimum diem Lunæ obſeruandum eſſe neceſſario duxerunt, qñ & Iudæi ex præſcripto legis agnum mactare, & Paſcha ſuum manducare ſoliti ſunt. Perinde atque neceſſitas prorſus quædam impoſita eis eſſet, in quemcumque diem hebdomadis incidiſſet, eo ipſo die ſtata, conſuetaque ſoluerentur ieiunia; & vt ſemel dicam vna cum Iudæis apud ipſas quoque ſacrum noſtri Paſchatis myſterium celebraretur.

Guill. Durant. in Rationali, lib.6.c.86.nu.11. Eccleſia tamen (inquit) ſcilicet Aſiana, antiquitus celebrabat Paſcha cum Iudæis decimaquarta Luna primi menſis, quocumque die occurreret: quem ritum Sancti patres in Nicęna Synodo prohibuerunt, conſtituentes non ſolum Lunam paſchalem, & menſem inquirere, ſed etiam diem Dominicæ reſurrectionis obſeruare.

Beda lib.3. hiſtor. Angl. c.25. referens verba Vuilſridi loquentis de B. Ioã. Euangeliſta ita inquit. Itaque Ioannes ſecundum legis conſuetudinẽ decimaquarta die menſis primi ad veſperam incipiebat celebrationẽ, feſti paſchalis, nil curans, vtrum hęc Sabbatho, an alia qualibet feria proueniret.

17 Quòd ſi hę auctoritates † recentiorib. non ſufficiant, quia generaliter loquuntur de quocumq; die hebdomadę, non tñ in ſpecie exprimunt vel ſecundam, vel quartam, vel ſextam feriam, in quibus fieri tranſlationes contingit modo apud Iudęos; audiant iam B. Auguſtinum expreſſiſſime iſtas

tranſlationes reuincētem in lib.de hęreſibus ad Quoduultdeum,c.29.vbi
18 ita inquit.Teſſareſcædecatitæ † hinc appellati ſunt,ꝙ non niſi quartade-
cima Luna menſe Martio Paſcha celebrant,quilibet ſeptem dierum occur-
rat dies;& ſi dies Dominicus occurrerit,ipſo die ieiunant,& vigilant.
19 Et B Epiphanius † eadem aſſerens,lib.2. aduerſus hæreſes, To.1.in ſum-
mario hæreſum illius Tomi,nu.4.ſic inquit.Teſſareſcædecatitæ ſunt, qui
vnam diem anni Paſcha perficiunt. In quamcumque vero diem inciderit
decimaquarta Lunæ,ſiue in Sabbathum,ſiue in Dominicam,illam vigilan
tes, ac ieiunantes colebant.
20 Et clarius B.Philaſtrius Brixien. † hanc rem explicat citatus a Gabr. Pra-
teolo in Elencho alphabetico omnium hæreſum. ver.Paſchatitæ. in princ.
21 Ibi enim ita habetur.Paſchatitæ † erant olim ij;qui ſub Commodo Impe-
ratore,& Sotero ſummo Romanorum pontifice,circa annum Domini 182.
de Paſchatis obſeruatione in eccleſia quęſtiones mouebant,aſſerentes(vt
verbis Philaſtrij Brixienſis epiſcopi vtar)quartadecima Luna celebrādum
eſſe Paſcha,non autem ſicut eccleſia catholica celebrat,ſed menſe Martio
ſemper celebrandum.Quod cum faciunt(inquit Philaſtrius)non Domini-
cam diem ſemper cuſtodiunt Paſchæ,neque computant dies & horas, ſed
ſecunda,aut tertia,aut quarta,aut quinta,aut ſexta die celebrant.
Et ex hoc errore non cognoſcunt diem Paſchæ Domini noſtri veram & ſa
lubrem,vnam orbi terrarum ſtatutam & confirmatam a Domino curſu nu
merali Lunę menſibus & emboliſinis.Et cum hæc non cōputant, ignorant
quid celebrent.Iſti porro qui cum Iudæis ita debere fieri Paſcha aſſerunt,
in Galatia,Syria,& Phrygia cōmorantur,& Hieroſolymis.Qui ſane cū Iu
dęos ſequūtur,ſimili cū eis errore depereunt. Et in hoc ſuū Iudęi confir-
mant mendaciū,cum prouident quoſdā chriſtianos legis indoctos, eorum
magis ſequi vanitatem,quàm regulā catholicę veritatis. Et nihilominus ij
cū ipſum Paſcha illis concelebrant, hoc pacto conſortes Iudęorū criminis
& ſceleris eſſe manifeſtantur,atq; ab omnib.dignoſcūtur.Hęc Philaſtrius.
Ecce,quòd Paſchatitæ qui ex Iudæorum obſeruatione ſuum Paſcha facie-
bant, qualibet hebdomadæ die, & quauis feria,nulla repulſa ſecundum
B Philaſtrium illud celebrabant.Et Quartodecimani, qui ſimiliter cū Iu-
dæis Paſcha celebrabant,vt ſupra probatum eſt,in die Dominico decimā-
quartam Lunam obſeruabant iuxta S.Auguſtini, & S.Epiphanij teſtimo-
nium; & conſequenter in feria ſecunda erat illis decimaquinta Luna, &
dies feſtus Paſchæ. Quare falſum eſt, quòd eo tempore Iudæi numquam
Paſcha celebrarent feria ſecunda,feria quarta,aut feria ſexta. Nam ex ſu-
pradictis apertiſſime contrarium colligitur,& docetur.
22 Audiant poſtremo recentiores iſti eundē B.Epiph.† non iā de Quartode-
cimanis,ſed de Iudæis ipſis ita ſpecifice loquentē, vt nihil amplius habeāt
præterea quod deſiderent.Is in Panario lib.1. Tom.2. hæreſi.30. contra
Ebionæos,in fi.loquens de feſto Paſchæ Iudęorū, & de alijs ipſorum fe-
ſtis,ſic habet.Qn̄ enim incidunt hi dies aut in ſecunda Sabbathorum, aut
23 in tertia,aut in quarta,Sabbathum † ēt ipſum ipſis decernitur. Et rurſus
lib.2.Tom.1.hęr.51.contra hęreſim, quæ non ſuſcipit euangeliū Ioannis,
aut Apocalipſi.n.in fi.loquens de feſto Paſchę,& declarās,ꝙ apud Iudęos
24 duplex eſt † Sabbathū;& primum quidem dicitur ſeptima dies hebdoma-
dæ; ſecundum vero appellatur dies Paſchæ in quacūque hebdomadę die
occur-

Digitized by Google

occurrerit, ſic inquit. Et videtis, ꝙ ſecundum appellatur Sabbathum poſt Sabbathum, eiuſmodi ſancta proſabbathi dies in Sabbathum ſanctificata, ſiue Dominica fuerit, ſiue ſecunda, ſiue tertia occurrerit. Hæc B. Epiphan. quibus quidnam vnquam clarius aut dici, aut deſiderari poterat?

25 Bene itaq; Alex. de Ales † in 4 par. q. 100. memb. 3. art. 2. ad 7. ait, ꝙ Iudęi decimaquarta Luna ſemper celebrãt phaſe, quacumq; die accidat, ſiue die Lunę, ſiue die Martis, vel quacumque altera. nec mutabatur (inquit) huiuſmodi tp̃s. Quaſi dicat, licet mutetur hodie huiuſmodi tempus, non tñ mutabatur antiquitus. Quamuis. n. iamdudum Iudæi a certiore obſeruatione temporis celebrandi Paſcha exciderint, veteres tamen Iudęos etiam poſt Chriſtum, præſertim vero Ioſephum, ſcriptorem illum egregium, qui de iudaicis antiquitatibus ſcripſit, legitime, & ſine errore tp̃s Paſchæ obſeruaſſe referunt Socrat. lib. 5. hiſtor. eccl. c. 21. Tripart. lib. 9. c. 38. & Nicephor. lib. 12. c. 33. Et certe mirandum eſſet vehementer, ſi hiſtoriarũ eccleſiaſticarũ ſcriptores, qui diligẽtiſſime omnia nobis de obſeruatione Paſchę deſcripſerunt, & quinã ex Iudaiſmo venientes, & quinã hæretici cũ Iudæis feſtũ illud celebrauerint, & quinã errores in eo celebrando irrepſerint, tũ in die, tum in menſe, tum ẽt in alijs, numquam tñ harum tranſlationum meminiſſent, ſi tunc temporis cognitæ, aut in vſu fuiſſent aliquo modo.

25 De varijs aũt ritibus, † & diſſenſionibus, quæ in celebrando Paſcha contigerunt ſcribunt Euſebius Cęſar. lib. 5. hiſt. eccl. c. 22. & ſeqq. & lib. 7. c. 15. & 26. & lib. 3. de vita Conſtantini, c. 5. 17. & ſeq. Socrates lib. 1. c. 5. & ſeq. lib. 4. c. 23. & lib. 5. c. 20. & ſeqq. Theodoret. lib. 1. c. 9. & ſeq. Sozom. lib. 7. c. 18. & ſeq. Tripart. lib. 1. c. vlt. lib. 2. c. 12. & lib. 9. c. 37. & ſeqq. Nicephor. lib. 4. c. 36. & ſeqq. lib. 6. c. 18. & 36. lib. 8. c. 19. & ſeq. & c. 24. & ſeq. lib. 11. c. 14. & lib. 12. c. 31. & ſeqq.

DE PASCHAE TRANSLATIONE.
Cap. LIII.

1 *Paſcha a Chriſtianis non niſi in die Dominica celebrandum eſt. & nu. 3. Et a decimaquarta Luna vſque ad viceſimamprimam primi menſis. nu. 2.*

4 *Græci hæretici in fermentato conſecrantes dicunt, Chriſtum celebraſſe Paſcha Luna decimatertia ante Iudæos.*

5 *Azymum conſecrauit Chriſtus non fermentatum, etiam quòd Luna decimatertia conſecraſſet.*

6 *Fermentum non abyciebatur e domibus Iudæorum, niſi Luna decimaquarta ad veſperam.*

7 *Paſchæ translationis cauſſæ, quas aſſignant recentiores Latini, friuolæ ſunt, & nullius momenti.*

8 *Sabbatho prohibita erat præparatio cibariorum, in aliis ſollemnitatibus Iudæorum minime. Item Sabbatho prohibitum erat omne opus ſimpliciter, in reliquis ſollemnitatibus opera tantum ſeruilia. nu 9.*

10 *Iudæi vmiſſo Chriſto, amiſerunt legem, ſcientiam legis, & in multis vim etiam luminis naturalis.*

Sepeliri

11 *Sepeliri in feſtis cadauera non prohibebantur apud Iudæos.*
12 *Chriſtus legem ſeruauit in omnibus. Licet legi non eſset obnoxius, num. 13.*
14 *Lex ridicula eſt, ſi vim non habeat coactiuam.*

RVrſus ex alijs capitibus colligitur falſitas illarum Paſchæ tranſlationũ, quas recentiores aſſerunt. Cõſtat enim, quòd in primitiua eccleſia ſta-
1 tutum fuit a Pio papa, † qui fuit nonus a Petro, ne Paſcha celebraretur a Chriſtianis, niſi in die Dominica, vt habetur in eius epiſt. decretali 1. & in c. noſſe. de conſ. diſt. 3. Et Victor papa, qui fuit decimustertius a Petro ſta-
2 tuit, vt Paſcha celebraretur in die Dominica a decima quarta Luna vſque ad viceſimamprimam primi menſis, ita vt ſi ipſa decimaquarta Luna eſſet dies Dominica, in ſequentem Dominicam feſtum Paſchæ transferretur, hoc eſt in viceſimamprimam Lunam, ne cum Iudæis feſtum illud celebrare, & Iudæos imitari videremur, vt apparet in eius prima epiſt. decretali. & in cap. celebritatem, vbi Glo. & Doct. not. de conſ. diſt. 3. & in lectionibus Breuiarij Rom. in feſto ipſius S. Victoris ſub die. 28. Iulij, & declarat Guill. Durant. in Ration. lib. 6. c. 86. num. 11. vbi ait, quod ſi decimaquarta Luna eſt in Dominica, vbi eſt Paſcha Iudæorum, in ſequẽti Dominica eſt Paſcha noſtrum.

Apparet ergo manifeſtiſſime ex hac hiſtoria, & ex dicta S. Victoris determinatione, quòd Iudæi decimam quartam Lunam celebrabant tunc tẽporis etiam in die Dominica, & conſequenter decimamquintam Lunam feſtiuam & ſollemnem in feria ſecunda. Alioquin quæ cauſſa fuiſſet S. Victori transferendi Lunam decimamquartam in viceſimam primam? Quare falſum eſt, quòd Iudæi illo tempore tranſlationem Paſchæ facerent a feria ſecunda in feriam tertiam, prout recentes Latini a præſentibus Iudæis decepti arbitrantur.

Inſuper aduertendũ eſt, quòd venerabilis Beda in lib. de ratione tẽp. quem ſecutus eſt poſtea ad verbum Rabanus Maurus lib. 2. de inſtit. cleric. cap. 39. diligentiſſime ſcribens de noſtri Paſchæ obſeruatione, & illud conferens cũ Paſcha Iudæorũ, inter cetera cap. 57. ait, quòd ſi fieri poſſet, vt eadem omnibus annis Sabbathi die Luna decimaquarta contigiſſet, nil noſtræ paſchalis obſeruantiæ tempus a legali diſcreparet. Sed quoniã Lunæ dies eadem diuerſas ſeptimanæ voluitur in ferias, inde fit, vt qui propter reſurre-
3 ctionem noſtri Redemptoris in Dominicũ diem † Paſchæ initium reſeruare docemur, aliquoties noſtra feſtiuitas ſeptimo poſt legalium azymorũ exordium die ſumat ingreſſum. Non tamen vmquam contingat, vt non noſtra ſollemnitas paſchalis aliquem legalium Paſchæ dierum, ſæpe autem omnes intra ſe complectatur. Et c. 59. Quoties ergo (inquit) diem Dominicũ mox aduentante decimaquinta Luna habemus, nil noſtrum tẽpus paſchale a legali diſſonat, quamuis alijs ſacramentorum generibus eiuſdem Paſchæ ſollemnia colimus. Quoties vero ſecundo, vel tertio, vel quarto, vel quinto, vel ſexto, vel ſeptimo ab hinc die idem Dominicus occurrerit, ne ſic quidẽ legem aut prophetas ſoluimus, ſed euangelicæ potius gratiæ ſacramentis adimplemus. Ex quibus verbis apparet, quòd nulla erat tempore Bedæ notitia, aut ſomniatio tranſlationis diei Paſchæ apud Iudæos, quæ hodie in vſu eſt. Nam poſitis huiuſmodi tranſlationibus, neque verum eſſet, quòd

noſtra

Digitized by Google

noſtra feſtiuitas per ſeptem quandoque dies a iudaici Paſchæ legali celebritate diſtaret; neque etiam vmquam poſſet contingere, vt tertio, vel quinto a Iudæorũ celebritate noſter dies Dominicus paſchalis occurreret. Præterea mirandum etiam eſſet vehementer, quando antiquæ eſſent huiuſmodi tranſlationes, ſi Græci in fermentato conſecrantes, qui volunt;
4 Chriſtum celebraſſe Paſcha† ante Iudæos Luna decimatertia ad veſperam, quos deinde ſecutus eſt Euthymius, tacuiſſent hunc dicendi modum tam pulchrum, & ſuæ opinioni tam bene fauentem. Nam præcipua ratio qua ipſi mouentur, & contra eccleſiæ Latinæ conſuetudinem tenent, non eſt alia, niſi quia putant (licet falſò) Chriſtum in fermentato conſecraſſe. Et quamuis ſuppoſito, quòd Chriſtus Luna decimatertia agnum paſchalem
5 comederit, non ſequatur ex hoc, quòd conſecerit † in fermentato, ſed potius, vt bene aduertit S.Tho. in 4. ſent. diſt. 11. quæſt. 2. art. 2. q^ia 3. poſt Magiſtrũ hiſtor. ſcholaſt. in hiſtor. euang. cap. 149. euidenter adhuc oſtẽdatur, quod in azymo corpus ſuũ conſecrauerit, quia cum in lege præciperetur, vt agnus paſchalis nõ niſi cũ azymis panibus cõmederet, vt patet Exh. 12. & Deuter. 16. Chriſtus qui numquã legi Dei contrarius apparuit, non eſt putandus in hoc legem tranſgredi voluiſſe, ſed cenſendus eſt, quòd poſtquam Paſcha celebrare elegerit ob aliquam iuſtam cauſſam ante legitimũ tempus Luna decimatertia, illud cum debitis & requiſitis cærimonijs, & circumſtantijs celebrauerit. Tamen Græci in hoc ſtant, & inſiſtunt, quòd
6 Luna decimatertia fermentum † adhuc non erat abiectum e domibus Iudæorum, & quòd Chriſtus eo pane vſus eſt, quem apud hoſpitem reperit. Quare ſi ſciuiſſent Græci duplex hoc paſcha, quod noſtri recentiores eſtin guunt, vtique libentiſſime conceſſiſſent (vt puto) quod Chriſtus legitimo tẽpore Luna decimaquarta manducauerit phaſe, dummodo hoc illis concederetur, quòd Luna illa decimaquarta ex tranſlatione Iudæis habebatur pro decimatertia, & per conſequens, quòd illo die cum eſſet ante Iudæorũ paſcha adhuc omnes fermentatis panibus veſcebantur. Nam hoc dicendi modo multo elegantius & ſuauius Græci ſuam opinionẽ ſtatuiſſent, & aliquanto melius Euangeliſtarum dicta, ac reliqna omnia ſaluaſſent. Cum ergo huiuſmodi interpretationis numquam meminerint, ſignum fere eſt demonſtratiuum, quòd Græcorum illorum tempore hæ trãſlationum fabellæ adhuc inuentæ non erant, neque excogitatæ; aut ſaltem apud ipſos adhuc rumor earum non peruenerat.

Addo etiam his, quòd cauſſæ, ob quas tranſlationes illæ factæ aſſeruntur,
7 tam friuolæ † ſunt, & nullius momenti, vt ne vnius quidem aſſis ſint æſtimandæ.

Dicunt, præcipuam cauſſam fuiſſe, ne cum Sabbatho alterum feſtũ continuaretur, quia nimis moleſtũ erat Iudæis, duobus cõtinuis diebus cibariorum præparatione priuari. Quaſi vero Deus ipſe qui legem tulit, & qui expreſſe prohibuit, addi illi quidquam aut detrahi, dicens Deut. 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. hoc tam magnum malum neque ſciuerit, neque animaduerterit, aut quaſi biduum commodiſſime, & ſine vlla fere difficultate tranſigi nequeat abſque noua eſculentorum præparatione; itque illico moriendum ſit, niſi recens & calidum iuſculum afferatur. ſed quid opus eſt alia ſolutione, cum plane falſiſſimum ſit
8 quod aſſumunt? præparatio cibariorum in ſabbatho quidem † verum eſt,

quòd

quòd prohibita erat, at in reliquis feſtiuitatibus Iudęorum neutiquam.
Quod apparet ex Leuit.cap.23. Ibi enim agitur ſigillatim de omnibus fe-
9 ſtiuitatibus, & in ſabbatho quidem omne opus ſimpliciter † & indiſtincte
prohibetur, at in reliquis non ſimpliciter omne opus prohibetur, ſed omne
opus ſeruile, vt egregie ibi aduertit Caiet. & nos infra latius explicaturi ſu-
mus, cap.66.num.2.& ſeqq. prępparationes igitur cibariorum, quę ſine ſer-
uilitate fieri poterant, prohibitę non erant. Vnde B. Thom. ſuper Ioan.cap.
19. ibi, Erat autem Paraſceue Paſchę, inquit, quòd Iudęi feria ſexta cibos
pro ſabbatho colligebant, & quòd in hoc nulli feſtiuitati deferebant. Et in
ſpecie in ipſis feſtis diebus paſchę, primo, & ſeptimo, qui ſollemniſſimi erāt,
nihil operis faciendum pręcipitur Exho.12. & exceptis his, quę ad veſcen-
dum pertinent.
Altera cauſſa, quā aſſignant huiuſmodi translationū eſt, ne dies ſeptimus
feſti Tabernaculorū in ſabbatho cōtingeret; nā in eo ſeptimo die ſepties cir
cuibant altare, & voluptatibus dediti multa (inquiunt) bacchanalia facie-
bant, quæ in Sabbatho non licuiſſent. Sed o cauſſam iuſtam, & omni vene-
ratione ſuſcipiendam. Nimirum propter bacchanalia, & voluptates corri-
genda erat lex diuina, vt id quod minus eſt maiori cederet. Nōne hic vnuſ-
quiſque perſpicit manifeſte, inuentionem eſſe hanc perfidorum Iudęorum,
10 poſtquam amiſſo Chriſto † amiſerunt ſimul & legem, & ſcientiam legis, &
in multis vim etiam luminis naturalis? Deinde circuire altare in Sabbatho
quodnam nefas erat? Quòd ſi id non licuit, cur quolibet ſeptem dierum cir
cuibant? Vnus enim ex illis neceſſario Sabbathum fuit. At in ſeptimo (in-
quiunt) circuibant ſepties, in ceteris ſemel. Sed niſi aliud dicant, hoc non eſt
rationem afferre, ſed tantum pro libito loqui. præſertim cum Ioſ.6. legatur,
in captione Iericho, in cuius memoriā circuitiones illę faciendę erant, popu
lū Iſraeliticū ſingulis ſex diebus ſemel circuiſſe ciuitatem, & in ſeptimo die
ſepties: Ipſique met Iudęi fateantur traditione teneri, diem illum ſepti-
mum fuiſſe Sabbathum.
Alia poſtremo cauſſa illarū tranſlationū affertur ex incōmoditate ſepelien-
di corpora mortuorū, quę in tertiū diē dilata, & facile cōputreſcentia fœto-
rē immiſiſſent. ſed hęc ſimiliter cauſa vana eſt, tū quia prouidentiā Dei re-
darguit, tamquā qui hoc in latione legis non cogitauerit, tū quia falſum eſt,
11 quòd in feſtis ſepeliri cadauera † prohiberentur. De qua re nos infra latius
poſtea diſputaturi ſumus cap.65. in fine, & cap.66. in princ. vſque ad nu.23.
Vtrum vt melius harū tranſlationū & falſitatē & nouitatem dignoſcamus,
fingamus ante Chriſti tempora in ſecunda templi inſtauratione (vt ipſi vo-
lunt) inſtitutas fuiſſe, atque vſu ab omnibus receptas. Chriſtus igitur qui fa-
Gal.4.4. 12 ctus eſt ſub lege † vt eos qui ſub lege erant redimeret, & qui circunciſus
debitorem ſe conſtituere voluit vniuerſæ legis faciendę, & qui non venit le
Gal.5.3. Mat.5.17 gem ſoluere, ſed adimplere; nonne debuit eas tranſlationes ſeruare, & ſeſe
ceteris hac in re conformando, legem Superiorū non tranſgredi? Quòd ſi in
his ſequendi non erat ſummi Pontifices, & legis Doctores, in quibus nā eos
Mat.23.2. audiendos docuit, cum dixit, Super cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, &
2 Phariſæi: quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite? Nonne ipſe eſt, qui
Act.1 a.1. cœpit prius facere, & poſtea docere? & qui ex humilitate factus eſt obediēs
Phi.2.a.8. vſque ad mortē, mortem autē crucis? Profecto non minima (vt mihi videtur)
iniuria irrogabitur Chriſto, ſi fecerimus eum hoc modo in re tāti ponderis,
&

Digitized by Google

13 & quod plus eſt, ſine cauſſa, ſine neceſſitate, ſine propoſito tranſgreſſorem legis. Scimus quidem, quòd ipſe legi illi † non tenebatur; & quod nemo potuiſſet de iure dicere ei, Cur ita facis? ſed poſtquam ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominũ factus, & ſtatim ab exordio natiuitatis ſuæ voluit tamquam ſubditus ſub cenſu deſcribi, & tributa deinde perdere, vt diſceret, & quidem cum eſset filius, ex ijs, quæ paſsus eſt, obedientiam; cumque appareat, eum quotannis aſcendiſse in Hieruſalẽ ſecundum conſuetudinem diei feſti ad celebrandum Paſcha vel cum parentibus, quando erat puer, vel cum Diſcipulis poſtquam euangelij prædicationem aſsumpſerat; cumque etiam conſtet, iuſsiſse eum leproſo, quem ſolo verbo ſanauerat, Matth. 8. vt oſtenderet ſe Sacerdoti, & offerret munus, quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. tum propter humilitatem, vt ſacerdotibus deferre honorem videretur, tum ſimul etiam ne quod in eo ſæpiſſime criminabantur, legem videretur infringere, vt ibi ait B. Hieronymus. Cur volumus eum in vltimo vitæ ſpiritu legem communẽ contẽpſiſse, & ſolum inter omnes tam grande cum ſuis Diſcipulis feciſse ſchiſma? Iob 11. c. 10 Phi. 2. a. 7. Lu. 2. a. 1 Mt. 17. d 27. Hebr. 5. c. c. 8 Luc. 2. f. 42. Io. 2. c. 13

Verum dicent fortaſse, quòd Chriſtus per hoc legem non violauit, immo vt ſtatueret legẽ Dei, traditiones ſeniorum contẽpſit. Hic nobis ne in æquiuoco laboremus, diſtinguendũ eſt. Aut putant primo translationes illas malas fuiſse, & contra legẽ Dei, ita vt peccarent, qui ſcienter eas ſeruabant. Aut contra ſecundo fuiſse validas, ita vt cunctos obligarent ad ſui obſeruationẽ. Aut tertio, & poſtremo fuiſse indifferentes, ita vt vnuſquiſque poſset vel vti, vel non vti illis, prout ſibi liberet. Non primum, tum quia Nicodemus magiſter in Iſrael, & Ioſeph ab Arimathia, ambo viri Iudæi, & iuſti ſeruauerunt ſecundum ipſos tranſlationes illas: tum etiam quia Chriſtus reprehendiſſet de hoc Scribas & Phariſæos, quemadmodum de alijs traditionibus, quæ malæ erant, manifeſte eos redarguit. Non etiam vltimum, tum quia numquam fuiſſet toleratum tantum ſchiſma in vna & eadem ciuitate Hieruſalem, in qua ſummus Pontifex reſidebat, & ad quam concurrebant Iudæi ex omnibus terræ partibus ad feſta celebranda: tum etiam quia ridi-

14 cula alioquin fuiſſet conſtitutio † ſi vim coactiuam non habuiſſet, cum in ſuis verbis legis vniuerſalis præceptiuæ maieſtatem, & promulgationem præ ſeferret. Ita enim habet conſtitutio, vt ipſi citant. Statuerunt Patres noſtri Iudices æquiſſimi in Templi inſtauratione ſecunda, quando in Tẽpli porta, diuina eis apparuit maieſtas ſuper cathedram igneam, ordinẽ ſempiternũ. Accepta itaque corona, & ſigillo ſecreto præſidente Elezaro legiſperito ſtatuerunt, vt feſtum Sortis numquam poſſit contingere feria ſecunda, feria quarta, aut Sabbatho. Paſcha vero numquam feria ſecunda, feria quarta, aut feria ſexta celebrari poſſit. Et Pentecoſte numquã feria tertia, feria quinta, aut Pabbatho accidere poſſit. Caput anni, & feſtum Tabernaculorũ numquam feria prima, feria quarta, aut feria ſexta. Ieiunium expiationis numquam feria prima, feria tertia, vel feria ſexta contingere poſſit. Vel ſecundũ aliam tranſlationem ita. Sic ſtatuerunt Magiſtri noſtri Iudices Sanhedrim magni nominis in ſæculo. In domo Sanctuarij ſecunda cum exſtructa eſſet & conſummata, tunc apparuit ſolium igneum perfectiſſimum, ſuper quod ſedebat Rex mundi ſublimis valde, ſtans inter porticum. & acceperunt coronam, appenderuntque ſigillum reconditum, & ſanxerunt, ordinauerunt que ſtatutum perpetuum, & traditum eſt in manu Rabbi Eliezer, qui reliquis

quis omnibus maior erat. Et is ordinauit, diem Sortium non obſeruari ſecundo, quarto, ſeptimo hebdomadæ die. neque Paſcha ſecundo, quarto, ſexto. neque diem Retentionis tertio, quinto, ſeptimo. neque Principium anni ſecundo, quarto, ſexto. neque diem Expiationis primo, tertio, ſexto. in æternum.

Reſtat ergo ſecundum, & per conſequens, verum eſſe, quòd Chriſtus legem ſoluiſſet, prout ego dicebam.

DE PASCHAE TRANSLATIONE. Cap. LIV.

1 *Legis cærimonialia, & omnia Iudæorum feſta in paſſione Christi ceſſauerunt. Poterunt tamen diutius ſine peccato obſeruari vſque ad ſufficientem euangelij promulgationem, nu. 13.*

2 *Cauſa ceſſante ceſſat effectus.*

3 *Legis ad correctionem ex præſumpta, & tacita ratione legis argumentar i non licet.*

4 *Legis ratio tacita ſi nulla alia aſſignari poſſit, habetur pro expreſſa.*

5 *Legis rationem vnicam eſſe non eſt præſumendum, niſi id probetur præſertim in materia correctoria.*

6 *Chriſtus apparuit in terris manducãs, & bibẽs communem cum alijs vitam non ſolitariam degens. Et legem ſeruauit in omnibus, nu. 9. 10. & 11.*

7 *Lex vni tantum perſonæ, aut alteri ceſſans, cenſenda eſt ſimpliciter non ceſſare.*

8 *Lex non ſingulas perſonas, ſed generaliter conſtituitur.*

12 *Paſchæ in celebratione maxima olim diſſidia orta ſunt.*

14 *Græcorum fermentariorum argumenta multi Doct. catholici ſoluerunt.*

AB argumento ſuperiori capite facto contra aſſertas paſchæ translationes pro tempore paſſionis Chriſti, rurſus effugiunt, & ex alio capite elabi conantur qui dictas translationes defendunt. Dicunt enim, quòd ratio translationis paſchę ex feria ſexta in Sabbathum, prout illo anno paſſionis Chriſti fuit, dependebat ex feſtis futuris in menſe ſeptimo; ne ſcilicet (vt ſupra retulimus capitu. proximo) dies ſeptimus Tabernaculorum in Sabbatho contingeret. Chriſtus autem ſciebat, per paſſionem ſuam iamiã
1 imminentem, ſequentia feſta, & legis cærimonialia † ceſſatura, & vim ſuã amiſſura, & idcirco vti non debuit in celebratione paſchę translatione illa,
2 quia regula iuris eſt, quòd ceſſante cauſa † præſertim finali, ceſſare habet effectus, c. cum ceſſante, de appel.

Verum in hac reſponſione multa aſſumuntur, quæ diligentiori indigerẽt diſcuſſione; attamen nos quædam dumtaxat breuiter proponemus, vt appareat, quàm infirmo, & ruinoſo innitantur fundamento, qui faciunt, per translationes illas omnia ſibi inuicem belle congruere, & appoſite correſpondere.

In primis falſum videtur, quòd translatio paſchę ex feria ſexta in Sabbathum

thum dependeret a feſto Tabernaculorum futuro, nam lex tranſlationum quam ipſi citant, & quam nos ſupra retulimus in precedēti capite, in fine, ſimpliciter ſtatuit nulla adiecta cauſſa, quòd feſtum paſchę numquam celebretur feria ſecunda, quarta, aut ſexta: feſtum Tabernaculorum numquam feria prima, quarta, aut ſexta; & ſic de ceteris feſtiuitatibus. Quare dicere, quòd illa vel illa ſit cauſſa finalis tranſlationis paſchę, aperta videtur quędam
3 diuinatio. Argumentari autem a preſumpta, & tacita † ratione legis ad ipſius legis correctionem, non licet, l. 1. §. ſi is qui nauem, ff. de exerc. actio.

Fortaſſe inſtabunt recētiores Latini vlterius dicentes, quòd quāuis cauſſa in lege non fuerit expreſſa, tamen cum nulla alia aſſignari poſſit, illa taci-
4 ta, & coniecturata † pro expreſſa haberi debet.

Reſpondetur tamen ad hoc, primum quod quidquid ſit, ſaltem in dubio
5 non eſt preſumendum, vnicam eſſe cauſſam, & rationem legis, niſi id probetur, pręſertim in materia correctoria. vt voluit Salycetus communiſſime receptus in l. ſi ſerui veſtri, C. de noxal. act. quem citat Tiraquellus in trac. ceſſante cauſſa, vbi latiſſime hanc materiam tractat, limitat. 21.

Deinde dico, quòd in caſu noſtro alię etiam rationes illius tranſlationis aſſignari poſſunt. puta quia fortaſse inconueniens viſum fuit, quòd feſtum paſchę ſollemniſſimum in die Vigilię Sabbathi celebraretur; Nam licet ea, quę ad veſcendum pertinent non eſsent prohibita in feſto paſchę, tamen quòd tenerentur Iudęi in dicto feſto parare cibaria non ſolum pro illo die ſed etiam pro ſequenti die Sabbathi, viſa fuit quędam inhonoratio ipſius feſti. preterea alia ratio tangitur a Ruperto abb. lib. 2. ſuper Leuit. cap. 36. quem retulimus ſupra, cap. 51. num. 7. quia ſcilicet nimis moleſtum erat, & incommodum, in humandis corporibus diem tertium, aut quartum exſpectare. Hę autem rationes, & alię ſimiles non dependebant a futuro. Quare lex illa tranſlationis adhuc vigebat in ſuo eſse; & ideo ſine dubio Chriſtus eam ſoluere non debuiſset. Quādo enim alicuius effectus plures ſunt cauſſę ceſsante vna alię non ceſsant, §. affinitatis, inſtit. de nupt.

Pręterea eſto, quòd finalis cauſsa tranſlationis paſchę a feria ſexta in Sabbathum, nulla eſset alia, niſi quam iſti aſſignant, quę dependebat a futuris feſtis in ſeptimo menſe. Et dato etiam, quòd cauſsa illa fuiſset in lege tranſlationis expreſsa, quę tamen omnia falſa ſunt. dico, & aſsero adhuc, quòd Chriſtus eam tranſlationis legem non fregiſset. Nam poſtquā in terris vi- Bar. 3. d. 38
ſus, & cum hominibus conuerſatus, manducās & bibens apparuit commu- 1. Io. 13. b 15
6 nem cum alijs vitam non ſolitariā degens; de qua re not. S. Thom. in 3. parte, queſtio. 40. neutiquam decebat, vt in vltima paſchę celebratione, in qua ſummę humilitatis exemplum dedit nobis, vt quemadmodū ipſe fecit, ita & nos faciamus; ſingularem hac in re prę ceteris cunctis ſeſe oſtenderet, & maximum prę beret Iudęis ſcandalum, maximamque eis calumniādi occaſionem relinqueret. Quāuis etenim ex hypotheſi cauſsa trāſlationis deficeret, defectus tamen ille erat occultus, & nemini niſi ſibi, aut etiā ex ipſius reuelatione B. Virgini matri dumtaxat manifeſtus. Quare in eo caſu cum lex tranſlationis vni tantum perſonæ aut alteri ceſsaret, cēſenda erat
7 ſimpliciter † non ceſsare. ex doctr. Bald. in l. prima, in princip. ſuper Gl. 3. ff. de fer. quem refert, & ſequitur Tiraquel. in ſupradicto tracta. ceſsante cauſsa, limitat. 7.

Iura

8 Iura namque non in ſingulas † perſonas, ſed generaliter conſtituuntur: vt
habet Vlpianus in l. iura, ff. de legi. Vnde B. Epiphan. in Panario hære. 51.
contra hęreſim quæ non ſuſcipit euangelium Ioannis Apocalypſim: tenēs
quòd Iudæi in eo paſcha celebrando maxime errarent in dierum Lunæ cō
putatione, aſſerit tamen Saluatorem noſtrum vna cum ceteris Iudæis feciſ
9 ſe paſcha, ne legem † diſſolueret, ſed impleret. Cuius verba hæc ſunt.
Iudæi tunc decepti non ſolum anticipabant tumultuātes duos dies eden-
tes Paſcha, ſed etiā tranſgreſſionis vnum diem apponentes, omnib. modis
ipſi errantes. At vero diſpenſatio veritatis exactiſſime oīa nobis ſalutariter
operata eſt. Vnde & ipſe Saluator vbi perfeciſſet Paſcha exiuit in mōtem
poſtquam comedit, cum dixiſſet, Deſiderio deſideraui. & illic Paſcha iudai-
cum cum Diſcipulis comediſſet, non aliter faciens, ſed etiā ipſe cum faciē-
tibus æqualiter faciens, vt ne diſſolueret legē, ſed impleret. Ad quod facit
etiam quod ait B. Chryſoſt. homil. 82. in Matth. ſuper illud c. 26. Prima au-
tem die azymorum. Cuius autē (inquit) rei gratia venit ad Paſcha? Omni-
10 bus ſemper † vſque ad vltimum paſſionis diem non eſſe aduerſarium ſe le-
gi oſtēdit. Et Victor Antioch. in illud Marc. 14. Et mittit duos. &c. Chriſtus
(ait) adornat Paſcha, quò ad vltimum vſque vitæ diem legi per omnia ſeſe
obſequentem fuiſſe oſtendat, in nulla autem re legi contrarium. Et Beatus
11 Cyrillus Hieroſol. catech. 13. Chriſtus (ait) non propter legis contemptum
paſſus eſt, legis enim impletor erat.

Vt autem actio illa Chriſti melius innoteſcat, & conſideretur, fingamus
(exempli gratia) aliquem inter nos egregium Mathematicum, & calculato-
rem, qui velit Paſcha celebrare, non eo die quo nunc celebrat eccleſia, ſed
quē ipſe ex vera æquinoctij & quartædecimæ Lunæ ſupputatione colle-
gerit, & quē propediē ex decreto ſūmi pontificis Gregorij xiij. omnes nos
obſeruaturos ſperamus; nunquid non calculatorē hunc plus quā oportet,
& prius quam oportet ſapere ſapientē, ſtatim tā quā ſchiſmaticum Catho-
12 lici omnes exſibilaremus, & deteſtaremur? † Deus bone, quanta diſſidia
olim in eccleſia orta ſunt propter vnū diē celebrationis Paſchæ? Victor pa-
pa nonne ob hunc ſolū diem totius Aſiæ, eiuſque finitimas eccleſias, veluti
alienū atque diuerſum dogma propugnantes reijcere, & ab vnitate catho-
lica arcere in animo habuit? Et hanc ſolā ob cauſam etiā e litteras conſcrip-
ſit, quibus illos homines publice notauit, omneſque ſimul a communione
prohibuit? vt refert Niceph. in hiſt. eccl. lib. 4. c. 38. poſt Euſeb. Cæſar. lib. 5.
c. 24. Et non erubeſcemus deinde nos Chriſtū dominum auctorem omnis
pacis & concordiæ, a toto populo publice diſcordantē facere in ea Paſchæ
celebratione, quam ſine vllo ſcrupulo commodiſſime vna cum alijs per-
agere potuiſſet? præſertim quòd legalia, quæ in paſſione ipſius moritura
13 erant, † non erant ita futura mortifera, quin valerent ſine peccato diutius
obſeruari, quemadmodum de facto ſeruata fuerunt, vſque ad ſufficientem
euangelij diuulgationem. vt ex ſententia S. Auguſtini in epiſt. 19 quæ ha-
betur etiam inter epiſtolas S. Hieron. epiſt. 97. tenet B. Tho. in 1. 2. quæſt.
103. art. 4. ad 1.

Quòd ſi ſcientia illa ceſſationis legalium operabatur in Chriſto, vt cōmunē
Paſchę celebrationem præueniret, hoſpes qui ei cœnaculum ſtratum præ-
ſtitit, & ceteri miniſtrantes, quo modo ſalua conſcientia rei tam infelicę
participare potuiſſent? Nam (vt inquit Gennadius Scholarius in defenſio-

ne

ne quinque capitum conc. Florentini, capit. 2. ſect.4.) qui parabat id Paſcha Zebedæus erat, qui cum Iudęus eſſet, nil aliud feciſſet, quàm quod lex iubebat.

Diſcipuli vero Chriſti perſonę idiotę & ſimplices, qui neque myſterium redemptionis intelligebant, neque veriſimile eſt, ſubtilem Neomenię aut diei Paſchę ſupputationem calluiſſe, niſi quantũ publice, & vulgo ferebatur, quo modo in primo die azymorum, qui tamen vulgo & publice nõ fuiſſet
habitus primus azymorum, priores ipſi Chriſtum interrogant apud Mat- Mat.26.b
theum, & Marcum, Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Quod ſi prior 17
Chriſtus eos monuerat dicens, Euntes parate nobis paſcha, vt manduce- Mar.14.b
mus. vt ex contextu Lucæ interpretatur Ianſenius in c.129 concor. euang. 12
Quo modo non reſpondiſſent potius, Quando vis paremus, quàm Vbi vis Luc.22.a.
paremus? Potius enim ſine dubio tempus, quàm locum edoceri petiiſſent. 8
Dicere autem, quod Chriſtus eos inſtruxerat prius de omnibus, & corda reliquorum mouerat, ne in hoc contradicerent, aut calumniam inferrent, eſt multiplicare miracula ſine neceſſitate, & plane diuinare, quæ Euangeliſtæ nullo indicio nobis deſcripſerunt.

Pontifices porro, Scribæ, & Phariſæi aduerſarij Chriſti, & Iudas proditor (vt bene not. Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtantinop. in defenſione quinque capitum conc. Florentini, c.2. ſect.5. in hac materia cõtra Grecos diſputans) quam aliam maluiſſent cauſſam, aut occaſionem perdendi Chriſtum, & occidendi, hac vna meliorem, aut iuſtiorẽ vnquam? Certe Iudæi Pilato non dixiſſent, cum percunctaretur ab eis, quid mali feciſſet.
Nos legem habemus, & ſecundũ legẽ debet mori. ſed ſic vtique dixiſſent Io.19.a.7
(quæ etiã rationi conſentanea, & iuſta erat cauſſa, quòd legẽ tranſgreſſus eſſet) Aliud Paſcha noſtræ leges iubent, aliud ipſe fecit. At hoc quidem nõ dixerunt. Quanam de cauſſa? Quia dicere non potuerunt. Admiror igitur admodum (vt eiuſdem Gennadij verbis proſequar) quo modo Iudæi cauſſam ſedulo quærentes non inuenerunt, cum multi inſudaſſent, neque Iudas. Et nunc fratres noſtri cauſſam, & prætextũ iuſtiſſimum Iudæ ſubminiſtrãt ſimul ac Iudæis. Etenim ij à Pilato interrogati, quam cauſſam erga iuſtum hominem afferrent, aliud dicere non potuerunt, quàm quod Deũ ſeipſum, & Dei filium appellaret; cumque ad hoc teſtificandum multi falſi teſtes acceſſiſſent, id non inuenerunt. Ipſi vero nunc fratres noſtri tranſgreſſorem Chriſtum aperte faciunt, iureque ipſum a Iudæis damnatũ volentes nolentes egregie comprobant. Hæc Gennadius.

Quare ex his intrepide concludendum mihi videtur, tranſlationes feſtorum illis tempore Chriſti neque adinuẽtas, neque vllo modo in vſu fuiſſe; & Chriſtum celebraſſe paſcha Luna decimaquarta ad veſperam, eo die ferię quintę, quo reliqui etiam omnes Iudæi paſcha ſimiliter ſuum celebrauerunt ſecundum legem, & ſecundum traditiones. vt ait S. Anſel. lib.2. de Imag. mundi, cap.17.

Neque huic ſententiæ aliquid repugnat ex Euangelijs, aut obſtat, propter quod huiuſmodi tranſlationum chimeras tam a ſeipſis diſſidentes effingere cogamur. Immo vero omnia argumenta, quæ in contrarium ſolent adduci, tam bene Chriſto adiuuante ſolui poſſunt, quàm vere tranſlationes illæ falſæ, & minime veriſimiles oſtenduntur.

Et quidẽ nõ defuerunt ante nos, qui contraria argumẽta omnia ſufficien-

tiſſime ſoluerent; Nam cum recentiores iſti non alijs rationibus vtantur ad ſuas tranſlationes confirmandas, quàm quibus olim Græci fermētarij
14 contra eccleſiam Latinam vſi ſunt, Græcorum † argumenta egregie ſolnerunt inter alios hi. Innoc. III. lib. 4. Myſter. Miſſæ, c. 4. S. Anſelmus in libello de fermentato, & azymo. Altiſſiodor. in ſumma, lib. 4. in tract. de euchar. quæſt. vltima. Alex. Alen. in 4. par. quæſt., 2. memb. 3. Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ, in hiſtor. euang. c. 149. S. Bonauent. in 4. ſent. diſt. 11. in 2. par. art. 2. quæſt. 1. S. Tho. in ead. diſt. quęſt. 2. ar. 2. q^a 3. & in 3. par. Summę, quęſt. 46. art. 9. ad 1. & ibi. Caiet. & in opuſc. 1. c. 72. & cōtra Gent. lib. 4. c. 69. Scotus in ead. diſt. 11. 4. ſent. quęſt. 6. dub. 3. Ricar. diſt. ea. art. 2. quęſ. 3. Durand. diſt. ead. quęſt. 4. Tho. ab Argentina diſt. ead. quæſt. 2. art. 1. cōc. 3. Dionyſ. Carthuſ. diſt. ead. quæſt. 5. Ioan. Bachon. diſt. 8. eiuſdem 4. ſent. quæſt. 2. art. 1. dub. 6 Rayner. in Pantheol. tit. de euchar. capit. 8. Gabr. Biel ſuper cano. lect. 34. Abulen. in 2. par. Defenſorij. Nicol. de Nyſe, tract. 6. par. 3. de euchar. quæſt. 1. Io. Antonius Pandoſius Coſentinus in lib. de cena domini, cap. 3. Alphonſ. de Caſt. aduerſus hæreſes, ver. Euchariſtia. hęr. 2 Sixtus Senenſ. in Biblioth. ſancta. lib. 6. annot. 110. Felician. Capito nus in 2. par. catholicarum explicationum, c. 57. & qui nuper latine excuſus eſt Gēnadius Scholarius in defenſione quinque capitum conc. Florentini, c. 2. Et alij innumerabiles qui ſuper euangelia commentarios ſcripſerunt.

In ſpecie autem tranſlatoribus iſti reſpōderunt Io. Maior in 4. ſent. diſt. 13. quęſt. 1. & 2 Et Dominicus de Soto in eod. 4. diſt. 9. quęſt. 1. art. 4.

Quare licet ſuperfluum quadamtenus videri poſſit, nouā nunc in ſoluēdis argumentis operam inſumere, nihilominus tentabimus & nos, poſtquā in hanc deſcendimus diſputationem, claras omnium ſolutiones afferre, ſi forte recentioribus quibuſdam male perſuaſis & deceptis, ſi non ex toto vt ipſi cuperent, ſaltem aliqua ex parte ſatisfacere valeamus.

DE PASCHAE PRAEPARATIONE. Cap. LV.

1 *Paraſceue non ſignificat alium diem, quàm feriam ſextam.*

2 *Sabbatho non licebat cibos preparare.*

3 *Paſcha feſtum non habebat diem præcedentem præparatorium.*

4 *Paſchæ præparatio apud Euangeliſtas eſt ipſa agni immolatio, & aſſatio. Apud B. Hieronymum non ſignificat lunam decimamquartam, nu. 7. Apud Alex. de Ales ſignificat totam hebdomadam præcedentem Paſcha, nu. 8.*

5 *Veſperæ duæ quo modo intelligantur.*

6 *Paſcha quandoque dicitur ipſa agni immolatio.*

9 *Paſcha celebrabant immundi in ſecundo menſe.*

10 *Immundi expiabantur cum aqua aſperſionis ſeptem diebus.*

11 *Paraſceue Paſchæ dicendum erat in genitiuo non Paraſceue Paſcha in nominatiuo.*

12 *Paſcha durabat apud Iudæos per ſeptem dies.*

13 *Intranſitiue exponitur quandoque textus ſacra ſcripturæ.*

14 *Paraſceuen Paſchæ fuiſſe primum diem feſtum Paſchæ, colligitur manifeſte ex B. Io. Euangeliſta.*

PRimum igitur argumentum, quod in contrarium maxime vrget, vt non nullis videtur, ſit illud, cuius occaſione hunc ingreſſi ſumus queſtionis capum, deſumptum ex Io. c. 19. vbi deſcribens diē paſſionis, & crucifixionis Chriſti, inquit, Erat autem paraſceue paſchę, hora quaſi ſexta. Ad quod argumentum tam facilis eſt ſolutio, vt mirandum ſit, quomodo viri eruditiſſimi eo vſi fuerint, cum contra ipſos validiſſime retorqueri queat.

1 Dictio Paraſceue † vt ſupra annotauimus cap. 50. num. 18. quę gręce ſignificat prępárationē, poſita vt ſignificet aliquē diē, non ſignificat aliū niſi feriā ſexta. Et paraſceue paſchę nō eſt aliud niſi feria ſexta paſchę. Vnde qui interpretātur, paraſceue paſchę. id eſt Vigilia paſchę, vel pridie diei paſchę. toto cęlo errare mihi videntur. Quod ait etiā Gilb. Genebrardus in Chronographia, lib. 2. vbi agit de paſſione Chriſti pag. 114. Quòd enim paraſceue ſignificet diē ferię ſextę, qui erat prępáratorius ſequentis Sabbathi, apparet manifeſte & ex Euangelijs, & ex ſacrorum Doctorum conſuetudine, quorum non nullos citauimus ſupra in d. c. 50. Et abſque alia citatione res
2 per ſe clariſſima eſt. Nam cum Iudęis pręceptum ita fuiſſet † Sabbathum, vt nihil operis in eo facere poſſent, cogebantur in feria ſexta cibos prępárare, qui ſibi in die ſequenti vſui eſſent, vt colligitur Exho. 16. ibi, Die autem ſexto parent quod inferant, & ſit duplum quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. Et infra. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo gomor per ſingulos homines. Venerunt autē omnes Principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi. Qui ait eis. Hoc eſt quod locutus eſt Dñs. Requies Sabbathi ſanctificata eſt Domino cras: quodcūque operandū eſt facite; & quę coquenda ſunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit; re-
3 ponite vſque in mane. At quòd feſtum paſchę † haberet diē præcedentem prępáratoriū, nullibi in iure, neque in ſacris litteris (vt arbitror) reperitur. Immo vero ratio contrariū expreſſe demonſtrat. Nam præparatio cibariorum nulla neceſſaria erat, cum in ipſo die feſto paſchæ prępárari poſſent. Agnus etiam paſchalis non decimaquarta die, ſed decima parabatur ex lege ipſius Dei, Exho. 12. Quamobrē niſi dicant recentiores iſti Latini, quòd tenebantur Iudæi decimaquarta die cultros acuere ad immolandum phaſe, aut dentes tergere ad illud deuorandum, neſcio quid intelligant per diem præparatorium paſchæ.

Dicent fortaſſe, quòd tres primi Euangeliſtę habent, quòd Diſcipuli dixerunt ad Ieſum, Vbi vis paremus tibi, comedere paſcha? Et ille reſpondit, Ite Mat. 26. b 17.
in Ciuitatē ad quemdam, &c. & illic parate nobis. Et deinde ſubiungunt, Mar. 14. b
quod duo ex Diſcipulis parauerunt paſcha. Ex quibus colligitur, quod ad 12.
celebrationem paſchę prępáratio quędam requirebatur. Luc. 22. a
4 Sed aduertēdū eſt, quod prępáratio illa, de qua habetur per Euāgeliſtas, erat 8.
potius in feſto paſchę, & ipſūmet paſcha, quàm ante diē feſtū paſchę, loquēdo de diebus legalibus, qui a veſpera in veſperā celebrari pręcipiebatur, Leuit. 23. Nihil enim aliud intelligo per prępárationē factā a Diſcipulis, niſi immolationē, excoriationē, & aſſationem agni paſchalis; vt aduenięs poſtea Chriſtus facto iā ſero cū reliquis Diſcipulis, inueniret mēſam ſtratā, agnū

Digitized by Google

que dies Paſchæ contigiſſe conſtat. Et deinde patet ex lege, quòd ad im-
10 mundorum expiationem † per aquam aſperſionis cum cineribus vaccæ ru
fæ, & alijs cærimonijs requirebantur ad minus ſeptem dies. vt apparet
Num.19. & Act. 21. Vnde colligitur, quòd nulla ratio erat, vt ſpecialiter
dies præcedens paſcha appellaretur ob hanc cauſſam amouendarum im-
munditiarum Paraſceue Paſchæ.

Contra tamen obijcit rurſus Middelburgenſis, quòd ſi B. Ioannes dicere,
11 aut ſentire voluiſſet, ipſam Paraſceuen fuiſſe paſcha, poſuiſſet paſcha † in
caſu nominatiuo identice, & non in genitiuo; & dixiſſet, Erat autem Pa-
raſceue paſcha. & non paraſceue paſchæ.

Vide obſecro lector humaniſſime, quàm incongruum, & ineptum (pace ip
ſius) loquendi modum requirat Middelburg. Anne dicimus nos Domini-
ca paſcha, vel Dominica paſchæ? In Miſſalibus certe, in Breuiarijs, & in
omnibus libris eccleſiaſticis ſcriptum eſt, Dominica paſchæ in genitiuo,
quemadmodum ſcribit etiam B. Ambroſ. in epiſt. 83. ad Epiſcopos per Ae-
miliam conſtitutos. & non Dominica paſcha in caſu recto.

Dicet fortaſſe aliquis pro Middelburg. quòd nobis certum eſt, Paſcha non
niſi in Dominica poſſe occurrere, at Iudæis variabatur per omnes dies heb
domadæ.

Reſpondeo, quòd licet hæc differentia inter nos & Iudęos parum omnino
12 faciat ad id de quo agimus, tamen certum erat etiam Iudęis, quod † paſcha
durabat per ſeptem dies continuos, vt probatur Act. 12. ibi, Volens poſt
paſcha producere eum populo. Vnde quilibet dies illius hebdomadæ addi
tione nominis paſchæ inſigniri poterat, & per conſequens poterat dici pa
raſceue paſchæ, Sabbathum paſchæ, Prima Sabbathi paſchæ, Secunda Sab-
bathi paſchæ, & ſic de ſingulis. intelligendo de eo die, qui infra hebdoma
dam paſchalem occurrebat. Textum igitur B. Ioan. poſtquam non vult in-
telligere Middelburg. intranſitiue, exponendo, paraſceue paſchæ, id eſt pa
13 raſceue quæ eſt paſcha, ſicut tamen recte intelligi † poſſe ſimiles ſacrarũ
litterarum phraſes oſtendunt, vt illud Matth. 24. iuxta litteram Græcam,
In tuba vocis magnæ, id eſt, In tuba, quę eſt vox magna. ſaltem effugere
non poteſt, quin intelligat paraſceue paſchæ, id eſt paraſceue hebdomadæ
paſchalis. Nam hoc ſatis eſt B. Ioan. Euangeliſtæ, vt declaret nobis, quod
14 Chriſtus ſententiam mortis accepit in feria ſexta paſchali, in hora quaſi ſex
ta. Quòd autem illa dies Paraſceue, & feria ſexta paſchæ, eſſet primus † dies
paſchæ, ſi non declaratur ibi ex illis ſolis verbis, colligitur tamen manife-
ſtiſſime iuncto alio tex. eiuſdem Euangeliſtæ. Nam cum ſuperius capit. 13.
dixerit, quòd dies præcedens, ſcilicet feria quinta, erat ante diem feſtum
paſchæ, ſequitur neceſſario, quòd ſequens feria ſexta paſchæ erat primus
dies feſtus paſchæ.

DE AGNI PASCHALIS SIGNIficatione. Cap. LVI.

1 *Chriſtus, verus fuit agnus paſchalis, & nume.11. Et immolatio agni typici Chriſti immolationem figurabat, num.3. Magis tamen ſignificabat cærimonia illa agni paſchalis ſacramentum euchariſtiæ, quàm paſſionem Chriſti, num.6.*

2 *Græci blaſphemi, & hæretici dicunt, tres Euangeliſtas a Ioanne fuiſſe correctos in deſcriptione vltimi Paſchæ.*

4 *Euchariſtiæ ſacrificium a nullo veteris legis ſacrificio magis exprimebatur, quam ab agno paſchali. Et comeſtio agni erat figura & inſtructio comeſtionis Euchariſtiæ, num. 5. Et iccirco decuit, vt poſt comeſtionem agni paſchalis Chriſtus ſtatim euchariſtiã inſtitueret, vt habetur ex B. Hieron. numero 7. Et ex B. Leone magno, num. 8. Et ex B. Ioan. Chryſoſt. num 9. Et ex B. Gregor. Nazianzeno, numero 12. Et ex Niceta, numero 14. Et ex Ruperto abb. numero 15. Et ex Innocentio III. numero 16. Et ex B. Tho. nu. 17.*

10 *Chriſtus legem in omnibus adimpleuit.*

13 *Veſpera quandoque ſæculorum finem ſignificat.*

18 *Euchariſtiam cur Chriſtus ieiunis diſcipulis non tradidit.*

19 *Euchariſtia à ieiunis ſumi debet.*

ADhuc ex eod. tex. Ioan 19. Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta. inſtabit aliquis contra nos dicens cum Ianſenio in c. 128. & 142. concord. euang. Apparet manifeſte, B. Ioannẽ huius fuiſſe intentionis, vt
1 oſtenderet, Chriſtum † in cruce immolatũ verum fuiſſe agnum paſchalem; nam illud, Os non comminuetis ex eo. applicat Chriſto, cum ad litteram dictum fuerit de agno paſchali typico, Exho. 12. Et in 1. cap. euangelij ponit, bis dictum fuiſſe a Ioan. Baptiſta de Chriſto, Ecce agnus Dei. Et Apocal. 5. dicit, ſe vidiſſe agnũ ſtantem tamquam occiſum. ac de eo dictũ fuiſſe ab Angelis, Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem. &c. Quare quando dicit. Erat autem Paraſceue Paſchæ, hora quaſi ſexta. ſignificare voluit tempus, quo vetus paſcha immolari, & parari ſolebat. vt intelligeremus eodem illo tempore aut circiter illud, verum agnum etiam ad cędem paratum; itque veritatem cum ſuo conuenire typo. Ob quam etiam cauſſam videtur potius dixiſſe, eam diem fuiſſe paraſceuen Paſchæ, quàm paraſceuen Sabbathi; & fuiſſe horam quaſi ſextam, potius quàm tertiam, cum tamen eſſet tempus medium inter tertiam & ſextam, vt ex Marc. capit. 15. colligitur, qui ait, Dominum hora tertia fuiſſe crucifixum. Hæc enim non ob aliud cenſendus eſt deſcripſiſſe B. Ioannes, niſi vt inſinuaret, veritatem cum ſua vmbra probe conueniſſe; & quòd cum tempus appeteret, vt iuxta diei feſti rationem agnus paſchalis immolaretur, Pilatus & Iudæi diuinæ diſpenſationi per ignorantiam ſubſeruientes, verum agnum ad necẽ deſtinarunt, ille quidẽ iudicando, iſti vero clamoribus ſuis vrgendo. Ad quod etiam optime facit quod habetur 1. Cor. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. & Hierem. 11. Ego quaſi agnus manſuetus qui portatur ad victimã. Aliàs autem ſi dicamus. Chriſtum decimaquinta Luna in ipſo die feſto Paſchæ crucifixum fuiſſe, dubitari poſſet, quo modo veritas ſuæ reſponderet figuræ.

Pro ſolutione huius obiectionis aduertendum eſt, quòd ita nobis conſideranda ſunt quæ dicit B. Ioannes, vt ſimul etiam quæ ab alijs Euangeliſtis ſunt expreſſa attendantur: nam ſi alioquin ſolus Ioannes inſpiceretur, facile aliquis dicere poſſet in maiorem ſupradictæ rationis corroborationẽ, quòd Chriſtus agnũ paſchalem typicũ non comedit, neque neceſſe erat vt comederet, ſed quòd tantũ decuit, vt verũ ſe agnũ exhiberet in cruce pro

ſalu-

Digitized by Google

ſalute omnium immolatum. Abſit autem a nobis, vt tã immaniter deſipiẽtes vel negemus quæ alij ſcripſerunt Euangeliſtæ, vel dicamus eos a B. Io-
2 anne fuiſſe correctos; queãdmodum Græcos † aſſerere, qui in hoc blaſphemi, ſchiſmatici, & hæretici ſunt, refert Alex. de Ales in q. 32. 4. part. & alij Doct. ſupracitati c. 54. nu. 14.

Attentis igitur omnibus, quæ a B. Ioanne, & ab alijs etiã Euangeliſtis re-
3 cenſentur, dico in primis, verũ eſſe, quòd agni typici immolatio † immolationẽ Chriſti figurabat, vt ex ſententia Pauli apoſt. inquit B. Tho. ſuper 1. Cor. 5. lect. 2. & declarat S. Augu. tract. 50. in Io. in prin. & tract. 120. & in ſerm. 1. feriæ quintæ Paſchæ, qui eſt de tempore 150. Sed cum hoc dico ẽt,
4 quod nullum ſacrificium † veteris teſtamenti magis exprimebat quantum ad omnia ſanctiſſimũ euchariſtiæ ſacrificium, quàm ipſe agnus typicus paſchalis, vt rectiſſime docet idẽ S. Tho. in 3. p. q. 73. art. vlt. Et comeſtio agni
5 paſchalis † erat figura & inſtructio comeſtionis euchariſtiæ, vt bene explicat idẽ S. Tho. 1. 2. q. 102. art. 5. ad 2. & Rayner. in Pantheol. tit. de euchariſtia. c. 2. & S. Anto. in 1. par. tit. 14. c. 5. §. 7. & Nicol. de Lyra ſuper Exo. ca. 13. ibi. Cuſtodies huiuſcemodi cultũ ſtatuto tẽpore.
6 Imò vero magis, meo iudicio, ſignificabat agni paſchalis cærimonia † ſacramentum euchariſtiæ, quàm paſſionem Chriſti, nã cędebatur ille agnus in eſum, & non in holocauſtum; vt bene aduertit Rupertus abbas libr. 2. ſuper Leuit. c. 36.

Quare congruũ fuit, & neceſſariũ ad hoc vt omnes figuræ ſuo tẽpore adimplerentur, vt Chriſtus in vltima cena poſtquã comediſſet vetus Paſcha cum diſcipulis ſuis ea quartadecima Luna ad veſperam, in qua omnis multitudo filiorũ Iſrael idẽ Paſcha ſecundũ legis præceptum deuorabat, illico menſa non amota nouum ſacramentum inſtitueret corporis & ſanguinis ſui, quo oſtenderet, & efficeret, vt vmbræ ſuccederent veritas, & figu-
7 ræ reſponderet figuratum. vt bene aduertit S. Hieronymus † ſuper illud Matth. 26. Cenantibus autem eis. & habetur per Gratia. de conſec. diſt. 2. c. accipite, vbi ita inquit. Poſtquam typicum Paſcha fuerat impletum, & agni carnes cum Apoſtolis comederat, aſſumit panem qui confortat cor hominis, & ad verum Paſchæ tranſgreditur ſacramentum.
8 Et B. Leo magnus † in ſerm. 7. de paſſione Domini, idem etiam adſtruens, ita ait.

Vt ergo vmbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur ſacramento, hoſtia in hoſtiã trãſit ſanguinẽ ſanguis excludit, & legalis feſtiuitas dum mutatur impletur. Et infra. Ieſus conſilij ſui certus, & in opere paternæ diſpoſitionis intrepidus vetus teſtamentum conſummabat, & nouum Paſcha condebat. Diſcumbentibus enim ſecum Diſcipulis ad edendam myſticam cenam, cum in Cayphæ atrio tractaretur, quo modo Chriſtus poſſet occidi, ille corporis, & ſanguinis ſui ordinans ſacramentum, docebat, qualis Deo hoſtia deberet offerri.
9 Et B. Chryſoſtomus † homil. 83. in Matth. in prin. ſuper ca. 26. ita ait. Et comedentibus (inquit Euangeliſta) eis accepit panem, & fregit. Quamobrem paſſionis tempore hoc myſterium tradidit? Vt vndique diſcamus, ipſum veterem etiam legem ſanxiſſe, & omnia quæ in illa ſunt propter nouam hęc adumbrata fuiſſe. Hac igitur de cauſſa veritatẽ figuræ adiunxit. Veſpera

Et Iſichyius presbyter in Leuit.capitulo 23.ſuper illis verbis,menſe primo,
quartadecima die,ſcilicet ita ait. Sed & ad veſperum,ſiue medio veſperti-
norum paſcha proprium præueniens crucem ſuam, Chriſtus celebrauit.
Die enim imaginariæ feſtiuitatis paſchalis,quæ erat quarta decima poſt ce
nam,ſuperſenſibile verum paſcha,quod ad eius myſterium pertinebat, di-
ſcipulis tradidit.Ergo & nox erat iam, quando panem Iudas de cena illa
accipiens,ad Domini traditionem exibat. Sequenti autem die, quæ fuit
quintadecima,paſcha crucis implebat. propter quod in quintadecima men
ſis huius die feſtiuitatem hanc agere legislator præcepit,& in ipſa celebrita
te ſollemnitatem azymorum Domini prædicauit.Hæc Iſichyius. Quæ ver-
ba habet etiam Glo.ordin.ibidem ſuper ver.Phaſe Domini eſt.
15 Et Rupertus abb.Tuitien †ſuper Exho.lib.2.ca.6.Bene ergo(ait)verus iſte
agnus immolationis ſuæ tempus ipſum quod typico præſcripſerat agno per
omnia prouidit.Et intra.Tandem quartadecima die,ad veſperam, vbi illum
paſchæ veteris agnum comedit cum diſcipulis ſuis, tunc ipſe noui ſacrifi-
cij agnus continuo capiendus & ducendus ad immolandum iam in angu-
ſtia paſſionis agonizans,prius proprijs manibus Deo patri ſemetipſum im-
molauit accipiens panem & vinum,& mira atque ineffabili ſanctificationis
potentia transferens hæc in corporis & ſanguinis ſui ſacramentum.
16 Et Innocentius III.lib.4. †Miſter.Miſſ.cap.4.Diſpoſuerat,inquit,Deus,vt
verus agnus in diebus paſchalibus immolaretur.Et ſicut typicus agnus de-
cimaquarta Luna primi menſis comedebatur in nocte a Iudæis, ita verum
agnum Diſcipuli eadem hora comederunt.
17 Quare,vt bene not.S.Tho.† in 3.par.q.73.ar.5.tempus conuenientiſſimũ
inſtitutionis euchariſtiæ electum fuit a Chriſto in vltima cena poſt eſum a-
18 gni paſchalis,ob plures rationes,quas ibi adducit.Quarũ ea potiſſimũ †in-
ter alias notanda eſt;quia ſcilicet decebat,vt poſt figuram agni paſchalis re-
præſentatiuam paſſionis Chriſti ſuccederet veritas ſacramenti euchariſtię;
per quã eadem Chriſti paſſio recoleretur.Alioquin enim rationabilius fuiſ-
ſet,vt Chriſtus ſacramentum corporis,& ſanguinis ſui ieiunis Diſcipulis,ſi-
cut modo fit,potius quam poſt cenam propinaſſet,vt colligitur ex ijs, quæ
not.venerab.Beda in lib.variarum quæſtionum,q.15.& ſuper illud Lu.22.
Similiter & calicem poſtquam cenauit.Et S.Anſel.ſuper Matt.c.26.ibi, Ce-
nantibus autem eis.Et Haymo Halberſt.in homil.in Domin.Palmarum. ſu
per illud idem Matt.26.Cuius verba hæc ſunt.Sed merito quęritur,cur nos
ieiuni tantum ſacramentum quotidie ſumimus,cum Dominus finito conui-
uio panem corporis ſui,& calicem ſanguinis ſui in myſterio Diſcipulis ſuis
propinauerit?Ad quod dicendum eſt,quia primum decebat,ſignificatiuum
paſcha conſummari,ac deinceps paſcha verum induci.Poſtmodum vero pa-
tres noui teſtamenti,videlicet Apoſtoli,& ſequaces eorum ſtatuerunt,vt in
19 venerationem tanti ſacramenti,a ieiunis † quotidie ſumeretur.
Quod etiam dicit S.Iſidor.lib.1.de eccleſ.off.capit.18.Et Catechiſmus Ro-
manus in tract.de Euchariſtiæ ſacramento,in princ.ad propoſitum, ita ait.
Etenim celebrata cum Diſcipulis agni paſchalis cena,vt figura veritati,vm-
bra corpori cederet,panem accepit,Deoque gratias agens benedixit,ac fre
git,deditque Diſcipulis ſuis,& dixit,Accipite,& manducate: Hoc eſt cor-
pus meum,quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemoratio-
nem. Et infra. Neque vero propterea a cibo & potione Euchariſtiam

con-

Digitized by Google

conſitere, aut ſumere liceret, quòd ab Apoſtolis ſalutariter introducta conſuetudo, quemadmodum veteres ſcriptores memoriæ prodiderunt, perpetuo retenta ac ſeruata eſt, vt a ieiunis tantum perciperetur. Et glo. in c. liquido. de conſecr. diſt. 2. Cum tex. diceret, Namque Saluator quo vehementius commendaret myſterij illius altitudinem vltimum hoc voluit infigere cordibus & memorię Diſcipulorum, a quib. ad paſſionem digreſſurus erat. Ibi in ver. Namque Saluator, ita inquit. Non redditur hic ratio quare poſt cenam Chriſtus corpus ſuum dedit, ſed tantum quare poſt omnia, i. vltimo loco. Si ergo quæris, quare poſt cenam corpus ſuum & ſanguinē Chriſtus dederit, Reſpondetur ideo cenatus Dominus cenatis Diſcipulis corpus ſuum tradidit, vt in hoc ſacramento conſummatione omnium ſacramentorum veteris teſtamenti, & agni paſchalis, quem ante manducauerant, & ceterorum monſtraret.

Quòd ſi cenaſſe Chriſtum dicamus Luna decimatertia, vt Græci volūt, vel (quod idem fere eſt) ea decima quarta, quæ transferri debebat in ſequentem, vt quidam recentiores Latini ex nouis tranſlationibus Iudæorū adinuenerunt (parum enim omnino refert, vel quòd eſſet vere decimatertia, vel quòd ab omnibus decimatertia reputaretur, & pro tali cenſeri haberet lege lata) profecto facimus, quòd diuina Sapientia non ſuauiter omnia in hoc myſterio diſpoſuerit, ſed coacte, & quodam modo per vim figuram traxerit ad veritatem.

DE TEMPORE CRVCIFIXIONIS CHRISTI. Cap. LVII.

1 *Eucharistiam ſtatim poſt comeſtionem agni paſchalis inſtitui decuit. Et deinde ad alterum eiuſdem agni ſignificatum, immolationem ſcilicet Chriſti deueniri. num. 2.*

3 *Chriſtum non decebat illico peracta cena tempore noctis in crucem agi, ſed vt in meridie publice, & palam crucifixus proponeretur.*

4 *Chriſtus Adam ſecundus contrario modo ſe habuit ad Adam primum.*

5 *Chriſtus quæ ad ſui honorem faciebant, occultauit, & fugit: quæ vero faciebant ad ignominiam, acceptauit, & patefecit.*

6 *Chriſtus longe conuenientius dicitur crucifixus in die feſto Paſchæ: quam in vigilia Paſchæ.*

7 *Figura præcedere debet figuratum.*

8 *Azymorum dies prima cur erat tota celebris.*

9 *Coniecturis non eſt opus vbi expreſſa adeſt auctoritas textus.*

10 *Chriſtus traditus eſt ad crucifigendum a Iudæis, a Pilato, ſed magis principaliter a Iuda traditore.*

11 *Indefinita oratio æquipollet vniuerſali.*

CHriſtus dominus cum diſcubuiſſet Luc. 22. cum duodecim Diſcipulis, dixit illis, Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum ante quam patiar. In quibus verbis oſtendit, ſe vehementi cum deſiderio exſpectaſſe,

ſpectaſſe, vt tempus Paſchæ legitimum aduentaret. Cur ergo dicere audebimus, quòd tempus legitimum prævertcrit, cũ hoc modo potuiſſet abſq; alia exſpectatione quandocumque libuiſſet, celebrare paſcha? Decuit igi-
1 tur, vt poſt figuram agni paſchalis † cum azymis manducati ſuo legitimo tempore obſeruatam, quando vniuerſaliter à toto populo obſeruabatur, immediate veritas illius figuræ exhiberetur a Chriſto: qua veritate exhibita, corpore ſcilicet & ſanguine ſuo ſub ſpeciebus panis & vini, decuit, vt alterum etiam agni paſchalis ſignificatum, occiſionem videlicet ſui, ſtatim in eodem die legali cum primum commode poterat, adimplendum curaret, & permitteret. Vnum enim facere, & alterũ non omittere oportebat. Matt. 23
Et quidem ita per diuinam diſpoſitionem factum eſt, vt peracta cena cum c. 23.
ſuis appendicibus, lotione ſcilicet pedum, inſtitutione euchariſtiæ, & ſuauiſſimo ſermone, ſummæ, & infinitæ dilectionis argumentis, protinus in
2 eodem † die, & in eadem nocte triſtitiam vſque ad mortem, & ſudoris ſanguinei pateretur agoniam, & ligatus caperetur a Iudæis, tamquam verus agnus paſchalis manſuetus & immaculatus, immolandus in cruce. Quam rem bene conſiderauerunt venerab. Beda, & Glo. ordin. ſuper illud Luc. 22. Venit autem dies azymorum. Et idem Beda, & Glo. & Haymo ſuper illud Marci 14. Et primo die azymorum. Et Beda rurſus, & Glo. & S. Anſel. Matth. 26. ibi, Prima autem die azymorum. Et Zacharias Chryſopolitanus in euangelia c. 155. ſuper eiſdem verbis. In quibus locis ita inquiunt. Licet Chriſtus die ſequenti, hoc eſt quintadecima ſit Luna crucifixus, hac tamen nocte, qua agnus immolabatur, & carnis ſanguiniſque ſui Diſcipulis tradidit myſteria celebranda, & a Iudæis tentus ac ligatus ipſius immolationis, hoc eſt paſſionis ſuæ ſacrauit exordium. Quod idem notat etiam Remigius citatus a B. Tho. in catena, ſuper illud idem Matth. 26. vbi ita inquit. Sed forte dicit aliquis, Si ille typicus agnus figuram huius veri agni geſtabat, quare non ea nocte paſſus eſt Chriſtus, quando ſolebat agnus immolari? Sed ſciendum, quia eadem nocte myſteria ſanguinis, & corporis ſui Diſcipulis celebranda tradidit, & ſic tentus & ligatus a Iudæis, ſuæ immolationis, id eſt paſſionis ſacrauit exordium. Hæc Remigius. Vere enim ſtatim atque traditus fuit Chriſtus in manus peccatorum, tamquam mortuus cenſeri poterat, & morti deſtinatus, cum permiſſi fuerint peccatores illi ſaturari pœnis eius, & mortem quam inhiabant, & cogitauerant, ſuo arbitratu inferre. iuxta illud, quod ipſe dixit eis quando comprehendebatur, Luc. 22. Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum.

Vt autem perfecte Chriſtus occideretur, & vitam finiret, tantillum exſpectandum fuit, donec nox tranſiret; nam non decebat, vt in ipſa nocte illi-
3 co † peracta cena in crucem ageretur; ſed diuina ſapiẽtia, quæ omnia ſua- Sapiẽ. 8.
uiter diſponit, ordinauit, vt in ipſo meridie in expiationem delicti Adę, & a. 1.
omnium noſtrum crucifixus nobis publice & palam proponeretur. Non Rom. 5.
enim ſicut delictum ita & donum. Primus namque Adam, quem omnes c. 15.
delinquendo imitamur, commiſſo peccato latebras quæſiuit, & conſuens
folia ficus, facienſque ſibi perizoma abſcondit ſe a facie Dñi Dei in medio Gen. 3.
4 ligni paradiſi. At ſecundus Adam † qui pro peccatis ſatisfacturus aduene- b. 7.
rat, & qui cum bene ageret amabat lucem, voluit in die medio, in die feſto Ioan. 3.
ſollemni coram omni populo denudatus pendere in ligno crucis; vt poſſet c. 20.
dicere ad Adam primum verba illa quæ olim dixerat ad regẽ Dauid Na-

than

than propheta, ex ore Dei. 2. Reg. 12. Tu quidem feciſti abſcondite, ego au-
tem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & in conſpectu Solis.
Phil. 2. a. 7 Chriſtus enim qui ſerui ſuſceperat formam, & non iudicare venerat, ſed iu-
Ioan. 3. b. 17. 5 dicari, quemadmodum Bethleem † prælegit natiuitati Hieroſolymã paſ-
ſioni. vt inquit B. Leo magnus in ſerm. 1. de Epiph. ita etiam vt perfectiſſi-
mum præberet in omnibus humilitatis exemplum, mediam noctem prçele
Luc. 2. a. 3. git natiuitati, meridiem paſſioni. Et ſimiliter eo tempore naſci voluit, quo
ibant omnes vt profiterentur ſinguli in ſuam ciuitatem; at pati eo die feſto
quo omnes ex diuerſis regionibus in vna & eadem ciuitate congregati re-
periebantur. Vt nimirum ſignificaret nobis, ea quæ ad ſui honorẽ & ſuble
uationem faciebant ſe occultaſſe, & aufugiſſe; quæ vero ad ignominiã &
laborem pertinebant, maxime pateſeciſſe & acceptaſſe. Vtque inquit Ia-
cobus de Vitriaco in ſerm. 2. in die Paraſceues. voluit Dominus in die feſto
coram multitudine crucifigi, & multis videntibus; vt quanto maiorem
pro nobis ſuſtineret verecundiam, tanto magis ad eius dilectionem ac-
cenderet credituros.

6 Concludo itaque longe conuenientius † fuiſſe tempus crucifixionis Ieſu
Chriſti a diuina electum prouidentia in die feſto Paſchæ, quàm in vigilia
(vt aiunt) Paſchæ. Nam ſi in vigilia Paſchæ eum crucifixum dicamus, neq;
euchariſtiæ inſtitutio, neque Chriſti immolatio ſuo tempore poſt typicum
agnum, vt decebat, ſed præpoſtere, & cõtra ordinem naturalem, qui vult,
7 vt figura † præcedat figuratum, adimpleta fuiſſent. At e contrario ſi in fe-
ſto Paſchæ crucifixum eum aſſeramus, omnia ita congruunt, & bene re-
ſpondent, vt nihil melius, nihil ordinatius neque dici, neque cogitari poſ-
ſit. Non enim ſine cauſſa, & non abſque magno myſterio iuſſum fuiſſe a
Exho. 12. c. 16. 8 Deo putandum eſt, vt prima dies azymorum † legalis non ſolum in eo ar-
ticulo, in quo agnus paſchalis immolabatur, & comedebatur, ſed tota eſſet
celebris, ſancta, atque ſollemnis a veſpera vſque in veſperam, quia nimirũ
tota illa dies profundiſſimis ſacramentis, & paſſione Chriſti conſecranda
erat. vt bene not. Glo. ordin. Leuit. 23. in ver. quartadecima die. & ver. ſeq.
& Iſychius presbyter ibidem, vbi habet hæc verba. Age nunc ſi libet, Iu-
dęos interrogemus, cuius rei gratia non quartadecima die feſtiuitatẽ age-
re iuſſit, in quo paſcha imaginariũ fiebat, ſed memoriã quidem facit eius,
feſtiuitatem tum prima azymorũ, quæ erat poſt illam fieri definiuit: Ma-
nifeſtum eſt autem, quia ſcire is qui legem accipit, quid interſit inter figu-
ram & veritatem deſiderat, & quia figuras ſcire quãtum deducunt ad ve-
ritatem, dignum eſt, feſtiuitatem autem agere tunc, quando veritas quæ
in figuris continetur aduenerit; memoriam ſiquidem facit quartædecimę,
quia figuram habebat: feſtiuitatem autem agere quintadecima præcepit,
quia in ipſa verum eſt paſcha, de quo Paulus dicebat, Paſcha noſtrum im-
molatus eſt Chriſtus.

Addo præterea, quòd Leuit. 22. ſtatutum fuerat à Domino, neque bouem,
neque ouem immolari poſſe vna die cum fetibus ſuis. Quam figurã idem
Iſychius presbyter, & Glo. ordinaria egregie applicant Chriſto, dicentes,
vna die phaſe, alia die Chriſtum immolatum fuiſſe. Intelligendo ſcilicet
de diebus naturalibus. Verba autem Glo. ibi, in dictione, vna die, ex Iſy-
chio deſumpta hæc ſunt. Forſitan vero in his fetibus Chriſtus ſignificatur,
de quo dicitur, Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis. hic non eadẽ
die

Digitized by Google

die qua vitulus & ouis, occiſus eſt; nam quartadecima die paſcha celebra uerunt, quæ craſtino Chriſtum crucifixerunt.

9 Sed quid alijs opus eſt † coniecturis cum ad id de quo agimus demonſtrandum expreſſa ſit auctoritas textus Matth. 26. ibi, Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & Filius hominis tradetur, vt crucifigatur? Quę verba ſi recte ponderentur, omnino conuincunt & Græcos, niſi velint eſſe obſtinati, & recentes Latinos contra opinantes. Conſtat namque per ea verba deſignatam fuiſſe Lunam decimamquartam, futuram poſt biduum, nã in ea ad veſperam Paſcha fieri debebat ex præcepto legis. Vnde Origen. tractatu 35. in Matth. ſuper eiſdem verbis. Si autem (inquit) poſt biduum Paſcha factũ eſt quartadecima Luna, manifeſtum eſt, quia quando iſta dicebat, ſecundũ Iudæos vndecima erat Luna. Sed tñ non videtur conſtare, quiſnam dies hebdomadæ per dicta verba deſignatus intelligatur, an ſcilicet dies feriæ quintæ, tamquã in ea ad veſperã Paſcha faciendum eſſet, vt Latini dicunt; an potius dies feriæ ſextæ, vt Græci volunt. Probo igitur, non poſſe intelligi, per illa verba deſignatum fuiſſe diem Paraſceues. Nam licet in eo die

10 Chriſtus dici poſſit traditus † a Iudæis Pilato, & a Pilato militibus vt crucifigeretur; tñ ordo verborum Chriſti fuiſſet præpoſterus; Nã prius in eo die Chriſtus fuiſſet ab illis traditus, & deinde Paſcha fuiſſet celebratum. Vñ dicere potius debuiſſet hoc pacto. Sciatis, non ſcitis, quia poſt biduum filius hominis tradetur, vt crucifigatur, & Paſcha fiet. Adde, ꝙ Chriſtus loqui videtur non de illis traditionib. factis a Iudęis, & Pilato, ſed de primã & principali traditione facta a Iuda traditore, de qua ipſe in eod. Matth. c. iterũ loquens dixit, Ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus; Ecce appropinquauit qui me tradet. Ex qua traditione alię conſequenter Iudęorum, & Pilati traditiones ſubſecutę ſunt.

Dicendum eſt igitur, ꝙ ibi in illis verbis proculdubio deſignatus fuit dies feriæ quintæ, & non Paraſceues. Sed fortaſſe recentiores Latini aliam adhuc interpretationem afferent ad hunc tex. dicentes, ꝙ illud, Paſcha fiet. intelligendum eſt, ſ. a Chriſto, non a Iudęis omnibus. Quæ expoſitio quàm extorta ſit, & quàm coacta, vnuſquiſque facile poteſt inſpicere. Cum enim dixerit Chriſtus, Scitis, non Sciatis, locutum fuiſſe apparet de eo Paſcha ꝙ in vſu erat, quod omnes ſciebant, quod etiam Diſcipuli perſonæ alioquin rudes non ignorabant. Deinde cum ſubiunxerit indefinite, Paſcha fiet. loqui ſe indicauit de eo paſcha quod ab omnibus vniuerſaliter celebrandum

11 erat. nam indefinita † oratio æquipollet vniuerſali. l. ſi ita relictũ. in princip. & l. ſeq. in princ. ff. de leg. 2. Alioquin ſi de alio paſcha fuiſſet locutus, dixiſſet potius hoc pacto. Sciatis, quia poſt biduum filius hominis paſcha faciet, & tradetur, vt crucifigatur. Suauis ergo litteræ expoſitio, & rectus ordo poſtulat, vt intelligamus per illa verba fuiſſe admonitos Diſcipulos a Chriſto, poſt biduũ fore Paſcha celebrandum communiter ab omnibus, & ipſum deinde Chriſtum tradendum fore in manus peccatorum, vt crucifigatur. Quæ omnia hoc eodem modo & ordine quo prænunciata ſunt, contigiſſe in die feriæ quintę, nemo eſt, qui aduertere non valeat. Et notandum eſt in dictis verbis contra recentiores Latinos, ꝙ non dixit Chriſtus, Scitis, quia poſt biduũ paſcha erit. ne interpretentur, futurũ quidem fuiſſe paſcha poſt biduum iuxta legitimam temporis rationẽ a Deo & a Moyſe

conſti-

conſtitutam,ſed tamen iuxta Iudicum & Magiſtrorum obſeruationem futurum fuiſſe Paſcha poſt triduum. Sed dixit, Scitis,quia poſt biduum Paſcha fiet.quod verbum fiet, cum denotet executionem celebrationis paſchalis,nullo modo verificari poteſt, niſi in eo Paſcha quod erat a populo faciendum,& celebrandum.

DE TEMPORE CRVCIFIXIONIS CHRISTI. Cap. LVIII.

1 *Agnus paſchalis Chriſtum figurabat.*
2 *Sexta feria,& ſexta hora cur Chriſtus paſſus eſt.& nu.10.11.12.& 13.*
3 *Chriſtus ſecundus Adam contrario modo ſe habuit ad Adam primum.& num.4.5.7.8.& 9.*
6 *Pœna per ea ſentitur, per quæ quis peccat.*
14 *Veſpera dicitur a quibuſdam incipere ſtatim poſt meridiem, ſed male.*
15 *Paraſceue non ſignificat aliud,niſi diem feriæ ſextæ.*

SVpereſt nunc vt videamus, quo modo accipienda ſint verba illa B.Ioã.
ſupra in contrarium allegata,Erat autẽ Paraſceue Paſchæ, hora quaſi
ſexta. nam vt libenter concedimus, quando alluſiſſe Beatum Ioannem ad
Ioan.19. f.36. 1 agnum typicum † paſchalem,vt ibi, Os non comminuetis ex eo. ita intre-
pide negamus,fuiſſe agnum paſchalem in dictis verbis a B.Ioan.intẽtum,
aut aliquo modo indicatum.
Quid igitur dicemus? non enim ſine myſterio cenſendus eſt Euangeliſta
inſinuaſſe nobis tam diligenter tempus,diem,& horam,in quibus Domi-
nus ſententiam mortis accepit.Dico itaque inſiſtendo expoſitioni iam da-
tæ,ꝙ per illa verba B.Ioannes exprimere voluit,fuiſſe tunc feriã ſextã,&
2 feriam ſextam paſchalem,& horã quaſi ſextã.Quæ expreſſio † iccirco facta
eſt,vt doceremur,quòd ſicut in principio mundi ſexta die, qua completũ
eſt opus creationis,Adam primus homo circiter meridiẽ, hora quaſi ſexta
propter peccatum inobedientiæ iuſtiſſimam reportauit ſententiam dam-
nationis a Deo, & excluſus a paradiſo eamdem damnationem in omnes
poſteros transfudit; ita Chriſtus in fine temporum feria ſexta, & hora
quaſi ſexta morti indebite ab hominibus adiudicatus, opus conſummans
redemptionis,& veteris Adæ peccatum in ſui obedientia diluit, & fideli-
bus cunctis cęli ianuas reſerauit.
3 Chriſtus enim, qui ſecundus † homo & nouiſſimus Adam eſt appellatus a
Paulo.1. Cor. 15. multa proportionaliter in ſe fieri voluit, quæ in veteri
Adam præceſſerunt,vt oſtenderet, quòd quæ ille peccando admiſerat,ip
Pſal.68. a.5. ſe patiendo detergebat, & diceret cum Propheta, Quæ non rapui, tunc
exſoluebam. vt ſic quod cecidit in Adam primo, erigeretur in ſecundo,
iuxta ſententiam B.Leonis Papæ in ſerm.1. de ieiunio decimi menſis. &
præclara illa omnia ſequerentur, quæ recenſet idem Paulus Rom.5. Si
vnius delicto multi mortui ſunt,multo magis gratia Dei & donum in gra
tia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et ſi in vnius delicto
mors regnauit per vnum,multo magis abundantiam gratiæ,& donationis
& iuſti-

Digitized by Google

& iuſtitiæ accipientes in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Et ſicut per inobedientiam vnius hominis peccatores conſtituti ſunt multi, ita & per vnius obeditionem iuſti conſtituentur multi.

4 Hinc igitur † factum eſt, ꝙ Chriſtus coram ſummis Sacerdotibus, & omni concilio falſis teſtibus accuſatus tacebat, & nihil reſpondit. vt habetur Mar.14. vt nempe taciturnitas eius Adæ apologiam abſolueret. vt not. ibi Glo. interlin. & B. Hieron. vel quiſquis ille ſit, qui ſub eius nomine in Marcum commentarios ſcripſit.

5 Hinc etiam † factum eſt, quòd Chriſtus in ligno crucis extendi voluit, & felle & aceto potari, quia (vt not. B. Leo magnus in ſerm. 6. de paſſ. Domini) dum crucifigitur Chriſtus per lignum, erigitur lapſus in ligno; & guſtu fellis & aceti diluitur eſca peccati. Et B. Andreas apoſtolus, vt habetur in eius paſſione per presbyteros & diaconos eccleſiarum Achaiæ ſcripta primo Tomo Lipomani, & ſexto Surij. de vitis Sanctorum. Primus homo (ait) per lignum præuaricationis mortem induxit, & neceſſarium hoc erat generi humano vt per lignum paſſionis mors quæ ingreſſa fuerat pelleretur. Et quomodo de immaculata terra factus fuerat homo primus qui per lignum præuaricationis mundo mortem intulerat, neceſſariũ fuit, vt de immaculata Virgine natus Chriſtus perfectus homo, qui eſt Dei filius, qui primum hominem fecerat, vitam æternam, quam perdiderant omnes, repararet: ac de ligno Crucis lignum concupiſcentiæ excluderet: pãderet in Cruce immaculatas manus pro manibus incontinenter extenſis: pro ſuaui cibo arboris vetitæ, eſeam fellis acciperet; & in ſe ſuſcipiens mortalitatem noſtram ſuam nobis immortalitatem offerret. Et idem B. Hieron. in Marc. ſuper illud c.15. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum. Hoc (inquit) aceto ſuccus letalis pomi abſtergitur. Hic figitur ſalus in ligno, ligno primo infixa eſt mors. Extenſio manus primæ ad lignum mortem apprehendit, extenſio autem ſecundæ vitam quæ perierat inuenit. Hęc. n. omnia iccirco

6 diuina Sapientia diſpoſuit, quia per quę † quis peccat, per hęc & torquetur. vt habetur Sap.11. & not. in propoſito S. Tho. opuſc. 3. tract. 2. c.44. Et Fortunatus presbyter lib.2. Carminum, hymno ſecundo qui eſt in honorem S. Crucis, qui canitur ab eccleſia tempore paſſionis, in propoſito etiam de Chriſto domino loquens, pulcherrime ita inquit.

> De parentis protoplaſti
> Fraude facta condolens,
> Quando pomi noxialis
> Morte morſu corruit,
> Ipſe lignum tunc notauit,
> Damna ligni vt ſolueret.
> Hoc opus noſtræ ſalutis
> Ordo depopoſcerat,
> Multiformis proditoris
> Ars vt artem falleret,
> Et medelam ferret inde,
> Hoſtis vnde læſerat.

Et rurſus eccleſia eodem paſſionis tempore, in prefatione Miſſę canit; Qui ſalutem humani generis in ligno Crucis conſtituiſti; vt vnde mors oriebatur, inde vita reſurgeret. Et qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceret.

Hinc

7 Hinc igitur etiam † factum eſt, quòd ſicut Adam peccauit in horto delitiarum, ita Chriſtus in horto capi voluit. Quod bene notat Zacharias Chryſopolitan.in euang.c.160.Et B.Cyrill.Alex.lib.11.in Io.c.31.ſuper illud c. 18. Egreſſus eſt Ieſus trans torrentem Cedron, vbi erat hortus. Hortus autem erat, inquiens, paradiſi locum deſignans, ad priſtinum enim omnia recurrere oportebat. Et vt in paradiſo malorum initium factũ eſt, ſic in horto Chriſti paſſio incipit, per quam a malis liberati in priſtinum habitũ reſtituti ſumus. Et B.Cyril.Hieroſ.catech.13. In paradiſo, ait, caſus, & in horto ſalus, de ligno peccatum, & per lignum ſaluatio, poſt meridiem Domino perambulante occultati ſunt, & poſt meridiem Domino latro in paradiſum introducitur. Et Theophylact.in illud Luc. 23. Et poſtquã venerũt in locũ, qui vocatur Caluariæ. inquit, Vt vbi per lignum caſus, illic & per lignum reſurrectio fiat. Quidquid enim Adam perdidit, Chriſtus in cruce inuenit. ait S Auguſt. citatus per B.Tho.in Catena ſuper illud Matth. 27. Poſtquam autem crucifixerunt eum.

Gen.3.c. 17.

8 Accepit ſententiam † Adam, inquit rurſus B.Cyrill.Hieroſol. dicta catech. 13. maledicta terra in operibus tuis, ſpinas & tribulos afferet tibi: propterea Ieſus accepit ſpinas, vt ſoluat hanc maledictionem; & ideo ſepultus eſt in terra, vt maledicta terra pro maledictione recipiat benedictionem. Tempore peccati primi folijs ficus circumdabantur, ideo & Ieſus finem ſignorum dedit ficum. Iturus enim ad paſſionem maledicit ficum, non omnem ficum, ſed illam ſolam propter figuram dicens, Nequaquam amplius quiſquam de te comedet.

Mar.11.b. 14.

9 Et denique † vt has diſſimiles ſimilitudines inter primum & ſecundũ Adam finiamus, de quibus omnes Doct. & ſancti patres locuti ſunt: Sicut prima mulier facta eſt de viri latere dormientis, ſic ſecundus Adam inclinato capite in cruce dormiuit, vt inde formaretur ei cõiux per id quod de latere dormientis effluxit. vt not.B Auguſt.tract.120.in Io. ſuper illud ca. 19. Lancea latus eius aperuit. Et B.Epiphan.lib.3.aduerſus hæreſes, hæreſi.78.contra Antidicomarianitas.prope fin.& S.Iſid.ſuper Geneſ.c. 16.& Beda in lib.de temp.ratio.c.8.& B.Chryſoſt.homil. 3. ad Neophytos poſt medium. quem refert S.Io.Damaſ.lib.2.paral.c. 4. & Clemens V. in clem. 1.in prin.de ſum.Tri.& fid.cath.& Glo.ordinaria Rom.5.ſuper illis verbis qui eſt forma futuri.

10 Sextam igitur † diẽ, & ſextã horã ideo fuiſſe commemoratas ab Euangeliſtis in paſſione Domini dicendũ eſt ſecundũ Doct. quia ſexta die (vt diximus) primus homo creatus ſexta hora de ligno comedit, & peccauit. Vnde Orig.tract.35.in Matth.ſuper illud c.27. A ſexta autẽ hora tenebræ factæ ſunt. Diximus autẽ, ait, etiã in alijs locis, quòd cũ duæ creaturæ generales in ſexta die factæ fuiſſent, primũ quidem animalia, deinde homo ſecundũ Dei imaginẽ factus, cõſequens eſt, vt & dies ille ſextus diuiſus fuiſſe intelligatur in duas ſpecies creaturæ: vt ante ſextã quidẽ animalia intelligantur fuiſſe creata, in ſexta autem hora dixiſſe Dominum, Faciamus hominẽ ad imaginẽ noſtrã. Et feciſſe eũ tunc. Propter quod cõueniebat, pro ſalute eiuſdem hominis morientem in ipſa hora ſexta ſuſpendi, ac a ſexta hora propter hoc tenebras fuiſſe factas ſuper omnẽ terram vſque ad nonã. Theophyl. item ſuper eiſdem Matthæi verbis ſic habet. Sexta autẽ die homo eſt cõditus, qui & ſexta hora de ligno comedit, hoc. n. eſt comeſtionis tem-

tempus. Quia igitur hora Dominus hominem condidit, eadem & lapſum
curauit. Sexta die, & ſexta hora cruci affixus eſt. Et vt hẽt Alcuin. apud S.
Tho. in Catena, ſuper illud Io. 12. Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ. & ibidẽ
Glo. ordin. Qui ſex diebus omnia fecerat, & ſexto die hominẽ creauerat,
ipſe ſexta mundi ętate, feria ſexta, ſexta hora redimere mundũ venerat. Et
B. Cyrill. Hieroſ. catec. 14. Quo tpe itaq; (ait) euerſio fuit, eodẽ rurſus facta
reparatio. Qñ creatus hõ non obſequẽs eiectus eſt e paradiſo, tunc ille qui
credidit, obediens introductus eſt. Tunc igitur facta eſt ſalus, qñ & lapſus.
11 Idem præterea de ſexta † die notant etiam Venerabilis Beda, & Glo. ordin.
Matth. 27. ibi, Altera autem die, quæ eſt poſt paraſceuen. & Mar. 15.
ibi, Quia paraſceue erat, quod eſt ante Sabbathum. & Luc. 23. ibi, Et dies
erat paraſceues. S. Anſel. in eodem Matth. loco, & Rabanus ibidẽ relatus in
Catena a S. Tho. Alcuinus in hoc ipſo, de quo agimus tex. Io. 19. Erat autẽ
paraſceue paſchæ. relatus ſimiliter a S. Tho. in Catena. Haymo Alberſt. in
homil. Dominicæ Palm. in illud idem Matth. 27. Altera autem die. & in
homil. feriæ tertiæ eiuſdem Dom. ſuper illud Mar. 15. Et cũ iam ſero eſſet.
& in hom. ferię ſecundæ eiuſdem Dom. ſuper illud Io. 12. Ieſus ergo ante
ſex Dies paſchæ. Vbi ſubdit, Nam ſexta feria Chriſtum eſſe paſſum, nemini
ignotum eſſe reor. Quæ verba habet etiam Beda ibi ad d. cap. 12. Ioan.
12 Poſtremo idem not. de Sexta † die Guill. Durant. in Ratio. lib. 6. cap. 77.
num. 27. & Ado Viennen. in Breuiario chronicorum, ætate 1. in princ. vbi
ait, quòd decebat, vna, eademque non ſolum hebdomadis, ſed & menſis
die ſecundum Adam pro generis humani ſalute viuifica morte ſopitum
de productis e latere ſuo cæleſtibus ſacramentis ſponſam ſibi eccleſiã ſanctificare,
qua videlicet die primum Adam humani generis patrẽ ipſe creauerat,
eique de latere coſtam tollens mulierem ædificauerat, cuius adiutorio
genus humanum propagaret. Quæ verba deſumpſit Ado ex Beda in
lib. de ſex ætatibus mundi; qui & chronicon appellatur. & in lib. de ratio.
temp. cap 65. Et S. Irenæus lib. 5. aduerſus hæreſes, cap. 23. Manifeſtum eſt
itaque (ait) quoniam in illa die mortem ſuſtinuit Dominus obediẽs patri,
in qua mortuus eſt Adam inobediens Deo.
13 De ſexta autem † hora idem notant Beda, & Glo. ordin. Matth. 27. ibi, A
ſexta autem hora. & Mar. 15. ibi, Et facta hora ſexta. & Luc. 23. ibi, Et tenebræ
factæ ſunt. S. Anſel. in eodem Matth. loco. Haymo in eiſdem locis
Matthæi, & Marci, in homilijs ſupra citatis. & alij quamplurimi auctores.
Hic autem ſenſus longe videtur mihi illuſtrior, & præclarior, quàm ſi dicamus
B. Ioannem alluſiſſe ad horam agni typici paſchalis, cum ille agnus
non hora ſexta, ſed ad veſperam ex præcepto Dei immolari deberet. Et
quamuis ex ſententia cuiuſdam Rabbini Dauid Kimki, quem in hoc ſequi-
14 tur Ianſenius; veſpera incipere intelligatur poſt meridiem, mihi tamen illius
opinio non placet, & eſt contra communem omnium aliorum ſententiam.
De qua re quia vidimus ſupra in alia quæſtione fuſius ca. 20. non eſt
opus nunc, vt eadem repetamus. Cur autem a B. Ioan. tempus paſchę expreſſum
fuerit, iam paulo ſuperius explanauimus cap. præced.
Conſtat itaque ex ſupra deductis euidẽter (niſi fallor) q̃ verbum paraſce-
15 ue † tã apud Io. quàm apud alios Euangeliſtas, nõ ſignificat aliud, quam
diẽ ferię ſextę. Vnde male, & falſo quidam Calepini, & linguę latinę Theſauri,
manum opponentes rei ad ſe non pertinenti, dicunt in ver. Paraſce-

ue, quòd dies, quo dominus noſter Ieſus Chriſtus pro humani generis ſalute cruci aſſixus fuit, paraſceue dicitur, quoniam in eo Iudæi ſibi neceſſaria ad victum ſequentis diei præparabant, vt paſchæ dies abſque operatione aliqua tranſigeretur. Si enim dixiſſent, vt Sabbathi dies abſque operatione aliqua tranſigeretur, vera vtique locuti fuiſſent. At poſtquam cum Græcis elegerunt paſcha, a falſitate defendi non poſſunt; tũ quia illa dies paraſceues non fuit vigilia, ſed dies feſtus paſchæ; tum quia ſi fuiſſet vigilia paſchæ, non ob paſcha, vt ipſi ignoranter affirmant, ſed ob Sabbathum neceſſaria ad victum fuiſſent præparanda.

DE MAGNO DIE SABBATHI.

Cap. LIX.

1 *Sabbathi feſtiuitas celebrior erat apud Iudæos reliquis omnibus feſtiuitatib. Et erat maxime præcepta, & repetita. num. 10.*

2 *Sabbathum occurrens infra hebdomadam paſchalem duplici capite dicebatur magnum.*

3 *Paſchæ die primo feſto tranſacto permittebantur Iudæi ad ſua tabernacula redire.*

4 *Sabbatho prohibitum erat Iudæis iter facere vltra mille paſſus.*

5 *Paſchalis hebdomada tota dicebatur ſollemnis; licet in prima, & ſeptima die tantum prohiberentur opera ſeruilia. Quod etiam procedebat in feſto Tabernaculorum, nu. 6.*

7 *Magnus appellabatur aliquis dies feſtus ob frequentiam ſolam populorum. Non ob id quia dies duplicarentur, nu. 8.*

9 *Dierum duplicatio, ita vt duo dies pro vno, & eodem computentur, & nominentur in hebdomada falſa eſt, & non eſt admittenda, & nu. 17. Sed ita vt plures dies duplicentur ad celebrandam aliquam feſtiuitatem, abſque interruptione dierum hebdomadæ, aut quemadmodum fit in biſſexto, admitti poteſt, num. 14.*

11 *Dominicam diem quam celebrat eccleſia ob reſurrectionem Chriſti, fatetur eſſe primam diem hebdomadæ, in qua etiam creatus eſt mundus.*

12 *Sol cum ſtetit tempore Ioſue, aut cum retroceſſit tempore Ezechiæ, ordo hebdomadæ non fuit interruptus.*

13 *Dies naturalis conficitur ex vna Solis integra & completa circumlatione.*

15 *Sabbathum ſepulturæ Chriſti non fuit duplicatum.*

16 *Reſurrexit Chriſtus die tertia non completa, neque tranſacta.*

SEcundum argumentum principale recentium Latinorum ſit illud deſumptum ex eod. B. Ioannis c. 19. Erat enim magnus dies ille Sabbathi. Nam ob id appellatum fuiſſe magnũ diem illum volunt, quia in eo duplex feſtiuitas occurrerit, Sabbathi ſcilicet, & primi diei paſchæ.

Verum niſi fortiora ſtudeant recentiores iſti ſuæ opinioni fundamenta iacere,

tate paruo omnino labore totam eorum machinam collapſam ſentient. Ma-
gnitudo illius diei in eo conſiſtebat,& non in alio, quia Sabbathum illud,
1 cuius feſtiuitas † celebrior erat apud Iudæos reliquis omnibus feſtiuitatib.
vt apparet Leuit.23.erat Sabbathum occurrens intra hebdomadam paſcha-
lem,vt recte inquit Ruper.abb.lib.13.in Io.ſuper dictis verbis, Erat enim
2 magnus dies ille Sabbathi.Quod duplici capite † magnitudinem quamdã
ſpecialem contrahere dicebatur.

Primo ob frequentiam populorum, nam cum vndique Iudæi conuenirent
in Hieruſalem ad ſollemnitatem Paſchæ,non poterat Sabbathũ illud alio-
quin per ſe ſatis celebre,& illuſtre,non reddi tanto cõcurſu valde illuſtrius
& celebrius.Et præcipue illo anno erat celeberrimum, quia occurrebat im-
mediate poſt diem feſtum paſchæ.Nam cum tranſacto primo die feſto Pa-
3 ſchę † permitterentur populi in propria tabernacula redire,ſi vellent,ex le-
ge.vt habetur Deuter.16.& ibi per Nico.de Lyra,Dionyſ.Carthuſ.& alios;
illo tamen anno cogebantur permanere in Hieruſalem etiam ſequenti die
4 Sabbathi,quia Iudęis prohibitum erat in Sabbathis † iter facere vltra mille
paſſus.vt colligitur ex Matth.c.24.ibi, Orate,vt non fiat fuga veſtra hieme
vel Sabbatho,& Act.1.ibi,Sabbathi habens iter.

Secundo dicebatur magnum Sabbathum illud propter hebdomadam pa-
5 ſchalem, nam licet dies tantum primus & ſeptimus † paſchę prçciperentur
in lege eſſe ſancti atque ſollemnes , quia in illis ſolis prohibebantur opera
ſeruilia.vt apparet Exho.12.& Leuit.23.tamẽ reliqui etiam dies illius heb
domadæ non nullam ſollemnitatem habebant , tum propter multa ſacri-
ficia,quę in ſingulis illis diebus offerebantur,de quibus habetur Num.28.
tum propter azyma,a quibus tota illa hebdomada ſollemnitas azymorum
appellabatur.vt patet Exho.23.& 34.ibi,Sollemnitatem azymorum cuſto-
dies.& 2.Par.8.& 30.vbi ſeptem dies ſollemnitatis appellãtur. Immo & to
ta illa hebdomada feſtum paſchę,& feſtum azymorum dici poterat.vt colli
gitur ex Act.c.12.ibi,Volens poſt paſcha producere eum populo . & ex Io-
ſepho Iudæo lib.3.antiq.iudaic.c.10.vbi ait,quòd feſtum azymorum durat
6 dies ſeptem.

Quo etiam modo ſollemnitas Tabernaculorum † in menſe ſeptimo , licet
ex lege primam tantum diem haberet ſanctam atque ſollemnem abſque o-
peribus ſeruilibus tranſigendam , Leuitic. 23. tamen tota illa hebdoma-
da appellabatur feſtum,vt apparet Deuter.16.ibi, Septem diebus Domino
Deo tuo feſta celebrabis,& Io.7.ibi,Erat autem in proximo dies feſtus Iu-
dęorum Scenopegia.Et infra.Iam autem die feſto mediãte. in quibus ver-
bis quarta dies illius hebdomadę deſignatur , vt communiter exponunt
omnes.

7 Et vt ſciãt aduerſarij, diem aliquem feſtum appellari poſſe magnum † ob
hominum multorum frequentiam & concurſum,abſque eo, quòd ſimul cõ
ueniant duę prçcipuę feſtiuitates,eſt tex.Ioan.in d.cap.7. qui id probat.Ibi
enim dicitur,in nouiſſimo autem die magno feſtiuitatis ſtabat Ieſus,& cla
mabat. Vbi dies magnus feſtiuitatis appellatur octauus Tabernaculorum ,
qui dicebatur Cœtus,atque Collectę,Leuit.23.Et tamen ille dies non erat
maior,quàm dies Sabbathi.ſed ob multitudinem dumtaxat populorum re-
cte magnus appellari poterat.

Atque ex huiuſmodi eadem fortaſſe ratione in hac noui teſtamenti luce Pe

lagius papa, idem ſabbathum appellauit magnum, & noctem eiuſdem ſabbathi magnam, in ca. fi. diſt. 76. ibi, In Sabbatho magno poſt horam baptiſmi ordinetur, & in cap. litteras, diſt. 63. in illis verbis. Et ſi poteſt, ante diem ſanctum feſtinet occurrere, vt vel Sabbatho ipſo noctis magnæ poſt baptiſmum cum Dei gratia valeat ordinari. Niſi potius dicas Sabbathum, & noctē illam idcirco magnam nuncupari, quia magna quędam ſacra fiūt in eis, magna quædam myſteria recoluntur. Quemadmodum etiam B. Ioan. Chryſoſtomus totam illam hebdomadam ſanctam appellari magnam aſſeruit, quia magna quædam & ineffabilia bona contigerunt nobis in illa, vt vidimus ſupra cap. 2. nu. 15.

Excluſa nunc falſa quadam interpretatione ab eo tex. B. Io. c. 19. Erat enim magnus dies ille Sabbathi, quæ conſiſtebat circa magnitudinem intenſiuā illius diei, cauendus eſt alius malus intellectus circa magnitudinē eiuſdem

8 diei † extenſiuam; quem intellectum ex ſuo ingenio finxit Middelburgēſis relatus ſupra cap. 50. num. 9. Ipſe enim vt aſſignaret numerum trium dierū mortis Chriſti abſque ſynecdoche contra Iudæos, voluit, diem illum Sabbathi in celebratione paſchæ fuiſſe duplicatum ita vt duo dies pro vno Sabbathi die computarentur; & iccirco diem illum Sabbathi magnum fuiſſe a Io. appellatum opinatus eſt.

Sed certe dum hic auctor voluit ad conſtituendum Sabbathū magnum duplicare dies magnum (id quod eſt libere fatear) duplicauit errorem. Nam ſi

9 ſemel hæc dierū duplicatio † prout ipſe ſtatuit, admittatur, ita omnia ſurſum & deorſum perturbabuntur, vt neque Chriſtiani, neque Iudæi vllam prorſus veram dierum obſeruationem amplius tenere valeant.

10 Iudæis præceptum fuerat a Deo Sabbathum † cuſtodiendum, vt ſcilicet in die ſeptima hebdomadæ ab omni opere vacarent. Et toties repetitum illis hoc primæ tabulæ præceptum fuerat, vt nullū aliud magis. Quod apparet Exho. 16. 20. 23. 31. 34. 35. & in alijs mille locis. Modo ſi dicamus, quòd Iudæi feſtum aliquod celebrauerint duobus continuis diebus, qui pro vno & eodem die hebdomadæ haberi deberent, quis non videt, quòd iam non celebraſſent amplius diem ſeptimā hebdomadæ in ſabbathum, ſed primā, vel ſecundam, vel aliam quamcumque?

Quòd ſi quis tam firmæ diſpoſitio is ſit, vt hoc abſurdum deglutire, & digerere poſſit, ego illi tamquam victori herbam porrigere (vt in prouerbio eſt) non dubitabo.

Certe B. Epiphan. in Panario, libro ſecundo, Tom. primo, hæreſ. 51. contra hæreſim, quæ non ſuſcipit euangelium Ioannis, & Apocalypſim, circa finem declarans locum Luc. capitulo ſexto. Factum eſt autem in ſabbatho ſecundo primo. ait, ſabbathum primum eſſe, quod ab initio decretum eſt, ac dictum a Domino in mundi creatione; quod per circuitum (inquit) ab eo tempore vſque huc iuxta ſeptem dies reuoluitur.

Et eccleſia ſancta dum celebrat diem Dominicam ob reſurrectionem Chriſti, agnoſcit diem Dominicam † eſſe illam, in qua primo factus eſt mundus,

11 & in qua facta eſt lux.

Et ſic fatetur, diem Dominicam primam eſſe inter ſeptem dies, ſiue mauis dicere octauam omnium præcedentium dierum.

Vnde in hymno Dominicæ ad Matutinum, qui B. Gregorio adſcribitur, ita canit.

Primo

Primo dierum omnium,
Quo mundus extat conditus,
Vel quo reſurgens Conditor,
Nos morte victa liberat.

Et Sedulius lib.4. Carminum,

Cœperat interea poſt triſtia Sabbatha felix
Irradiare dies, culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſq; videre
Promeruit naſci mundum, atque reſurgere Chriſtum.

Ad quod alludens B. Hieron. vel quiſquis ille ſit, qui Marcum ſcripſit, capit. vlt. in prin. poſt Sabbatha, inquit triſtia felix irradiat dies, quæ primatum in diebus, tenet luce prima in ea luceſcente, & Domino neo cũ triumpho reſurgente. Et B. Leo Papa in c. quod die, diſt.75. de Dominica die agens, Quę tantis (ait) diuinarum diſpenſationũ myſterijs conſecrata eſt, vt quicquid a Domino eſt inſigne conſtitutũ in huius diei dignitate ſit geſtũ. In hac die mundus ſumpſit exordium, in hac per reſurrectionem & mors interitum, & vita accepit principium. Et plures etiam alij in eamdem ſententiam ſcribunt, quos ne longior ſim, conſulto prætermitto. Non nullos autem citaui ſupra c.45. num.3. & ſeqq. Neque obſtat id, quod Middelburgenſis, & alij quidam afferũt in contrarium; de Ioſue ſcilicet, aut Ezechia,
12 quorum temporibus cum Solem † ſtetiſſe conſtet, aut retroceſſiſſe, vt habetur Ioſ.10. & 4. Reg.20. videtur ordo ſeptimanæ interruptus fuiſſe apud Iudæos. Nam leue eſt hoc argumentum, & nullius fere efficaciæ. Reſpondetur enim, quòd licet illis temporibus duplicatũ fuerit ſpatiũ diei artificialis, aut etiam forte triplicatũ, totum tamen illud ſpatiũ vna cum nocte
13 ſequenti non conſtituit niſi vnum diẽ naturalẽ, qui cõficitur † ex vna Solis integra, & cõpleta circumlatione ſuper terras. vt apparet Gen.1. Factumq; eſt veſpere & mane dies vnus. Deinde aliud eſt loqui de eo quod fit ex neceſſitate, Deo per miracula ad id cogẽte; aliud de eo qđ ſit ex mera voluntate, & libero hominum arbitrio. Primum legem non violat, ſm violat. Dicendum eſt itaque ſine dubio, vel duplicationes illas dierum falſas eſſe,
14 vel ſi veræ quandoque fuerint. † ita eſſe intelligendas, vt dies ipſi duplicati ad celebrationem feſti, in ſuo tamen nomine permanſerint: vt ſi (verbi gratia) vnus dies vocabatur Sabbathum, alter primus Sabbathi appellaretur, quemadmodũ etiam nos facimus in Biſſexto, in quo duo dies pro vno computantur. c. quæſiui t. §.1. de verb. ſig. & l. cum Biſſextus. ff. eo. tit. At ſi hoc pacto duplicatio accipiatur, iam nihil proderit Middelburgenſi, cum nos ſupra probauerimus capit.50. num. 10. & ſeqq. certum eſſe, Chriſtum dominum in feria ſexta fuiſſe crucifixum, & in prima Sabbathi, hoc eſt in die Dominica reſurrexiſſe.
15 Et quòd in ſpecie Sabbathũ illud ſepulturæ † Chriſti non fuerit duplicatũ, ſed vnius dũtaxat diei, inde apparet, quòd Euangeliſtæ diligẽtiſſime nobis deſcripſerunt, diem dominicæ paſſionis fuiſſe paraſceuen, hoc eſt feriã ſextam, diẽ ſepulturæ fuiſſe Sabbathũ ſequens poſt paraſceuen, & diẽ reſurrectionis fuiſſe primã Sabbathi, hoc eſt diẽ Dominicã immediate ſequentem poſt Sabbathũ: quæ dies Dominica tertia dies erat a paſſionis die, vt recte dicũt duo ex diſcipulis, qui ibant ipſa die in caſtellũ nomine Emmaus, Luc.24. ibi, Nos autẽ ſperabamus, qa ipſe eſſet redẽpturus Iſrael:

& nunc ſuper hæc omnia tertia dies eſt hodie, quòd hæc facta ſunt.
Quod ſi Sabbathum illud fuiſſet duplicatum, vt vult Middelburgẽſis, non
tertia, ſed quarta dixiſſent dies eſt hodie, quòd hæc facta sũt. Deinde quo
modo ſaluarentur tot ſacrarum ſcripturarum teſtimonia, figuræ, & pro-
16 phetiæ, quæ Chriſtũ tertia† die ſurrecturum clamãt? Et ne libera ſit Mid-
delburgẽſi facultas interpretandi die tertia, id eſt complete tranſacta abſ-
que Synecdoche, Oſee cap. 6. in princ. aperte dicit, Viuificabit nos poſt
duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos. Reperio 2. Par. 30. ſollemnitatem azy
17 morum fuiſſe duplicatam, † id eſt vt celebrarent alios ſeptem dies in azy-
mis. Sed quòd aliquis dies ita fuerit duplicatus, vt ſub eiuſdem diei nomi-
ne duo dies tranſigerentur, neque reperio, neque adduci poſſum vllo mo-
do, vt veriſimile id vmquam putem.

DE CONIECTVRIS QVIBVS PROBARI videtur Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna decimaquarta. Cap. LX.

1 *Feſta a Iudæis a veſpera in veſperam celebrabantur.*
2 *Dies fere ſemper nominant Euangeliſtæ ſecũdum computationem vſualem, non ſecundum legalem.*
3 *Crucifixionis Ieſu Chriſti diem non fuiſſe feſtum Paſcha, ſed (vt aiunt) vigiliam Paſchæ multæ coniecturæ probare videntur. Prima coniectura. numero 4. Secunda, numero 5. Tertia, num. 6. Quarta, nume. 7. Quinta ex B. Chryſoſt. & Tertulliano, num. 8. Ex Theophylacto, num. 9. Et Euthymio, num. 10. Ex Nicephoro, num. 11. Ex B. Epiphanio, num. 12. Ex B. Irenæo, num. 13. Ex B. Auguſt. nu. 14. Ex B. Anſelmo, nu. 15.*

TErtium argumentum principale ſit illud, quod deſumitur ab aduerſa-
rijs ex Ioan. cap. 13. in prin. dum dicitur ibi, Ante diem feſtũ Paſchæ.
Vbi Ioannes diem feriꝫ quintꝫ ad veſperam, in quo facta eſt vltima cena a
Chriſto cum Diſcipulis appellat ante diem feſtum paſchꝫ; & tamen ſi Chri
ſtus fuiſſet crucifixus in die feſto paſchæ Iudæorum, illa cena diceretur fa-
1 cta in ipſo die feſto, & non ante diem feſtum. Nam Iudæis a veſpera † in ve
ſperam feſta currunt, & celebrantur, vt patet Leuit. 23.
Verum hoc argumentum quo modo egregie in aduerſarios retorqueatur,
(obſecro) lector quæ nos dicimus infra c. 87. num. 16. & ſeqq. nam ibi, & nõ
hic noſtra intereſt hoc argumentum diluere, & retorquere. Nunc ſatis ſit,
hoc breuiter reſponſum dare, quòd B. Ioannes locutus eſt ibi de diebus nõ
ſecundum computationem legalem, ſed ſecundum computationem vſua-
2 lem, quemadmodum fere ſemper locuti ſunt † Euangeliſtæ. Sed quo modo
quem diem ceteri Euangeliſtæ vocant primum azymorum, & diem immo-
lationis paſchæ, Ioannes vocauerat ante diem feſtum Paſchæ, infra (vt di-
xi) manifeſtiſſime declaratur a nobis, & concordatur.
Præter quam quòd dici etiam poteſt ad illum tex. iuxta expoſitionem Fir-
mini Capitis in hom. 25. ſuper Exho. circa princ. quòd illud, Ante diem fe-

ſtum

Digitized by Google

ſtum Paſchæ non refertur ad cenam factam, & ad lotionem pedum, ſed ad verbum, ſciens, immediate ſequens. quaſi velit inſinuare Euangeliſta, quòd mors Chriſti non fuit illi improuiſa, quoniam ante diem feſtum Paſchæ ſciens erat Ieſus, quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem. id eſt, Non latebat Chriſtum Iudæ proditio, nec conſenſum Iudæorum, vt eum morti traderent. quia ante diem Paſchæ, quo mortuus eſt, ſciebat diem mortis ſuæ. Et ideo cum dilexiſſet ſuos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. &c.

Vel ſecundum aliam expoſitionem Tho. Beauxamis in homil. quinta, in cenam Domini, poſt princ. feſtum Paſchæ in dicta auctoritate Ioan. 13. Ante diem feſtum Paſchæ. intelligitur non de primo die Paſchæ, qui iam inceperat in ipſa veſpera poſt feriam quintam ſecundum computationem Iudæorum: ſed de Sabbatho Paſchę, id eſt de Sabbatho. quod infra hebdomadam paſchalem occurrebat. Illud enim Sabbathum erat dies feſtus, & quidem magis proprie, quàm primus dies paſchæ. vt declarabimus infra c. 65. in princ. & cap. 66. num. 2. & ſeqq. & erat dies feſtus paſchæ, quia tota hebdomada paſchalis Paſchæ nomine appellabatur: vt diximus ſup. capit. præced. nu. 5. & rurſus dicemus inf. cap. 71. nu. 7.

3 Quartum argumentum principale Aduerſariorum ſit illud, quod ex non nullis † conficitur indicijs, & coniecturis, quibus videtur probari, diem crucifixionis Ieſu Chriſti non fuiſſe feſtum, ſed communem, & (vt nos modo dicimus) ferialem.

4 Quarum vna † ſit, quod Iudæi conſultantes, quo modo Ieſum dolo tenerent, & occiderent, dicebant Matth. 26. & Mar. 14. Non in die feſto.

5 Alia coniectura † ſit, quòd Iudęi multos exercuerunt actus, & præſertim Ioan. 18.
iudiciales in illo die, qui in feſto cap. 1. & cap. fin. de fer. non licuiſſent; vt b. 12.
Chriſtum comprehendere, examinare, condemnare, ducere ad Præſidē, Luc 22.
flagellare, teſtes producere, angariare Simonem patrem Alexādri & Rufi g. 66.
venientem de villa. & ſimiles. Et quamuis Iudęi animo eſſent infenſiſſimo Mar. 14.
in Chriſtum, & prauiſſimo, conabantur tamen facta ſua iuſtificare ex le- g. 64.
ge; & ipſi ſpecialiter dicebāt de Chriſto, Ioan. 9. Non eſt hic homo a Deo, Matt. 27. a. 2.
qui Sabbathum non cuſtodit.

6 Tertia coniectura † ſit, quòd Ioan. 19. dicitur, Iudæi ergo quoniam Para- Ioā. 19. a. 1.
ſceue erat, vt non remanerent in cruce corpora Sabbatho (erat enim ma- Matt. 26.
gnus dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum cru- f. 59.
ra, & tollerentur. Ex quibus verbis videtur colligi, diem illum Paraſceues Mar. 15.
non fuiſſe feſtum; nam alioquin Iudæi non permiſiſſent in eo corpora in b. 21.
cruce ſuſpendi, ſicut nec permiſerunt, in ſequenti feſto corpora in cruce
remanere: par enim ratio videtur vtriuſque feſti, & vtriuſque facti.

7 Quarta coniectura † ſit, quòd non ſolum Iudæi illi ſcelerati, qui mortem Ioan. 13.
Chriſti procurabant, ſed etiam alij pij, & boni inueniuntur feciſſe opera a. 5.
in illo die alioquin in feſtis prohibita. Ioan. 19.
Et ipſe dominus Ieſus Chriſtus eo die lauit pedes ſuorum Diſcipulorum. f. 38.
Ioſeph vero ab Arimathæa, & Nicodemus, diſcipuli Chriſti occulti, ſepe- Matt. 15
lierunt ipſum Chriſtum; atque ob id Ioſeph mercatus eſt ſindonem, & ad- d. 46.
uoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti: Et Nicodemus attulit mi- Matt. 27.
ſturam myrrhæ, & aloes quaſi libras centum. g. 60. Ioan. 19.
Similiter Mulieres illæ piæ, quæ Chriſtū ſequebantur, parauerunt illa ipſa g. 39.

die aromata, vt Lucas dicit c.23.in fi.ad vngendum ipſum; & tamen Sabbatho ſiluerunt ſecundum mandatum.

8 Quinta,& poſtrema coniectura † ſit, quòd non nulli graues auctores tenet, Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna decimaquarta. Inter quos videtur fuiſſe quandoque B.Ioan.Chryſoſt.& Tertullianus, quos ſupra citauimus cap.51.num.4.& ſeq.

Sed expreſſiſſime hoc dicunt Euthymius, & Theophilactus. Hic quidem

9 † ſuper Matth.cap.27.ibi,A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt. Vbi,Tenebræ factæ(ait) non erant iuxta naturæ ordinem vt ex eclypſi Solis naturaliter facta; neque enim quando eſt decimaquarta Luna fit Solis deliquium:cum autē crucifigeretur,omnino decimaquarta Luna erat, Paſcha enim hebręorum tunc fiebat.

10 Ille vero † ſuper Matth.c.26.ibi, Veſpere autem facto diſcumbebat cum Duodecim. Vbi latiſſime diſputat, Chriſtum cenaſſe Luna decimatertia. Et cap.ſeq.ſuper eiſdem verbis, A ſexta autem hora.tenet,ꝙ tenebræ illæ Luna quartadecima factæ ſunt.Et ſuper Ioan.c.19.ibi, Erat enim magnus dies ille Sabbathi. dicit, ideo magnum appellari diem illum Sabbathi, ꝙ non ſolum honoraretur vt Sabbathum, verum etiam propter feſtum azymorum,quod caſu in eo contigerat,& ita duplex feſtum erat.

11 Idem etiam ſentit Nicephorus ‡ lib.1.hiſtor.eccl.c.28.vbi ait, ꝙ Paraſceues die ad veſperam,vt lex præcipit,agnum immolari oportebat, & eadē die verum agnum in cruce immolari; & iccirco præueniri a Chriſto oportebat,vt quintæ diei ad veſperam legale Paſcha celebraret.

12 Et S.Epiphanius † (vt ad antiquiores reuertamus)in Panario lib.2.Tom.1.hęr 50.contra Teſſareſcædecatitas,Oportebat(inquit) Chriſtū in decimaquarta die immolari ꝑm legem, vt deficiat apud ipſos lumen,ꝙ illuminat ipſos ſecundum legem,orto Sole, & Lunæ ſplendorem velante. A decimaquarta enim & infra luciditas Lunæ perit, ſic & in lege a Chriſti aduentu,& paſſione iudaica ſynagoga obſcurata eſt.Reſplenduit aūt euāgeliū nō diſſoluta lege,ſed impleta;nō abolita figura,ſed declarāte veritatē.

13 Beatus ēt Irenęus † lib.4.aduerſus hęreſes, c.23.videtur aperte dicere,ꝙ Chriſtus paſſus eſt in eo loco, in eo die,& in ea hora,in quib.Paſcha imperatū fuerat a Moyſe immolari Deuter.16. vbi habetur, Immolabis phaſe veſpere ad Solis occaſum. Vnde conſequi videtur, ꝙ qn̄ Chriſtus crucifixus eſt,tunc Paſcha a Iudęis immolabatur ex præcepto Moyſis; Et ſic dies Paraſceues Luna erat decimaquarta,non decimaquinta. Verba aūt S Irenæi hęc ſunt.Et non eſt numerū dicere, in quib.a Moyſe oſtenditur filius Dei:cuius & diem paſſionis non ignorauit,ſed figuratim prænunciauit eū paſcha nominans;& in eadem ipſa,quæ ante tm̄ temporis a Moyſe prædicata eſt,paſſus eſt Dominus adimplens Paſcha.Non ſolum autem diem deſcripſit,ſed & locum,& extremitatem temporum,& ſignum occaſus Solis, dicens,Non poteris immolare paſcha in vlla alia ciuitatum tuarum, quam dominus Deus tuus dat tibi,niſi in eo loco,quem delegerit dn̄s Deus tuus inuocari nomen ſuum ibi.Immolabis paſcha veſpere ad Solis occaſum.

14 Præterea S.Auguſt.† tract.120.in Ioan.ſuper illud c.19. Ibi ergo propter Paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum. inſinuare videtur, ꝙ Iudęi cenā nocte illa poſt ſepulturā Ieſu facturi erāt. Ita.n.habet.Acceleratam vult intelligi ſepulturam,ne adueſperaſceret,qn̄ iam propter Paraſceuen,qua cenam puram Iudęi latine vſitatius apud nos

vocant,

Digitized by Google

vocant, facere tale aliqd nõ licebat. Quæ verba B. Auguſtini Dñicus de Soto in 4. ſent. diſt. 9. q. 1. ar. 4. circa fi. fatetur negotiũ faceſſere, vt ſoluantur.

15 Poſtremo S. Anſelmus † ſuper Matth. c. 27. ibi, Altera aũt die, quæ eſt poſt Paraſceuen. apertiſſime dicit, Chriſtum duodecimo Kal. Aprilis, in ipſo vernali ęquinoctio, ſexta feria, Luna decimaquarta, in qua erat paſcha Iudęorum fuiſſe crucifixum; vt eo die agnus Dei pro ſalute hominũ in cruce penderet, qua die agnus in liberatione populi occidi iuſſus eſt. Huicq; ſentẽtię conſentire Euangeliſtam dicit, qui ait, ꝙ Iudęi non intrauerunt in prætorium cum Pilato, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. Et ſi aliquis dicit, Quare ergo Dñs tunc non celebrauit paſcha? Sciat (inquit) ꝙ ille non fuit ſub lege, & voluit ante Diſcipulis ſuis tradere ſacramentum corporis, & ſanguinis ſui, & poſtea ipſum corpus immolari in ara crucis. Dicendum itaque videtur, vel quod ſimpliciter Luna erat decimaquarta quando crucifixus eſt Dominus, prout Græci dicunt; quod tamen videtur abſurdum. Vel quòd erat decimaquarta ſecũdum computationem Iudęorum, qui tranſtulerant eo anno Neomeniam primi menſis in ſequentem diem, & ſecundum veritatem erat decimaquinta Luna, prout recentiores quidam Latini ſentiunt: quod videtur rationabilius, & per conſequens magis tenendum, cum ex eo omnia facile ſibi congruant, & concordentur.

DE CONIECTVRIS QVIBVS PROBATVR, Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna decimaquinta. Cap. LXI.

1 *Crucifixions Chriſti diem fuiſſe feſtum, & Lunam decimamquintam probatur prima coniectura. Et ſecunda. nu. 6. Et tertia. nu. 8.*

2 *Paſchæ dies feſtus & ſollemnis non erat decimaquarta Luna, ſed decimaquinta apud Iudæos.*

3 *Paſchæ die feſto liberare vnum ex vinctis, introductũ fuerat apud Iudæos in memoriam liberationis populi de Aegypto.*

4 *Iudæi liberati fuerunt ex Aegypto Luna decimaquinta primi menſis.*

5 *Paſchæ legitimi, quod Chriſtus cum Diſcipulis ſeruauit, tres Euangeliſtas meminiſſe: Ioannem vero meminiſſe Paſchæ iudicialis tranſlati, quod Iudæi omnes ſeruauerunt; falſum eſt. & ñu. 7.*

9 *Iudæos habuiſſe poteſtatem occidendi, præſertim ſi de criminibus ad legis quæſtiones pertinentibus ageretur, apparet ex multis. & nu. 14.*

10 *Crucis ſupplicũ Romani reis inferebãt. Sed et Iudæi idẽ obſeruabant. n. 12.*

11 *Generaliter dictum generaliter debet intelligi.*

13 *Paſchæ feſti ſollemnitate durante non licebat Iudæis aliquem occidere. & numero 15.*

16 *Herodes qui nominatur in paſſione Chriſti erat natiuitate, & religione Iudæus.*

VErum ad ea, quę proximo capite allata ſunt argumenta reſpõdetur in primis, ꝙ neque ſupradictæ coniecturæ eiuſmodi ſunt, vt intellectũ cogant

Digitized by Google

cogant ad illis aſſentiendum contra veritatem, neque aliæ rurſus fortiores
deſunt, quæ contrarium efficacius probent.
Et primo (vt non nullas coniecturas nos etiã pro noſtra parte afferamus)
1 quod dies † in quo crucifixus eſt Dominus, eſſet dies feſtus Iudæorũ, pro
batur per illud Io. 18. in fi. Eſt autem, dicit ibi Pilatus Iudæis conſuetudo
vobis, vt vnum dimittam vobis in Paſcha; vultis ergo dimittam vobis regẽ
Iudæorũ? Et ne quis exiſtimet, quòd Paſcha ibi accipitur pro decimaquar
ta Luna, in cuius veſpera Paſcha occidebatur, quemadmodũ reliqui Euan
geliſtæ eãdem Lunam appellauerunt primam azymorum, & in qua neceſ
ſe erat occidi Paſcha, & in qua Paſcha immolabant, Matthæus occurrit c.
27. qui eamdem diem, de qua Ioannes loquitur, appellat diem ſollemnem,
dicens, Per diem autem ſollemnem conſueuerat Præſes populo dimitte-
re vnum vinctum, quem voluiſſent. Et Marcus c. 15 & Luc. capit. 23. eam-
dem appellant diem feſtum. Conſtat autẽ ex lege, quòd dies feſtus, & dies
2 ſollemnis † non erat decimaquarta Luna, ſed decimaquinta. vt apparet Le
uit. 23. & Nu. 28. Differentia enim magna eſt inter diem Paſchæ, & diẽ fe
ſtum Paſchæ. vt bene not. Alex. de Ales in 4. p. q. 32. memb. 3. ad 2. & Ray
ner. in ſumma Pantheol. tit. de Euchariſtia. c. 8. & Abulen. in 2. par. Defen
ſorij. c. 8. Nam dies Paſchæ poterat appellari etiam quartadecima Luna, at
dies feſtus vel ſollemnis Paſchæ non niſi quintadecima Luna. vt dictũ eſt,
appellari poterat; quæ tamen Luna decimaquinta etiam Paſcha ſimplici-
ter appellabatur. vt in hoc tex. B. Io. c. 18.
Rurſus ne quis dicat ex recentioribus Latinis, quòd a tribus Euangeliſtis
ideo appellatur dies ille feſtus, & ſollemnis, quia ſecundum legitimam cõ-
putationem Lunæ, quam Chriſtus obſeruauit, & quam ipſi attẽderunt, ve
re erat feſtus, & ſollemnis, nempe Luna decimaquinta, ſed ſecundũ Iudæo
rum translationem, quã Ioannes attendit, erat tantum Paſcha, id eſt quar
tadecima Luna, non dies feſtus Paſchæ: aduertendum eſt, quòd ſi bene cõ
ſiderentur verba Euangeliſtarum, omnino hanc chimericam diſtinctionẽ
excludunt. Nã tres primi Euangeliſtę dicunt, quòd per diẽ ſollemnẽ & fe
ſtum conſueuerat Præſes dimittere turbæ & populo vnũ vinctũ quẽ vo-
luiſſent; Et quod propter hanc conſuetudinẽ Pilatus dixit illis, Quẽ vultis
dimittam vobis? Et vt Marcus habet, cum aſcendiſſet turba cepit rogare, ſi
cut ſemper faciebat illis. Modo ſi populo & turbæ ille dies non fuiſſet fe-
ſtus & ſollemnis, quo modo Pilatus ſecundum cõſuetudinem diei feſti po-
tuiſſet interrogare turbam, aut turba ſecundum eamdem conſuetudi-
nẽ petere vnũ ex vinctis? Præſertim cum illa liberatio vnius ex vinctis in
3 die Paſchæ, introducta † dicatur in memoriam liberationis populi iudaici
de Aegypto. vt extat Glo. ordin. ſuper Ioan. cap. 18. ibi, Eſt autem conſue-
tudo vobis. Et Nicol. de Lyra ſuper Matth. cap. 27. ibi, Per diem autem ſol-
lemnem. & Luc. 23. ibi, Neceſſe autem habebat. Et Haymo, & Gagnæ. ſu-
per eiſdem locis Matthæi, & Ioannis. vbi Gagnæus citat etiam Bedam in
eamdem ſententiam.
4 Et cõſtet Exo. 12. Iudæos † liberatos fuiſſe de Aegypto Luna decimaquin
ta primi menſis, non decimaquarta.
Ex his autem auctoritatibus Euangeliſtarum licet colligere vnum nõ mi-
5 nimi ponderis contra Aduerſarios: Falſum eſſe † videlicet, tres primos Euã
geliſtas locutos fuiſſe de Paſcha legitimo, quod Chriſtus cũ Diſcipulis ſer-
uauit,

Digitized by Google

nauit,non de Paſcha Iudæorum, de quo locutum fuiſſe aiunt B. Ioannē.
Nam hic apparet maniſeſte,quòd tres Euāgeliſtæ loquuntur de eo die fe-
ſto & ſollemni,qui pro ſollemni,& feſto habebatur a turba,a populo,a Iu
dæis,& a Pilato.
6 Secundo,quòd dies ille feriæ ſextæ,in qua crucifixus eſt Dominus,eſſet †
dies feſtus,probatur ex Io.c.13.ibi,Et cum intinxiſſet Ieſus panem,dedit
Iudæ Simonis Iſcariotæ.Et poſt bucellam tunc introiuit in eum Satanas.
Et dicit ei Ieſus,Quod facis,fac citius.Hoc autem nemo ſciuit diſcumben-
tium,ad quid dixerit ei.Quidam enim putabant,quia loculos habebat Iu-
das,quod dixiſſet ei Ieſus,Eme ea,quæ opus ſunt nobis ad diem feſtū: aut
egenis vt aliquid daret.
Cum ergo accepiſſet ille bucellam,exiuit cōtinuo.Erat autem nox. Ex his
verbis ſic ego argumentor.Si dies feriæ ſextæ, in qua crucifixus eſt Domi-
nus,quæ ſequebatur poſt feriam quintam in qua facta eſt vltima cena,fuiſ
ſet vigilia Paſchæ,vt inquiunt,& nō dies feſtus Paſchæ,quo modo potuiſ-
ſent quidam ex diſcumbentibus cogitare,quod illa verba , Quod facis,fac
citius.id importabant,ac ſi dixiſſet Ieſus, Eme ea quæ opus ſunt nobis ad
diem feſtum? Numquid tam ſollicite anxium de craſtino nouerant mode-
ſtiſſimum Pręceptorem,qui vnicuique diei ſuam malitiam ſufficere docue
rat Matth.6.vt in principio noctis hora fere intempeſtiua pręciperet ea pa
rari,quæ per totam diem ſequentem commodiſſime parari poſtea potuiſ-
ſent?Profecto ex hoc tex.B.Io. quem tamen nō inuenio ab alijs in hoc pō
deratum,videor mihi non obſcure poſſe colligere,quòd ſequens dies vſua
lis feriæ ſextæ erat dies feſtus.Et iccirco bene poterant cogitare aliqui ex
Diſcipulis,quod illa hora in principio noctis iuſſus fuerat Iudas, qui locu
los habebat,vt emeret verbi gratia cibos ad prādium,aut aliquid aliud ad
ſollemnitatem pertinens,& ad vſum ſequentis diei feſti;Nam aliud oppor
tunius tempus ad emendum iam non aderat.Neque hic dicere poſſunt re
centiores Latini,qui contra nos ſentiunt, quòd ſequens dies erat quidem
7 feſtus,ſed ipſi Chriſto,& Diſcipulis tantum,qui celebrauerant Paſcha† le
gitimum, non autem Iudæis ceteris , qui celebraturi erant Paſcha tranſ-
latum in ſequenti die ad veſperam ; Nam text. hic eſt Beatus Ioannis,
quem volunt ipſi, meminiſſe tantum Paſchæ Iudæorum ; ceteros autem
Euangeliſtas ſcripſiſſe aiunt de paſcha legitimo,quod Chriſtus cum Diſci-
pulis obſeruauit.
Tertio,quòd dies ille,in quo Chriſtus crucifixus eſt, eſſet Iudæis dies fe-
8 ſtus,probatur † ex eo.Io.c.18.ibi,Dixit ergo eis Pilatus,Accipite eum vos,
& ſecundum legem veſtram iudicate eum.Dixerunt ergo ei Iudęi , Nobis
non licet interficere quemquam.
Sed aduertendum eſt, quòd hæc Iudęorum verba tripliciter exponuntur
a Doctoribus.
Prima expoſitio eſt,vt intelligantur Iudæi hoc dixiſſe,quia vere ipſi nul-
lam habebant poteſtatem occidendi aliquem,vtpote rerum potientib.Ro
manis,& quia timebant,ne poſtea pœnas luerent,accuſati a Pilato, quod
indemnatum interfeciſſent . Quam expoſitionem tangit Theophylactus
in Io.ſuper illis verbis c.18.Adducunt ergo Ieſum a Caypha in prætoriū.
Et B.Chryſoſt ſuper eiſdem uerbis,hom.82.in Io.& B.Cyril.Alex.lib.12.
in Io.c.13.in fi.

Verum

Verum huic expoſitioni multa obſtant exempla in nouo teſtamento, qui-
9 bus apparet iudæos potuiſſe † occidere quoſdam impune, præſertim ſi de
criminibus ad legis quæſtiones pertinentibus ageretur. Nam ipſi ſæpius
tentauerunt occidere Chriſtum, & tulerunt lapides Ioan. 8. ut iacerent in
eum. Et Nazareni duxerunt illum vſque ad ſupercilium montis Luc. 4. vt
præcipitarent eum. Item iudæi lapidauerunt Stephanum adductum prius
in concilio, & interrogatum a Principe Sacerdotum. Act. 7. Et eorundem
Act. 9. Saulus adhuc ſpirans minarum & cędis in Diſcipulos Domini, acceſ-
ſit ad Principem Sacerdotum, & petijt ab eo Epiſtolas in Damaſcū ad Sy-
gogas, vt ſi quos inueniſſet huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret
in Hieruſalem ad Sacerdotes ſcilicet, & vtique puniendos, vt eorūdē Act.
cap. 22. afferit idem S. Paulus, & vt ait S. Auguſt. in ſerm. 14. de Sanctis, qui
eſt in feſto Conuerſionis S. Pauli. in prin. Similiter Act. 4. & 5. apparet, prin
cipes ſacerdotum iuriſdictionē exercuiſſe in Apoſtolos, inijcientes in eos
manus, & ponentes in cuſtodiā, & ſtatuentes in concilio, & cædentes eos
& cogitantes etiam interficere, niſi a Gamaliele repreſſi fuiſſent. Et deni-
que Act. 21. procurauerunt Iudæi interficere Paulum, & omnino interfe-
ciſſent, niſi accurrens Tribunus, & milites Romani vi eripuiſſent eum e
manibus eorum. De qua re Iudæi non ſolum nullam dederunt pęnam, ſed
adeuntes Præſidem Felicem Princeps ſacerdotum & ſeniores quidam au-
dacter dixerunt Act. 24. Inuenimus hunc hominem peſtiferum, & concitā
tem ſeditiones omnibus iudęis in vniuerſo orbe, & auctorem ſeditionis ſe
ctæ Nazarenorum, qui etiam templum violare conatus eſt, quem & appre
henſum voluimus ſecundum legem noſtram iudicare; ſuperueniens autem
Tribunus Lyſias, cum vi magna eripuit eum de manibus noſtris iubens ac
cuſatores eius ad te venire, a quo poteris ipſe iudicans, de omnib. iſtis co-
gnoſcere, de quibus nos accuſamus eum.

Ex quib. verbis colligitur, Iudęis non fuiſſe ſublatam omnem poteſtatem
iudicandi ſecundum eorum legem a Romanis, niſi quando Præſes apud
quem ſumma erat auctoritas, ad ſe cauſſam aduocaſſet. Vnde apparet, Pila
tum quando dixit, Accipite eum vos, & ſecundum legem veſtram iudicate
eum. ſerio ea verba protuliſſe, & non deridendo Iudæos.

Addo, quòd verba ſubiuncti B. Io. Vt ſermo Ieſu impleretur, quem dixit ſi
gnificans qua morte eſſet moriturus. ſuperiori expoſitioni non bene qua-
drarent.

Nam ſi Iudæi nullam prorſus habuiſſent poteſtatem aliquem occidendi,
non erat multum difficile prophetare, quod Iudæi volentes mortē Chri-
ſti tradidiſſent eum gentibus ad occidendum.

Altera igitur expoſitio eſt, quòd Iudęi idcirco dixerunt, Nobis non licet
interficere quemquam. quia intelligebant de ſupplicio crucis; Non enim
volebant, Chriſtum ſimpliciter occidi, ſed crucifigi. Supplicium autem cru
10 cis Romani † ſoliti erant reis inferre, non Iudęi. Et hanc interpretationē
tangit B. Chryſoſtom. in d. homil. 82. in Ioan. & Theophil. ſuper dictis ver-
bis. Nobis non licet. &c. & Nauarrus in c. periculoſe. ſub num. 4. de pœni.
diſtinct. 1.

Verum neque hęc expoſitio ſatis probabilis mihi videtur. Nàm hic ageba-
tur de condemnatione, & occiſione Chriſti ſimpliciter & generaliter, ne-
que vlla adhuc erat facta mentio crucifixionis, vt patet ex pręcedentibus.

Exiuit

Exiuit ergo Pilatus ad eos foras,& dixit, Quam accuſationem affertis aduerſus hominem hunc? Reſponderunt,& dixerunt ei,Si non eſſet hic malefactor,non tibi tradidiſſemus eum.Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos,& ſecundum legem veſtram iudicate eum.Dixerunt ergo ei Iudęi,No bis non licet interficere quemquam. Quare trahere verba generalia, quæ
11 generaliter † poſſunt,& debent intelligi,ad ſenſum quemdam ſpecialiſſimum,videtur quædam nimis coacta,& incongrua interpretatio. Præſertim quia verba ſubiuncta, vt ſermo Ieſu impleretur quem dixit ſignificans qua morte eſſet moriturus.intelliguntur de eo, quod prædixerat Matth. 20.Mar.10.& Luc.18. quando cœpit duodecim Diſcipulis dicere quæ eſſent ei euentura: Quia ecce(inquit) aſcendimus Hieroſolymam, & Filius hominis tradetur principibus ſacerdotum,& ſcribis,& ſenioribus,& damnabunt eum morte,& tradent eum gentibus,& illudent ei, & conſpuent eum & flagellabunt eum,& interficiēt eum:& tertia die reſurget. In quibus verbis Marcus nullam facit de cruce mentionem;neq; Lucas. Et quãuis Matthæus dicat, Et tradent eum gentibus ad crucifigendum. Tamen vis in hoc loco Ioannis magis ſtare videtur in eo, quod Chriſtus prędixerat,ſe a Iudæis tradendum gentibus ad occidendum,& quòd gētes Chriſtum ſibi a Iudæis traditum erant ſuis manibus occiſuræ non Iudæi;quam in eo quòd Chriſtus ſubiturus erat genus mortis, quod fit per crucem. vt rectè ſentit B.Auguſt.tract.114.in Ioan.& Beda ſuper dictis verbis,Vt ſermo Ieſu impleretur. & Haymo ſuper eiſdem verbis in homil. feriæ ſextæ poſt Dom.Palm.vbi expreſſe dicunt. Non hic mortem crucis vult intelligi S.Ioannes,ſed quòd eum Iudæi forent gentibus traditurì.
12 Addo,quòd non videtur verum, Iudęos non fuiſſe ſolitos ſuppliciũ † crucis reis inferre.Nam Deut.21.dicitur,Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt,& adiudicatus morti, appenſus fuerit in patibulo. &c. Et Philo iudæus in lib.de Specialibus legibus,circa fin.hæc habet. Homicidis lex non indulget,vt pecunijs luant,quod luendum eſt capite aut exilio:ſed exigit rigide,vt ſanguis expietur ſanguine,& inſidiatoris capite ſatisfiat interempti manibus. Alioquin peruerſa ingenia numquam ſatiantur maleficijs,ſed facinora cumulant facinoribus,augendo vſque malitiã; nec vllis eam circumſcribendo terminis.Contra tales mille ſupplicia decreuiſſet Legiſlator,ſi potuiſſet:id quia non poterat,nouam pęnam addidit, iubens in ligno ſuſpendi homicidas.Et Ioſ.cap.8.habetur,quòd Regem vrbis Hai ſuſpendit Ioſue in patibulo vſque ad veſperam & Solis occaſum; præcepitque Ioſue,& depoſuerunt cadauer eius de cruce.& 2.Reg.21.Dixerunt Gabaonitæ Regi Dauid,Dentur nobis ſeptem viri de filijs Saul,vt crucifigamus eos Domino. Et infra. Qui crucifixerunt eos in monte coram Domino.

De hac autem re fuſe agit Couarr.lib.4.variar.reſol.c.5. vbi agens de ſupplicio crucis,tractat quàm antiquum ſit,& a quibus ſoleret inferri,& non nulla alia in hac materia ſcitu digna.

Reſtat ergo, vt tertia expoſitio ad dicta verba, Nobis non licet in-
13 terficere quemquam. quod ſcilicet propter diem feſtum Paſchæ ſollemnitate durante † non licebat Iudęis aliquem interficere, verior multo ſit, & probabilior reliquis. Quam expoſitionem ſecutus eſt Beatus Auguſtin.in dicto tractat. 114. in Ioannem, vbi ita ait. Intelligendum

eſt,

eſt,eos dixiſſe,non ſibi licere interficere quemquam propter diei feſti ſanctitatem,quem celebrare iam cœperant.propter quem de ingreſſu etiam prętorij contaminari metuebant.

Eamdem expoſitionem ſequitur Beda ibi,& Haymo,vbi ſupra.Et B.Chryſoſtomus eamdem tangit in hom.82.in Io.ita inquiens.Quòd ſi dicunt,nõ licere eis interimere,eo tempore intelligendum eſt.& clarius homil.86.in Metth.ſuper illud ca.27.Mane autem facto.Nam quoniam,inquit,interficere ipſum ſtatuerunt,& propter diem feſtum non poterant,ad Pilatum eum ducunt.Tu vero conſidera, quo modo res ita compulſa eſt , vt in die feſto ageretur.Quippe ita iam a priſcis temporibus fuerat figuris ſignificatum.Et S.Cyrill.Alexan.lib.12.in Io.ca.2.& 6.ſentit, quòd iudęi vetari dixerunt ab impia cęde propter paſcha,nã aliter miniſterium Pilati non quęſiſſent.Et hęc eſt etiam expoſitio Magiſtri hiſtorię ſcholaſticę in hiſtor.euãge.cap.163.& Glo.ordin.& interlin.ſuper dictis verbis , Nobis non licet interficere quemquam.vbi inquiunt , quòd illud dixerunt iudæi propter
14 diei feſti ſanctitatem,quia in alio tempore licebat † ſecundum legem interficere malefactores:lex enim pręcipit,ne parcãt malefactoribus,pręſertim ſeducentibus a Deo ſuo,qualem Chriſtum eſſe dicebãt.Et quòd in fe-
15 ſtis † diebus abſtinerent iudęi a cęde patet Act.12. vbi Herodes qui nati-
16 uitate,& religione iudęus † erat,vt habet Glo. ordin. Luc.23.ibi,Remiſit eum ad Herodem.nam pater ſuus fecerat ſe circumcidi tranſiens ad ritum iudaiſmi,vt not.ibidem Nicol.de Lyra citans Ioſephum.in dieb.azymorum apprehendit Petrum,& miſit in carcerem volens poſt paſcha producere eum populo.vt ſcilicet iuxta expoſitionem Glo.ordin.ipſi eum occiderent Iudęi.Et Glo.interlin.ibidem inquit,quòd Petrus ideo tunc non eſt occiſus,ſed apprehenſus,quia dies erant azymorum,vt & de Chriſto dixerant , Non licet in Paſcha occidere quemquam . Idem etiam quòd ſcilicet Iudęi in feſtis a reorum cęde abſtinerent , patet expreſſo teſtimonio Philonis iudęi in li.3.de vita Moſis.circa med. Cuius uerba citabimus infra c.63.nu.18.

DE CONIECTVRIS, QVIBVS PROBATVR Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna decimaquinta.
Cap. LXII.

1 *Crucifixionis Chriſti diem fuiſse feſtum,& Lunam decimamquintam probatur quarta coniectura. Et quinta ex teſtimonijs multorum patrum; num.11.Vt Origenis.num.12.Euſebij Cæſareen.num.13. B. Clementis Romani.num.14.B.Ioannis Chryſoſtom.num.15.B.Theophili Alexan.num.16.B.Cyrilli Alex.num.17.B.Cyrilli Hieroſ.num.18.Theodoreti. num.19.Socratis,& Caſſiodori.num 20.Theophylacti. nume. 21.B.Hieronymi.num.22.B.Ambroſii.num.23.Bedæ.num. 24.B.Auguſtini.nu.25.*

2 *Palmarũ ſollemnitas,in qua Chriſtus Hieroſolymam aſcendit,in die Dominica contigit.& nu.9.Et fuit decima die mẽſis,quãdo agnus aſsumebatur*

tur a Iudæis ad victimam pro Luna decimaquarta ad veſperam, vt not. B. Chryſoſt. num. 4. Et Beda, nu. 5. Et plures alÿ, nu. 7.

3 *Ante ſex dies Paſchæ reſoluitur in hanc locutionem, id eſt ſexto die ante Paſcha, & vtraque extrema computanda ſunt, vt ratio ſex dierum conſtet.*

6 *Agnus Paſchalis in eo quòd aſſumebatur die decima menſis Chriſtum figurabat.*

8 *Chriſtum vno die anticipaſſe Iudæos in celebratione Paſchæ, falſum eſſe oſtenditur.*

10 *Betphage quid ſit.*

26 *Paſcha dies Luna decimaquarta neque feſtus neque ſollemnis erat apud Iudæos, ſed Paſcha dies Luna decimaquinta & feſtus & ſollemnis erat.*

1 QVarto, quòd dies ille, in quo crucifixus eſt Dominus, eſſet feſtus † Pa-
ſchæ Iudæorum probatur per illud Io. c. 12. Ieſus ergo ante ſex dies pa
ſchæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus, quem ſuſcitauit Ieſus.
Fecerunt autẽ ei cenã ibi, &c. Quib. verbis denotatur ſecundũ cõem Doct.
expoſitionem dies vltimi ſabbathi, quod fuit ante feſtum Paſchæ. Nam in
eod. c. ſubiungitur, quòd in craſtinum turba multa quæ venerat ad diem fe-
ſtum, cũ audiſſent, quia venit Ieſus Hieroſolymã acceperunt ramos palma-
rũ, & proceſſerunt obuiã ei. Et conſtat ex traditione vniuerſalis eccleſiæ,
illam palmarũ ſollemnitatẽ † in die Dominica contigiſſe, vt ibi etiã dicit
Gl. interlin. Modo ſi dies illa ſabbathi, ſexta erat dies ante Paſcha, vt inquit
B. Io. interpretatur Alcuinus in lib. de eccl. off. c. de Dominica palmarum,
impoſſibile videtur, quòd dies feſtus paſchæ venerit Iudæis in die ſabbathi
prout Græci volunt, & recentiores quidam Latini, nam ſic ſabbathum illud
præcedens fuiſſet non ſexta dies, ſed ſeptima ante paſcha.
3 Eſt enim aduertendũ, quòd hæc locutio, Ante ſex dies paſchæ. † reſoluitur
in hanc, id eſt ſexto die ante paſcha. In qua locutione vtraque extrema com
putanda ſunt, vt ratio ſex dierũ conſtet, ipſe ſcilicet dies paſchæ, & ipſe ſex
tus dies ante paſcha. quẽadmodũ late infra demonſtraturi ſumus, c. 73. nu.
18. vbi de appellatione dierũ a Nonis, Idib. & Kalẽd. ſumpta diſputabimus.
Quare ſi ſabbathũ erat dies ſextus ante paſcha, neceſſario dies paſchæ futu
ra erat feria quinta, vt ſic numerus ſex dierũ habeatur vtriſq; extremis cõ-
putatis. Et conſequenter vt oĩa conſonẽt dicendũ eſt, ꝙ ſabbathũ illud erat
nona Luna primi mẽſis, vt expreſſe interpretatur Theoph. ibi, & dies paſc.
futura erat fer. v. Luna decima quarta dies aũt feſtus paſchę fer. vj. Luna xv.
Quod colligitur etiã ex eo, ꝙ Dominus die Dominica ſequẽti ingreſſus eſt
4 in Hieruſalẽ ſollẽniter tãquam agnus qui decima † die menſis aſſumebatur
ad victimã. Exho. 12. Sic enim hanc rem explicat B. Chryſoſt. apud S. Tho. in
Catena ſuper dictis verbis Io. 12. In craſtinũ autẽ. &c. Præceptũ (inquit B.
Chryſoſt.) legis erat, vt decima Luna primi menſis agnus ſiue hædus in do
mo recluderetur vſque ad quartãdecimã eiuſdẽ menſis, quando ad veſperã
immolabatur; vnde & verus agnus ex omni grege ſine macula electus pro
populi ſanctificatione immolandus, ante quinq; dies. i. decima Luna Hiero
5 ſolymã aſcendit. Et Beda † in hom. in Domin. Palm. ſuper illud Matth. 21.

Cum

Cum appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymã. Ante quinque dies (ait) Paſchæ venire voluit, ſicut ex Ioannis euangelio didicimus, vt etiam per hoc oſten
6 deret ſe eſſe agnum immaculatũ, qui peccata tolleret mundi. Agnus † quippe paſchalis, cuius immolatione populus Iſrael ab Aegyptia ſeruitute eſt liberatus ante quinq; dies paſchæ. i. x. Luna domũ inferri, & ipſa die paſchę. i. xiiij. Luna ad veſperã iuſſus eſt immolari, ſignificans eũ, qui nos ſuo ſanguine redẽpturus, ante quinq. dies paſchę. i. hodierno die, magno pręcedentiũ, ſequentiumque populorũ gaudio, ac laudatione deductus venit in templũ Dei, & erat quotidie docens in eo. Quinta demũ peracta die vbi veteris paſchæ ſacramenta hactenus obſeruata conſummauit, ac noua deinceps obſeruanda Diſcipulis ſacramenta condidit, egreſſus in montem Oliueti tentus eſt a Iudæis, & mane crucifixus, ipſa nos die a dæmoniaca dominatione redemit, qua antiquus ille hebræorum populus per immolationem agni iugum Aegyptiæ ſeruitutis abiecit. Ergo Dominus inſtar agni paſchalis ante quinque dies quàm pati inciperet, locum paſſionis adijt, vt ſe inſinuaret eſſe illum, de quo prædixit Iſaias, Sicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Hæc Beda.
7 Idem myſterium notant etiam multi alij † Doct. vt Amalar. lib. 1. de eccleſ. off. cap. 10. Rupert. abb. Tuitien. lib. 2. de diuin. off. c. 5. lib. 5. c. 7. & lib. 2. ſuper Exho. cap. 6. & ſeq. & lib. 10. in Ioan. ſuper illud capit. 11. Quid putatis quia non venit ad diem feſtum? & ſuper illud idem cap. 12. Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ. Et infra. ſuper illud eiuſdem cap. In craſtinum turba multa. S. Anſel. ſuper Matth. c. 21. in princ. & ibidem Beda. Gull. Duran. in Ratio. lib. 6. cap. 67. num. 12. S. Anton. in Chron. par. 1. tit. 5. ca. 5. §. 5. Nicol. de Lyr. ſuper Ioan. d. ca. 12. & ibidem Gignæius. Opus aureum orn. omni lap. pret. in Sabb. ante Dom. Palm. dub. 5. Gall. Placentini in euangelia Quadrageſ. enarr. 41. & enarr. 43. in procem. Ioan. de Turcrem ſuper euang. Dom. Palmar. q. 2. Silueſt. in Roſa aurea, tract. 3. q. 29. Thom. Beauxamis in cenam Domini homil. 4. & 5.
Si igitur die Dominica Palmarum fuit decima Luna, vt ex Theophyl. Beda, B. Chryſoſt. & alijs ſupracitatis habetur, immo ex ipſo B. Ioan. cap. 12. ibi, Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ. & ex ſollemni ingreſſu Chriſti in Hieruſalem colligitur, euidenter ſequitur, quòd dies ſequens feriæ quintæ erat decimaquarta Luna, in qua agnus ad veſperam occidi ab omnibus debebat.
Neque poſſunt hic dicere recentiores iſti Latini græcizantes, quòd Dominica Palmarum erat decima Luna ſecundum veram computationem, non ſecundum computationem Iudæorum, qui per tranſlationum conſtitutionem in diem ſequentem Neomeniam reiecerant. Nam beatus Ioannes pręciſe loquitur de paſcha Iudæorum. In fine enim cap. 11. dixerat, Proximum erat paſcha Iudæorum. & multi aſcenderunt Hieroſolymam ante paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos, & ſtatim in initio capitu. 12. ait, Ieſus ergo ante ſex dies paſchæ, &c. Vnde apparet, continuate Euangeliſtam eiuſdem paſchæ mentionem facere, & de eodem paſcha Iudæorum euangelicam ſuam hiſtoriam texere.
8 Præterea ſi verum eſſet quod iſti aiunt, quòd Chriſtus vno die† anticipauit Iudæos in celebratione paſchæ, vt reſeruaret ſui occiſionem in paraſceue Iudęorum, vt ſcilicet ſeipſum verum agnum exhiberet in cruce immolatum eo die, quó Iudæi omnes typicum agnum immolabant, ex hoc neceſſario
in-

inferretur, quòd Chriſtus ea decima Luna ſeipſum debuiſſet pro ſollemnem ingreſſum in Hieruſalem ad immolationem præparare, & tamquam verum agnum offerre, qua ceteri omnes Iudæi agnos legales per domos & familias ſuas ad Paſchæ celebrationem aſſumebant. Quare aut dicere debent Græci & Græcizantes, quod Chriſtus ingreſſus eſt in ciuitatem Hieruſalem ſollemniter feria ſecunda, quæ erat ſecundum ipſos decima
9 Luna Iudæorum, & non die Dominica † prout habet traditio vniuerſalis eccleſiæ: aut ſi fatentur ingreſſum fuiſſe Chriſtum die Dominica, fateantur etiam neceſſe eſt, diem Dominicam fuiſſe decimam Lunam Iudæorum; ſi tamen myſterium in ingreſſu illo agnoſcere velint, quod Beatus Chryſoſt. & Beda, & Amalar. & S. Anſelm. & Theophyl. & Ruper. abbas, & alij innumerabiles agnouerunt. Quod myſterium etiam locus Bethphage, vnde Chriſtus initium illius ſollẽnis ingreſſus auſpicatus eſt,
10 indicat. Nam Bethphage, † vt habet B. Hieron. ſuper Matth. capit. 21. ſacerdotum viculus erat, ex quo ſacerdotes ſecundum Ianſenium ibidem cap. 110. concor. euang. in princ. paſchales victimas, & alias deducere in Hieruſalem ſoliti erant.

11 Quinto, & poſtremo idem probatur † ex ſententia multorum antiquorũ Patrum, qui tenent, diem illum, in quo crucifixus fuit Chriſtus, fuiſſe feſtum & ſollemnem, Lunam ſcilicet decimamquintam.

12 Origenes † tract. 35. in Matth, ſuper illud cap. 27. Per diem autem ſollemnem conſueuerat Præſes. &c. ſic habet. Arbitror autem propter iſtum diẽ feſtum Iudæorum, in quo Barabbas ad vitam electus eſt, Chriſtus autem neglectus, Dominum dicere per Prophetam, Ieiunia, & ferias, & dies feſtos veſtros odit anima mea. & quia magis ſollemnitatem agere voluerũt cum latrone dimiſſo, quàm cum Ieſu. Verbi gratia dicam. Si egiſſent ſollemnitatem recte, ſicut Ioſias, aut aliquis ſimilis ei, & data eis fuiſſet quẽ vellent petendi licentia, ſine dubio Ieſum poſtulaſſent, Barabbam autem condemnaſſent. Nos autem oremus, vt feſtum diem colentes, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſinceritatis & veritatis, Barabbam quidem condemnare, Ieſum autem ab omnibus vinculis liberum accipere nobis mereamur in regem & dominum. Et quamdiu hæc facimus, non conuertuntur dies feſti noſtri in luctum, neque cantica noſtra in lamentationem: ſed erunt in nobis ſollemnitates veræ, ſollemnitates Dei. Et in homil. 23. ſuper Numer. Propterea ergo (ait) quòd grande peccatum peccauit Hieruſalem ſecundum quod ſcriptum eſt in Lamentatione, in commotione facta eſt, & perierunt omnes feſtiuitates eius, & dies ſollemnes eius: quoniam in loco ſancto, & in die feſtiuitatis dominum meum Ieſum Chriſtum occiderunt. Et propterea dicit ad eos, Neomenias veſtras, & Sabbatha, & dies feſtos veſtros odit anima mea.

13 Euſebius Cæſareen. † in omnimoda hiſtoria canonum chronicorum, cuius fragmentum ſequens recitat Anaſtaſius Antioch. in lib. variarum quęſtionum. vt refert Franc. Turrianus in explanatione c. 16. lib. 5. cõſt. apoſt. B. Clem. Romani. Poſtquã (inquit) vmbroſum Paſcha cum Diſcipulis comedit, & paſcha auctoritatis pręcipuę introduxit, quinto die hebdomadis, q̃ erat Lunę decimuſquartus, Menſis vero Martij viceſimuſſecundus, indictione decimaquinta, ipſa eadem nocte in eiuſdẽ mẽſis diem viceſimumtertium

Digitized by Google

tertium ferente, traditus eſt, ac illo ipſo die crucifixus, reſurrexit viceſimo quinto die Dominico.

14 B. Clemens Rom. † d. lib. 5. conſt. apoſt. c. 14. ſecundũ tranſlationem Turriani, vel 16. ſecundum tranſlationem Bouij, de Iudæis loquens, In ipſo enim, inquit, die ſuo feſto Dominum comprehenderũt, vt perduceretur ad exitum quod ſcriptum eſt, poſuerunt ſigna ſua, ſigna; & in medio ſollem ſuæ non cognouerunt.

Quam conſtitutionem citat S. Epiphan. in Panario, hær. 70. contra Audianos his verbis. Dicunt enim iidem Apoſtoli, Quando illi (iudęi) conuiuantur, vos ieiunantes pro ipſis lugete, quoniam in die feſtiuitatis Chriſtum crucifixerunt.

15 B. Io. Chryſoſt. † in Matth. homil. 87. ſuper illud c. 27. Per diem autẽ ſollẽnem &c. Poſtquam, ait, Pilatus cogitando legem adinuenit quãdam, quæ ſollemnitati ex condemnatis aliquem condonare iubebat, turbis perſuaſerunt Pontifices, vt Barabbam vna omnes peterent voce. Et infra. Præpoſuerunt itaque illum orbis Saluatori, nec rationem temporis aliquam habuerunt, quod ſanctum erat, atque ſollenne, nec humanitatis leges, aut aliud huiuſmodi veriti ſunt.

16 B Theophilus Alex. † ſcribens imperatori Theodoſio maiori, vt refert Beda in lib. de ratio. tempor. cap. 57. & 59. Saluator noſter, ait, decimaquarta quidem eſt traditus Luna, hoc eſt quinta poſt Sabbathum, decimaquinta autem crucifixus, die tertia reſurrexit, hoc eſt decimaſeptima Luna, quæ tunc in Dominica die videtur inuenta, ſicuti & ex euangeliorum obſeruatione comperimus.

17 B Cyrillus Alex. † citatus a S. Tho. in Catena, ſuper illis verbis Luc. 22. Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum ante quam patiar. Quod ideo dicit, inquit, quia Diſcipulus auarus proditionis tempus explorabat: ſed ne traderet eum ante feſtum Paſchæ, nõ explicauerat Dominus domum, vel virum penes quem Paſcha perageret; cuius cauſſam per hæc verba oſtendit.

18 B. Cyrillus Hieroſol. † catech. 13. loquens de paſſione Domini. Sed quæris ait aperte, qua hora Sol defecerit, ſi octaua, vel decima? Dic iudæis veritatem o Propheta.

Quando deficiet Sol? Dicit igitur Amos propheta. Et erit in die illa, dicit Dominus occidet Sol in meridie. Ab hora enim ſexta tenebræ factæ ſunt: & obſcurata eſt lux ſuper terram in die. Quale hoc tempus o Propheta, & qualis dies? Et conuertam ſollemnitates veſtras in luctum. In azymis. n. hoc agebatur. Deinde dicit, Et ponam ipſum ſicut luctum dilecti, & eos qui cum ipſo, ſicut diẽ doloris. In die enim azymorum & ſollemni mulieres ipſorum plangebant & flebant, Apoſtoli vero occultati dolebant. Admiranda ergo hæc prophetia.

19 Theodoretus † in Exo. q. 24 Denunciat autem, inquit, vt ſacrificet decimaquarta die ſub veſperam; ſub hanc enim veſperam etiam Chriſtus dominus traditus eſt iudæis.

20 Socrates lib. 5. hiſt. eccl. c. 21. & Caſſiodorus † in Tripart. lib. 9. c. 38. dicũt, Beatos Euangeliſtas in hiſtoria ſua ſcribenda Moſayci Paſchæ feſti mentionem feciſſe, Seruatorem ſcilicet azymorum tempore paſſum eſſe, cum celebre apud Iudæos ageretur feſtum, vt oſtenderent illi, quòd iudæi in diebus

bus feſtis ſe cæde & ſanguine polluerunt.

21 Theophylactus † ſuper Io.ca.12.in prin.in illis verbis.Ieſus ergo ante ſex dies Paſchę venit Bethaniam.Decima quidem,inquit,menſis accipiũt ouẽ immolandam in Paſcha, & ex eo tempore requirere incipiunt quæ neceſſaria ad feſtum.Denique & cena,quæ ante ſex dies,quæ eſt nona menſis, latius epulantur,& initia feſtiuitatis illo die faciunt. Ideo & Ieſus ſimul cenauit in Bethaniam veniens.In quibus verbis indicat, vt ſupra iterum diximus,cenam illam in Bethania factam in Sabbato ante Paſcha,fuiſſe factam in die nona Lunæ primi menſis,& conſequenter, Dominum fuiſſe crucifixum Luna decimaquinta,quæ erat dies Paraſceues.

22 B.Hieronymus † vt non nullos etiam ex Latinis noſtris adducamus,ſuper Matth.cap.26.ibi,Prima autem die azymorum.Prima azymorum,inquit, quartadecima dies menſis primi eſt, quando agnus immolatur, & Luna pleniſſima eſt,& fermentum abijcitur.

23 S.Ambroſ.† in epiſ.83.ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos de Chriſto loquens,Ipſe ergo,ait,qui legem locutus eſt,poſtea veniens per Virginem nouiſſimis temporibus plenitudinem legis conſummauit, quia venit non legem ſoluere, ſed implere, & celebrauit Paſcha; hebdomadæ in qua fuit quartadecima Luna,quinta feria.Denique ipſa die, ſicut ſuperiora docent.Paſcha cum Diſcipulis manducauit.Sequenti autem die, hoc eſt ſexta feria crucifixus eſt Luna quintadecima. Sabbatho quoque magno illo ſextadecima fuit.Ac per hoc ſeptimadecima Luna reſurrexit à mortuis.

24 Venerabilis Beda † ſæpiſſime in quamplurimis locis,ſed pręcipue in libr. de ratio.comp.cap.17.& in lib.de ratio.temp.cap.45.(quę loca etiam ſupra citauimus cap.50.num.10.hanc eamdem ſententiam aſſtruit, ita inquiẽs. Nam quod Dominus decimaquinta Luna feria ſexta crucem aſcenderit,& vna Sabbathorum,id eſt die Dominica reſurrexerit a mortuis, nulli licet dubitare catholico,ne legi,quę agnum paſchalem decimaquarta die primi menſis ad veſperam immolari præcipit,pariter & euangelio quod Dominum eadem veſpera etntum a Iudęis,& mane ſexta feria crucifixum,ac ſepultum,prima Sabbathi reſurrexiſſe perhibet, videatur incredulus. Et rurſus in eod.lib.de ratio.temp.cap.59.ita ait, Vbi autem primum Dominicus reſurrectionis Chriſti dies fuerit,varie refertur.

Et quidem,vt ſupra memorauimus,quidam octauo Kalendarum Apriliũ, ſed alij ſexto,non nulli quinto Kalendarum earumdem die fuiſſe aſſeuerant.Vbi notandum,quia ſi octauo Kalendarum memoratarũ,vt antiquiores ſcripſere,reſurrectio Domini facta eſt,quintus profecto circuli decẽnouennalis tunc agebatur annus habens Concurrentes ſeptem, & Lunam decimam quartam ſicut ſemper vndecimo Kal.Apr.Si autem ſexto Kal.Apr.Dominus reſurrexit, decimuſtertius circuli prati annus exſtitit,quinq; habens Concurrentes, & Lunam decimam quartam vt ſemper nono Kal. Apr.Porro ſi quinto Kalendarum ſupraſcriptarũ reſurrectio celebrata eſt Chriſti,ſecundus circuli decemnouennalis exiſtens annus Concurrentes habebat quattuor, & Lunam decimamquartam,ſicut ſemper octauo Kalend.Apr. Quæ cunctę decimęſeptimę Lunę, in qua die Dominica,prima ſacroſanctę reſurrectionis ſunt acta myſteria, curſu panduntur indubio.

Tantum diligentiſſime cauendum,ne hãc decimaſexta Luna,ut quidam

 patratam

patrat ara confirmando, non ſolum ineuitabile noſtrę calculationis diſpendium, ſed & grauiſſimum noſtræ fidei incurramus periculum.
25 S. Auguſtinus tract. 50. in Io. in prin. ſuper illud c. 11. Proximũ autem erat Paſcha Iudæorum. & ibidem etiam Beda.
Illum, inquiunt, diem feſtum iudęi cruentum habere Domini ſanguine voluerunt: illo die feſto occiſus eſt agnus, qui nobis eumdem die feſto ſuo ſanguine conſecrauit. Idem Sanctus Auguſt. & Gloſſ. interlin. ſuper illud pſal. 73. Et gloriati ſunt qui oderunt te in medio ſollemnitatis tuæ. Tunc (aiunt) euerſa eſt Hieruſalem, quando ſollemnitas agebatur paſchalis, in qua crucifixerunt Dominum.
Marianus Scotus lib. 2. chronicorũ, ſub anno Chriſti 34. citans Caſſiodor. Ieſus Chriſtus, inquit, filius Dei, iuxta prophetias, quę de eo fuerant prę locutę, paſſus eſt octaua die Kalẽdarũ Aprilis, luna decimaquinta, iuxta quattuor euangelia, in anno decimaoctauo Imperij Tiberij Cæſaris, ſecundum euangelium B. Ioannis, atque die tertia, id eſt ſexta die Kalendarum Aprilis, luna decimaſeptima, ſecundum hiſtoriã ſancti euangelij a mortuis reſurrexit.
Clarum eſt autem (puto) apud omnes, pro ſupradictis auctoritatibus bene
26 intelligendis, quod decimaquarta Luna † neque dies feſtus, neque ſollemnis erat apud iudæos. vt ſuperiori c. declarauimus nu. 2. Quare relinquitur quòd ſi Dominus in die feſto & ſollemni iudæorum crucifixus eſt, non in decimoquarto, ſed in decimoquinto Lunæ crucifixus ſit. Et e conuerſo ſi in quintadecima Luna crucifixus eſt, in die feſto & ſollemni crucifixus eſſe intelligatur.

DE SOLVTIONIBVS, QVIBVS CONTRARIAE coniecturæ, quæ videbantur probare, Chriſtum Luna decimaquarta fuiſſe crucifixum, eliduntur. Cap. LXIII.

1 *Chriſtus occiſus eſt, non quando Iudæi voluerunt, ſed quando ipſe voluit. Nã & in die feſto, & cum tumultu populi occiſus eſt, licet ipſi dicerent, Nõ in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo. nu. 2.*
3 *Iudæi abſtinere volebant ab occiſione Chriſti in die feſto, non propter religionem, ſed ne impedirentur a tumultu populi. Vt notat B. Chryſoſt. nume. 4. Et B. Leo. nu. 5. Et Rupertus abbas. num. 6.*
7 *Iudæi in occiſione Chriſti nihil manibus proprijs, ſed omnia mediantib. militibus Romanis peregerunt. Dicuntur autẽ quandoque ipſi ea effeciſſe, quia ipſis impellentibus facta ſunt. nu. 8. 9. 10. & 11. Vel quia militibus præbuerunt ſe ſocios. nu. 12. Quòd ſi etiam ipſi dicantur aliquid ſuis manibus effeciſſe, nihil per hoc diei feſto præiudicatur. nu. 14.*
13 *Milites apparitores inter omnes homines audaciſſimi ſunt.*
15 *Feſtis diebus reos apprehendere non erat Iudæis prohibitum. & nume. 16. & 18.*
17 *Conſultatio non eſt de impoſſibilibus.*

19 Feſtis

19 *Feſtis diebus lex prohibebat opera tantum ſeruilia, non etiam alia non ſeruilia.*

20 *Iudæi in paſſione Chriſti nullam ſeruauerunt formam iudicij.*

NNon obſtant modo coniecturæ pro contraria parte c.60.ſupra allegatæ. Et ad primam, de qua ibi nu.4. reſpondetur, quòd Matthæus, & Marcus iccirco meminerunt, congregatos ſacerdotes, & principes populi definijſſe, Ieſum non occidendum aut capiendum in die feſto, vt ſignificarent, paſſioni Chriſti eum diem a Domino delectum eſſe, quo eius interfectores ipſum capere, & occidere nolebant, & quaſi oſtendere voluerunt, diem quem Dominus ſtatuerat, & prædixerat, illos vitaſſe ſtudioſe, quo
1 magis intelligeretur, Dominum ab illis fuiſſe † occiſum, non quando illi volebant, ſed quando ipſemet voluit. vt not. Ianſe. in concor. euang. c.128. in prin. & ante ipſum B. Chryſoſt. in opere imperfecto in Matth. hom.37. ſuper illud c.21. Et cum appropinquaſſet Hieroſolymis. vbi ita inquit. Iam tempus pasſionis eius inſtabat, & non mors eũ vrgebat, ſed ipſe magis aduerſus ſe compellat mortem.

Quoties enim de manibus Sacerdotum elapſus euaſit, cum eſſet inuiſibilis factus? Quando iudæi Chriſtum voluerunt occidere, tangere eũ non potuerunt, quando autem ipſe ſecutus eſt mortem, parcere ei iudæi non potuerũt. Ergo ſi Chriſtus eos prouocauit, forte ne de morte ſua fecit eos innoxios? Abſit. Excitauit eos, non vt facerent quod ante noluerant, ſed vt poſsẽt facere quod prius volebãt. Facultas eis data eſt, nõ mutata volũtas. Vnde hęc cõiectura ab Aduerſarijs allegata, optime retorquetur contra ipſos. iudæi. n. dicebãt, Nõ in die feſto † eſſe Chriſtũ capiendũ, aut occidẽdũ,
2 ne forte tumultus fieret in populo. Sed Deo volente & permittẽte ſecutũ eſt, quod re tota in contrarium verſa, Chriſtus in die feſto, & cum tumultu populi occideretur. Et de die feſto iam ſatis egimus ſupra. De tumultu vero populi apparet per eundem Matth. c.27. ibi, Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, ſed magis tumultus fieret. &c. & Luc.23. At illi inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.

Præterea aduertendum eſt, quod iudæi non propter religionem † diei fe
3 ſti dicebant, Nõ in die feſto. Nam ſic vtique abſtinuiſſent in die feſto, ſed iccirco illud conſiliũ capiebant, ne forte tumultus fieret in populo, vt ſubiungitur apud Euangeliſtas, ne ſcilicet in die feſto per tumultũ populi impedirentur in exſecutione eorum quæ contra Chriſtum determinauerãt. Quando itaque data fuit illis occaſio tutorem gerendi per proditionẽ Iudæ, facile mutauerunt conſiliũ, & in ipſo die feſto omnia illico peregerũt. Quam rem egregie explicat B. Chryſoſt. † homil.80. in Matth. ſuper dictis
4 verbis c.26. Non in die feſto. Quod autem, inquit, conſiliũ cœperunt? Vt occultius eum caperent, atque interficerent. Vtrumque occultius facere volebãt: populum enim valde formidabant, ac ideo præterire diẽ feſtũ volebant, dicẽtes, Nõ in die feſto. Nã *Diabolus* ne manifeſte paſſio extaret, ad aliud tẽpus reijcere ipsã ſtudebat. Ne tumultus fiat in populo. Cõſidera, valde ipſos timere nõ Deũ, neq; ne maius ſcelus eſſet in ipſa Paſchæ celebratione tã tetrũ facinus facere, ſed homines & tumultum: ita tñ inflãmati poſtquã proditorẽ inuenerunt, cõmutatũ exſpectare, nõ potuerũt, ſed in

Haymo ibidem, in homil. feriæ ſextæ poſt Domin. Palm. Vbi ita aiunt.
Audite Iudæi, quid contra vos Propheta clamat. Filij hominum dẽtes eo-
rum arma & ſagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Ecce quibus armis,
quibus ſagittis, qua machæra iuſtum interfeciſtis, quando vobis interfice-
re quemquam non licere dixiſtis. Hinc eſt, quod ad comprehendendum
Ieſum cum ſacerdotum non veniſſent principes, ſed miſiſſent, Lucas tamẽ
euangeliſta in eodẽ narrationis ſuæ loco, Dixit autem (inquit) Ieſus ad
eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotũ, & magiſtratus templi, & ſenio
res, Quaſi ad latronem exiſtis. &c. Sicut ergo principes ſacerdotum non
per ſeipſos, ſed per eos quos miſerant ad comprehendendum Ieſum, quid
aliud quàm ipſi in ſuæ iuſſionis poteſtate venerunt? ſic omnes qui cruci fi-
gendũ Ieſum impijs vocibus clamauerunt, non quidem per ſeipſos eum,
ſed tamen ipſi per illum, qui eorum clamore ad hoc nefas impulſus eſt,
occiderunt.

10 Quæ verba habet etiam Beda † Luc. 22. ſuper dictis verbis, Dixit autem
Ieſus ad eos qui venerant ad ſe principes ſacerdotũ. Vbi hæc præterea ad-
dit. Quæritur, quo modo Ieſus principes ſacerdotum, magiſtratus templi,
& ſeniores, qui ad ſe venerint, alloqui dicatur, qui apud alios Euangeliſtas
non ipſi veniſſe, verum in atrio Cayphæ exſpectantes, miniſtros miſiſſe
perhibentur. Sed quia pontifices, pharifæi, & ſeniores ita de Domini nece
agebant, vt velut ipſi a ſanguine eius viderentur innoxij: Non tradatur
per nos, ſed per diſcipulum ſuũ Non comprehendatur a nobis, ſed a Tri-
buno, turbiſque: Non a nobis pro illo Barabbas, ſed eligatur a populis: Ad
extremum nõ a nobis, ſed a Præſide damnetur: Neque noſtra, ſed Roma-
næ militiæ manu cruci affigatur. Volens Euangeliſta eos maxima, quorũ
cuncta conſilio gerebantur, ſanguinis eius oſtendere reos, dicit, principes
ſacerdotum, & magiſtratus templi, & ſeniores ad comprehendendum ve-
niſſe Saluatorem. Quod idem habet etiam Zacharias Chryſopol. ſuper
11 euangelia, c. 161. Et rurſus B. Auguſt. † tract. 116. in Ioan. ſuper illud c. 19.
Suſceperunt autem Ieſum, & eduxerunt. & ibidem Beda, & Haymo. Po-
teſt (inquiunt) ad milites hoc iam referri apparitores præſidis: nam poſtea
euidentius dicitur, Milites ergo cum crucifixiſſent eum. &c. Quamuis
Euangeliſta etiamſi totum Iudæis tribuit, merito facit. Ipſi enim ſuſce-
perunt, quòd auidiſſime flagitauerunt; & ipſi fecerunt, quicquid vt fieret
extorſerunt.

Cohors igitur, quæ Ieſum comprehendit, & alia in eum exſecuta eſt, non
Iudęorum, ſed militum fuit. vt ait idem B. Auguſt. tract. 112. in Ioann. ſu-
per illud capitu. 18. Iudas ergo cum accepiſſet cohortem. & ibidem Beda,
& Haymo.

12 Miniſtri quoque Iudæorum, qui dicuntur † comprehendiſse Ieſum, & li-
gaſſe, Ioan. 18. vt ſupra retulimus, Vel aliqui intelliguntur fortaſſe milites
gentiles, qui Iudæorum magiſtratui ſeruiebant in huiuſmodi caſibus, quã-
do quidpiam ſine mora eſſet agendum erga aliquem reum, quod Iudæis
propter diei occurrentis feſtiuitatem prohiberetur; Vel ſi erant hebræi,
ideo dicuntur comprehendiſse Ieſum, & ligaſse, quia ſocios ſe præſtiterunt
cohorti, & militibus præſidis in omnibus, non quidem manibus ſuis coope
rantes, ſed præſentia, & comitatu, & adhortatione opem ferentes; nimirũ
vt veri eſsent diſcipuli ſuorum patronorum, & præceptorum excolantium

V 4 culicem,

culicem,camelum autem glutientium. Immo vero tanta erat etiam maiorum Iudæorum cæcitas,vt incredibile non ſit(vt not. Caiet. in illud idem Luc.22. Dixit autem Ieſus ad eos qui venerant ad ſe) ex quolibet ordine, ſcilicet primorum Sacerdotum, magiſtratus templi, & ſeniorum aliquem perſonaliter acceſſiſſe,& non horruiſſe talem vilitatem.

Non tamen opus erat,vt aliquis ex Iudæis manum apponeret actioni,nam cum appareat,eos habuiſſe milites præſidis apparitores,nullum genus iniuriæ eſt,quod per eos data aliqua pecunia,in Chriſtum exercere non va-
13 luiſſent.† Eſt enim genus hoc militum apparitorum inter omnes homines audaciſſimum.

Vnde Theophylact.in illud Mar.15.Milites autẽ duxerunt eum in atrium prætorij.Militare(inquit)genus ſemper conuicijs gaudet, ac tumultibus, ac ſibi ſimile eſt. Vel(vt habet B.Tho.in Catena)Militaris vanagloria ſẽper inordinatis gaudens,& opprobrijs,ſibi propria oſtẽdebat.Et Niceph. lib.1.hiſt.eccl.c.30.de ea cohorte,& multitudine ait, quòd rapinis, & latrocinijs gaudebat.Et Victor Antioch.in illud idem Mar. 15. Ipſi quoque (ait) milites ex iniurijs & contumelijs,quas affatim Chriſto irrogant, voluptatem capiunt: ſiue quòd ipſi itidem Iudæis hoc nomine gratificari ſtuderent,ſiue quod pro innata malitia,& improbitate iſthæc deſignarẽt. Et B.Chryſoſt.homil.82.in Ioan.in illud cap.18.Iudas ergo cum accepiſſet cohortem.Militares(ait)erant viri,& mercede omnia audebant.Et rurſus homil.ſeq. ſuper illud cap. 19. Et milites plectentes coronam de ſpinis. Et quo modo(inquit) milites hæc faciebant, ſiquidem non præceperat Pilatus? Ad Iudęorum gratiam.Neque enim noctu a Pilato iuſſi cum Iuda profecti ſunt,ſed pecunia a Iudęis allecti omnia audebant.

Quę res patet etiam manifeſte Matth.vlt.vbi milites illi ijdem cum pecuniam copioſam a principibus ſacerdotum,& ſenioribus accepiſſent,mentiti ſunt circa reſurrectionem Chriſti putidiſſime, & fecerunt omnia ſicut fuerunt a Iudæis edocti.Quare B.Ignatius martyr in epiſt.12.& vltima,ad Romanos,quem refert etiam B.Hiero.in Catalogo ſcriptorum eccl. c. 26. vere & merito ait, de Militibus apparitoribus loquens.De Syria vſque ad Romam pugno ad beſtias in mari& in terra,nocte dieque ligatus cum decem leopardis,hoc eſt militibus, qui me cuſtodiunt: quibus & cum benefeceris,peiores fiunt.

14 Quod ſi poſtremo dicatur, etiam Iudęos † miniſtros ſcilicet Iudæorum, manum extendiſſe in Ieſum,apprehendentes, & ligantes eum: Dico, id nihil præiudicare diei feſto. Tum quia nõ eſt attendendum, quid fecerint viliſſimi homines,qui nihil habebant curæ præcepta legis. Nam phariſæi ipſi Ioan.7. dicebant, Numquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex phariſæis? Sed turba hæc quæ non nouit legem maledicti ſunt. Tum etiam quia miniſtri illi bene perſuaſi a ſuis Dominis, omne facinus auſi fuiſſent in eorum gratiam,putantes fortaſse, ſe & ipſis & Deo rem quam gratiſſimam facturos. Tum denique quia apprehendere aliquẽ reum
15 in diebus † feſtis non erat Iudæis prohibitum;cum præſertim periculum eſset in mora,aut eſset ſuſpicio fugæ,vel aliter res dilationem non pateretur. Nam conſtat, quòd Herodes,qui natiuitate, & religione Iudęus erat, vt ſupra viſum eſt cap.61.num.16.apprehendit Petrum in diebus azymorum, volens poſt paſcha producere eum populo. Act.12.Et apparet Io. 7. quòd

quò † Iudæi in die feſto Scenopegiæ tentauerunt apprehendere Ieſum,
quærentes eum in die feſto,& dicentes, Vbi eſt ille? Ne no tamen miſit in
eum manus, quia non dum venerat hora eius. Et ibidem, in nouiſſimo die
magno feſtiuitatis quidam ex ipſis volebant apprehendere eum, ſed nemo
miſit ſuper eum manus. Et venerunt miniſtri ad pontifices, & phariſæos,
& dixerunt eis illi, Quare non adduxiſtis illum? Et rurſus c.11. Quærebāt
ergo Ieſum,& colloquebātur ad inuicē in tēplo ſtātes, Quid putatis, quia
non venit ad diem feſtum? Dederant autem Pontifices, & Phariſæi man-
16 datum vt ſi quis cognouerit, vbi ſit, indicet, vt apprehendant eum. Ex eo †
præterea, quòd Matthæi 26.& Mar.14. congregati principes ſacerdotum,
& ſeniores populi conſilium feciſſe dicuntur, quomodo Ieſum dolo tene-
rent,& occiderent: & dixiſſe, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in
populo. colligitur, vt bene not. Abulen. in 2. par. Defenſorij, c.8. licuiſſe Iu-
17 dæis capere aliquem in die feſto; † nam alioquin de hoc nō conſultaſſent,
18 cum de impoſſibilibus non ſit cōſultatio, † vt habetur per Philoſophum 3.
Ethic. cap.3. Et demum Numer.15. patet expreſſe, quòd Iudæi quemdam
quem inuenerunt colligentem ligna in die Sabbathi comprehenderunt,
& obtulerunt Moyſi, & recluſerunt in carcerem. De quo loquens Philo
Iudæus in lib.3. de vita Moſis, circa med. ita ait.

Hoc præcepto poſthabito quidam recenti etiam tum oraculi de ſacro Sabbatho proditi memoria, quod Deus ipſe viſibili voce oculis magis, quàm auribus ingeſſerat, per media caſtra lignatum exiuit; non ignarus omnes in tentorijs quieſcere, moxque in vetito comprehenſus eſt. Quidam enim per otium extra portam progreſſi, vt in loco puro, quietoque vacarent prę cibus, viſo nefario ſpectaculo, intentum faſci componendo lignatorem occiſuri erant prę ira, niſi commotos ab impetu reuocaſſet hæc reputatio, animaduerſionem in huiuſmodi peccata non eſſe priuati iuris, ſed pertinere ad magiſtratus publicos, ipſoſque principes, ne indicta cauſſa, indemnatuſque periret alioquin reus manifeſtarij criminis, religione quoque diei vetante cædem vel iuſtiſſimam; ideo maluerunt comprehenſum hominem adducere ad principem; & ſacerdotum conſiſtorium, confluente ad rem cognoſcendam vniuerſo populo. Et infra. Ceterum eo die nō vltra vincula ſæuitum eſt in hominem impium. Hæc Philo.

Reliquos vero actus, quos Iudæi in paſſione Domini exercuerunt, Chri-
ſtum interrogantes, condemnantes, teſtimonia quęrentes, & producentes;
& ſimiles, non apparet, fuiſſe illis prohibitos per legem in diebus feſtis.
19 Non † enim prohibuerat lex, ne conſulerent, ne loquerentur, ſed tantum
ne ſeruilia opera facerent.

Adde, quòd omnia illa fecerunt Iudæi extraiudicialiter, inter ſe conſul-
tantes, quo modo poſſent perſuadere præſidi, vt Ieſum crucifigeret;
& haberent ſi opus eſſet, quid colorate illi proponerent, aut reſpon-
derent, ſi condemnationem detrectaſſet. Et apparet, Iudæos etiam
20 apud Pilatum ſubterfugiſſe formam † iudicij, & voluiſſe quantum in
ſe erat, vt indicta cauſſa, nemine interrogato, illico in Ieſum ſenten-
tiam mortis protuliſſet. Nam neque teſtes fuerunt iuridice examinati, ne-
que accuſationes inſcriptæ, ſed leuato (vt dicitur) velo, tumultuarie, ini-
que, ſola facti falſitate inſpecta, ob reuerentiam feſti Iudæi in omnibus
præceſſerūt, dicentes Pilato, & quaſi auctoritatem magnam ſibi vindican-

tes,

Io.18.c.30 tes, Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum. Quare ex huiuſmodi actibus, & informi procedendi forma, colligitur, diem illum Iudęis fuiſſe feſtum; Nam alioquin tantum ſibi ſupercilium coram Preſide non vſurpaſſent, ſed vtique ordinatius, & magis iuridice quantum ad quędam exteriora proceſſiſſent.

DE SOLVTIONIBVS, QVIBVS CONTRARIAE coniecturæ, quæ videbantur probare, Chriſtum Luna decimaquarta fuiſſe crucifixum, eliduntur. Cap. LXIV.

1 *Feſtis diebus Iudæi poterant aliqua agere alioquin illicita ex diſpenſatione.*

2 *Sabbatho licebat Iudæis bellum gerere aduerſus eos, qui ſe impetebant.*

3 *Frangenti Sabbathum, Sabbathum frangatur eidem.*

4 *Legis beneficium ſentire non debet, neque ex lege fructum conſequi, qui eam ſæpe niſus eſt impugnare, atque ei auſu temerario contraire.*

5 *Crucem Chriſtus cur ſibi ipſe portare coactus fuerit. Cur etiam Simon Cyrenæus fuerit angariatus ad eamdem crucem portandam, nu. 6.*

7 *Simon Cyrenæus gentilis erat.*

8 *Milites apparitores quæ ad iniuriam, & contumeliam alicuius pertinēt, egregie, & plus quàm ſatis exſequuntur.*

9 *Iudæi tanto in Chriſtum odio exardeſcebant, vt legē dierum feſtorum tranſgredi nihili duxerint, & nu. 10 & 11.*

12 *Sepulcrum Chriſti munitum fuit à Iudæis ſigillo quodam non cereo, ſed ferreo ſecundum Niceph.*

SEcundo modo reſpondetur ad eamdem coniecturam, Dato quòd Iudęi aliquos actus exercuerint in illo die contra Chriſtū, qui in diebus feſtis alioquin liciti non fuiſſent, tamen ipſi ex auctoritate, quam habebāt,
1 diſpenſare † ſe poterant; & iuſtificari per legem, hoc pacto in ſua prauitate ſecum, & inter ſe ratiocinantes
Io.9.c.16 Hunc hominē, qui non eſt a Deo cū ſabbathū non cuſtodiat, neque traditiones noſtras reuereatur, ſæpius conati nos cōprehendere, aut punire, ita
Io.12.c.19 ſemper e manibus elabentem ſenſimus, vt vere poſſimus dicere, nihil hucuſque contra eum nos profeciſſe; immo vero ita ipſe in dies fortior ſurgit, vt niſi rebus noſtris illico præſentaneum atque vltimum remedium adhi-
Io.12.c.19 beamus, facile nobis poſthabitis & neglectis totus mundus poſt eum ſit abiturus. Non eſt hic amplius nobis dormiendum, aut negligendū; res non patitur dilationem, & niſi cum ſeſe offert occaſio, eam ſumpſerimus, quid nobis poſtea deluſis reliquum fuerit, præterquam pænitentia, & dolor?
Res agitur cū hoīe non qualicunq; ſed eiuſmodi, qui mille hēt diuerticula, & ſubterfugia; qui ſi velit, innumeros cōgregare poſſit; & q demū reipublicæ noſtræ & religioni hoſtē ſeſe exhibet manifeſtū. Quis nō videt, q̄ inutilis ſit nobis, & contrarius operib. noſtris? Improperat nobis peccata legis, &
Sap.2.c.12 diffamat in nos peccata diſciplinę noſtræ. Promittit ſe ſcientiā Dei hēre, &

filium

filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum no
ſtrarum. Tamquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe a vijs no Sapi&. 2. c. 16.
ſtris tamquam ab immunditijs. Cur non igitur mittamus lignum in panē
eius, & eradamus eum de terra viuentium, vt nomen eius non memoretur Hier. 11. d. 19.
amplius? Eſſet nunc quidem ſi neceſſitas non vrgeret, feſtiuitati paſchæ,
atque azymorum ſollemnitati deferendum; Sed poſtquam nobis hæc via
contra ipſum in die feſto aperta eſt, neque alia apparet commodior, qua ip
ſum puniamus, hanc pergamus modo, hanc inſiſtamus. Ne tamen populos
ſcandalizemus, ducamus eum ad Pilatum, qui ferat in eum ſententiam, &
per ſuos milites exſequatur. Nos & verbis ſuadebimus Præſidi, & pecunijs
milites obſequentes faciemus. Quòd ſi neceſſe ſit, vt nos etiam aliquid hac
in re operemur, nihil timēdum eſt de feſti violatione. Videtur enim Deus
ipſe in hoc feſto cęptis noſtris annuere, & nobis etiam quaſi reclamantib.
indicare, vt non niſi in die feſto eum perimere poſſimus. Tollamus nūc de
medio blaſphemum & obſequiū hoc prȩſtemus Deo. Hic homo bellum in- Ioan. 16. a. 2.
dixit nobis, & rebus noſtris atrociſſimum, nec parcit quidem in Sabbathis.
Omnis homo quicumque venerit ad nos in bello die Sabbathorum, pugne 1. Machabȩ. 2. c. 41.
2 mus † aduerſus eum, & non moriemur omnes. Ita nos docuit Mathathias
peritus in lege, & in hodiernum vſque mos hic permanſit, vt ſi ita neceſſi-
tas poſtulet, pugnemus etiam Sabbathis. Cum ineuitabilis vrget importu- c. ſi nulla. 23. q. 8
nitas, nec paſchali tempore pro defenſionem tam ſua, quam patriæ, ſeu le-
gum paternarum, eſt bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne
videlicet Deū videatur homo tentare, ſi habet quod faciat, & ſuæ ac alio-
rum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non
3 præcauet. Lumen certe ipſum naturale hoc ſuadet, vt frangenti † Sabba-
thum, Sabbathum frangatur eidem. Vtque legis beneficium non ſentiat, cap. quia
4 neque ex lege fructum conſequatur † qui eam ſæpe niſus eſt impugnare, fruſtra. &
atque ei auſu temerario contraire. In puniendo ſeductore, & maxime ſa- vſur.
crilego nullum feſtiuitatis, nec venerabilem quidem Paſcharum diem exi- c. ex eo.
ſtimare debemus excipiendum; nec differri debet ſceleratorum confractio de regu.
conſiliorum, quæ per impoſtoris ſupplicia quærenda eſt: cum facillime in iu. lib. 6.
hoc ſummi Numinis ſperetur venia, per quod multorum ſalus, & incolu- l. prouinciarū. C.
mitas procuratur. de fer.
Talia propemodum meditantes & ſecum fremuiſſe, & ad inuicem conſul-
taſſe principes Sacerdotum & Scribas, Simeonem & Leui fratres, vaſa ini- Gen. 49.
quitatis bellantia, putandum eſt. Vt merito proinde de ipſis ſanctus Pa- a. 5.
triarcha prædixerit, In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœ- Gen. 49.
tu illorum non ſit gloria mea; quia in furore ſuo occiderunt virum, & in a. 6.
voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum quia pertinax,
& indignatio eorum, quia dura.
Puto autem præterea ego, vt quiddam in hoc propoſito notatu digniſſi-
mum animaduertam, ob eam potiſſimum cauſſam fuiſſe impoſitam crucē
5 † ſuper humeros Ieſu, quam ipſemet contra morem, vt not. Gagnçius ſuper
Ioan. c. 19. multis licet ſupplicijs iam debilitatus ſibi geſtaret, quando exiuit
e prætorio Pilati in eum qui dicitur Caluariæ locum, per totam ciuitatem
Hieruſalem, quia voluerunt principes illi Sacerdotum, & Scribæ, vt tali
ſpectaculo Chriſtus appareret populo contemptor diei feſti, & inter cete-
ra ob id punitus, quia Sabbathum ſpreuiſſet. quaſi dicerent Phariſæi ad

ipſum

Ioan. 5. b. 8. ipſum. Tu qui in die feſto alij iam dixiſti, Tolle grabatum tuum, & ambula: Tolle nunc etiam tu in feſto hoc Paſchæ crucem tuam, & ambula. Et
Sap. 11. c. 17. ſcias, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Quod onus ſua benignitate, & miſericordia libentiſſime ſubijt manſuetiſſimus Ieſus; Nam quemadmodum voluit, vt ille paralyticus tolleret grabatum ſuum in ſignũ perfectæ ſanitatis ei tributæ, ſic ipſe baiulare ſuſtinuit crucem ſuam in ſignum infirmitatis noſtræ in ſe ſuſceptæ. Vtrumque ſane in maximam Dei gloriam, qui & ſalutem dediſſe hominibus & filium tradidiſſe per illa innotuit. Vtrobique igitur perfectiſſime feſtos dies cuſtodiuit dominus Ieſus, & ſacrauit, præcipuumque Patris ſui cultorem ſe exhibuit, dum præcipua in eis Patris ſui opera operatus eſt. In quibus ſi vniuerſi fideles attenderimus, nihil vmquam aut melius reperiemus aut ſanctius, quo perpetuas feſtiuitates Dei celebremus.

6 Quòd autem Simon Cyrenæus † poſtea occurrens extra ciuitatem Hieruſalem, vt ait Victor Antioch. in illud Mar. 15. Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum. angariatus coactus fuerit portare crucem poſt Ieſum; non bene ex hoc argui poteſt, illum diem non fuiſſe feſtum. Immo vero ſi quis recte inſpiciat, colligitur ex eo contrarium. Nam ſi dies feſtus non fuiſſet, veriſimile eſt, aliquem ex miniſtris Iudęorum, qui aderant, vel pretio, vel gratia ſuorum patronorum, vt videlicet ſublatis impedimentis quamcitiſſime res expediretur, id oneris facile ſubiturũ fuiſſe, præſertim cum in magnis ciuitatibus, qualis erat Hieruſalem, numquam deeſſe ſoleant viliſſimi homunciones, qui carnificina, & infimo quocumq; officio, accepto aliquo pretio fungantur: præſertim etiam cum turbæ iam bene perſuaſæ & concitatæ contra Chriſtum a principibus ſacerdotum, & phariſæis, cogitare poterant, facturum opus religionis, & pietatis, qui ad necem Chriſti opem aliquam contuliſſet, ſicut qui ligna affert ad hæreticum comburendum. Cum igitur coacti fuerint milites obuium ſibi quemdam venientem de villa angariare non Iudæum, ſed extraneum, & virum
7 † gentilem. vt expreſſe ſentit Gagnæius ſuper Matth. c. 27. & ibidem Euſeb. Emiſ. in homil. in Dom. Palm. & Calliſ. Placentinus enarr. 45. ſuper euangelia Quadrag. & colligitur ex B. Ambr. ſuper Luc. cap. 23 & ex B. Hilario, & B. Hieron. ſuper Matth. d. c. 27. & ibidem ex S. Anſel. & ex Remigio relato a S. Tho. in Catena. & ex Beda ſuper Mar. c. 15. argumento mihi eſt, miniſtros Iudæorum abſtinuiſſe propter feſtum; Simonem vero quaſi non ſabbathizantem fuiſſe compulſum: Ipſos autem milites icirco onus non acceptaſſe, non quia crucem tamquam deteſtabilem tangere nemo ſuſtinebat; ipſi enim crucifigentes Chriſtum, crucem neceſſario tangere,
8 & eleuare, & contrectare habebant; ſed quia milites † iuxta morem ſuum quæ ad iniuriam, & contumeliam alicuius pertinebant, egregie, & plus quam ſatis exſequebantur; quæ vero aliquid parum laboris, aut moleſtiæ ſibi afferre poterant, recuſabant.

Tertio modo, & poſtremo reſpondetur ad eamdem coniecturam. Dato rurſus quòd Iudæi ea die non nullos actus exercuerint in feſtis prohibitos,
9 tamen dico, Iudæos illos tanto † in Chriſtum odio & inuidia exarſiſſe, vt nihil mirandum ſit, ſi legem contempſerint, & præcepta Dei aperte violauerint; dummodo hac vna re potirentur, vt Chriſtum viderent occiſum, & crucifixum. Ita enim videtur mihi ſine dubio dicendũ potius ſi neceſſe,

ſit,

Digitized by Google

ſit,quàm aliud. Non enim ſum adeo demens,vt ob ſaluandos Iudæos ſceleratores,& peccatores, Chriſtum conſtituere velim tranſgreſſorem legis. Scelerata Iudæorum cohors (inquit Victor Antioch. in illud Mar. 14. At illi manus iniecerunt in Ieſum) cruentas in dñm Ieſum manus inijcit,inſontemque inuadit; Idque eadem illa nocte, qua paſcha manducaturi erant: Tanto inſani homines odio in Chriſtũ ardebant,tantaq; furia inſaniebãt.

10 Et quòd Iudęi † illi principes ſacerdotum,ſcribæ,& phariſæi,pleni eſſent omni prauitate,& nequitia, & excęcati malis paſſionibus contra Chriſtũ, res tam clara eſt,vt non indigeat probatione, cum plenæ ſint huius rei & prophetiæ,& figuræ veteris teſtamenti,& euangelia. Vnum dumtaxat locum euangeliorum hic indicare volo, in quo appareat, Iudæos illos non fuiſſe contra Dominum tam religioſos,vt parcerent diebus feſtis,ſi in eis aliquid contra ipſum moliri potuiſſent. Matth. 27. in fi. habetur,quòd altera die,quæ eſt poſt Paraſceuen, hoc eſt in die illo magno Sabbathi, vt appellat Ioannes, principes ſacerdotum, & phariſæi, qui certe mortuo iam Chriſto,crucifixo,& mille opprobrijs affecto quieſcere debuerant, impudentiſſimi tñ canes neſcientes ſaturitatem, conuenerunt ad Pilatũ,& obtenta ab eo militum cuſtodia contra Chriſtum,quem ſeductorem appellabant, abeuntes munierunt ſepulcrum ſignantes lapidem cum cuſtodibus. vt quantum in illis erat (quemadmodum bene ibi not. B. Hieron.) manum opponerent reſurgenti. Qua in re animaduertere licet, quòd Iudæi Sab- Ioan. 19. f. 31. Iſa. 56. d. 11.

11 batho hæc operantes ob inſaniæ ſuę furorem (vt verbis Euthymij loquar) ipſum Sabbathum ſoluerunt. Non enim ſatis fuit Iudæis,quòd cuſtodes ponerent ad ſepulcrum,ſed etiam ſigillauerunt; nec ſuffecit eis,quòd milites hoc facerent, ſed ipſimet ſigillare voluerunt, vt habetur ex d. text. Matth. 27. & ibi not. S. Thom. in ſua expoſitione, & B. Chryſoſt. citatus ab eo in Catena,& Opus aur. orn. omni lap. pret. in Domin. Palmarum, dub. 802. Theophylactus etiam ſuper dictis verbis, Altera autem die. dicit, ꝙ iccirco Euãgeliſta non nominat Sabbathum,Sabbathum; eo quòd nõ erat Sabbathum,quantum ad Iudæorum inſaniam attinebat, nam præuaricatores Iudæi contra legis præceptum in eo operati ſunt.

Et Iuuencus presbyter libro 4. de euangelica hiſtoria, in fin. de eadem re ſic loquitur.

Iamque dies rutilo complebat lumine terras,
Otia,qui ſemper priſca de lege iubebat.
Nulla ſed immitis procerum furor otia ſeruat. Et infra.
Conueniunt,ſaxique ingentia pondera voluunt,
Et limen ſignis, & ſaxum milite ſeruant.

12 Et ne quis putet, ſigillum illud fuiſſe ex cera † ſimplici confectum, aut rem quampiam paruiſſimi momenti, audiat quid ſcribat Nicephor. libro primo, hiſtor. eccleſ. capitulo 32. Traditum (inquit) nobis eſt ab antiquis, Iudæos lapidem eum, qui in ſalutiferum illud ſepulcrum pro operculo poſitus fuerat, ad ſummum monumenti labrum, petramque illi inferne ſe coniungentem, ferramentis quibuſdam fabrili lapicidarum arte perforaſſe, ferrumque ingens a fabro ex propinquo acceptum per vtrumque foramen immiſiſſe, & in circi, ſiue anuli formam circumegiſſe: atque ita firmiter capitibus commiſſis omni ex parte quaſi vinculum circumduxiſſe, vt lapis qualicumque modo loco ſuo reuelli, aut ſaltem ratione aliquã

moueri

moueri (niſi arte quapiam, & vi adhibita neceſſario aut ferrum confringeretur, aut petra perrumperetur) non potuerit. Atque ad hunc modum cũ magna cura, atque etiam ſigno oppreſſo cum ſepulcrum firmiſſime communiſſent, cuſtodia inſuper competenti adhibita eos abijſſe.

DE SOLVTIONIBVS, QVIBVS CONTRARIÆ CONIECTURÆ, quæ videbantur probare, Chriſtum Luna decimaquarta fuiſſe crucifixum, eliduntur. Cap. LXV.

1 *Sabbathi feſtiuitas celebrior erat apud Iudæos, quàm feſtum Paſchæ.*
2 *Sabbatho prohibita erant omnia opera indiſtinčte, in feſto Paſchæ opera tantum ſeruilia.*
3 *Sepelire corpora in Sabbatho prohibitum erat, non in feſto Paſchæ. Nam ſepelire mortuos non inter opera ſeruilia, ſed pietatis & miſericordiæ computatur. num. 14.*
4 *Crucifixorum corpora in eadem die ſepelienda erant apud Iudæos ex præcepto Dei. Quod ſpecialiter pro Chriſto latum erat. num. 5. In eadem autem die ſepelienda erant, non in qua crucifigebantur, ſed in qua moriebantur in cruce. numero 6.*
7 *Crucis ſupplicium durius erat reliquis ſupplicijs, quia diutius cruciabat. Et morte crucis peius nihil fuit inter omnia genera mortium. nu. 8.*
9 *Lotio pedum non erat prohibita in feſtis apud Iudæos. Neque vlla lotio corporis prohibita eſt apud Chriſtianos. num. 11.*
10 *Lotiones in pretio erant & in vſu apud Iudaos, & maxime in dieb. feſtis.*
12 *Ioſeph ab Arimathæa, & Nicodemus in ſepeliendo Chriſti corpore non timuerunt mortem. Neque immunditiæ maculam. num. 13.*

AD tertiam coniečturam, de qua ſupra cap. 60. num. 6. per tria dičta reſpondetur.

Primo dico, quòd non erat eadem ratio diei Paſchæ, & Sabbathi paſchalis, vt argumentum præſupponit, ſed magna erat diuerſitas inter vnum diẽ
1 & alterum. multo enim celebrius erat apud Iudæos † feſtum Sabbathi, & præſertim paſchalis, quàm feſtum diei Paſchæ, vt ſupra diximus cap. 59. in princip. & infra latius differemus cap. ſequen. num. 2. & ſeqq. Nam in hoc
2 prohibita † erant opera tantum ſeruilia, at in illo indiſtinčte omnia opera. Vnde in die Paſchæ poterant ſepeliri corpora crucifixorum, quæ tamen
3 in Sabbatho † ſequenti ſepeliri non potuiſſent: & iccirco noluerunt Iudęi, vt remanerent in cruce corpora Sabbatho.

Secundo dico, ꝙ aliud eſt loqui de remanſione corporũ in cruce, aliud de eorumdem ſuſpenſione. Iudęi non putabant violari feſtum ex eo ꝙ milites Romani aliquos in cruce ſuſpēderēt in die feſto, ſed bñ ex eo violari exiſtimabant, ſi cadauera in cruce remanẽrẽt, & facile in regione illa calida putreſcentia prauũ aliquẽ fętorem in ciuitatẽ immitterent, atque ita ſollemnitatem

nitatem Sabbathi paſchalis maxima concurrentium populorum frequentia
celeberrimi conſpurcarent.
Dico tertio, quòd Iudæi mortuo Domino procurauerunt tolli corpora cru
cifixorum de cruce propter præceptum Dei, † Deuter. 21. vbi ſic habetur.
4 Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus mor
ti appenſus fuerit in patibulo; non permanebit cadauer eius in ligno; ſed in
eadem die ſepelietur, quia maledictus a Deo eſt qui pendet in ligno; & ne-
quaquam contaminabis terram tuã, quã Dominus Deus tuus dederit tibi
in poſſeſſionẽ. Super quẽ locũ Caietan. ita ſcribit. Prudens lector aduerte,
quod ſuſpenſio morte digni quatenus neceſſaria actio iuſtitiæ eſt, ſe tenet
ex parte boni, & non polluit, ſed purgat potius terrã: mora autem iã mor-
tui in ipſo ſuſpendio vltra tẽpus congruũ quod limitatur ad diẽ mortis, pol
lueret terrã, quia ſe teneret ex parte mali, quod ille fecit, & quod meruit:
& propterea ex ratione maledictionis redditur ratio polluendæ terræ. Hęc
5 Caiet. Ea igitur lege, quã ad Chriſtũ † applicat B. Paul. Gal. 3. & pro Chri-
ſto ſpecialiter latam exiſtimo vna cum Ruper. abb. lib. 1. in Deuter. cap. 6. &
lib. 13. in Ioan ſuper illis verbis, cap 19. Iudæi ergo quoniam paraſceue e-
rat. moti Iudæi, vt not. B. Thom. & Theophyl. ſuper Ioan. d. c. 19. & Ruper.
in ſupracitatis locis, ne terra contaminaretur in Sabbatho illo celeberrimo
paſchali rogauerunt Pilatum, vt crucifixorum corpora tollerentur ſecundũ
legem, quẽ paulo ante inſtantiſſime rogauerant, & coegerant, vt Chriſtum
tolleret contra legem, & crucifigeret.
Puto autem, quòd iudæi cum vidiſſent, aut audiuiſſent, Chriſtum iã mor-
tuum, tunc meminerunt, permittendum non eſſe, vt remanerent in cruce
corpora Sabbatho, quaſi cauſſam amplius non habentes, propter quã licitè
Sabbathũ violare, aut legẽ tranſgredi poſſent, mortuo ſeductore, vt ipſi ap-
pellabant, & inimico. Quod colligitur ex tex. Ioan. d. ca. 19. vbi poſtquã di-
xiſſet de Ieſu, Et inclinato capite tradidit ſpiritum. ſubiunxit immediate,
Iudæi ergo quoniã paraſceue erat, &c. quaſi inferens Euangeliſta, quòd ex
ſubſecuta morte Chriſti moti ſunt iudæi ad rogandum Pilatum, vt frange-
rentur reorum crura, & tollerentur. Alioquin ſi Dominus Ieſus ſpiritum tã
cito non tradidiſſet, voluiſſent iudæ (ita enim arbitror) vt pęna eſſet pro-
ductior, in die etiam magno Sabbathi Chriſtũ in cruce pendentẽ, & in vl-
timo vitæ ſpiritu anhelantẽ, atque animã agentẽ, oculis terribilibus inſpi-
cere, & ſubſannare: Dixiſſentque facilè coram turbis ſi fuiſſet opus, quòd
non a ſe, ſed a Præſide, & militibus Romanis iuſtitiam exſequentibus Sab-
bathum illud ſic contigit inhonorari. Nam & Deuter. 21. non præcipieba-
6 tur, vt qui crucifixi erant, in eadem † die necarentur, & tollerentur de cru
ce: Sed quòd ij, qui in patibulo moriebantur, in eadem die tollerentur, &
ſepelirentur. Mortem autem crucis ob id iudæos Chriſto procuraſſe putan
dum eſt, quia ſupplicium illud inter cetera ob diuturnam moram, reliquis
omnibus erat durius & peius. vt bene not. S. Auguſt. ſuper Ioan. tract. 31. in
illud cap. 7.
Quia nondum venerat hora eius. vbi ita habet. Supplicium quippe crucis
7 ideo † durius erat, quia diutius cruciabat; & omnes crucifixi longa morte
necabantur. Et tract. 36. in illud capitu 8. Ego non iudico quemquam. Illa
8 morte (inquit) crucis † peius nihil fuit inter omnia genera mortium.
Denique vbi dolores acerrimi exagitant, cruciatus vocatur a cruce nomi-
natus.

matus. Pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus, manibuſque confixi, producta morte necabantur; Non enim crucifigi hoc erat occidi, ſed diu viuebatur in cruce: Non quia longior vita eligebatur, ſed quia mors ipſa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Hęc B. Auguſt. Et B. Iſid. lib. 5. Etymol. cap. 27. in fi. Patibuli (inquit) minor pęna eſt, quam crucis. Nam patibulum appenſos ſtatim exanimat, crux autem ſuffixos diu cruciat. Vnde & in euangelio latronibus vt morerentur, & de ligno ante Sabbathum deponerentur, crura confracta ſunt, quia ligno ſuſpenſi, cito mori non poterant. Certe B. Cyrillus Alex. & B. Ioan. Chriſoſt. ſuper Ioan. hic homil. 84. ille lib. 12. c. 38. dicunt, quòd non religione a Iudęis factum eſt, vt crucifixorum corpora tollerentur, ſed quia vt conſueuerant, excolabant culicem, & camelum glutiebant.

Ceterum fuiſſe morem antiquitus, vt in diebus feſtis a cæde hominum Iudices abſtinerent, teſtatur Philo iudæus in lib. quem ſcripſit in Flaccum Aegypti & Alexandriæ Præſidem, circa med. libri his verbis. Omitto dicere, quòd etiam ſi peccaſſent (Iudęi) grauiſſime, debuerat (Flaccus) haberi temporis rationem atque reuerentiam, & differre multationem in aliud. Nam bonis Præſidibus, & recte, non inſolenter adminiſtrantibus rempub. mos eſt, in neminem damnatum animaduertere, donec ſollemnes celebritates, natalitiaque Auguſtorum feſta prætereant: at ille per eos ipſos dies iniuſtis pœnis affligebat homines innoxios. Et paulo poſt. Atqui noui quoſdam iam crucifixos, inſtante tali feſto de cruce depoſitos, ad ſepulturam ex more cognatis redditos quandoquidem decebat, vel ad mortuos redire aliquem fructum ex Imperatorum natalibus, ſimulque celebritati ſuum ſacrum honorem ſeruari: at iſte non mortuos deponi de crucibus, ſed viuos crucifigi iubebat, quibus ipſum tempus non quidem abſolutionem, breuem tamen dabat veniam, & pęnæ procraſtinationem. Hæc Philo.

Ad quartam coniecturam, de qua ſupra in d. c. 60. nu. 7. reſpondetur, ſigillatim per ſingulos actus diſcurrendo.

Et quantum ad actum lotionis pedum, dico illum non fuiſſe prohibitũ in
9 Sabbatho, multo minus in die Paſchę. Antecedens apparet Io. 12. vbi ante ſex dies Paſchę cũ eſſet Ieſus in Bethania, & facta eſſet ei cena ibi, Maria accepit librã vnguẽti nardi piſtici pretioſi, & vnxit pedes Ieſu, & exterſit eos capillis ſuis. Et conſtat inter oẽs Doct. ꝙ illa cena & vnctio facta eſt in Sabbatho ante Dom. Palm. vt diximus ſup. c. 62. in princ. Nam in craſtinũ (ſubiũgit Io.) turba multa, quę venerat ad diem feſtum, cũ audiſſent, quia venit Ieſus Hieroſolyma, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerũt obuiã ei. Pręterea Exho. 30. pręcipitur Moyſi, vt faciat labiũ ęneum ad lauandum, ponatq; illud inter tabernaculũ teſtimonij, & altare; & miſſa aqua lauent in ea Aaron & filij eius manus ſuas ac pedes qñ ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & qñ acceſſuri ſunt ad altare. Ex quib. verbis apparet, ꝙ bis quotidie, mane, & veſpere ſacerdotes iubebãtur lauari. vt not. ibi
10 Glo. ordin. Imò vero lotiones † tanto erant in pretio apud Iudęos, vt eas maxime in dieb. feſtis fuiſſe in vſu exiſtimandũ ſit. Phariſæi. n. & oẽs Iudęi (vt hr̃ Mar. 7.) niſi crebro lauerint manus, non manducant; & a foro niſi baptizentur, non comedunt. Hinc eſt, ꝙ Dñs Matthæi 6. dicit, Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuam laua; quaſi dicere velit, In

dic

Digitized by Google

die ieiunij prætende feſtiuitatis, & lætitiæ ſigna. Vnguentis enim, & lotionibus corporis vtebantur Iudæi in diebus ſollemnibus & feſtiuis. vt inquit ibi Gloſ.ordin.& Nicol. de Lyra. Quare hic actus lotionis pedum retorqueri poteſt in contrarium, cum non ſolum non probet, diem fuiſſe ferialem(vt modo dicimus)id eſt non feſtiuum, ſed potius quiddam ſollemnioris myſterij repræſentatiuum præſeferat.

11 Et quod actus lauandi corpus† non cenſeatur prohibitus in diebus feſtis, declarat S.Gregor.magnus lib.11.Regiſtri, epiſt.3.ad Romanos ciues. quę in parte tranſumpta eſt per Gratianum in c.peruenit.de conſ.diſt.3.& per Nicol.I.ad Conſulta Bulgarorum, c.6. In ea autem epiſtola hęc verba habentur. Aliud quoque ad me perlatum eſt, vobis a peruerſis hominibus eſſe prædicatum; vt Dominico die nullus debeat lauari. Et quidem ſi pro luxuria ac voluptate quis lauari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro neceſſitate corporis, hoc nec Dominico die prohibemus. Scriptum namque eſt, Nemo carnem ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam. Et rurſum ſcriptum eſt, Carnis curam ne feceritis in cōcupiſcentijs. Qui igitur carnis curā in concupiſcentijs fieri prohibet, profecto in neceſſitatibus concedit. Nā ſi Dominico die corpus lauare peccatū eſt, lauari ergo die eodē nec facies debet. Si autē hoc in corporis parte conceditur, cur hoc exigente neceſſitate toti corpori negetur? Hæc B. Greg. Addo, quòd hæc coniectura nihil iuuare poteſt recentiores Latinos, qui tenent, Chriſtū legitimā Paſchæ Lunam obſeruaſſe. Non enim eſt dicendū, quod Chriſtus in hac cærimonia aliquod legis præceptum violaſſet.

Quantum vero ad actus, quos exercuerunt Ioſeph ab Arimathæa, & Nicodemus in ſepeliendo Chriſtum, reſpondetur.

Primum, quod hæc coniectura eo modo conſiderata, quo conſideratur a Græcis, & a recentioribus quibuſdam Latinis retorquetur egregie contra ipſos. Nam ſi per eam probari videtur, diē illum non fuiſſe feſtum Paſchæ, quia non eſt præſumendū, quod viri ſancti feciſſent opera in feſtis prohibita; multo magis probaretur per eamdē, diem illū non fuiſſe vigiliam Paſchæ, nam neque præſumendū eſt, quod viri illi nobiles tangendo morticinum, & ſepeliendo cadauer, reddere ſe voluiſſent immundos ad māducandū eadē veſpera agnū paſchalem. Scriptū eſt enim Num.19. Si quis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illius, vel ſepulcrū, immundus erit ſeptē diebus. & habetur de conſ.diſt.4.c.nec quēquam. Deinde reſpondetur ſecundo, quod viri illi boni, & iuſti, & vere nobiles inſpirati a Deo ad munus tam excelſum in curando Chriſti corpore obeū-

12 dum, ſicut fortitudine inſigniti mortem corporalem † non timuerunt, vbi manifeſtum a Iudæis periculum imminere videbatur. vt Marcus indicat cap.15. vbi de Ioſeph loquens ait, quod audacter introiuit ad Pilatū, & petijt corpus Ieſu. Et S. Auguſt.lib.3.de conſ.euang.c.22. Ait, ipſum in extremo illo officio funeri exhibendo, minus curaſſe de Iudæis. Et B. Chryſoſt. homil.89. quæ eſt vlt.in Matth. inquit, quod Ioſeph periculum mortis ſuſcepit, & vniuerſorum ſe odio tradidit. Et Victor Antioch.in d.ca.15. Mar. ait, quod ex hoc Ioſephi facto & ſummam animi illius conſtantiā & fortitudinē ſpectare licet; parum enim aberat, quin vitam ipſam Chriſti cauſſa impenderet: quippe qui Iudæorū omniū inimicitiā propter illū in ſe ſuſciperet. Sic etiā vera iuſtitia ornati viri illi, nō ficta, neq; falſa, quemadmodū

23 Scribæ, & Phariſæi, facile vanum reatus, aut maculæ † timorem contempſerunt, vbi ne dum omnis aberat culpæ, & irregularitatis timor, ſed etiã meritum ſempiternæ gloriæ exſpectari poterat cumulatiſſimum. Vtinam ego illius irregularitatis particeps ſim, numquam me puriorem eſtimauero. Noui etenim B. Agnetis verba; Quem cum amauero caſta ſum, cum tetigero munda ſum, cum accepero virgo ſum.

Vtinam etiam contingat mihi eodem modo feſta violare, numquam ſanctius ſacratos dies me ſollemnizantem reputauero. Quid eſt, quòd recentiores iſti viros nobiles, & fortiſſimos ſub littera occidente, & legis iugo preſſos conſtituunt, cum egregium facinus ab ipſis perpetratum eos iam ad viuificantem gratiam, & ad euangelij veritatem ſublimatos manifeſtet? Dominus Ieſus Chriſtus, qui morte ſua & legi conſummationem, & ſibi ignominiarum finem adduxerat, excitauit ſpiritum conſilij & fortitudinis, ſpiritum ſcientiæ & pietatis in his duobus viris diſcipulis ſuis, olim quidem occultis propter metum, iam vero abiecto metu clariſſimis, per quos funus ſuũ nobiliter iuxta morem patriæ curaretur, & adhibitis omnibus neceſſarijs & opportunis fieri iam inciperet ſepulcrum ſuum iuxta prophetarum oraculo

†ſ.16.b.10 culo glorioſum. O viros inſignes, terque, quaterque beatos, & memoria di-

Pſ.1.a.1. gnos ſempiterna; qui ſpreto impiorũ conſilio, & peccatorum via, & peſtilentiæ cathedra; ſpreta (inquam) iudæorũ rabie & furore in ea denſiſſimarum tenebrarum nocte ſoli duo inter omnes alios cæca caligine obuolutos, tãquam Soles duo, & duo cæli luminaria magna emicuiſtis, numquid aliquis vanus iudaicæ ſuperſtitionis ſcrupulus potuit vos remorari, quin iuſta Præceptoris veſtri, & Saluatoris corpori ſacratiſſimo perſolueritis? Abeant omnes qui vobis obſtrepunt; nulla res valuit vocationi veſtrę; & electioni a Domino factæ ad opus tam illuſtre impedimentum afferre.

Reſpondetur præterea tertio, & vltimo, quòd opera ab his viris exhibita nõ fuerunt talia, quę in feſto paſchæ per legem prohiberentur. Nam actus ſe-

24 peliendi mortuum † non inter opera ſeruilia, ſed potius inter opera pietatis & miſericordiæ computatur.

Vnde apparet Tob. 2. quòd cum eſſet dies feſtus Domini, & vnus ex filijs Iſrael iugulatus iaceret in platea, ſtatim exſiliẽs Tobias de accubitu ſuo relinquens prandium ieiunus peruenit ad corpus; tollenſque illud portauit ad domũ ſuam occulte, vt dum ſol occubuiſſet, caute ſepeliret eum.

Neque obſtat, quod ibi Tobias exſpectauit tempus poſt Solis occaſum: nã exſpectatio illa non fuit ob diem feſtum, ſed tantum ob timorẽ Regis, qui prohibuerat ei ſub pœna mortis ne mortuos ſepeliret. vt patet in eo tex. ibi, occulte. & ibi, caute. & dum ſubiungitur ibidem. Arguebant autem eum omnes proximi eius dicentes, iam huius rei cauſſa interfici iuſſus es, & vix effugiſtis mortis imperium, & iterum ſepelis mortuos?

Sed Tobias plus timens Deum, quàm Regem, rapiebat corpora occiſorum, & occultabat in domo ſua, & medijs noctibus ſepeliebat ea. Alioquin parua omnino fuiſſet viſa religio, corpora in die feſto domum deferre, & nolle ea propter feſtum, terræ demandare.

DE

DE IIS, QVAE LICERENT, AVT FIERI prohiberentur in feſtis Iudæorum.
Cap. LXVI.

1 *Sepultura Chriſti dicitur accelerata propter ſequens Sabbathum.*

2 *Sabbatho prohibitum fuit Iudæis omne opus ſimpliciter, in reliquis vero feſtiuitatibus omne opus ſeruile, & num. 6. Quamuis Theologi, & Doct. ſancti huiuſmodi differentiam non animaduerterint, nu. 5. Per omne opus autem prohibitum in Sabbatho, intelligitur in primis ſine dubio omne opus ſeruile, num. 7. Et deinde omne opus etiam non ſeruile, ſed diſtractiuum quietis, & vacationis ad Deum nu. 8.*

3. *Lex generalis per aliam ſpecialem determinatur.*

4. *Sabbathi obſeruandi præceptum ita frequenter in veteri lege fuit repetitum, ut nullum aliud magis.*

9 *Opera ſeruilia in quantum procedunt ex neceſſitate, vel ex vtilitate, quæ differri nequit, non dicuntur amplius ſeruilia, neq; in Sabbatho aut feſtis prohibita apud Iudæos, ſed licita, & permiſſa. Quod procedit etiam de iure canonico. num. 10. Et de iure ciuili. num. 11. Et de iure legis Moſaycæ. nu. 12. Et probatur tex. ſacræ Scripturæ. nu. 20.*

13 *Bellum gerere licebat Iudæis etiam in Sabbatho aduerſus eos, qui contra ſe venerant.*

14 *Neceſſitas legem non habet. Et facit omnia communia. nume. 16. Et omnia reducit ad ſtatum iuris naturalis. nu. 17.*

15 *Ieiunium ſi quis fregerit ægrotus, reus voti non habetur.*

18 *Meum & tuum de iure naturali non erant inuenta.*

19 *Naturali iure attento omnes homines æquales ſunt & liberi.*

21 *Conceſſione expreſſe facta alicuius actus, ea omnia tacite intelliguntur conceſſa, ſine quibus ille actus bene explicari non poteſt.*

22 *Sepulcrum Chriſti clauſum fuit lapide tam magno, qui vix a viginti hominibus moueri potuiſſet.*

23 *Feſtis diebus prohibita Iudæis erant opera ſua propria, non quæ erant ad cultum Dei.*

24 *Crucifixorum corpora ſepelienda erant eadem die ex præcepto Dei.*

25 *Paſchæ feſtiuitas apud Iudæos minor erat ne dum Sabbathi, ſed etiam reliquarum omnium ſollemnitatum diebus quantum ad ceſſationem ab operibus. Erat tamen omnium ſollemniſſima & celeberrima ex multis capitibus, num. 26.*

27 *Aromatum præparatio a Mulieribus facta in ſepultura Chriſti, quo modo intelligatur.*

2 SI quis autem aduerſus ea quæ proxime ſuperius dicta ſunt, ita in cõtrarium arguat. Ex Ioan. cap. 19. haberi, acceleratam fuiſſet Domini ſepul-

turam,ne adueſperaſceret,quando iã tale aliquid facere non licuiſſet pro-
pter Sabbathum,dum dicitur,Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum,quia
iuxta erat monumentum,poſuerunt Ieſum.& ibi hoc not. Glo.interlin. &
Beda,& S.Aug.tract.120.Similiter ex Luc.c.23.haberi,ſanctas Mulieres ea
die paraſſe aromata,& vnguenta,& Sabbatho ſiluiſſe ſecundum mandatũ.
Et poſtremo Mar.cap.vlt.haberi,quòd cum tranſiſſet Sabbathum mulieres
illæ emerunt aromata,vt venientes vngerent Ieſum.Ex quibus omnib. cla-
re videtur conſtare,in feſto Sabbathi neque vnguentorum emptionem,ne-
Mar.15. que vngendi aut ſepeliendi opus fuiſſe permiſſum; Et conſequenter vide-
d.46. tur colligi manifeſte,eum diem non potuiſſe eſſe feſtum , in quo & Ioſeph
Ioan.19. mercatus eſt ſindonem,& Nicodemus venit ferens miſturam myrrhæ, &
g.39. aloes quaſi libras centum:& ambo ſimul deponentes de cruce corpus Ieſu,
Ioan.19. vnxerunt illud,& ligauerunt linteis,& in monumento poſuerunt: Et po-
g.40. ſtremo lapidem magnum aduoluerunt ad oſtium monumenti.
Matt.27. Reſpondetur,quòd ignorata differentia,quæ tum primo eſt inter diẽ Sab-
g.60. bathi & reliquas feſtiuitates iudęorum. tum ſecundo inter opera neceſſa-
ria, & voluntaria. tum tertio inter opera, quæ ad homines, & quæ ad
Deum pertinent,non nullis eſt occaſio labendi in hac materia, & grauiter
errandi.

Aduertendum eſt itaque primo,quòd in ſabbatho præcipitur in lege, om-
2 ne opus † ſimpliciter ſine vlla limitatione,non eſſe faciendum; at in cete-
ris feſtiuitatibus non omne opus ſimpliciter,ſed omne opus ſeruile,adiecta
hac ſeruilitatis expreſſione,prohibetur.vt apparet Leuit.23.vbi & de Sab-
batho primum & de reliquis deinde feſtiuitatibus ſigillatim agitur.

Quòd ſi alicubi,in aliqua ſollemnitate præter Sabbathum, ſtatutum repe-
riatur,nullum opus ſimpliciter,nulla addita limitatione,eſſe faciendum,vt
verbi gratiâ ſtatutum eſt in ſeptima die paſchæ,Deut. 16. hoc nihil refert:
ſatis eſt enim,quòd quandoque in eiuſdem ſollemnitatis præcepto Leuit.
23.facta ſit ſpecifice reſtrictio ad opera ſeruilia.nam vna lex generalis † per
3 aliam ſpecialem determinatur.iuxta regulam l.in toto iure,ff.de reg. iu.&
c.generi,eod.tit.lib.6.

Cum tamen in præcepto de ſabbatho ſanctificando nullibi vnquam repe-
riatur facta reſtrictio ad opera ſeruilia,ſed ſemper & perpetuo in ea gene-
ralitate ſtatum ſit,vt omne opus in eo non ſit faciendum.vt apparet non ſo-
lum in d.c.23.Leuit.ſed etiam Exho.20. & alibi quam ſæpiſſime vbicunq;
de ſabbatho cuſtodiendo pręceptum traditur. Quod præceptũ ita frequen-
4 ter † in varijs locis fuit repetitum,vt nullum aliud ſæpius.vt bene not. Ale
xand.Alen.in 4.parte,quæſt.6.memb.5.art.5.arg.5. Et nos plurima Exhod.
loca citauimus ſupra capitu.59.nume.10. in quibus huiuſmodi præceptum
ponitur.

5 Quamuis autem Doct.† declarantes hoc tertium Decalogi præceptum, fe-
re omnes ſimpliciter dicant,& præſupponant,fuiſſe in ſabbatho prohibita
opera ſeruilia,differentiam a nobis modo explicitam non conſtituentes;at-
que ad hoc probandum nonnulli allegent tex.in d.cap.Exho.20.vel Leuit.
23.vt ſunt Theologi in 3.ſen.diſt.37.& Alex.de Ales in 3.part.q.32. mẽb.4.
art.1.& S.Tho.2.2.q.122.ar.4.ad 3.& ſuper Matth.c.12.in illis verbis.Ita-
que licet ſabbathis benefacere.Et Glo.ordin.ſuper Mar.cap.3.ibi,Licet ſab
bathis benefacere,an male?Et ſuper Luc.cap.13.ibi.Indignans quia ſabba-

tho

Digitized by Google

tho curaſſet. Et paſſim etiam ſancti Doctores. Tamen veritas eſt (vt mihi
6 videtur) quòd non limitate opera dumtaxat ſeruilia, ſed omne opus generaliter prohibebatur, vt dixi. Quod vnicuique bene inſpicienti litteram ſacræ ſcripturæ, vbicumque Sabbathum obſeruandum præcipitur, ſtatim (niſi fallor) patebit.

Si quis autem poſtulet, quid intelligatur per omne opus in Sabbatho prohibitum; certum eſt enim, hoc generale dictum aliqua indigere declaratione, nam alioquin & comedere, & ambulare, & ſeſe veſtibus induere prohibitum videretur.

7 Dico ad hoc, quod opera ſeruilia † in primis ſine dubio prohibita intelligũtur, quemadmodũ in reliquis etiã ſollemnitatibus; & in hoc ſenſu verũ eſt, ꝙ inquiũt Doct. præallegati. Sed prẹter ſeruilia dico adhuc intelligi ẽt
8 prohibita multa alia opera; puta emere, vẽdere, cõtrahere, ignẽ accendere, cibos coquere, iter agere, ſcribere, præliari, & demum omnia ea, quæ licet non ſint ſeruilia, ſunt tamẽ aliquo modo diſtractiua quietis, & impeditiua vacationis ad Deum. Quam rem, & quam differentiam inter Sabbathum, & reliquas feſtiuitates egregie animaduertit & annotauit doctiſſimus Caiet. a quo ego didici, Exho. c. 20. & Leuit. c. 23. Et videtur etiã animaduertiſſe Philo Iudæus lib. 3. de vita Moſis. circa med. vbi de Sabbathi violatione agens, ſic ait. Non ſolum ſordidæ, fabrileſque, ſed ceteræ quoque artes & occupationes tunc ſunt prohibitæ, præſertim quæ ad parandum victũ attinent, aut per ignem fiunt, aut per inſtrumenta non ſine igne confecta. Ideo ſemper interdicitur, ne quis ignem accendat Sabbatho, vt ceſſante cauſſa principali, & antiquiſſima, ceſſent effectus eius etiam.

Stante autem hac doctrina, quam & veriſſimam, & in contextu ſacrarum litterarum fundatam, niſi quis me contrarium doceat, exiſtimo; ſequitur, quòd in die feſto paſchæ licitum fuit Mulieribus parare aromata, Ioſepho mercari ſindonem, & illi vna cum Nicodemo deponere corpus Ieſu de cruce, & vnguentis delibutum cum linteis in monumento condere, & reliqua facere, quæ ad ſepulturam Domini pertinebant: nam nullum horum appellari poteſt opus ſeruile, ſed omnia ſunt vel pietatis, & miſericordiæ ex ſuo genere, vel certe communia tam liberis, quàm ſeruis. Et tamen horum nullum licuiſſet in Sabbatho, quia quamuis non eſſent opera ſeruilia, erant tamen aliquatenus laborioſa, & turbatiua quietis; & proinde tamquam prohibita in Sabbatho habebantur.

9 Rurſus aduertendum eſt ſecundo, quòd opera † ſeruilia in quantum procedunt ex neceſſitate, vel etiam ex vtilitate, quæ differri nequit in alium diem, neque potuit antea præuideri, non dicuntur ſeruilia amplius, & in feſtis prohibita, ſed potius permiſſa, & licita etiam in Sabbathis, vt egregie not. Alex. de Ales in 3. par. d. quæſt. 32. memb. 4. art. 1. in ſolut. ad vltimo obiecta. & S. Thom. in 2. 2. d. quæſt. 122. art. 4. ad 3. & in opuſc. 4. in explicatione tertij præcepti Decalogi. & alij Theologi in 3. ſent. d. diſt. 37. & not. etiam Beda, & Glo. ordin. Marc. 2. ſuper illis verbis. Sabbathum propter hominem factum eſt, & non homo propter Sabbathum. Et S. Auguſt. in lib. quæſtionũ veteris, & noui teſtam. (vel quiſquis auctor ſit illius libri) in 1. editione, quęſt. 61. & in 2. editione, quęſt. 22. 2. par.

10 Vnde videmus, ꝙ non ſolũ in ſtatu noueę legis, de iure † canonico, quę alio quin prohibita erant, fieri in feſtis ꝑ neceſſitatẽ permittuntur. ca. 1.

X 3 c. li-

c.licet.& c.ſi.de fer.& ꝙ de iure† ciuili idē ſimiliter ſtatutū eſt.l.1. §. ſed
12 excipiuntur.l.ſolet.& l.pen.ff.eo.Sed ēt in ſtatut† legis veteris eadem de-
13 claratio adhibebatur. Nam & Machabęi in Sabbatho pugnabant aduer-
ſus eos qui contra ſe venerant.1.Mach.2.Et licitum erat, ouē de fouea le-
14 uare.Matth.12.Et bouē,aut aſinū ſoluere a preſepio,& ducere adaquare.
Luc.13.Cui declarationi ratio ipſa maxime adſtipulatur, Nam neceſſitas
legem non habet.c.quod non eſt.de reg. iur. vbi venerabilis Beda ita in-
quit,Quod non eſt licitum in lege,neceſſitas facit licitum; nam & Sabba-
thum cuſtodiri pręceptum eſt,Machabęi tamen ſine culpa ſua in Sabba-
15 tho pugnabant:Sic & hodie.† ſi quis ieiunium fregerit ęgrotus, reus voti
non habetur. Hęc Beda.
16 Deinde neceſſitas † facit omnia cōmunia.c.ſicut.& ibi Glo.diſt.47.atque
17 ita neceſſitas † omnia videtur reducere ad ſtatū iuris naturalis, quo iure
18 meum & tuum † non erant inuenta.l.ex hoc iure.ff.de iuſt. & iu.c. dile-
19 ctiſſimis.12.q.2.Quare cū iure eodem naturali attento † omnes homines
æquales ſint,& omnes liberi cenſeantur.l. quod attinet.ff.de reg.iur.l.ma-
numiſſiones. ff.de iuſt.& iu.ſequitur,quòd in neceſſitate nulla ſint opera
ſeruilia,ſed omnia omnibus communia,& libera.

Immo vero ſi quis bene ponderet,ſuadetur hæc declaratio, & colligitur
20 ex ipſo † tex.Exho.20.vbi Deus tradens præceptum de Sabbatho ſancti-
ficando,ita inquit.Memento,vt diem Sabbathi ſanctifices.Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua: ſeptimo autem die Sabbathum domini Dei tui eſt; non facies omne opus in eo.Clarum eſt autem,quòd ibi non præcipitur directe, vt homo ſex diebus operetur,ſed tantum vt Sabbatho quieſcat:Sed iccirco addidit Deus illa verba,Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua.quia docere voluit, quòd quæ opera facturus quis erat in Sabbatho,ea in ſex diebus faceret vel præcedentibus vel ſequentibus,vt ſic in Sabbatho quieſcere valeret.

Ex quo loquendi modo indicatur,vt ibi doctiſſime explicat Caiet.quòd ſi qua opera etiam ſeruilia in Sabbatho ex euentu,vel alia neceſſitate ita occurrant,vt neque antea præuideri,aut fieri potuerint, neque in ſequētes dies commode valeāt differri,ea omnia per legem intelligantur excepta, & in ipſo Sabbatho in quo occurrunt,fieri poſſint.

Stante autem hac declaratione,quæ veriſſima eſt,ſequitur,quòd quamuis daremus', quòd deponere cadauer de cruce,ferre libras centum miſturæ, aduoluere ſaxum magnum ad oſtium monumenti, & cetera,quæ in ſepeliendo Domino contigerunt,opera ſeruilia videantur,licite tamen in die feſto paſchæ exerceri potuerunt propter occurrentem neceſſitatem.

Neque obſtat ſi quis diceret,actum ſepeliendi fuiſſe quidem neceſſarium, ſed actum vngendi corpus,& inuoluendi linteis, & aduoluendi ſaxum ad oſtium ſepulcri,non fuiſſe adeo neceſſarium.quia reſpōdetur, quòd ſi ita ſtricte res conſiderandæ eſſent,vt videtur velle obiectio,neque ipſe actus ſepeliendi neceſſarius diceretur, cum poſſet cadauer inſepultum dimitti, vel proijci quamprimum in aliquam foueam. Verum non adeo abſurde, & irrationabiliter res humanæ pertractandæ ſunt:Et dicendum eſt,quod licita exiſtente ſepelitione,licita conſequenter ea omnia erant , quæ ad illam requirebantur.Vnde licitum fuit miſturam ferre ad vngendum cor-
21 pus,† & vngere,& linteis ligare,ſicut mos erat Iudæis ſepelire . Nam &

de

de iure eſt,quòd ad conceſſionem vnius actus expreſse factam ea omnia tacite intelliguntur conceſſa, ſine quibus ille actus bene explicari nō poteſt.l.2.ff.de iuriſd.omn.iud.l.ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procur.Similiter licitum fuit aduoluere lapidem ad oſtium monumenti, tum ne ſepulcrum ita apertum pateret incurſibus beſtiarum; tum etiam ne cadauer aliquem inde odorem exhalare poſſet.

Adde quòd in hoc actu aduolutionis lapidis maxime conſenſuri erāt Prin-
22 cipes ſacerdotū,& Phariſæi,qui præter lapidē illum tam magnum,† quòd non abſque auxilio plurimorum potuiſſet ſepulcrum referari.vt inquit Beda ſuper Matth.c.27.& qui vix a viginti hominibus moueri potuiſſet.vt dicit Ludolphus,de vita Chriſti,par.2.c. 71. adhibuerunt in ipſo die magno Sabbathi ſequentis & militū cuſtodiam,& ſigillum.vt vidimus ſupra c. 64. num.10.& ſeqq.Adde etiam,quòd miſtura illa myrrhæ & aloes, in plures fortaſſe partes diuiſa,& in diuerſis vaſis diſtributa,facile potuit a pluribus perſonis abſque vlla ſeruilitate ad monumenti locum deferri.

Hæc autem opera omnia quæ in die Paſchæ licuerūt,illicita fuiſſent in die ſequenti,non ſolum ob maiorem Sabbathi ſollēnitatem, ſed etiam quia in eo Sabbathi die non fuiſſent amplius neceſſaria, ſed voluntaria, & ſupererogationis.

Et iccirco ſepulto iā Domino Mulieres illæ ab eiſdem operibus in die Sabbathi ſecundum mandatum abſtinuiſse dicuntur. Et accelerata innuitur ſepultura Domini propter paraſceuen,quia longius deferre corpus, cum in promptu eſſet monumentum in vicino horto,non fuiſſet iam opus neceſſitatis,ſed voluntatis.

23 Poſtremo aduertendnm eſt tertio,quòd Iudæis prohibita † erāt in diebus feſtis non omnia opera indiſtincte,ſed opera ſua propria;opera autem Dei, quæ ſcilicet fiebant vel ex præcepto Dei,vel ad cultum Dei, illa nō prohibita,ſed maxime licita,immo & præcepta quandoque intelligebātur.Quæ exceptio colligitur ex eodem tex.Exho.20.dum dicitur ibi,Sex diebus operaberis,& facies omnia opera tua;vbi ponderando illud verbum,tua.notat hoc Caiet.Et hanc exceptionem ponit etiam S.Tho.Alex.de Ales,& ceteri Theologi ſupra allegati;Et ante ipſos B.Ioa.Damaſc.lib.4.de fide orthod. c.24.vbi multa exempla ex ſacris litteris ad hoc propoſitum cōgerit. Nam ex hac cauſſa licitum fuit populo Iſrael & ſacerdotibus in euerſione vrbis Iericho.Ios.6.circuire in Sabbatho ciuitatem circumferēdo arcam fœderis. Et Eliæ licitum fuit iter agere etiam in ſabbathis ob eamdē cauſſam, cùm fugeret a facie Iezabel, vſque dum perueniret ad montem Dei Horeb.3. Reg.19.Sacerdotes etiam in templo ſabbathum violabant ex eadem cauſſa, occidendo,& excoriando victimas,& ſine crimine erant.Matth.12.Et circumciſionē denique ex hac cauſſa accipiebat homo in ſabbatho,vt non ſolueretur lex Moyſi.Ioan.7.

Ex hac igitur eadē cauſſa licitū fuit Ioſepho,& Nicodemo in die feſto Dominū ſepelire,& cetera adhibere,quę ſepulturę cōueniebant;non tantum quidē ex eo,quia illud erat opus Dei digniſſimū ſuper omnia alia,quę fieri poterāt;nā pro tali non habebatur a perfidis & ſceleratis Iudęis; ſed ex
24 eo, quia præceperat Deus † Deut.21.vt ſupra viſum eſt c.præced.num.4. quod ſi quis adiudicatus morti appēſus fuiſset in patibulo, nō permaneret cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepeliretur. Vnde quemadmodum

Digitized by Google

propter circumciſionem Sabbathum non ſoluebatur; Immo quia lex præceperat, vt infans octauo die circumcideretur. Gen. 17. & Leuit. 12. intelligebatur præceptum, vt infans in Sabbatho circũcideretur, ſi octauus dies in Sabbatho occurreret, ita prorſus eodem modo propter ſepelitionẽ crucifixi feſtum Paſchæ non ſoluebatur; Imo quia lex præceperat, vt cadauer ſuſpenſi in ligno eadem die ſepeliretur. Deut. 21. intelligebatur præceptũ vt cadauer in feſto Paſchæ ſepeliretur, ſi in eo feſto ſuſpenſum cadauer occurriſſet; quod aſſerere etiam videtur Ruper. abbas lib. 13. in Io. ſuper illis verbis c. 19. Erat enim magnus dies ille Sabbathi. Nulla enim maior ratio in vno, quàm in altero caſu excogitari poteſt. Imò ſi quis bene aduertat, maior ratio viget in præcepto ſepelitionis crucifixi mortui in feſto Paſchę, quàm in præcepto circumciſionis infantis in Sabbatho, tum quia circumciſio in alium diem commode transferri potuiſſet, ſepelitio vero non, ita tum etiam quia dies Paſchę multo erat minoris feſtiuitatis, quàm dies Sabbathi.

25 Et ne dum Sabbathi † die, ſed etiam reliquarum omnium ſollemnitatum diebus, inferiorem fuiſſe quantum ad ceſſationem ab operibus, paſchalem feſtiuitatem exiſtimo. In ceteris enim ſollemnitatibus vna dumtaxat limitatio operum in lege expreſſa reperiebatur Leuit. 23. operum ſcilicet non ſeruilium, at in feſto Paſchæ & hæc ibidem, & altera etiam Exo. 12. eorum ſcilicet quæ ad veſcendum pertinent, facta erat. Et quamuis in ceteris etiã ſollemnitatibus eadem exceptio facta intelligeretur a Doc. nam in omnibus feſtis excepto Sabbatho licitum erat Iudæis parare cibos, & quidquid corpori neceſſarium eſt. vt inquit Hieron. ab Oleaſtro ſuper Exo. c. 35. ibi, Non accendetis ignem. & habetur ex S. Tho. quem ſupra citauimus ca. 53. nu. 9. Tamen in lege hæc exceptio non ita expreſſe reperiebatur facta in alijs feſtis, ſicut in feſto Paſchæ, d. c. Exo. 12.

26 Quòd igitur feſtum Paſchæ † eſſet ſollemniſſimum apud Iudæos, & omnium celeberrimum, non habebat ex hoc capite ceſſationis ab operib. ſed aliunde ex pluribus.

Primò quidem quia fuit a Deo poſt Sabbathum primo præceptum & inſtitutum. Leuit. 23. Quod no. Lipom. in Catena ſuper Exo. c. 12. lect. 3. vbi ait, quòd in cuſtodienda republica Iſraelis primum omnium inſtitutũ eſt diuinitus feſtum Paſchæ. & idem etiam not. Paulus Burgenſis Exo. 13. in addit. 2. ad Nicol. de Lyra.

Secundo, quia fuit inſtitutum in memoriam maximi & inſignis beneficij iudæis collati, eductionis ſcilicet populi ab Aegyptiaca ſeruitute, & liberationis primogenitorum ab Angelo percutiente. Exo. 12.

Tertio, quia in vna tantũ ciuitate Hieruſalem celebrari poterat. Deut. 16.

Quarto, quia ad illud omnes ex diuerſis regionibus conuenire tenebãtur. Exo. 23.

Quinto, quia mundi dumtaxat illud celebrare poterant. Nu. 9.

Sexto, quia durabat per ſeptem dies. Exo. 12.

Septimo, quia in azymis celebrabatur. Ibidem.

Octauo, quia pœna mortis & exterminationis imminebat ijs, qui non feciſſent Paſcha, vel fermentatum comediſſent. Ibidem, & Nu. 9.

Nono, & poſtremo, quia in eo ſumma alacritate maiorẽ ſolito populus mactabat victimarum numerum, vt inquit Ioſephus iudæus lib. 17. iudaic. antiq.

tiq.capitul.11.Et ſac.tex.Exo.23.& Deut.16.ibi,Non apparebis in cõſpe ctu meo vacuus.Et patet de hoc exemplum.2.Par.30.& 35.

27 Ad illud de Mulieribus,quæ parauerunt † aromata,ſatis quidem reſponſum eſt ſupra pluribus modis;ſed præterea dici etiam poteſt,quòd præparõ illa ex eo fortaſſe intelligitur facta,quia Mulieres habentes apud ſe domi reconditam aliquam partem aromatum,exprompſerunt illa ex ſcrinijs ſuis,vt cum primum per tempus vti eis liceret, protinus abſque retardatione,illa ad manum habere poſſent.vt colligitur ex ijs,quæ notat Th.Beauxamis,de Reſurrectione Domini.ſuper illjs verbis.Cum trãſiſſet Sabbathũ emerunt aromata.Veriſimile eſt enim, cum iudæi corpora mortuorũ aromatibus inungere ſolerent , in vnaquaque domo fuiſſe aſſeruata aromata pro neceſſitatibus occurrentibus,& ſaltem aliquam eorum partem,quæ ſuperfuerant inunctioni alicuius forte cõſanguinei aut domeſtici iam factę, domi apud eas repertam fuiſſe, quæ tamen cum non ſufficeret , tranſacto Sabbatho ſtatim alia emerunt.

Vel etiam dici poteſt ſecundum Inno.III.lib.3.Myſter.Miſſæ , cap.4.quòd quæ ait Lucas de præparatione aromatum, accipienda ſunt dicta per anticipationem,vt Lucas reducatur ad Marcum,& intelligatur, quòd Mulieres reuertentes parauerunt ſecundum Lucam aromata,& vnguenta , non tunc,ſed ſecundum Marcum cum Sabbathum pertranſiſſet.

DE RESPONSIONIBVS AD DICTA QVOrumdam auctorum circa diem Paſſionis Chriſti.

Cap. LXVII.

1 *Græcorum fermentariorum opinio longe diſtat ab opinione recentium Latinorum.Licet ab eadem multum iuuetur.nu.2.*

3 *Nicephorus impetu prauitatis motus de propoſito nobis argumento magna, & admirabilia ſcripſit,quæ etiam Conſtantinopoli reijciebantur.*

4 *S.Epiphanius in quarumdam rerum hiſtoria circa tempus vitæ , & mortis Chriſti fallitur.*

5 *Agnus paſchalis cur decimaquarta Luna ad veſperam immolaretur.*

6 *Chriſtum fuiſſe crucifixum Luna decimaquarta aliquibus modis recte interpretari poteſt.*

7 *Temporis alicuius deſcriptio æque fieri poteſt & a termino completo , & a termino tantum inchoato.*

8 *Lunæ luciditas a decimaquarta die perit.*

9 *Menſis lunaris conſtat ex viginti nouem diebus cum dimidio.*

10 *Chriſtus crucifixus eſt Luna exiſtente pleniſſima.*

11 *Agnus Paſchalis Chriſti paſſionem figurabat.*

12 *Dies ſollemnitatum apud Hebræos a veſpera in veſperam celebrabantur.*

13 *Chriſtus crucifixus eſt ad veſperam,non diei,ſed mundi.Nam & in vltima mundi*

mundi ætate veniſſe dicitur. num. 4.

15 Veſpera quandoque ſumitur pro fine, & extremitate alicuius durationis.

16 Chriſtus dicitur crucifixus ad Solis occaſum, quia Sol in eius crucifixione obſcuratus eſt.

AD quintam & vltimam coniecturam, de qua ſupra, c. 60. nu. 8. & ſeqq. reſpondetur, quòd nos fatemur, veram opinionem Latinorum diſcordem eſſe ab opinione Græcorum in fermentato conſecrantium; Sed tamen nobis magis debet eſſe curæ, quòd concordet cum ſacris Euangelijs, & cum Doctor. antiquis ſummæ auctoritatis viris, quàm cum Schiſmaticorum interpretationibus, vel cum inſulſis perfidorum Iudæorum ſtatutis.

Deinde reſpondetur, quòd licet recentium quorumdam Latinorum opi-
1 nio multum faueat Græcis fermentarijs, eorum tamen aſſertio † longe diſtat ab opinione Græcorum: Græci namque ſimpliciter dicunt, Chriſtum cenaſſe Luna decimatertia ad veſperam, & vnum diem anticipaſſe, vt ſui occiſionem reſeruaret in eum diem, quo ceteri omnes Iudæi agnum immolaturi erant ex præcepto legis, neque vllam diſtinctionem faciunt inter Paſcha legitimum & iudiciale. Quare opinio Græcorum plurimum
2 quidem ab hac recentiorum aſſertione † iuuaretur, ſi vera eſſet, vt ſupra deduximus c. 53. nu. 4. Contra tamen hæc recentiorum opinio ab illa Græcorum nihil fere, aut parum omnino recipit adminiculi.

Sed in particulari reſpondendo cuilibet auctoritati in contrarium allegatæ, dicimus B. Chryſoſtomum, & Tertullianum, nihil expreſſe aſſerere cōtra veram noſtram, & Latinorum opinionem. Eorūque verba, quæ aliquā ingerere difficultatem videbantur, ſupra expoſuimus, cap. 51. nu. 4. & ſeq. Quòd ſi B. Chryſoſtomus quandoque illud dixiſſet quod Græci volunt, minus tamen id deberet attendi, cum id ſub dubio, & alternatiue protulerit, & contrarium ſæpiſſime, & diſertiſſimis verbis pronunciauerit. vt ex multis, quæ ex ipſo tum ſupra citauimus, tum infra Deo adiuuante referemus, apertiſſime conſtat.

Ad Euthymum, & Nicephorum, qui inter antiquos non ſunt, nihil aliud neceſſe eſt reſpondere, niſi quòd nos aliam ab ipſis inſiſtimus viam: Et quòd ipſi quandoque ſibimet contraria protulerunt; Neque bene reſpōdent in ſua opinione ad auctoritates trium Euangeliſtarum, qui expreſſe dicunt, Chriſtum prima azymorum, quæ non poteſt intelligi niſi decimaquarta Luna, & nullo modo decimatertia, celebraſſe Paſcha.

Et ſpecialiter de Nicephoro ait Gennadius Scholarius Patriarcha Conſtātinopolitanus in defenſione quinque capitum concilij Florentini, capi. 2.
3 ſect. 6. & 7. quòd impetu † prauitatis motus de propoſito nobis argumento magna & admirabilia ſcripſit; ſed quòd ea Conſtantinopoli non legerētur, omnibus eſſe compertum. Eſſe autem ea valde irrationabilia, ſi quis (inquit) ſcire deſiderat, legat quæ ipſe cōpoſuit, reperietque eum in pleriſque ſibi ipſi pugnantem eſſe.

Ad Theophylactum reſpondebimus parum infra, poſtquam ad S. Epiph. reſponſum erit.

Ad

Ad S. Epiphanium dicimus in primis, quòd ipſe habet opiniones quaſdam
4 valde ſingulares, & extraordinarias † circa tempus vitæ, & mortis, natiui-
tatis, baptiſmi, & reſurrectionis Chriſti. Vnde non mirum, ſi Melchior Ca-
nus lib. 11. de locis Theolog. c. 5. in reſponſ. ad 6. aſſerat, ipſum in earum
rerum hiſtoria interdum falli. Quod patet in eo citato c. 50. contra Teſſa-
reſcædecatitas, & cap. ſeq. contra hæreſim, quæ non ſuſcipit euangelium
Ioannis, & Apocalypſim. vbi multa in hac materia tractat, ſed obſcure, &
(vt puto) parum probabiliter. Dicit enim, Chriſtum natum eſſe in die ſexta
Ianuarij, & baptizatum octaua Nouembris; Item fuiſſe paſſum viceſima
Martij, poſtquam prædicaſſet regnum cęlorum a tempore quo baptizatus
fuerat, per annos duos, & dies ſeptuaginta quattuor, & reſurrexiſſe die vi-
ceſima ſecunda Martij. Quæ omnia ſunt contra communes traditiones, &
non nulla etiam contra manifeſtum eccleſiæ vſum.

Præterea aduertendum eſt, opinionem B. Epiphanij tam eſſe diſtãtem ab
opinione recentium Latinorum, vt de directo vna alteri ſit oppoſita. Bea-
tus etenim Epiphanius dicit, Iudæos in celebratione illius Paſchæ, in quo
crucifixerunt Dominum, anticipaſſe legitimum tempus per duos vel tres
dies; Chriſtum vero non aliter feciſſe, ſed cum facientibus ęqualiter fecíſ-
ſe Paſcha. At recentiores iſti Latini e contrario dicunt, Iudæos non anti-
cipaſſe, ſed poſtpoſuiſſe legitimum tempus per vnum diem: & Chriſtum
non cum Iudæis, ſed ſeorſum a Iudęis ſuum Paſcha celebraſſe. Rurſus ad-
uertendum eſt, quòd S. Epiphanius magis loqui videtur de figura immo-
lationis Chriſti, id eſt de agno typico paſchali, in cuius immolationis prę-
cepto ſe fundabant Teſſareſcædecatitæ hæretici in celebrando Paſcha,
quàm de ipſo die crucifixionis Ieſu Chriſti. Vnde rationem aſſignans, cur
5 præceptum † fuerit, vt decimaquarta die ad veſperam agnus ille immola-
retur, qui Chriſtũ repręſentabat, dicit, ꝙ iccirco Chriſtum immolari opor
tebat ſm legem quartadecima die, quia tunc Luna incipit decreſcere. &c.
Quam rationem ad figuram agni paſchalis egregie ſimiliter accommodat
B. Cyrill. Alex. in lib. Collectan. veteris teſtam. c. 21. ex Exho.

Poſtremo aduertendum eſt, B. Epiphanium dum dicit, Chriſtum paſſum
6 eſſe Luna decimaquarta, duobus modis poſſe † interpretari, ne Græcis,
aut recentioribus Latinis faueat aliquo pacto.

Primo, vt intelligatur loqui ad hominem non ex propria ſententia, ſed ex
ſuppoſitione. Aiebant. n. Teſſareſcædecatitę hęretici, celebrandum eſſe pa
ſcha decimaquarta die Lunę mẽſis Martij, quia decimaquarta Luna Chri-
ſtũ paſſum eſſe putabant, atq; eam diem fuiſſe viceſimamquintã Martij ſe
cõperiſſe iactabant in quibuſdam Pilati Actib. vt inquit ibi S. Epiphan. &
refert Sixtus Senenſis in Biblioth. ſancta, lib. 2. vbi de Pontio Pilato loqui-
tur. licet ibi referat diem viceſimamquartã, non viceſimamquintã Martij,
deceptus falſa quadam interpretatione, de qua latiſſime infra diſputaturi
ſumus c. 73. nu. 4. & ſeqq. & c. 74. nu. 11. Beatus igitur Epiph. ſupponens, ꝙ
Chriſtus paſſus fuerit Luna quartadecima, vt ipſi ſentiebant, licet falſo, af-
fert huius rei rationem, & oſtendit, ex eo tamen non ſequi, debere nos
neceſſario paſcha celebrare decimaquarta Luna, vt ipſi celebrabant.

Secundo interpretari poteſt B. Epiphanius, ꝙ loquatur de Luna quartade
cima completa & tranſacta, non de Luna quartadecima tantum inchoata,
& currente. Quæ interpretatio ex duobus ſuadetur.

Pri-

Primo, quia in c.ſeq. S. Epiphanius in computatione Lunarum illius hebdomadæ, in qua paſſus eſt Chriſtus, tribuit quandoque duos dies vni, & eidẽ Lunæ; Vnde dicit, in quinta feria fuiſſe Lunam decimamquartã, & in Proſabbatho, ſcilicet in Paraſceue ſimiliter aſſignat Lunam decimamquartam. Quod nõ aliter bene intelligi valet, niſi dicamus, quòd in quinta feria erat iam incœpta, & currebat Luna decimaquarta, in ſexta autem feria, eadem Luna erat, ſed perfecta iam & completa. Sæpius enim ſupra oſtendimus, &
7 præcipue c.22.num.3.& ſeqq. deſcriptionem temporis† æque fieri poſſe & a termino completo, & a termino tantum inchoato.
Secundo ſuadetur, quia B. Epiphan. dicit, quòd icciрco Chriſtus paſſus eſt
8 Luna decimaquarta, quia a decimaquarta die luciditas Lunæ † perit, & a paſſione Chriſti Synagoga obſcurata eſt. Clarum eſt autem, quod luciditas Lunæ non incipit perire, & decreſcere in decimoquarto die incœpto tantum, ſed poſt decimumquartum diem completum, & amplius poſt decem
9 & octo horas quintidecimi diei. menſis enim† lunaris (vt omnes ſciunt) cõſtat ex vigintinouem diebus cum dimidio. Quare vt Chriſtus pateretur Luna pleniſſima ſecundum rationem B. Epiph. oportebat eſſe Lunã non decimamquartã currentem, & inchoatam; ſed completam, & decimamquintam currentem, circiter meridiem; cum Iudæi dies Lunæ ſupputarent a veſpera in veſperam, vt ſupra diximus c.43.num.10. Atque ita vere contigiſſe iuxta ſententiam noſtram & Latinorum, manifeſtiſſimum eſt.
10 Et quod Luna eſſet pleniſſima† quando Chriſtus pendebat in cruce, ita vt poſt eius paſſionem lux Lunę ſtatim diminui inciperet, apparet ex ijs, quæ S. Dionyſius Areopag. refert in epiſt.7. ad Polycarpũ, & in epiſt.11. ad Apollophanem. In quibus narrans mirabilem illam Solis eclypſim, quę tũc contigit, & quam ipſe vna cum dicto Apollophane apud Heliopolim commorantes conſpexerunt, ait, quod poſtea quam repurgatio ſolis, reſtitutioque facta eſt, Luna ad ſolis diametrum conuerſa aufugit. Ex quibus verbis habetur, quod erat tunc perfecte, & per diametrum Luna oppoſita ad ſolẽ, & conſequenter oportebat neceſſario tunc eſſe diem Lunæ decimũquintum currentem, & decimumquartũ completum, vt dixi, non decimũquartum dumtaxat inchoatum.
Eodem autem modo omnino interpretandus eſt Theophylactus, vbi ait, quod eclypſis ſolis Chriſto pendente in cruce cõtigit Luna exiſtente quartadecima. Nam intelligi debet de Luna quartadecima completa, prout diximus ad B. Epiphanium, non de quartadecima tantum inchoata, & currẽte; alioquin ſibi ipſi manifeſte contradiceret in alijs locis. Hoc etiam modo interpretandus eſt Paulus Oroſius lib.7. hiſtoriarum c. 4. vbi ſimiliter ait, quod eclypſis ſolis in paſſione Domini contigit Luna exiſtente quartadecima, quod etiam refert Paulus Diaconus lib.7. hiſtoriarum prope fin. Immo, & B. Auguſt. ita intelligendus eſt in lib. quæſtionum veteris & noui teſtamenti, vel quiſquis ille ſit, qui eum librum compoſuit, vbi quæſt. 106. in 1. editione, ait ſimiliter, quod Chriſtus paſſus eſt Luna quartadecima. Apparet autem, locutum ibi eum fuiſſe de quartadecima completa, quia intelligit de Luna pleniſſima, qualis in principio erat, quando fuit creata a Deo. In principio etenim (inquit) Luna fuit quartadecima, quia omnia plena ſunt facta. Et infra. Quartadecima autem Luna mundus maiori lumine clarior factus eſt. Quare cum Lunam in plenilunio exiſten-

tem

tem quartamdecimam appellet, non videtur aliam poſſe intelligere, niſi quartamdecimam completam & perfectam, quæ ſimul etiam quintadecima eſt currens & inchoata.

Non me latet, quoſdam eſſe, qui aiunt, Chriſtum dici paſſum Luna decimaquarta, quia putant agnum paſchalem immolandum fuiſſe a Iudæis in decimatertia Luna completa, & in principio decimæquartæ, ita quòd vbi dicitur Exho. 12. & alibi ſæpe, quòd phaſe celebrandum ſit Luna quartadecima ad veſperam, intelligatur de veſpera, in qua Luna quartadecima incipit, nõ in qua deſinit. Hi autem expoſitores, quorum vnus eſt Hieron. ab Oleaſtro in Leuit. c. 23. ſuper illis verbis, Et affligetis animas veſtras nono die menſis. & alius eſt Did. Stella in Lucam, c. 22. ibi, Venit autem dies azymorum. toto cęlo errant, vt mihi videtur, & fœdiſſime decipiuntur. Nã cum primus dies Paſchę ſollemnis & feſtiuus, qui erat etiam ſimul primus dies azymorum legalis, appelletur Luna decimaquinta d. cap. Leuit. 23. & Num. 28. quo modo id ſtare poſſet, ſi agnus paſchalis, a quo ſollemnitas paſchæ, & azymorum incipiebat, occidebatur Luna decimaquarta inchoante, non finiente? Nolo hic pluribus agere contra hanc expoſitionem, quę tam manifeſte falſa eſt, vt etiam lippis ac cęcis eius pateat abſurditas.

Ad S. Irenęum reſpondetur, quòd nos fatemur, Chriſtum paſſum eſſe in die Paſchę, in qua agnus ex pręcepto Moyſis immolabatur, & quòd paſſio Chri-
11 ſti † figurata fuit a Moyſe per cęrimoniam illam agni paſchalis. Nam dicimus, quòd apud Iudęos ex legis pręcepto Leuit. 23. a veſpera in veſperã ſol-
12 lemnitatum † dies celebrabantur. Vnde cum in veſpera, & nocte præcedenti agnus paſchalis a Iudęis fuerit immolatus, & manducatus, & in die ſequenti circiter meridiem Chriſtus fuerit crucifixus, conſtat, quòd in eodem die legali apud Hebræos omnia hæc completa intelligantur.

Quod autem B. Irenęus dicit, Chriſtum paſſum eſſe veſpere ad Solis occaſum, quemadmodum a Moyſe ſtatutum fuerat Deut. 16. in celebratione phaſe; aduertendum eſt, quòd aliam habet intelligentiam, quàm prima facie præſeferat. Non. n. dicere vult B. Irenæus, quòd Chriſtus paſſus fuerit in veſpera diei in occaſu Solis, id enim neutiquam verum eſt, cum conſtet, circiter meridiem (vt dixi) Chriſtum paſſum eſſe. Sed caute B. Irenæus illud, veſpere, interpretatus eſt pro extremitate temporum; quaſi velit dicere, quòd ideo Moyſes præcepit, veſpere immolandum eſſe paſcha, quia Chriſtus in
13 veſpera † mundi, licet non in veſpera diei, immolandus erat. Quam interpretationem tenet etiam Beda, & Glo. ordin. Mar. 14. in princ. ibi, Erat autem Paſcha, & azyma poſt biduum. & Luc. 22. in princ. ibi, Appropinquabat dies feſtus azymorum, qui dicitur Paſcha. & Glo. ordin. Deut. 16. in ver. Veſpere. & Glo. interlin. Exho. 12. ſuper ver. Ad veſperam. & ibidem S. Iſid. c. 15. & Rupertus abbas lib. 2. cap. 9. & Beda in quæſtionibus ſuper Exho. c. 16. & idem S. Iſid. lib. 1. de eccl. off. c. 18. & Io. Beleth. in Rationali diuin. off. c. 107. in fi. & Rayner. in Pantheol. tit. de Euchariſtia. c. 2. & Sanctus Cyprianus in epiſt. 3. lib. 2. ad Cęcilium, in fi. & Beatus Ambroſius in illud pſal. 45. Adiuuabit eam Deus mane diluculo. & in epiſt. 83. ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos. & Iſychius presbyter in Leuit. cap. 23. ſuper illud, Quartadecima die menſis ad veſperum. Et B. Cyrill. Alex. lib. 3. in Gen. circa med. & in Collectaneis veteris teſta. c. 21. ex Exho. & S. Greg. Naziãz. in orat. 2. in paſcha, circa med. & ibi Nicetas, quorum verba citamus

timus

Digitized by Google

dimus ſupra c.56.num.13. Nemo enim eſt, qui neſciat, Chriſtum veniſſe in
14 vltima † mundi ætate. Vnde B.Ioan.in 1.canon.c.2. Filioli (inquit) nouiſſima hora eſt. & B.Paul.1.Cor.10. Scripta ſunt autem ad correptionem noſtram, in quos, fines ſæculorum deuenerunt. & Hebr.9. Nunc autem ſemel in conſummatione ſęculorum ad deſtructionem peccati (Ieſus) per hoſtiam ſuam apparuit. Vbi glo. ordinaria verbum illud in conſummatione ſæculorum exponit. i. in vltima ætate. Et eccleſia canit in hymno B.Ambroſij, in Aduentu.

Vergente mundi veſpere
Vti ſponſus de thalamo
Egreſſus honeſtiſſima
Virginis matris clauſula.

15 Et in hymno B.Thomę, in feſto Corporis Chriſti, veſpera † ſimiliter ſumitur pro fine, & extremitate vitæ, dum dicitur ibi,

Verbum ſupernum prodiens,
Nec Patris linquens dexteram
Ad opus ſuum exiens
Venit ad vitæ veſperam.

Illud autem, Ad Solis occaſum, Deut.16. caute interpretatus eſt B.Irenęus
16 non pro fine diei, ſed pro ſigno † eclypſis & occaſus Solis, quod factũ eſt in paſſione Chriſti. iuxta prophetiam Hierem.c.15. Occidit ei Sol, cum adhuc eſſet dies. & iuxta prophetiam Amos c.8. Et erit in die illa dicit Dominus, occidet Sol in meridie. Quam interpretationem ſecutus eſt etiã Nicetas loco ſupracitato, dum inquit, Veſpera igitur vtpote diei finis, ſæculorum finem adumbrat, quo Chriſtus quoque noſtra cauſſa ab omni ſynagoga mactatus eſt, atque occubuit Sol Creatori ſuo cõdoleſcens. Et S.Ambroſius in d.epiſt.83. cum ait, Sed & iuxta myſterium veſpere diei conſtat occiſum, quando tenebræ ſtatim factæ ſunt. Quare ex his interpretationibus apparet, B.Irenæi ſententiam eſſe potius pro nobis, quàm contra nos, vtpote qui aſſerat, Chriſtum paſſum eſſe in eodem die, quo phaſe cęlebrabatur, ſecundum legalem ſcilicet dierum computationem. & non ad litteram in eadem veſpera ad Solis occaſum, ſed in veſpera mundi ad ſignum defectus Solis; Cum non deceret, vt Chriſtus in occaſu Solis crucifigeretur. vt ſupra latius declarauimus c.57.nu.3.& ſeqq.

DE RESPONSIONIBVS AD DICTA QVOrumdam auctorum circa diem Paſſionis Chriſti. Cap. LXVIII.

1 *Cena pura non ſignificat cenam agni paſchalis, ſed diem feriæ ſextæ, quæ dicitur etiam Paraſceue. & nu.4.5.& 6. Vnde autem feria ſexta appellaretur cena pura, non liquet. nu.3.*

2 *Paraſceue, cena pura, feria ſexta, ſexta Sabbathi, dies Veneris ſynonyma ſunt.*

7 *Chriſtus conceptus eſt in feria ſexta, & in die Paſchæ, ſecundum Beatum Chryſoſtomum.*

Paſcha

8 *Paſchæ dies vtraque Luna decimaquarta, & decimaquinta appellari poterat apud Iudæos.*

9 *Paraſceue Paſchæ Chriſtianorum, quod in Chriſti immolatione agebatur, incæpit ab hora nona noctis, ſecundum quoſdam. & nu. 14. Sed id parum probabiliter aſſeritur. nu. 10.*

11 *Chriſtum fuiſſe crucifixũ Luna decimaquarta nullus auctor claſſicus tenet. Videtur tamen id tenere S. Anſelmus in quodam loco. nu. 12. Sed dicendum eſt, quòd ille non ſit S. Anſelmus. num. 13. Nam ipſe expreſſiſſime contrarium docet. nu. 20.*

15 *Crucifixionis Chriſti diem quicumque inueſtigare nituntur, non debent ſupputationem inchoare ab initio mundi.*

16 *Ignotum non debet per ignotius declarari.*

17 *Mundi initium quando fuerit, nobis ignotiſſimum eſt.*

18 *Chriſtus fuit crucifixus octauo Kal. Apr. ſecundum vulgatam, & magis receptam antiquorum opinionem: vel tertio Non. Apr. ſecundum magis cõmunem opinionem recentiorum.*

19 *Aequinoctium vernum duodecimo Kal. Apr. a Patribus Nicænæ ſynodi inuentum & conſtitutum, tempore Chriſti aliquanto tardius exiſtebat. A S. Anſelmo ponitur duodecimo Kal. Apr. nu. 23.*

21 *Chriſtus ingreſſus eſt ſollemniter Hieruſalem in die Palmarum Luna decima.*

22 *Paſcha pro azymis, & azyma pro Paſcha indifferẽter ponunt Euãgeliſtę.*

24 *Paſcha ante æquinoctium celebrare numquam licuit.*

25 *Eucharistiam Chriſtus in azymo, non in fermentato conſecrauit.*

AD verbum B. Auguſtini, de quo ſupra c. 60. nu. 14. reſpondetur, quòd
nullam habet difficultatem, & quod Dominicus de Soto in eo intel-
1 ligendo deceptus fuit, Nam cena pura † apud S. Auguſt. non ſignificat ce-
nam agni paſchalis, ſed diem feriæ ſextę. Quam feriam Iudęi ſicut inter ſe
appellabant ſextam Sabbathi, ita inter Græcos commorantes appellabant
2 Paraſceuen, & inter Latinos cenam puram. Quamobrem cena pura, † Para
ſceue, ſexta Sabbathi, feria ſexta, dies Veneris omnia ſynonyma ſunt, &
idem ſignificant. Vnde autem dies feriæ ſextæ appellatus ſit a Iudæis in-
3 ter Latinos commorantibus cena pura, mihi † non liquet. Fortaſſe dictus
eſt ita, quia in eo pure, id eſt ſimpliciter, non laute, neque opipare cena-
rent. Vel potius dictus eſt cena pura, id eſt non ſancta, neq; religioſa, neq;
ſacra; nam in die ſancto Sabbathi ſequentis cena dici poterat aliquo mo-
do ſancta: ſicut locus purus in l. 2. ff. de relig. & ſumpt. fun. dicitur ad dif-
ferentiam loci ſacri, aut ſancti, aut religioſi. Vel etiam dictus eſt ille dies a
Iudæi cena pura, quia fortaſſe ita appellabatur ab antiquis Chriſtianis,
qui cum eo die ſemper ieiunarent, vt apparet ex can. Apoſt. 68. & ex con-
ſtit. apoſt. B. Clementis Rom. lib. 5. c. 17. & lib. 7. c. 24. quæ loca ſupra cita-
uimus c. 50. nu. 19. & eſt tex. in c. de elu. & c. ieiunia. de conſ. diſtin. 3. con-
ſequenter in eo die ſolam cenam, non etiam prãdium habebant, nam vni-
ca comeſtio quę in diebus ieiuniorum fit, cena appellatur, vt late vidimus
ſupra.

ſupra,cap.36.per totum.Quare cena pura nihil aliud videtur ſignificare, niſi ſolam cenam abſque prandio,abſq; ientaculo, abſque merenda, abſq; comiſſatione,& abſque alia demum quacumque comeſtione. Quod nomē cum omnibus ieiunijs conueniret,maxime tamen ſextæ feriæ, in quā ſtrictius imperabatur ieiunium ob memoriam paſſionis Domini,ſpeciali quadam accommodatione adaptabatur. Reperi apud Feſtum mentionem cenæ puræ,in ver.Penem.his verbis.Penem antiqui codam vocabant, a qua antiquitate etiamnum oſſa porcina cum cauda in cenis puris oſſa penita vocatur . Sed adhuc quid pro cenis puris intelligat Feſtus , non aſſequor. Forte putandum eſt,Iudęorum cenas in ſextis ferijs aliquid ſimile habuiſſe cenis puris Gentilium,atque inde nomen traxiſſe.

Quidquid tamen ſit de nominis etymologia,& deriuatione, hoc conſtat, ꝙ cena pura non ſignificat aliud apud S.Auguſt. quàm diem ferię ſextæ.

4 Vnde Beda † in illud Luc.23.Et dies erat Paraſceues . Paraſceue(inquit) præparatio interpretatur, quo nomine Iudęi qui inter Græcos conuerſabantur ſextam Sabbathi,quæ nunc a nobis ſexta feria vocatur,appellabāt, quod eo videlicet die quæ in Sabbathum forent neceſſaria præpararent, iuxta quod de manna quondam erat præceptum,Sexta autem die colligetis duplum &c.qui vero inter Romanos vitam ducunt Iudęi vſitatius eum latine cenam puram cognominant.Quę verba referunt etiam Amalar.lib. 1.de eccl.off.c.13.in princ.& Rupertus abbas Tuitien.lib.6. de diui.off.c. 5.Sed vbi Beda ait,latine cenam puram cognominant,Amalarius hēt,latine cenam cognominant.

5 Et S.Irenæus † lib.5.aduerſus hæreſes,c.23.Paraſceue(ait)quæ dicitur cena pura,id eſt ſexta feria. Et rurſus lib.1.c.10. Et propter hoc(ait)Moſen in ſexta die dixiſſe hominem factum, diſpoſitionē autem in ſexta die,quæ eſt in cena pura,nouiſſimum hominem in regenerationem primi hominis appaaruiſſe.Et B.Auguſt.vel quiſquis ille ſit, in libr.quęſtionum ex nouo teſtam. in 2.editione , c.17. Quo modo probatur (inquit) quod dixit Saluator , Quia poſt tres dies , & poſt tres noctes a mortuis reſurgeret , cum vtique cena pura paſſus, illuceſcente die Domi-

6 nico,cum adhuc tenebræ eſſent, reſurrexit ? Et B.Ioan.Chryſoſt.† in ſermo.de Natiuit.S.Ioan.Baptiſtæ,circa finem. Qua enim die (inquit) conceptus eſt Dominus,eadem die & paſſus eſt . Eadem ipſa dies cena pura fuit , in qua & Luna quartadecima occurrit . Conceptus eſt enim menſe Martio,octauo Kalendarum Aprilium die. Luna quintadecima fuit . Momentiſſime propter horam paſſionis ſuæ ſuſtinebat . In quibus verbis ſatis quidem obſcuris,neminem tamen mouere debet quod dicit,In qua & Luna quartadecima occurrit.nam loquitur ibi B.Chryſoſt.non de die paſſionis,ſed de die, in qua conceptus eſt Chriſtus , quam putat ſimiliter fuiſſe

7 feriam † ſextam & Lunam decimamquartam,id eſt diem Paſchæ.ſicut ſupra in eodem ſerm.ait , Conceptus eſt ergo Dominus noſter octauo Kal. Apr.menſe Martio,qui eſt dies Paſchæ,paſſionis Domini, & conceptionis

8 eius.Dies enim Paſchæ † vtraque Luna & decimaquarta & decimaquinta appellari poteſt, vt declarauimus ſupra cap.61.num.2. Atque ad hanc interpretationem verborum B.Chryſoſt.optime facit, quod Beda in lib. de ratio.temp.cap.45.& in lib.de ratio.comp.cap.17.ait,quod annus,in quo Chriſtus incarnari dignatus eſt , fuit ſecundus annus circuli magni decēnouennalis,quem Dionyſius abbas Romanus cognomento Exiguus compoſuit,

poſuit, qui annus habet Lunam paſchalem decimamquartam octauo Kal.
April: vt ipſe Beda teſtatur, & patet in dicto cyclo decemnouennalis po-
ſito inter opera Bedæ, Tom. 1. Et ſimiliter Paulus Middelb. in 2. par. Pau-
linæ, lib. 7. cap. 2. in princ. tenet, quòd in anno Incarnationis dominicę cur
rebat littera dominicalis B. & quòd nouilunium primi menſis fuit duo-
decima die Martij. Ex quibus ſequitur, quod dies viceſimaquinta Martij,
in qua cõceptus eſt Dominus, Luna fuit decimaquarta, & feria ſexta, pro-
ut etiam ſentit B. Chryſoſt. in dicto ſermone.

Et quamuis hæc opinio tamquam falſa reprehendatur a Ioan. Lucido in
opuſc. de vero die paſſionis Chriſti, c. 12. hoc tamen parum refert; ſufficit
enim mihi oſtendere, quòd B. Chryſoſt. huius fuerit ſententiæ. Quòd ſi
quis obſtinate putet, quòd quando B. Chryſoſt. dicit, In qua & Luna quar
tadecima occurrit, loquatur de die paſſionis Chriſti; tunc dicendum erit,
vel ꝙ intelligit de Luna decimaquarta completa, & ideo ſubiungit, Luna
quintadecima fuit. ſcilicet inchoata, & currens; vel quòd lapſus fuit lin-
gua, & ideo ſtatim ſe correxit, dicendo, Luna quintadecima fuit. Sed prior
expoſitio clarior eſt, & verior, vt mihi videtur.

Igitur vt ad B. Auguſt. redeamus, nulla eſt difficultas in eius verbis. Sed eſt
tamen alter locus, qui maiorem ingerit ſcrupulum. Ipſe enim lib. 3. de cõſ.
Euang. cap. 13. in fi. tractans illa verba Ioan. 19. Erat autem Paraſceue Pa-
ſchæ, hora quaſi ſexta. & concordans illa cum alijs verbis Mar. 15. Erat au-
tem hora tertia, & crucifixerunt eum. poſt ſolutionem a ſe datam refert
aliam quamdam non nullorum ſolutionem, ita inquiens. Dicunt enim, die
quidem illo, quem dies Sabbathi ſequebatur, Paraſceuen fuiſſe Paſchæ Iu
dæorum, qui ab eodem Sabbatho iam inciperent azyma: ſed tamẽ verum
paſcha, quod iam in paſſione Domini gerebatur, non Iudæorum, ſed Chri
9 ſtianorum, cœpiſſe præparari, id eſt paraſceuen habere † ab hora noctis
nona, in eo quod Dominus a Iudæis occidendus præparabatur. paraſceuẽ
quippe interpretatur præparatio. &c. Et cum hanc ſolutionem B. Auguſti-
nus non reprehẽdat, ſed potius ſuſtinere conetur tum ibi, tum tract. 117.
in Ioan. & Beda ſuper Ioan. c. 19. ibi, Et baiulans ſibi crucem. & Glo. ordi-
nar. eod. c. ſuper dictis verbis, Erat autem Paraſceue paſchæ. & S. Anſel.
Matth. 27. ibi, Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuen. videtur verum
eſſe ex ſententia B. Auguſtini, quòd Iudæi ſuum paſcha inciperent in ve-
ſpere feriæ ſextæ poſt Chriſti crucifixionem.

Sed aduertendum eſt, quòd quidquid ſit de veritate ſupradictæ ſolutionis
datæ ad ea verba B. Ioan. Erat autem Paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta.
10 quæ certe quantum ad litteram textus, parum eſt probabilis; † nam quod
præparatio paſſionis Chriſti incœperit ab hora noctis nona, nullum habet
reale fundamentum, & gratis ad libitum videtur eſſe pronunciatum; ſu-
ſtinetur tamen a Beato Auguſtino, Beda, & alijs propter difficultatem
rei, non tamquam propria, & præcipua ſolutio, ſed vt vna cum alijs ſo-
lutionibus valeat quantum valere poteſt. Dictæ tamen ſolutioni non eſt
neceſſarium dicere, quòd paſcha Iudæorum incœperit in veſpera feriæ
ſextæ poſt paſſionem Chriſti, ſed ſufficit aſſerere, quòd præparatio veri
paſchæ Chriſtianorum incœperit ab hora noctis præcedentis nona. Et in
hoc vtcumque ſuſtinetur hæc opinio a B. Auguſtino, Beda, S. Anſelmo, &
Glo. ordinar. Illud igitur, quòd paſcha Iudæorum inciperet in veſpera

Paraſceues, ex ſuperfluo quodam modo addebatur ab ijs, qui dictam expo-
ſitionem aſſerebant; ad oſtenſionem ſcilicet differentiæ vtriuſque paſchæ,
Chriſtianorum, & Iudæorum. Quod quamuis referatur a S. Auguſt. in d.
cap. 13. lib. 3. de conſ. Euang. numquam tamen fuit ab eo approbatum, ne-
que tacite, neque expreſſe, ſed ſemel dumtaxat ſimpliciter relatum. Nos
autem non negamus, fuiſſe aliquos inter veteres, qui dicerent, Chriſtum
crucifixum Luna decimaquarta, ita quòd Iudæi in veſpere Paraſceues co-
meſturi erant agnum paſchalem, nam inter alios Teſſareſcædecatitæ hæ-
retici hoc aſſerere audebant, vt vidimus ſuperiori c. nu. 6. Sed negamus, B.
11 Auguſtinum, aut alium claſſicum † auctorem, qui nomine, aut memoria
dignus ſit, hanc opinionem ſuſtinuiſſe.
Aut ſi quis eiuſmodi oſtendatur inter veteres, hic vel ſub dubio, & alter-
natiue, vel non ex propria ſententia, vel certe valde ſingularis talem ha-
bere opinionem reperietur.
Alteram etiam ſolutionem ad dicta verba Beati Auguſtini dabimus infra,
cap. ſeq. num. 7.
12 Poſtremo ad Sanctum Anſelmum † reſpondendo dicitur in primis, quòd
totum id, quod ille habet contra nos, eſt quidem pro Græcis, in quantum
ſimpliciter dicunt, Chriſtum cenaſſe Luna decimatertia; ſed pro recentio-
ribus Latinis tranſlatoribus nihil prorſus habet; Nam ipſe ibi aſſerit, ſe di-
ligenter computatis annis ab initio mundi vſque ad paſſionem Domini,
inueniſſe in ipſo anno, quo Dominus crucifixus eſt, iuxta lunares annos,
octauo Idus Martij fuiſſe Neomeniam, & principium anni ſecundum He-
bræos; nulliuſque penitus tranſlationis mentionem faciens, putat Domi-
num duodecimo Kal. Apr. fuiſſe crucifixum, qui erat Lunæ decimuſquar-
tus, in quo paſcha a Iudæis ſecundum legem immolabatur.
Secundo aduertendum eſt, quod ſupradicta opinione eſt de directo con-
traria doctrinæ S. Anſelmi in pluribus locis, in quibus expreſſiſſime oppo-
ſitum aſſerit. Quare alterutrum dicendum videtur; Vel quòd prædicta
opinio tamquam non bona fuerit poſtea per eum correcta, & reprobata;
Vel certe dicendum eſt (quod mihi magis fit veriſimile) verba quędam ſu-
13 per d. cap. Matth. 27. nō eſſe S. Anſelmi, † ſed forte a quopiam ſciolo fuiſ-
ſe eius commentarijs inſerta; ab eo ſcilicet loco, in quo dicit, Nos vero dili-
genter computatis annis ab initio mundi. &c. Quæ verba neque profecto
Sanctum Anſelmum redolent, neque inter ſe bene cohærent. Ibi enim (vt
id aliquatenus oſtendam) diſtinguens inter paſcha Chriſtianorum & pa-
ſcha Iudęorum, & inter paraſceuen Paſchæ Chriſtianorum, & paraſceuen
paſchæ Iudæorum, & declarans cum opinione a S. Auguſtino relata, de
qua nos ſupra proxime vidimus, quòd paſcha Chriſtianorum erat immo-
14 latio Chriſti, & quòd paraſceue illius paſchæ † cœperat ab hora nona no-
ctis præcedentis, ſubiungit hæc verba, Nam Iudęorum paraſceue ante alia
die fuit. Quæ (vt mihi videntur) cum prædicta opinione ſtare non poſ-
ſunt. Nam ſi paſcha Iudæorum erat futurum poſt paſcha Chriſtianorum,
id eſt poſt Chriſtum in cruce immolatum, quo modo paraſceue paſchę Iu-
dęorum potuiſſet eſſe ante alia die, nempe ante paraſceuen Paſchæ Chri-
ſtianorum? Certe & Græci omnes, & recentiores Latini, qui tenent, Iu-
dæos celebraſſe paſcha poſt Chriſtum crucifixum, dicunt ipſum diem fe-
riæ ſextæ, in qua Chriſtus crucifixus eſt, appellari a Ioan. cap. 19. paraſce-
uen

nen Paſchæ Iudęorum , & non aliam diem ante Chriſti crucifixionem.
Quamobrem ne dum in alijs locis,ſed neque in hoc ipſo qui contra nos ci-
tatur,ſibi ipſi conſtare videtur ille auctor. Deinde quis non videt , quàm
ſint verba illa pęne puerilia,& Sancto Anſelmo indigna , (pace ipſius di-
xerim, quiſquis ſit)Nos vero diligenter computatis annis ab initio mundi
vſque ad paſſionem Domini,inuenimus in ipſo anno,quo Dominus cruci-
fixus eſt,iuxta lunares annos,octauo Idus Martij fuiſſe Neomeniam. &c.
15 Quicumque diem paſſionis Chriſti † inueſtigare nituntur , non inde ſu-
munt initium computationis,vnde mundus cępit;nam iter hoc nimis lon
gum eſt,obſcurum,anfractibus plenum,ſalebroſum,varium,in quo aucto-
res diſcordant non in vno aut altero anno,ſed in centurijs, & chiliadibus
annorum;ita vt qui a die creationis mundi exordiens deſcendere velit ad
diem paſſionis Chriſti indagandum,nihil aliud efficere videatur,niſi vel-
16 le ignotum † per ignotius declarare:contra præcepta Logicæ , aut cuiuſ-
nis alterius diſciplinæ.Sumenda eſt igitur computatio non ab initio mun-
17 di,quod nobis ignotiſſimum † eſt,ſed aliũde;& potius a noſtris annis ſur
ſum aſcendendo deueniendum eſt,quo cupimus; nam via hæc multo faci-
lior eſt,& breuior,& nobis magis nota,quàm ſuperior illa.Et quamuis hęc
ita ſe habeant , non nulli tamen hanc faciliorem viam ingreſſi , aſſumptis
etiam Dædali pennis,& filis Theſei,in ea defecerunt;& alij alio diuerten
tes conſtituerunt ſibi ſemitas multiplices,vt ſcopulos quoſdam , quos ſibi
in via occurriſſe retulerunt tranſitu difficillimos euitarent.Ex quibus ma-
gis adhuc mirandum apparet, quo modo S. Anſelmus, aut potius quiſquis
eſt auctor ille, dicat in vno verbo tam reſolute ; Nos vero diligenter com-
putatis annis ab initio mundi vſque ad paſſionem Domini , inuenimus in
ipſo anno,quo Dominus crucifixus eſt,octauo idus Martij fuiſſe Neome-
niam,& duodecimo Kal.Apr. in ipſo vernali æquinoctio fuiſſe Dominum
crucifixum cum tamẽ communiſſime aſſeratur,quòd Dominus fuerit cru-
18 cifixus † vel ſecundum vulgatam,& magis receptam antiquorum opinio-
nem octauo Kal. Apr. vel ſecundum recentiorum magis communem cal-
culationem,tertio Non.Apr.vt infra latius viſuri ſumus c.73.& ſeq.Et con
19 ſtet,æquinoctium † vernum duodecimo Kal.Apr.a Patribus Nicænæ ſy-
nodi inuentum & conſtitutum,tempore Chriſti non ibi,ſed aliquanto tar
dius,& vt communiter ferebatur octauo aut nono Kal.Apr.extitiſſe . De
qua re fuſe inferius tractaturi ſumus c.75.& ſeqq.
20 Verum quidquid ſit de reliquis , dico S.Anſel.† (accedendo propius ad
punctum quæſtionis noſtrę) manifeſtiſſime huius fuiſſe ſententiæ , quod
Chriſtus celebrauerit paſcha Luna decimaquarta ſecundũ legem,quando
a ceteris Iudæis omnibus ſimiliter celebrabatur; & quòd fuerit crucifixus
Luna quintadecima in die ſollemni paſchæ. Quod apparet tum ex eiſdem
commentarijs ſuper Matthæum , tum ex alijs eius operibus . Et licet nos
ſupra alibi ſententiam ipſius declarauerimus teſtimonijs quibuſdam ad-
ductis , hic tamen plenius recolenda eſt,ne obſtet nobis auctoritas in con
trarium allegata .
Ipſe igitur in primis ſuper Matth.cap.21.in princ. tenet cum B.Chryſoſto.
21 Chriſtum ingreſſum fuiſſe ſollemniter cum palmis in Hieruſalem † die
decima Lunæ, vt adimpleretur quod præfiguratum erat in lege Exho.12.
Decima die menſis huius tollat vnuſquiſque agnum per familias , & do-

Digitized by Google

moſ ſuas. At ingreſſus ille fuit die Dominica, vt manifeſtiſſimum eſt ex ec-
cleſiæ traditione, nemine contradicente, ergo ſequitur, quòd feria ſexta,
in qua Chriſtus fuit crucifixus, Luna erat quintadecima ſecundum legem,
& non quartadecima.
Rurſus ſuper Matth. cap. 26. ibi, Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet. Intel-
ligi poteſt (inquit) hæc in die Martis dixiſſe, vt poſt biduum, id eſt in die
Iouis paſcha celebrandum eſſet. Paſcha vocatur dies, in quo immolabatur
agnus. Et infra. Septem dies qui poſt diem paſchæ ſequebantur, vocaban-
tur azyma, quia in his, azymis panibus Iudæi vtebantur agentes in eis ma
ximam ſollemnitatem.
22 Sed Euangeliſtæ indifferenter & diem azymorum † pro paſcha ponere
ſolent. Dicit enim Marcus, Erat autem paſcha, & azyma poſt biduum. Di-
cit Lucas, Dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha. Item Ioannes cum lo
queretur de die in qua crucifixus eſt Chriſtus, ait, Ipſi non introierunt in
prætorium, ne contaminarentur, ſed manducarent Paſcha. Quod ideo fa-
ciunt, quia & paſchæ dies in azymis panibus eſt celebrari præceptus.
Præterea ſuper idem c. 26. ibi, Prima aũt die azymorum. habet hęc verba.
Primum diem azymorum vocat quartumdecimum diem primi menſis, qñ
fermento abiecto immolare, id eſt agnum occidere ad veſperum ſolebant.
Qui licet die ſequenti, hoc eſt quintadecima Luna ſit crucifixus, hac tamẽ
nocte, qua agnus immolabatur, & carnis, ſanguiniſque ſui myſteria cele-
branda tradidit Diſcipulis, & a Iudæis tentus & ligatus ipſius immola-
tionis, hoc eſt ſuæ paſſionis ſacrauit exordium.
Item lib. 2. de Imag. mundi, c. 17. declarans æquinoctia, & ſolſtitia. Verna-
23 le (inquit) æquinoctium † non octauo, ſed duodecimo Kal. Apr. habendũ
lex, & euangelium clamat, vt horologij manifeſte inſpectio probat. Secun
24 dum enim legem non licuit paſcha † ante æquinoctium celebrari. Qui
autem euangelium diligenter legerit, Dominum non octauo, ſed decimo
Kal. Apr. paſſum videbit. Si ergo octauo Kal. Apr. eſt æquinoctium, tunc
Dominus contra legem paſcha ante æquinoctium celebrauit, qui legem
non ſoluere, ſed implere venit. Sed & Iudæi contra patrium morem geſſe-
runt, quia paſcha in inconuenienti termino egerunt. Verumtamen cum
horum neutrum fuerit, tranſacto duodecimo Kal. Apr. æquinoctio Domi-
nus ſolito more paſcha cum Iudæis vndecimo Kal. Apr. celebrauit: paſcha-
li die, quod erat decimo Kal. Apr. ſuo ſanguine nos redemit: octauo Kal.
reſurrexit. Hęc ibi S. Anſel. Quæ ſi bene aduertantur, inuenientur per dia
metrum oppoſita ijs, quæ habentur ſuper Matth. d. cap. 27. Hic enim ait,
Dominum ſolito more cum Iudæis; ibi ait, ante Iudęos paſcha celebraſſe.
Hic inquit, Dominum in celebrando paſcha ſeruaſſe legem, qui legem nõ
ſoluere, ſed implere venit; ibi inquit, per vnum diem anticipaſſe legem pa
ſchæ. ſubdens, quòd Chriſtus non fuit ſub lege. Hic dicit, Dominum fuiſſe
crucifixum decimo Kal. Apr. poſt æquinoctium; ibi dicit, duodecimo Kal.
Apr. in ipſo æquinoctio. Hic ait in die Paſchali, Luna videlicet decimaquin
ta ſuo ſanguine nos redemiſſe; Ibi ait, Luna quartadecima ante paſcha.
Quare vt ſemel finem faciamus, concludendum eſt, quòd ſententia S. An-
ſelmi diuerſiſſima eſt ab ea, quæ contra nos, & cõtra communiſſimam San
ctorum, & antiquorum, & Latinorum omnium opinionem affertur.
Addo hic, quidẽ S. Anſelmus in epiſt. de fermentato & azymo, ex profeſſo
deſcendit

Digitized by Google

25 defendit contra Græcos, Chriſtum corpus ſuum † in vltima cena, quando Paſcha cum Diſcipulis celebrauit, in azymo ; & non in fermentato conſecraſſe. Ex quo mirum videri poſſet, ſi Græcis ſibi exoſis, quos acerrime reprehendebat, voluiſſet fauere in hac opinione de die Paſchæ, cum ex ea non paruũ inferatur prę iudicium dictę quæſtioni de azymo & fermẽtato. Teneo itaque opinionem Sancti Anſelmi eam, quam ex doctrina ipſius, & multis locis conſtat, S. Anſelmi eſſe, Chriſtum ſcilicet cenaſſe Luna decimaquarta, & in die ſollemni paſchæ quintadecima Luna fuiſſe crucifixum poſt paſcha a ſe & a Iudæis in præcedenti veſpera celebratum. Alteram vero opinionem huic contrariam, tamquam S. Anſelmi non legitimã, ſed ſpuriam & ſuppoſititiam, atque obelo confodiendam reijcio, & nullã ratione admitto.

DE DILATIONE PASCHAE FACTA a Iudæis in occiſſione Chriſti. Cap. LXIX.

1 *Iudæi intenti in occiſionem Chriſti, in ſequentem diem comeſtionem Paſchę diſtulerunt. Quod probatur ex B. Chryſoſtomo. nu. 2. Ex Theophylacto. nu. 3. Ex Gennadio Scholario. nu. 4. Ex Euſebio. nu. 5. Ex S. Auguſt. nu. 6. & 7. Ex Cyrillo Alex. num. 8. Non eſt autem hoc intelligendum de omnibus Iudæis, ſed de ijs, qui in occiſione Chriſti occupati erant. num. 9. Qui ob id tota nocte vigilauerunt. num. 10. Vt colligitur ex B. Leo. num. 11. Ex Beda, & alijs. num. 12.*

13 *Euangeliſtæ omnia nobis minutatim deſcripſerunt.*

14 *Populi, & turbæ mutatio in paſſione Chriſti ex fermentatione Scribarum, & Phariſæorum facta eſt.*

IAm deuentum eſt per gratiam Dei ad quintum argumentum principale Aduerſariorum, quod de induſtria vltimo loco reſeruauimus, quia cum in eo maximam vim faciant recentiores Latini, & putent, nullum bonum reſponſum ad illud adhiberi poſſe, videamus, an iam recte ſolutis reliquis omnibus contrarijs, & in Aduerſarios retortis, in vno hoc duntaxat verbo tota nunc noſtra, & Latinorum cauſſa ſit peritura.

Quintum igitur & poſtremum argumentum ſit illud deſumptum ex Ioan. cap. 18. ibi, Erat autem mane, & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. In quibus verbis clariſſime apparet, quòd Iudæi in eo die quo crucifixus eſt Dominus manducaturi erant paſcha, id eſt agnum paſchalem. Neceſſario igitur alterutrum dicendum vñ; Vel quod ſimpliciter erat tunc Luna decimaquarta, & ſic ſequetur; Chriſtum cenaſſe Luna decimatertia, quemadmodum Græci ſentiunt; Vel quòd erat Luna decimaquarta ſecundum computationem Iudæorum, licet ſecundum legitimam computationem eſſet decimaquinta, & ſic verum erit, quod recentiores Latini volunt. Ad hoc argumentum poſſet quiſpiam forte reſpondere in primis, quòd Paſchæ ſollemnitas apud Iudæos poſt Babylonicam captiuitatem duplicabatur, ita quòd duobus continuis diebus, feria ſcilicet quinta, & ſexta ꝙ illo anno paſſionis Chri-

ſti, agni paſchalis immolatio facta fuerit, quemadmodum ex ſententia Pauli Middelburg. colligi poteſt, quam vidimus ſupra c.50. nu.8. & ſeq. Et ſiquidem auctor ille feſtorum huiuſmodi duplicationes ad ſoluendam huius argumenti difficultatem adduxiſſet, quis ingeniũ eius non probaret? quis eum laude digniſſimum non diceret? Verum quoniam alio quodam modo dierum duplicationes finxit minime veriſimili, & ad aliud quiddã probandum maxime improbabile; quæ omnia nos ſuperius c.59. nu.8. & ſeqq. reijcere, & vndique confutare coacti fuimus; Iccirco nunc ad eaſdem duplicationes non confugiemus, ne videamur armis ab illo inuentis velle contra ipſum dimicare; quamuis profecto ſi eis vteremur, non adeo quidẽ male, nec quaſi aerem tantum verberãtes, ſed multo certius ferire, ac proximius ſcopum attingere videri poſſemus.

Omiſſis igitur dierum feſtorum duplicationibus, ad propoſitum ego argumentum tres adhibebo ſolutiones. Et primum quidem conabor ſuſtinere duas traditas a non nullis ex Patribus præſertim a Doct. Latinis. Deinde tertio loco aliam ipſe afferam reſponſionem, quam reperi tactam ab Abulen. quæ omnium certe (ni fallor) commodiſſima erit, & facilis.

1 Primo igitur loco reſpondetur, quod Iudæi † intenti & occupati in occiſionem Chriſti, non potuerunt comedere agnum paſchalem in veſpera præcedenti feriæ quintæ, quemadmodum ex lege, & ex conſuetudine tenebantur, & iccirco in ſubſequentem diem Paraſceues comeſtionem paſchæ diſtulerunt.

2 Quam ſolutionem ſequitur B. Chryſoſt. † homil. 85. in Matth. ſuper illud cap. 26. At illi tenẽtes Ieſum duxerunt ad Caypham principem Sacerdotum, vbi Scribę, & Seniores conuenerant. Quo in loco ita loquitur. Cur autem ipſum eo duxerunt? Ibi omnes erant congregati, & omni conſilio Pontificum res gerebatur; iccirco ad eum omnes conueniunt, qui illo anno ſummum pontificium obtinebat; vbi pernoctarunt vigilantes, adeo vt Paſcha ea nocte comedere neglexerint. Mane autem facto nõ introierunt in prætorium, vt Ioannes inquit, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha. Vnde liquido apparet, cupiditate interficiendi Chriſtum præuaricatos fuiſſe, ac alia die paſcha comediſſe. Non n. Chriſtus, ſed illi audaciſſimi homines, & mille tranſgredientes legis præcepta quoniam ira inflammati erant, & ſępe conati capere ipſum, nihil facere potuerunt, ex inſperato nacti quod cupiebant, tẽpus paſchæ tranſpoſuerunt, vt ardentes cęde animos eorum explerent: propterea congregantur omnes, & conſilium iam peſtilens erat.

3 Theophyl. † etiam ſequens fere in omnibus B. Chryſoſtomi veſtigia, in eumdem locum, ſuper illis verbis, Principes autem Sacerdotum, & Seniores, & totum conſilium quęrebant falſum teſtimonium. Ad Caypham (inquit) ducunt eum, nam ille erat pontifex anni illius, vbi & reliqui pernoctabant non comedentes tunc paſcha, ſed exſpectantes, vt occiderent Dominum. Ita præuaricabantur legem. Dominus enim ipſe legitime comederat. Illi vero contemnunt legem, modo occidant Chriſtum.

4 Similiter Gennadius Scholarius † in defenſione quinque capitum concilij Florentini, c.2. ſect.6. ſequitur hanc B. Chryſoſtomi expoſitionem.

5 Eamdem etiam ſententiam ſequitur Euſebius † citatus apud B. Thom. in Catena, ſuper illud Luc. 22. Venit autem dies azymorum. Vbi ita inquit.

Si

Digitized by Google

Si quis autem dicat, Si prima azymorum Diſcipuli ſaluatori parāt Paſcha, ergo & eadem die oportet nos Paſcha celebrare. Dicemus, hoc non fuiſſe monitionem, ſed hiſtoriā facti, quod accidit tempore ſalutiferæ paſſionis. Aliud autem eſt narrare geſta vetera, & aliud ſancire, ac poſteris ſtatuta relinquere. Quin etiam Saluator non egit paſcha cūm Iudæis, quando agnū immolabant; Nam illi quidem hoc egerunt in paraſceue, quando paſſus eſt Dominus, vnde non introierunt in atrium Pilati, vt manducarent Paſcha: ex quo enim veritati inſidiati ſunt, verbum veritatis a ſe expulerunt, non primo die azymorū, quo die debebat immolari paſcha, manducantes ſolitū ſibi paſcha, erant enim erga aliud intenti, ſed die poſt illum ſequenti, quæ erat azymorum ſecunda. Dominus vero prima die azymorum, hoc eſt quinta feria Sabbathi, Paſcha cum Diſcipulis peregit.

6 Sanctus etiam Auguſt.† huius ſententiæ videtur fuiſſe in lib. quæſt. veteris, & noui teſt. vel quiſquis auctor fuerit illius libri, c. 94. in prima edit. Vbi ita ait, Tradito Saluatore, & illuceſcente Paraſceue omnes principes ſacerdotū, & ſcribæ, & ſeniores conuenerunt in domum Cayphæ pontificis, quo perducendum ſciebant eſſe Ieſum, vt audirent eum. Hoc Matthæus, & Marcus euangeliſtæ teſtantur. Et nullum ex his ante perfectum impium opus a domo Præſidis abſceſſiſſe, quippe cum omnis inſtantia eorum & deuotio ad agendum Paſcha, mors eſſet Saluatoris. Occupatis ergo eis ad necem Domini a mane vſque ad horam nonam, quo modo Iudas eis retuliſſe pretium ſanguinis quod acceperat, ante crucem Domini probatur, & dixiſſe illis in templo, peccaui quod tradiderim ſanguinem iuſtum, cum conſtet vtique, omnes principes, & ſeniores ante paſſionem Domini non fuiſſe in templo? quippe cum etiam in cruce poſito inſultarent ei. Et infra. Sed & poſt nonam horam occupati erant, ſicut æſtimo, ſeniores, & principes ſacerdotum. Veſpere enim eadem die paſcha acturi erant. Et cap. 55. eod. lib. Quid cauſſæ (inquit) fuit, vt illo tempore crucifigi ſe permitteret Dominus, quo octauo Kal. Apr. Paſcha acturi erant Iudæi?

7 Eodem etiā modo interpretari poteſt alia auctoritas B. Auguſtini † de qua egimus ſupra ca. præced. num. 9. & ſeqq. Vbi ex quorumdam ſententia ait, Paſcha Iudæorum incœpiſſe in veſpera Paraſceues poſt Chriſti crucifixionem, nam intelligi id poteſt, non ex lege Dei, aut ex conſuetudine transferendi Paſcha a feria ſexta in Sabbathum, ſed ex præuaricatione, & ex trāſlatione ſingulariter illo anno facta propter occiſionem Chriſti.

8 Immo & B. Cyrillum Alex.† eiuſdem ſententiæ fuiſſe exiſtimo, dū lib. 12. in Io. c. 2. exponens dicta verba, Et ipſi non introierunt in prætoriū. dicit, quod Iudæi, quia paſcha iam celebraturi erant, ne cæde hominis ipſi macularentur, ad alium Chriſtum adducunt. Et infra. Vt agnum comederent, qui nihil aliud quām Chriſti myſterium figurabat, cauent, ne inquinentur, in ipſam autem veritatem inſaniunt.

9 Intelligendum eſt autem, quod non omnes Iudęi† Paſcha diſtulerunt māducandum in ſequentem diem, nam communiter populus comederat agnū paſchalem in veſpera feriæ quintæ, Lunæ decimæquartæ, ſed principaliores dumtaxat ex Iudæis qui toti inſiſtebant in necem Chriſti, & numquam ea nocte quieuerunt, aut tempus arripere potuerunt ad celebrandum Paſcha, hi diſtulerunt Paſcha in ſequentem diem. Hi enim erant, qui ſummo mane duxerunt Ieſum vinctum ad Pilatum, & non introierunt in prætorium,

rium,ne contaminarentur,vt inquit B.Ioannes.

10 Et certe ſi quis recte conſideret actiones,& ſollicitudinē eorum † in mortem Chriſti, mirum erit,ſi illis tantum temporis relictum fuiſſe iudicet,vt Paſchæ celebrationi vacare potuerint.Neceſſe enim erat, vt in veſpera feriæ quintæ manerent congregati exſpectantes Iudæ proditoris aduentū, quem fortaſſe citius,fortaſſe tardius venturum dubitabant:Neceſſe etiam erat,vt Pręſidis Tribunum,& militum cohortem procurarent, ac omnia parata haberent,quæ ad comprehenſionem Ieſu opportune requiri exiſtimabant.Miſſo deinde proditore cum cohorte, & miniſtris ad comprehendendum Dominū,quis dicat,eos abiiſſe domum ad manducandum, & nō potius maximo deſiderio rei euentum exſpectaſſe?& forte etiam quoſdam ex ěis ſocios ſe prębuiſſe militibus,vt innuere videtur Lucas cap.22? Mattheus quidem,& Marcus aſſerunt,quòd milites tenentes Ieſum duxerunt àd Caypham principem Sacerdotum,vbi omnes Sacerdotes, & Scribæ, & Seniores conuenerant.Et ne putes,tunc primum eos conueniſſe, cū Chri-

11 ſtus captus eſt,audi B.Leonem magnum † in ſerm. 7. de paſſione Domini, qui eos iam congregatos dum Chriſtus cenaret,indicat his verbis.Diſcumbentibus enim ſecum Diſcipulis ad edendā myſticā cenam, cū in Caiphæ atrio tractaretur,quo modo Chriſtus poſſet occidi,ille corporis & sāguinis ſui ordinans ſacramentum,docebat,qualis Deo hoſtia deberet offerri.Adducto demum ad eos Ieſu,quantis ſe laboribus dederunt, & occupationibus canes illi, in examinando,in quærendo teſtimonia, in conſultando,ne quo pacto Chriſtus elaberetur,aut ipſi cupita eius nece fraudarentur?Profecto exiſtimo,noctem illam eos duxiſſe inſomnem, & nūquam quieuiſſe loco,quouſque ſummo ſtatim mane ad funeſtum tribunal Ieſum traherent, & corā Præſide Pilato vinctum,ac morti deſtinatū,cruci abſque mora vlla adiudicandū ſiſterent.Vnde Euthymius ſuper Matth.c.27. in princ.citans dicti Ioannis verba,Et ipſi non introierunt in prætoriū. Per totam enim (inquit)noctem examinauerāt eū,& nunc transferebant. Et Beda in illud Mar.15.Et confeſtim mane conſilium facientes.& ibidem Haymo in hom. feriæ tertiæ poſt Domin.Palm.& S.Anſel.ſuper Matth.d.capi.27.in princ.

12 Cerne(aiunt)ſollicitudinem ſacerdotum in malum:tota nocte † vigilauerunt,vt homicidium facerent.

13 Sacri quidem Euangeliſtæ † non omnia nobis minutatim deſcripſerūt,quę in ea nocte a Iudæis circa Domini paſſionē geſta ſunt;ſed ſi quis mentem adhibere voluerit iis,quæ narrantur,facile ex vno in aliud poterit peruenire,& aliqua ex parte cognoſcere, quanta pro nobis ſuſtinuerit dominus Ieſus a perfidis illis,& in malum ſollicitis Iudęis,non ſolum in corpore,ſed etiā maxime in honore,& in fama ſua.Equidem ita cogito;Iudæos poſtquā Chriſtū vidiſſent captū,funibus & catenis ligatum,& aliqua eum interrogaſſent,ad quæ vel nihil,vel parum omnino,& modeſtiſſime reſpondiſſet, tunc bono eſſe ănimo incœpiſſe,& quaſi præ lætitia geſtientes, huiuſcemodi eos ad alterutrum dixiſſe verba.

Bene iā res noſtrę habent.Cecidit tandē in laqueum prę da.Et quinam poterat diutius manus noſtras euadere?Neſciebat miſer,quos laceſſebat. Verū nobis nō eſt hic modo ſiſtendū.Ad reliqua properandū eſt. Si tota hæc nox peruigilio,& ieiunio trāſigēda ſit,ſuſtinere debemus; Dabit enim hic paruus labor epulas nobis,& ſomnos poſtea dulciſſimos. Oportet, aliquos

ex nobis teſtes quamplurimos colligere, qui blaſphemias ex ore ipſius auditas Pilato referant; Aliquos hic euigilare cum militibus, & miniſtris, ne forte blanditijs ipſius, aut verbis decepti, eum ſolui permitterent, & incaute cuſtodirent: Aliquos rurſus per ciuitatem diſcurrere, & multos alloqui ex popul[illegible]ribus, ne turbæ cum primum factum reſciuerint, in ſeditionem verſæ, vi eripiant eum.

Euangelia certe nobis inſinuant, multos falſos teſtes acceſſiſſe; & turbas, quę Chriſtum ſequi conſueuerant, & quæ paulo ante decantauerant ei,
Oſanna filio Dauid, Benedictus qui venit rex in nomine Domini, Oſanna
14 in excelſis. tunc e contrario conclamaſſe, † Tolle, tolle, crucifige eum. Vn-
de autem tanta mutatio in populo, niſi ex fermentatione Scribarum, & Phariſæorum miniſtrorum Diaboli? Et cum in primis noctis partibus quãdo captus eſt Dominus, reperiantur ſtatim in domo Principis Sacerdotum multi falſi teſtes præparati; cumque etiam ſummo mane diei Paraſceues inueniantur turbæ iam perſuaſæ & ſeductæ, quid aliud cogitare poſſumus, niſi non nullos ex ſacerdotibus & ſcribis & phariſæis omni cura & cenæ, & ſomni poſtpoſita, tota nocte circuiſſe, & oſtiatim modo hunc, modo illũ conuenientes, animos popularium in ſententiam, quam volebant facile deflexiſſe? Puto autem eos vnumquemque adortos, vel ſequentibus, vel ſimilibus prope verbis (niſi moleſtum ſit audire) ſic compellaſſe.

DE DILATIONE PASCHAE FACTA a Iudæis in occiſione Chriſti. Cap. L X X.

1 *Iudæi intenti in occiſionem Chriſti in ſequentem diem comeſtionem Paſchæ diſtulerunt. & num. 6. Et ob id tota nocte vigilauerunt nihil comedentes. num. 2. Facile enim poterant ſcipſos in hac re diſpenſare. num. 9.*

3 *Tenebræ & fragor in diuinis officijs tridui maioris hebdomadæ furorem & tumultum Iudæorum in paſſione Chriſti repræſentant.*

4 *Populi, & turbæ mutatio contra Chriſtum in eius paſſione ex ſuggeſtione ſcribarum & phariſæorum orta eſt. & num. 5.*

7 *Iudæi cum mortem alicuius ſitiebant, deuouebant, ſe non manducaturos, donec eum interficerent.*

8 *Iudæorum ſacerdotes habebant claues ſcientiæ & iuriſdictionis, non quidem quales habent ſacerdotes nouæ legis ad introductionem in cæleſtia, ſed tantum circa figuralia illius ſtatus, & ad introitum in tabernaculum terrenum.*

10 *Effectus maior maiorem cauſſam requirit, & minor minorem.*

11 *Legem ferre communem & vniuerſalem eſt quid maius quam diſpenſare aliquem in vno caſu particulari.*

12 *Rei, aut perſonæ diſpoſitio ad diſpoſitionem temporis trahi poteſt; Nam valet argumentum a re ad tempus, & a perſona ad tempus.*

13 *Veſpera præcedentis diei cum ſequenti mane coniungitur, & ad eumdem*

diem

diem pertinet, præſertim ſi continuato ieiunio a veſpera procedatur ad mane.

14 *Dies apud Iudæos in celebrandis feſtiuitatibus a veſpera in veſperam procedebant.*

Matth.11.c.19. NEſcis tu (aiebant infelices illi) qui hac contigerit nocte? Captus eſt potator vini, & amicus ille publicanorum, qui populũ Dei ſeducere nũ-
Io.7.b.12. quam ceſſabat. Sæpius quidem nos doluimus ſimplicium turbarum vices, & deceptionis illarum miſerebamur, voluimuſque ex zelo legis Dei, atque ex caritate, vt par erat, aliquod remedium rebus afferre, verum neſcimus, quibus technis, aut fraudibus ita omnes homines dementaret impoſtor ille, vt cunctos ſemper conatus noſtros irritos reddiderit, atque inanes. Sed iam gratiæ Deo, qui proſpexit de excelſo ſancto ſuo, & exaudiuit tandem orationes noſtras. Deus bone quanta eſt in hominibus cæcitas & inſipien-
Pſ. 101.c.20. tia. Sequebantur omnes hunc blaſphemum, & deceptorem, quẽ nec aſpectu quidem dignari debuiſſent. Tu quoque ſi vera fateri velis, poſſes blaſphemiarum eius eſſe teſtis. Nonne Sabbathũ millies violauit? Nonne Moyſen & præcepta eius floccipendebat? Nonne Abrahamum præ ſe nihili ducebat? Nonne Deum ſe eſſe iactabat? Tot, & tam grauia ſunt eius delicta, vt præ verecundia & numero dici non debeant, neque poſſint. Vidiſti ſæ-
Io. 8.a.2. penumero tu etiam (puto) quanta auctoritate ſedens docebat in templo;
Io.2.c.15. quãta arrogãtia facto flagello, quæ ad cultũ Dei pertinebãt eijcere, & omnia ſubuertere auſus eſt; quanta demũ temeritate nos omnes & tacite vellicabat, & aperte redarguebat, qui tamen ſumus a Deo ſuper populum cõ-
Matth.23 a.2. ſtituti, & noſtrum eſt ſedere ſuper cathedram Moyſi, ac legis præcepta diuinæ explicare. At velles nunc mutatis vicibus eum inſpicere. Stat reus facie obducta, ſqualida; præ pudore ne hiſcere quidem audet; nihil reſpõdet ad ea quæ obijciuntur.

Miracula, & prodigia, quæ facere videbatur, ha ha he verſa ſunt in fumũ; præſtigia erant, & dæmonum illuſiones, quas vinctus modo catenis, & mi-
Act.1.c. niſtrorum iuſtitię manibus traditus, exercendi non habet poteſtatẽ. Quid quæris aliud clarius, aut notabilius? Vnus ex duodecim diſcipulis eius intimis, & familiariſſimis vltro ipſe ſe obtulit nobis, & caute explorãs tempus & locum, dux fuit eorum qui comprehenderunt eum. Conſidera nunc obſecro iuſtitiam Dei. Hic qui Sabbathum ſanctum, & ſollemnitates Dei non reuerebatur, in hac ſacra Paſchæ ſollemnitate finem accipiet delinquendi, & meritas luet peccatorum pœnas. Hic qui regnum noſtrum quale quale eſt ad alienigenas transferendum minabatur, manibus alienigenarum pereat neceſſe eſt. Hic qui nos omnes, & gentem noſtram, & filios noſtros in maximum poſuit diſcrimen, omnium noſtrum vocibus, & clamore crucifigendum oportet. Ne putes, nugas eſſe quæ dicimus, aut res nullius momẽti. Quid cenſes Præſidem & Romanos milites ſubmurmuraſſe de nobis,
Ioã.11.a. cum acclamationes totius populi in eum tamquam in regem, & tantã honoris exhibitionem cernerent? Vos neſcitis quidquam nec cogitatis: at nos qui ſecretiora penetramus, & vẽtura proſpicimus, captiuitatem, & vltimũ gentis noſtræ exterminium in promptu paratum ſentiebamus. Poſſemus quidem & nos conniuere cum ceteris, & omnia diſſimulare. Quid enim noſtra intereſt plus quàm veſtra? Sed zelus legis Dei, & ſalus fratrum no-

ſtrorum

Digitized by Google

ſtrorum nos dormitare non ſinit. Ecce nos pro vobis & vigiles & ieiuni la-
1 boramus, & licet vobiſcum vna hac nocte † cum hilaritate manducare Pa-
ſcha debuiſſemus, ex magna tamē cauſſa diſpenſati differre coacti fuimus
in craſtinum, quia non putamus acceptum fore Deo ſacrificium noſtrum,
niſi prius hac peſte ciuitatem & populum expurgemus. Contenti ſumus
pro vobis & inediam & vigiliam pati; facite (quæſumus) vt vos quoque be-
neficia tanta agnoſcentes non ſinatis nos operam & oleum perdere, ſed
ſtudijs veſtris quantum in vobis eſt, & quantum valetis, opus hoc noſtrũ,
& Domini promoueatis. Si quem videritis deceptum, aut mala opinione
perſuaſum, vos qui certiores iam facti eſtis, huiuſmodi inſtruite, & ab erro- Gal.6.a.1
re reuocate. Credite nobis, non eſt ſub cælo homo, qui pluribus & maiori-
bus peccatis ſit onuſtus, quàm hic ſeductor. Hora eſt iam, vt omnium red-
dat rationem, & moriatur pro omnibus. Nos Sacerdotes, & Scribę, & Pha-
riſæi, & Seniores, ad quos omne de iure iudicium ſpectat, rebus bene viſis
& examinatis ſententiam in eum vltimi ſupplicij, nemine nemine prorſus
diſcrepante protulimus. Vos quoque ſtatim atque eum conſpexeritis,
dicetis mille ſupplicijs, mille mortibus dignum. Cras mane diluculo ſi-
ſtendus eſt ante Pręſidem; Ibi oportet, vos omnes adeſſe, & oſtendere Pre-
ſidi non conſenſiſſe vos criminibus eius, & deceptionibus, neque ſocios eſ-
ſe machinationum eius. Quòd ſi vultis domino Deo noſtro, & Moyſi, &
legi, & ſacratiſſimi Paſchæ feſtiuitati rem acceptiſſimam facere ſuper om-
ne holocauſtum & oblationem, & effici nobiſcum participes magnorum
bonorum; vociferate omnes, Crucifige, crucifige. Alioquin cauete vobis, &
filijs, & rebus veſtris, ne forte in peccatis eius inuoluamini, & miſere cum
illo detrimentum ſuſtineatis. Væ multis, væ væ. Scimus quid loquimur.
Voluimus hæc pauca ex caritate, exonerantes conſcientiam noſtram, pro-
teſtari.
His ſimilibus, & multo etiam peioribus mendacijs vnumquemque ſollici- Luc.22.f.
tatũ fuiſſe tota ea nocte veriſimile eſt Sacerdotes illos & Phariſæos filios 53.
2 Satanæ, atque ita per ſingulos diſcurriſſe vt numquam ſibi requiem † ne-
que in cibo, neque in ſomno dederint, quouſque opus quod moliebantur,
perfectum viderent. Illa enim erat (quemadmodum dixerat eis Dominus)
hora ſua, & poteſtas tenebrarum. Et Hieremias de eiſdem locutus intelli-
gi poteſt quando ait in Threnis ca. 2. Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes
inimici tui: ſibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt, Deuorabi-
mus. En iſta eſt dies, quam exſpectabamus; inuenimus, vidimus. Proinde
& Eccleſia ſancta in diuinis officijs tridui maioris hebdomadæ ſolet no-
3 bis & tenebris & fragore † repræſentare minas, tumultũ, furorem, oblocu-
tiones, & conſpirationes Iudæorum contra Dominum. De quibus Prophe-
ta Dauid pluribus in locis prædixit multa. Sed ſpecialiter in pſal. 40. Ad-
uerſum me (ait) ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant
mala mihi: Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me. Et pſal. 108.
Deus laudem meã ne tacueris, quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me a-
pertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij cir-
cumdederunt me, & expugnauerunt me gratis. Pro eo vt me diligerẽt, de-
trahebant mihi: ego autem orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro
bonis, & odiũ pro dilectione mea. In pſal. etiam 21. Circumdederunt me
vituli multi, tauri pingues obſederunt me. Aperuerunt ſuper me os ſuum,

ſicut.

Digitized by Google

ſicut leo rapiens & rugiens. Et infrà. Quoniam circumdederunt me canes multi, conſilium malignantium obſedit me.

Super quibus verbis Euſebius Cæſar. lib. 10. demonſtr. euang. c. vlt. Canes autem (inquit) erant qui illum circumdederant, & conuentus malignantium, ipſi ad circumciſionem pertinentes magiſtratus Iudæorum, & Scribæ, & principes ſacerdotum, & Phariſæi; qui etiam vniuerſam multitudi-
4 nem † compulerunt, vt ſanguinem illius & aduerſum ſeipſos, & aduerſum filios ſuos peterent. Proinde Iſaias plane illos canes vocat, dum dicit, Om-
Iſa. 56. d. 10. nes canes ſtupidi, qui nequeunt latrare. Cum enim eos oporteret, tametſi paſtorum morem non ſuſceperant, attamen bonorum canum inſtar, Domini ſui rationalem gregem, atque oues domus Iſrael cuſtodientes, docte ac prudenter latrare, Dominumque ſuum, ac paſtorum principem demulcere, atque agnoſcere, omnique cuſtodia creditum ſibi gregem conſeruare; latrare autem ſi forte acerbius vellent, cõtra eos id facere, qui extrinſecus gregi inſidiarentur, ipſi contra canum ſtupidorum, neque vera inſanientiũ inſtar, latratus ſuos emiſerunt, & oues paſtoris efferarunt: vt merito conueniat eis illud, Circumdederunt me canes multi, conſilium malignantiũ obſedit me. Hæc Euſebius. Et S. Iſid. in eamdem ſententiam in lib. de Natiuit. Domini, Paſſione, &c. ca. 20. Canũ autem (inquit) nomen in Iudæos, eſt etiam per Prophetam alterum conſtitutum. in Eſaia enim ſcriptũ eſt: Omnes canes cæci neſcientes latrare. Canũ enim mos eſt (vt ait noſter Hi-
Iſa. 56. d. 10. larius) paſtorem adludere, gregem noſſe, inſidiantes feras perſequi. At vero iſti cæci Canes paſtorem ſuum non videntes; officium non intelligentes, latratus ſuos a feris ad gregem a furiſius ad Dominum retorſerunt.

Et S. Cyrillus Alex. lib. 12. in Io. c. 17. ſuper illis verbis c. 19. Cum ergo, vidiſſent eum Pontifices & miniſtri ſcilicet. Quando enim, inquit, viderunt ipſum Pontifices & miniſtri, clamarũt, Crucifige, crucifige eum. Nã cum multitudo aliquo modo his factis ſuperbeſceret, recordati forſan miraculorum illius, ipſi primum exclamant, & vulgus incendunt. Vere igitur de ipſis Propheta prædixit, Quia Paſtores ſtulti egerunt, Dominum enim non quæſierunt. Propterea nõ intellexit vniuerſus grex, & diſſipati ſunt. Nam quoniam grex, id eſt multitudo, non modo ad cognoſcendum Chriſtum a Principibus non fuit deducta, imo etiam ad cędem eius inflammata, propterea lapſa in baratrum perijt.

Et Ruper. Abb. Tuitien. li. 3. in Oſe. & lib. 13. in Io. ſuper illud c. 18. Et ipſi non introierunt in prætorium. declarans verba Oſe. c. 7. Omnes adulterãtes quaſi clibanus ſuccenſus a coquente; quieuit paululum ciuitas a commiſtione fermenti, donec fermẽtaretur totum. Quinam ſunt, inquit, adulterantes iſtis nequiores, vel ardentiores, quorum cor quaſi clibanus reuera a coquente Diabolo ſuccenſus eſt? Paulum quieuerant a cõmiſtione fermenti nequitiæ, & malitiæ ſuæ, donec fermentaretur totum, quia videlicet ab illo die, quo cogitauerant interficere eum dicẽtes, Ne forte veniãt Romani, & tollant noſtrum locum, & gentem. tamdiu quieuerant, donec
Io. 11. f. 48 5 turbis † perſuadendo, fermentum ſuum ſpargerent, totamque maſſam ciuitatis, malitiæ ſuæ conſenſu fermentarent.

Quod ſi cui nullo modo veriſimile videatur, Sacerdotes & Scribas contra
6 legem Dei in craſtinum † diſtuliſſe Paſcha, is cogitare debet, veriſimile tamen eſſe, & veriſſimum, Sacerdotes, & Scribas contra legem Dei inſontem

&

& iuſtum interfeciſſe. Certe B. Chryſoſt. & alij quos ſupra citauimus cap.
præced. nu. 2. & ſeqq. illud pro inconuenienti non habent. Et B. Hierony.
quem etiam ſupra iterum allegauimus cap. 55. num. 6. in illud Matth. 26.
Tunc congregati ſunt principes ſacerdotum. Qui debuerant, ait, Paſchate
vicino præparare victimas, leuigare templi parietes, pauimenta vertere, va
ſa mundare, & ſecundum ritum legis purificari, vt eſu agni digni fierent,
congregantur ineuntes conſilium, quo modo occidant Dominum. Quem-
admodum ergo præparationem Paſchæ poſtpoſuerunt ſacerdotes Iudæo
rum conſilio capiendi Chriſtum & occidendi, ita & multo magis celebra
tionem Paſchæ differre tantiſper potuerunt, dum præda, quam iam tene-
bant manibus, potirentur.

Quæ res ex eo etiam fit veriſimilior, quia non erat nouum apud Iudæos,
cum tanto aliquem odio proſequerentur, vt mortem illius ſitirent, & pror
7 ſus vellent, ſe deuouere† non manducaturos, neque bibituros quouſq; in-
terficerent eum, vt in Apoſtolum Paulum Act. 27. coniuraſſe leguntur. vbi
tex. ita habet. Facta autem die collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuo-
uerunt, ſe dicentes non manducaturos neque bibituros, donec occiderent
Paulũ. Erant autem plus quam quadraginta viri, qui hanc coniurationem
fecerant, qui acceſſerunt ad principes Sacerdotum, & Seniores, & dixerũt
Deuotione deuouimus, nos nihil guſtaturos, donec occidamus Paulum.
Quid igitur mirum, ſi eamdem coniurationem quoſdam principaliores ex
Iudæis feciſſe in Chriſtum diceremus, cum multo maiori odio in Chriſtũ,
quàm in Paulum exarſiſſe eos, vnuſquiſque facile ſit conceſſurus?

Addo præterea, quòd cum inter ipſos eſſet ſummus Pontifex, & maiorum
8 Sacerdotum auctoritas, qui claues † geſtabant ſcientiæ, & iuriſdictionis,
non quidem quales habent ſacerdotes nouæ legis ad introductionẽ in cæ
leſtia, ſed tantum circa figuralia illius ſtatus & ad introitum in tabernacu
lum terrenum, vt declarat B. Thom. in 4. ſent. diſt. 19. quæſt. 1. art. 1. q̃ſa 1.
& Nauarr. in c. voluiſſent. §. ex ijs, nu. 8. de pœ. diſt. 1. facile poterant diſpẽ
ſare † ſeipſos in celebratione Paſchæ quantum ad tempus vnius noctis ex
magna cauſſa, & (vt ipſi putabant) in caſu ſummæ neceſſitatis.

Nam ſi licitum fuit illis, legem ferre communem & vniuerſalem tranſlatio
nis feſti Paſchæ ex vna feria in aliã, vt volunt recẽtiores Latini, & vt in vſu
modo eſt apud Iudæos, cur non potuit ſimiliter licuiſſe eãdem facere trãſ
lationem ex diſpenſatione particulari circa quaſdam perſonas in occur-
10 renti neceſſitate? Maior enim † effectus maiorem cauſſam requirit, & mi
nor minorem. vt not. Nauar. in Manua. de Oratio. cap. 3. num. 71. & ſeqq.
11 vbi ait in ſimili, quòd vt mutetur perpetuo † aliquod ſacrum officium de
vna hora in aliam, maiore opus eſt cauſſa, quam vt ſemel duntaxat, aut
iterum mutetur.

Et ſi licitum præterea fuit Chriſto, vt volunt Græci fermentarij, paſcha an-
ticipare per vnum diem contra legem, & Luna decimatertia ad veſperam
comedere agnum paſchalem, cur ſimiliter licitum non potuiſſe eſſe dica-
mus Sacerdotibus quibuſdam, & Scribis paſcha ſuum poſtponere per vnũ
diem, & transferre ex diſpenſatione in Lunam decimamquintam, cum ni-
hil per miraculum a Chriſto Domino hac in re factum aſſeratur, & cum ip
ſi pontifices plenitudinem poteſtatis, & diſpenſandi auctoritatem ſe ha-
bere exiſtimarent, quam in Chriſto non agnoſcebant?

Le-

Digitized by Google

10 *Azymorum ad manducationem mundities requirebatur.*

11 *Agnus paſchalis erat priuatum quoddam ſacrificium.*

12 *Azymi panes, non panes laici, & communes, ſed ſpecies quædam oblationis erat quæ Deo fiebat, & quæ puris tantum conueniebat.*

13 *Philo Iudæus in lib. de vita contempl. agit in veritate de quibuſdam Chriſtianis licet putet, ſe agere de quibuſdam Iudæis.*

14 *Sanctum dicitur duobus modis.*

15 *Baptizandus olim abſtinebat ab vxore per ſeptem dies.*

16 *Immunditia contrahebatur apud Iudæos ex cauſſis quibuſdam determinatis, quæ poterant euitari. Et in ea euitanda ſolebant Iudæi eſſe diligentes. num. 17.*

18 *Iudæi coguntur nunc in ſuis ſtercoribus computreſcere, cum nullũ habeant remedium ad ſuas immunditias expiandas.*

19 *Iudæorum nequitia, & phariſaica ſuperſtitio in rebus exterioribus & leuiſſimis ſectatur munditiem quamdam exactiſſimam minime neceſſariam: in rebus autem animæ, & magni momenti plena eſt odio, inuidia, & iniuſtitia.*

Secundo modo reſpondetur ad idem argumentum quintum principale, ex ſententia omnium latinorum, quod Paſcha in ea auctoritate B.
1 Ioan. Vt manducarent Paſcha. accipitur † non pro agno paſchali, ſed pro azymis, quibus veſcebantur Iudęi per ſeptem dies ſolemnitatis paſchalis.

Verum contra hanc ſolutionem duo obijciuntur fortiſſima.

Primum, quòd nuſquam in ſcripturis oſtendi poteſt, Paſcha ſic accipi.

Secundum, quod propter azyma non erat vitanda contaminatio, quandoquidem & immundi illis veſci poterant veriſimiliter, quemadmodum ex eo licet colligere, quod pœna mortis intentata pręceptum fuerit Iudęis ſeptem integris diebus comedere azyma, cum immunditiem legalem leuiſſimas ob cauſſas contraherent. Et vſque hodie videmus, Iudęos, qui fatentur ſe immunditiarum plenos, azymis veſci.

His tamen non obſtantibus puto ſolutionem Latinorum ſuſtineri poſſe.

2 Et ad primum dico, quod ex ſcripturis oſtendi poteſt, Paſcha accipi † non ſolum pro agno paſchali, ſed etiam pro celebritate, & ſollẽnitate paſchali. Et id quidem tribus modis.

Primo pro decimaquarta Luna ad veſperam in qua agnus immolabatur.

Secundo pro decimaquinta Luna, quæ erat dies feſtus & ſollemnis.

Tertio pro toto tempore ſeptem dierum, in quibus azyma comedebantur.

3 De primo † videtur intelligi tex. Mar. 14. ibi, Erat autem Paſcha, & azyma poſt biduum. Et Ioan. 2. Et prope erat Paſcha Iudæorum. Et eiuſdem 11. Proximum autem erat Paſchã Iudęorum; & aſcenderunt multi Hieroſolymam de regione ante Paſcha, vt ſanctificarent ſeipſos. Et c. 12. Ieſus ergo ante ſex dies Paſchę uenit Bethaniã. Et de hoc nulla videtur poſſe eſſe dubitatio, nã proprie dies Paſchæ decimaquarta Luna intelligebatur in veteri teſtõ, Cui ſuccedebat feſtũ azymorũ per ſeptẽ dies immediate celebrãdũ

vt inquit Ioſephus Iudæus lib.3.iudaic.ant.capit.10. & not.B Cyrill.Alex. lib.9.in Leuit.& Glo.ordin.Exho.12.ſuper ver.in die primo, & Rabanus Maurus in lib.2.de inſtit.cleric.cap.39. in fi. & venerabilis Beda in lib.de Officijs,vbi agit de paſcha.cap.2.& late declarat Abulen.in 2.par. Defen-
5 ſorij,c.3. & 7. Licet apud Euangeliſtas Paſcha & azyma † confundantur, nam ſæpe azymorum dies ſumitur pro die Paſchæ, & contra dies Paſchæ pro diebus azymorũ accipiuntur.vt not.Beda,& Glo.ordin.d.tex.Mar.14. Erat autem Paſcha,& azyma poſt biduum.& Luc.22.in princ.ibi, Appropinquabat autẽ dies feſtus azymorum, qui dicitur paſcha. & idem Beda in lib.de ratio.temp.c.61.ac eadem Glo.ordin.Matth.26.ibi, Scitis, quia poſt biduum paſcha fiet.& ibidem S.Anſel.citatus ſupra c.68.num.22.& Zacharias Chryſopol.in euang.cap.153.

6 De ſecundo † videtur intelligi tex.modo relatus Luc.22. Appropinquabat autẽ dies feſtus azymorum qui dicitur paſcha.Et ibi Glo.interlin. Et Io.2. Cum autẽ eſſet Hieroſolymis in paſcha,in die feſto, multi crediderunt in nomine eius.Et cap.13.Ante diem autem feſtũ Paſchæ.Et cap.18.Eſt autem conſuetudo vobis,vt vnum dimittam vobis in paſcha.Et ca.19. Erat autem paraſceue paſchę.

7 De tertio † eſt tex.expreſſus Act.12.Volens poſt paſcha producere eũ populo.Et Ioan.19.ſecundũ alium intellectum. Erat autem paraſceue paſchæ. Paſcha igitur in ea auctoritate B.Io.Vt manducarent paſcha. neque ſumitur pro agno paſchali,neque pro paſchę celebratione primo modo ſumpti, id eſt pro decimaquarta Luna ad veſperam, nam illa iam preterita erant. Sed accipitur ſecundum Latinos tertio modo pro tota ſollemnitate ſeptem dierum;vel potius dicatur,quod accipitur ſecũdo modo pro decima quinta Luna,quę erat dies feſtus paſchę.Quibus modis paſcha accipi poſſe, ex ſcripturis ſacrorum Euangeliorum iam oſtendimus.

Quòd ſi obijciant Gręci,& alij,qui eos ſequuntur, quòd paſcha his modis ſumptum non manducatur, ſed celebratur;Et tamen B.Ioannes dixit,Vt manducarent.non Vt celebrarent paſcha.Aduertendũ eſt inprimis, quòd neque B.Chryſoſt.neque Theophyl. abhorrent hunc dicendi modum. Vt manducarent paſcha.Nam vterque dicta verba B.Io.explicans,hic quidem in cõment.ille vero homil.82.expreſſe in prima expoſitione aſſerit, paſcha ibi accipi pro tota ſollemnitate,& pro feſto ſeptem dierum.

8 Deinde aduertendum eſt,quòd celebrare,ſeu facere paſcha † his duobus poſtremis modis ſumptum,nihil aliud eſſe videtur, niſi comedere azyma fermentatis abiectis,prout præceptum fuerat Exho.12. In quo enim alio conſiſtebat celebratio paſchæ apud Iudęos poſt agnum paſchalem deuoratum,quàm in azymorum manducatione? Vnde B.Paul.1.Cor.5.ad hoc alludens,poſtquam dixiſſet,Etenim paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus. ſubiunxit,Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitię,& nequitię,ſed in azymis ſinceritatis,& veritatis.Et Chriſtus quãdo dixit Matth.26.Apud te facio paſcha cum Diſcipulis meis. hoc tantum voluiſſe intelligitur,id eſt Apud te comedo paſcha cum Diſcipulis meis. Si itaque eo loco,vbi dixit B.Ioannes,Vt manducarent paſcha.dixiſſe potius, Vt celebrarent paſcha. nihil aliud poſſemus interpretari, pręſupponendo, quòd agnus paſchalis in pręcedenti veſpera fuiſſet immolatus, niſi, Vt manducarent azyma.quid mirum,ſi poſtquam expreſſius locutus Euan

geli-

Digitized by Google

gelista dixit, Vt manducarent paſcha. interpretemur, id eſt vt manducarent
azyma?
Et ſi figurata locutione dicuntur Sacerdotes Oſe.4. comedere peccata po-
puli. id eſt ſacrificia oblata pro peccatis populi, vt exponit glo. ibi interlin.
& glo. in c. ipſi 1. q. 1. Cur non poterunt dici Iudęi apud Ioan. manducatu-
ri paſcha. id eſt cibos qui in paſcha manducari ſolent, & debent?
Addo pręterea, quòd Innoc. III. lib. 4 Myſter. Miſſæ, c. 4. dicit, poſſe exponi
illud, Vt manducarent paſcha. id eſt Vt manducarent in paſcha. Quæ expo-
ſitio a communi loquendi vſu non omnino abhorrens, aut aliena videri po
teſt. Finge enim (vt exemplo id declarem) aliquē patremfam. alloquentem
filium ſuum iamiam in longinquas regiones profecturū, & ſeſe ad diſceſsū
in maiori hebdomada adornantem. Nolo fili, vt nunc diſcedas. Volo, vt
prius has feſtiuitates nobiſcum agas, & manduces hoc paſcha nobiſcum. Sa-
ne qui ita diceret, ſecundum vſitatiſſimū loquendi morem cenſeretur lo-
cutus. Et beatus ergo Ioan. dum dixit, Vt manducarent paſcha. iuxta com-
munē vſum loquendi intelligendus eſt dixiſſe, vel Vt manducarent in pa-
6 ſcha. vel vt celebrarent & facerent paſcha. Cuius paſchæ celebratio ſecūdo
& tertio modo ſumpti, † in manducatione potiſſimū quorumdā ciborū pa-
ſchalium, vt dictū eſt, atque azymorum panum conſiſtebat. Nam (vt inquit
Ioſephus Iudæus d. lib. 3. antiq. iudaic. c. 10.) hoc erat commune Iudęis in
omni feſtiuitate, vt a laboribus vacarēt, & poſt ſacrificiū in epulis degerēt.
Et *Eſdræ* ſecundo cap. 8. dicitur, Dies ſanctificatus eſt domino Deo noſtro
nolite lugere, & nolite flere & infra. Ite, comedite pinguia, & bibite mul-
ſum, & mittite partes his, qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies
Dñi eſt, & nolite cōtriſtari: gaudium etenim Domini eſt fortitudo noſtra.
Ad ſecundū dico, ꝙ non debet tam parū veriſimile videri, quàm non nulli
10 exiſtimāt, Iudæos in manducatione azymorū † ab immūditijs abſtinuiſſe.
Nam cū ad paſcha celebrandū mundities requireretur. vt apparet Num. 9.
& Ioan. 11. & feſtū Azymorū paſchæ nomine inſigniretur, vt proxime
aſſeruimus, & patet Act. 12 conſequi videtur, vt eadem puritate vtrūque
feſtū celebraretur, quod eodem nomine tranſigebatur.
Deinde quemadmodū ad agnum paſchalē ſanctificati dumtaxat accedere
11 poterant, quia ille † agnus erat priuata quædā victima, ita vt populariter
ſinguli ſacrificarēt nō exſpectatis ſacerdotibus, ſed permiſſu legis ipſimet
fungētes ſacerdotio, vt inquit Philo Iudęus in lib. 3. de vita Moſis. & in lib.
de Decalogo. Ita etiā videtur, ad azymos panes nō niſi sāctificatos accede-
12 re potuiſſe, quia panes † azymi nō panes laica ſunt & cōmunes, ſed ſpecies
quædā oblationis, quę Deo fit, & quę puris tātū cōuenit, eſſe videntur. vt
idē Philo diſerte ait in lib. de vita cōtēplatiua, & ſupplicū virtutibus. in fi,
13 vbi agēs in veritate † de primis illis Chriſtianis diſcipulis B. Marci Euāge-
liſtę, qui circa Alexādriā in chriſtiana philoſophia exercebātur, quos tamē
ipſe putat Iudæos, & in nō nullis iudaizātes facit, habet hæc verba. Decā-
tatis hymnis per ſingulos, menſam quā diximus iuuenes importāt, in qua
sāctiſſimus omnino ille cibus apponitur, panis licet fermētatus: & pro edu-
lijs ſales cū hyſſopo miſti. Idque ob reuerētiā ſacrę illius mēſę, quę in prio-
re tēpli parte ſita eſt. In ea enim azymi ſunt panes, id eſt abſque fermēto,
& ſales prorſus incōditi: eo ꝙ deceat, ſimpliciſſima, & ſinceriſſima quęque
in optimā ſacerdotū partem velut miniſterij præmium deputari: Homines

vero ceteros licet ſimilem obſeruent ritum, ab azymis tamen abſtinere, vt hoc habeant prærogatiuæ qui alijs dignitate præſtant. Hæc Philo. Leuitici etiam c. 2. h ibetur, quòd omnis oblatio, quæ offertur Domino, abſq; fermento fiet. Et Leuit. 6. Reliquam autem partem ſimile, inquit ibi text. comedet Aaron cum filijs ſuis abſque fermento; ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſum. Et conſtat, quòd panes propoſitionis, de quibus habetur Leuit. 24. infermentati erant. vt ait Ioſephus iudæus lib. 3. ſupra citato antiq. iudai. c. 10. & Philo iudæus loco proxime allegato.
Præterea ſi ad comedendum coturnicum carnes ſanctificandus prius fuit populus, vt habetur Nu. 11. ibi, Sāctificamini cras, & comedetis carnes. cur non multo magis ſanctificandus erat populus ad comedendum azyma in celeberrima paſchæ feſtiuitate?
Inſuper cum Deus iuſſerit Exo. 12. Leuit. 23. & Num. 28. quòd dies prima azymorum, id eſt decimaquinta Luna eſſet ſancta atque ſollemnis, videtur, quòd ipſi etiam iudæi potiſſimum ſancti eſſe deberent, & non niſi sāctificati azyma comedere in dicta ſaltem die ſancta decimæquintæ Lunę. Ad quod faciunt not. per S. Tho. in opuſc. 4. in explicatione tertij præcepti. vbi hæc ait Dictum eſt, quòd ſicut Iudęi celebrant Sabbathum, ſic nos Chriſtiani Dominicam, & alia principalia feſta. Videamus ergo, quo modo iſta ſeruare debemus. Et ſciendum, quòd non dicit, Cuſtodi Sabbathū.
14 Sed Memento, vt diem Sabbathi ſanctifices. Sanctum autē accipitur duobus modis. Aliquando enim eſt ſanctum, idem quod purum. 1. Cor. 6. Sed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis. Aliquando dicitur ſanctum res conſecrata ad cultum Dei, vt locus, tempus, veſtes, & vaſa ſacra. Iſtis ergo duobus modis debemus feſta celebrare; quia & pure, & mancipando ſe diuino ſeruitio. Hæc B. Tho. Si igitur ſancte & pure ſollemnizare debebant iudæi Sabbatha ſua, vt dictum eſt, profecto dicendum eſt etiam, eos maxime cauiſſe in feſtis ab immunditijs corporalibus, quibus ſe magis pollui putabant, quàm ſpiritalibus.
Poſtremo nonne abſurdiſſimum videtur, dicere, quòd iudęi, qui tanta pręparatione ſanctificabant ſeipſos ad celebrandum Paſcha, ſtatim tranſacta breuiſſima hora immolationis, & manducationis phaſe, redire poſsēt ad immunditias, nec per vnam ſaltem diem feſtiuitatis in ſua ſanctificatione perſeuerarent?
Non obſtat, quòd pœna mortis intentata præceptum fuerit iudæis ſeptē integris diebus comedere azyma, nam non dicā ego, quòd ſub pœna mortis tenerentur iudæi incontaminati manducare azyma, id enim nihil nos cogit ad afferendum. neque etiam dicam, quòd in diebus paſchalib. immūdi veſci deberent, aut poſſent fermentatis, nam id falſum eſt. Sed tamē dico, valde veriſimile eſſe, ita eos paſchæ ſollemnitatem celebraſſe, vt niterētur non niſi mundi cibos paſchales, id eſt panes azymos præſertim in prima die feſtiuitatis manducare.
Quare dicuntur iudæi abſtinuiſſe ab ingreſſu prætorij, & a contaminatione, vt manducarent azyma, non quidem ex neceſſitate legis præciſa, ſed ex debita quadam congruitate. quemadmodum ſi quis catechumenus diceretur apud nos, exempli cauſſa, abſtinuiſſe per ſeptem dies hebdomadæ ſanctæ ab ingreſſu ad vxorem, vt baptizatus in paſcha mād
ucaret corpus Chriſti.

15 Chriſti. Quam abſtinentiam ab vxoribus in more † olim fuiſſe indicat S.
Auguſt. in lib. de fide, & operibus ca.6. non ſolum catechuminis ſed etiam
omnib. Chriſti habetur in c. tribus. in fi. de conſe. di.2. & 33.q.4.c.1. & c. fra
tres. vbi in notatione citantur ex B. Ambr. in ſerm. Mil. de Quadrageſima
hæc verba. Nullus omnino vxori ſuæ iungatur ante octauam Paſchæ.

Non obſtat etiam, quòd immunditia apud iudęos leuiſſimas ob cauſſas cō
16 traheretur. nam cauſſæ illæ notæ erant, & determinatæ, & poterāt †(qui
buſdam neceſſitatis exceptis) euitari. Alioquin quo modo iuſſiſſet Deus
Leuit.15. Docebitis filios Iſrael, vt caueant immunditias, & non moriātur
in ſordibus ſuis? Et ad hoc alludens B. Paul. 2. Cor. 6. Exite de medio eorū
dicit Dominus, & ſeparamini, & immundum ne tetigeritis. Sacerdotes cer
te, & quicunque intra atrium Tabernaculi ingrediebantur, ſanctificati eſ
ſe debebant. Vnde Iſa. c.52.

Mundamini qui fertis vaſa Domini. Et Act.21. & 24. purificatus Paulus cū
quibuſdam intrauit in templum. Et Num.19. habetur, quòd ſi quis hoc ri
tu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ, quia Sāctua
rium Domini polluit, & non eſt aqua luſtrationis aſperſus.

Quamobrem dicendum videtur, quòd non adeo difficulter poterat ſe po
pulus iudæorum per ſpatium vnius hebdomadæ, aut ſaltem vnius diei ab
17 immunditijs abſtinere. Præſertim cùm haberent † domi aquarum hidrias
ad purificationem poſitas in caſibus ſibi cōtingentibus, & neceſſarijs. Io.
2. Et in vſu haberent, vt niſi crebro lauiſſent manus non manducarent, te
nentes traditionē ſeniorum; & a foro niſi baptizarentur non comederent
& alia multa erant, quæ tradita erant illis ſeruare baptiſmata calicum, &
vrceorum, & æramentorum, & lectorum. Mar.7.

Ex quibus apparet, iudęos ſummo ſtudio, & maxima ſemper diligentia in
tendiſſe, vt ab immunditijs cauerent, vtque non niſi purificati ad come
dendum accederent.

Quòd ſi hæc toto anni tempore tam religioſe obſeruabant in ſumendis
etiam cibis communibus & laicis, quanto magis dicendum eſt, eos reli
gioſiſſime obſeruaſſe in ſollemniſſima paſchę feſtiuitate, in manducatione
azymis panis, qui habebatur ſanctus & ſacer, vt ex Philone docuimus?

Si vero aliquis caſu in immunditiam, aut neceſſitate incidiſſet, poterat fa
cile a communi conſortio ſeparatus, vniuerſalem reliquorum celebritatem
non impedire.

Quòd autem iudæi modo in comedendis azymis nullam purificationem
obſeruent, aut obſeruare poſſint, cum careant cineribus vaccæ rufæ, & a
qua expiationis, de quib. Nu.19. id non facit contra aſſertionem noſtram:
18 Tum quia coguntur nunc iudæi † de neceſſitate in ſuis ſtercorib. compu
treſcere, neque vllum habent remedium ad expiationem, niſi Chriſtū a
gnoſcant: Tum quia nos agimus de ea ſollemnitate azymorum, & paſchæ,
quæ celebrabatur in ciuitate ſancta Hieruſalem, ad quam omnes qui con
ueniebant, pręparabant ſeipſos, & ſanctificabant, vt dictum eſt. At extra
Hieruſalem licet abſtinerent a fermentato, non tamen ita religioſe, & ſan
cte, & ſollemniter id agebant, quemadmodum in ea ciuitate, vbi erat tem
plum, & ſacerdotes, & ſacrificia, & omnia ad expiationem neceſſaria, &
opportuna.

Poſtremo ſi nullo pacto concedendum videretur, aliquam purificationem

requiſitam fuiſſe ad debitam & congruam azymorum manducationem in
ciuitate ſancta Hieruſalem,dico adhuc optime ſuſtineri poſſe expoſitionē
Latinorum ad ea verba B.Io.Vt manducarent paſcha.id eſt panes azymos
paſchales. Nā dicā,ꝙ voluit B. Io.in dictis verbis phariſaicā nobis ſuper-
19 ſtitionem oſtendere,& palam facere nequitiam † iudęorum:qui in rebus
quidem exterioribus & leuiſſimis ſectabantur munditiem quamdam exa-
ctiſſimam minime neceſſariam;in rebus autem animæ, & maximi ponde-
ris,pleni erant odio,inuidia,& iniuſtitia,ſitientes ſanguinem,& omni co
natu procurantes mortem innocentis;ita vt veriſſime illa omnia eis conue
nirent,quæ Chriſtus dixerat Matth.23.Duces cæci excolantes culicem,ca
melum autem glutientes. Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ,quia
mundatis quod deforis eſt calicis & paropſidis,intus autem pleni eſtis ra-
pina,& immunditia. Phariſæe cæce munda prius quod intus eſt calicis &
paropſidis,vt fiat id quod deforis eſt mundum. Væ vobis Scribæ & Pha-
riſæi hypocritæ,quia ſimiles eſtis ſepulcris dealbatis, quę a foris parēt ho
minibus ſpecioſa,intus vero plena ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpur-
citia;Sic & vos a foris quidem paretis hominibus iuſti, intus autem pleni
eſtis hypocriſi,& iniquitate.

DE NOMINIS PASCHAE ACCEPTIONE. Cap. LXXII.

1 *Paſcha accipitur quandoque pro victimis & ſacrificijs,quæ offerebantur in ſollemnitate,& hebdomada paſchali.& nu.5.*

2 *Immundi non poterant comedere ex ſacrificijs,& ſanctificatis Deo.*

3 *Paſchalibus diebus ſingulis plurima offerebantur ſacrificia.Et in ſpecie offerebatur hircus pro peccatis,qui cedebat in quotidianum epulum ſacerdotibus.nu.7.*

4 *Sacrificiorum quædam partes in holocauſtum Domino incendebantur,quædam cedebant in vſum Sacerdotum & Leuitarum, & quædam ipſis etiā offerentibus concedebantur ad manducandum.*

6 *Victimarum pacificarum carnes poterant etiam in craſtinum reſeruari, & a mundis comedi.*

8 *Iudæi illi principaliores qui duxerunt Ieſum ad Pilatum,& non introierūt in prætorium vt non contaminarentur,erant Sacerdotes.*

9 *Artos in lingua græca non ſolum ſignificat panem fermentatum, ſed etiam azymum.& nu.11.& 12.*

10 *Azymis veſci per ſeptem dies paſchales præceptum erat Iudæis ſub pœna mortis,non ſolum in ciuitate Hieruſalem,ſed etiam in cunctis habitaculis & terminis ipſorum.*

TErtio modo,& vltimò reſpondetur ad dictum argm̄ quintū principa
le,de quo ſupra c.69.in prin.quòd paſcha in ea auctoritate B.Io. Vt
manducarent paſcha.neq; accipitur pro agno paſchali, neq; pro azymis,
1 ſed accipitur † pro victimis,& ſacrificijs, quę offerebantur in ſollemnita-
te paſchali,tum ex pręcepto Dei,tū ex deuotione cuiuslibet particularis.

Quę

Quæ ſolutio tam clara eſt & tam facilis, vt nullam pati poſſit obiectionem
in contrarium.

Id autem euidentius conſtabit, ſi per ſingulas partes declaretur.

2 In primis quòd ex ſacrificijs, & Deo ſanctificatis† non niſi mundi, & in-
contaminati manducare poſſent, apparet Leuit.c.6.7.& 22.& Nu.18.
Deinde quòd plura eſſent ſacrificia, quæ quotidie per ſingulos ſeptē dies
3 paſchales † offerrentur tum ex præcepto Dei, tum ex ſingulorum deuotio
ne, apparet & Num. 28. vbi præcipit Deus offerri quotidie duos vitulos,
vnum arietem, & ſeptem agnos in holocauſtum, & vnum hircum pro pec-
cato. Et 2.Par.30. vbi Ezechias præbuit multitudini in ſollemnitate azy-
morum mille tauros, & ſeptem millia ouium; Principes vero dederunt po-
pulo alios mille tauros, & oues decem millia.

Hæc autem omnia, vt vnuſquiſque poſſet offerre hoſtias pacificas, & ſacri
ficia. vt ibi exponunt Nicol. de Lyra, & Dionyſ. Carthuſ. Similiter idē ap-
paret 2.Par.35. in eo ſollemniſſimo paſcha, quod celebratum eſt tempore
Ioſiæ regis. & ibi etiam hoc not. Caiet. Et Ioſephus iudæus lib. 17. iudaic.
antiq. ca.11. expreſſe aſſerit, quòd in feſto paſchæ ſumma alacritate maio-
rem ſolito populus mactat victimarum numerum. Et colligitur id ex Deu-
ter. cap.16. vbi ita habetur. Tribus vicibus per annum apparebit omne ma
ſculinum tuum in conſpectu domini Dei tui in loco quem elegerit, in ſol-
lemnitate azymorum, & in ſollemnitate hebdomadarum, & in ſollemnita
te tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus, ſed offeret v-
nuſquiſque ſecūdum quòd habuerit iuxta benedictionem domini Dei ſui
quam dederit ei.

4 Pręterea, quòd dictorum ſacrificiorum paſchalium † quædā partes in ho-
locauſtum Domino incenderentur, quędā cederent in vſum Sacerdotū &
Leuitarū, & quędā ipſis ēt offerentib. cōcederētur ad manducandum, cla-
rum eſt, tum ex 2.Par. 35. ibi, Et Leuitæ detraxerunt pelles holocauſtorū,
& ſeparauerunt ea, vt darent per domos & familias ſingulorū, & offerren
tur Domino, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi. De bob. quoq; fecerunt ſi-
militer. Et aſſauerunt phaſe ſuper ignem, iuxta quod in lege ſcriptum eſt:
pacificas uero hoſtias coxerunt in lebetib. & cabis, & ollis; & feſtinato di-
ſtribuerunt vniuerſæ plebi. Tum ex eiuſdem. 2.Par.30. ibi, Et comederunt
ſeptem diebus ſollemnitatis immolantes victimas pacificorum. Et vtrobiq;
hoc declarant Nicol. de Lyr. & Dionyſ. Carthuſ. Ritum autem ſacrificio-
rum, quænam. ſ. partes cederent ſacerdotibus, quæ offerētibus, & quæ cre
mandæ eſſent Deo, explicat liber Leui. fere per totum, & Ioſephus iudęus
lib.3. antiq. iudaic. c.10. & S. Tho. 1.2. q.102. art.3. ad 8.

5 Poſtremo ꝙ ſacrificia illa in paſchali feſtiuitate oblata paſchæ† noīe appel
larentur, in quo totū pondus huius ſolutionis cōſiſtit, apparet manifeſtiſſi
me ex tex. ſacræ ſcripturæ, & 2.Par.35. & præcipue Deut.16. dr̄ 2.Par.35.
ꝙ Helcias, & Zacharias, & Iahiel principes domus Domini dederunt ſacer
dotib. ad faciendū phaſe pecora cōmiſtim duo millia ſexcenta, & boues tre
centos. Chonenias autem, & Semeias etiā, & Nathanael fratres eius, nec-
non Haſabias, & Iehiel, & Ioſabad principes Leuitarum dederunt ceteris
Leuitas ad celebrandū phaſe quinque millia pecora, & boues quingētos.
In quib. verbis clarum eſt, ꝙ phaſe nō accipitur ſpāliter pro agni paſchalis
immolatione, ſed gñaliter pro victimis & ſacrificijs, quæ in ea ſollēnitate

Paſchæ offerebantur. Et ibidem dum dicitur, quòd dedit præterea Ioſias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in ſollemnitate phaſe, agnos & hædos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoque tria millia. iuxta hebraicam litteram legit Caiet. hoc modo. Et largitus eſt Ioſias filijs populi, ouium, agnorum, & filiorum caprarum, omnium pro Paſchatibus, omni inuento, in numero triginta millia, & boum tria millia.

Quæ verba exponens idem Caie. ait, quòd priorum triginta millia, & tria millia boum dedit Rex, non quòd boues neque oues immolarentur pro agno paſchali, ſed vt in illis diebus ſollemnitatis paſchalis haberent feſtiuas victimas. Et ad hunc eundem vſum intelligendæ ſunt, inquit, reliquæ largitiones aliorum principum. Deuter. autem c. 16. quem tex. ad hoc propoſitum citat etiam Abulen. in 2. par. Defenſorij, cap. 8. clarius dicitur, Immolabiſque phaſe domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Nõ comedes in eo panem fermentatum. In quibus verbis nemo eſt qui non videat, phaſe nomine accipi non immolationem agni, ſed alia ſacrificia quæ offerebantur in ea ſollemnitate paſchali, vt rectè ibi interpretantur Nicol. de Lyr. Dionyſ. Carthuſ. Caiet. & Hieron. ab Olea. & ante ipſos B. Auguſt. lib. 5. quæſtionum ſuper Deut. c. 24.

Quare ex his, dum dicit B. Io. Vt manducarent paſcha. rectiſſimè, & propriiſſimè, & ſine vllo ſcrupulo intelligere poſſumus, & interpretari, id eſt vt manducarent ſacrificia in ſollemnitate paſchali oblata, ſiue offerenda. Et fortaſſe de carnibus victimarum pacificorum, quæ vna cum paſchali agno immolatæ fuerãt heſterna die, aliquid ſuperfuerat, quod in ea die pa
6 raſceues manducandum eſſet. Nam eiuſcemodi victimarum † carnes poterant etiam in craſtinum reſeruari, & à mundis comedi. vt habetur Leuit. 7. & 19. & declarat S. Tho. 1. 2. q. 102. art. 3. ad 10.

Et hoc ſaltem negari non poteſt, (quidquid demum vellet Aduerſarij inſitiari, aut tergiuerſari) quia ſingulis diebus paſchalibus offerendus eſſet
7 hircus pro peccatis † ex præcepto Dei Num. 28. qui cedebat in quotidianum epulum ſacerdotibus. vt inquit in ſpecie Ioſephus iudæus li. 3. antiq.
8 iudaic. c. 10. Et conſtat, quòd principaliores illi Iudæi † qui duxerunt Ieſum ad Cilatum, & non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent paſcha. ſacerdotes erant. vt apparet ex eod. c. Io. 18. paulo infra, cum dicit Cilatus ad Ieſum, Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi. Et rurſus infra c. 19.

Exiuit ergo (inquit Io.) Ieſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis Cilatus. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices & miniſtri clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum.

Stante autem hac interpretatione, quæ clariſſima eſt, & nullam patitur difficultatem, nihil prorſus iam habent Græci, aut recentiores iſti Latini ex d. text. B. Ioan. ca. 18. Vt manducarent paſcha. quod nobis obijciant de Luna decimaquarta in die paraſceues, qua crucifixus eſt Dominus, vel ſecundum ſimplicem, & legitimam computationem, vel ſecundum tranſlationem Iudæorum. Et per conſequens ſublata ſunt ad laudem Dei omnia, vt puto, argumenta in quibus ipſi pro ſuis opinionib. ſummopere confidebant.

Afferuntur quidẽ a Græcis alia non nulla argumenta; ſed minutiora ſunt, quàm

quàm quòd a nobis recenſeri debeant. Dicunt (verbi gratia) ipſi inter cętera, quòd ἄρτος in lingua græca panem fermentatum ſignificat. Et hoc nomen inuenitur ſcriptum in exemplaribus græcis, vbi nos habemus, Accepit Ieſus panem, Matth. 26. Mar. 14. & Luc. 22.

9 Sed quàm decipiantur Græci in ſignificatione † huius vocabuli, oſtendũt Alex. de Ales, & S. Tho. Hic in 4. ſent. diſt. 11. q. 2. art. 2. q̃ſa 3. ad 6. Ille in 4. par. q. 32. memb. 3. ad 12. vbi non nulla aſſerũt loca ex libris Exho. & Num. in quib. nomẽ illud in tex. gręco ponitur pro pane azymo, nõ fermentato. Sed ego adduco text. contra Græcos magis propinquum in hac materia, Luc. 24. vbi habetur, quòd cum Ieſus in ea die, qua reſurrexit a mortuis, diſcumberet cum duobus ex diſcipulis, Cleopha ſcilicet, & alio quodam, apud caſtellum Emmaus, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, accepit panem, & benedixit, ac fregit. Et infra. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quo modo cognouerunt eum in fractione panis. In quibus locis vtrobique vbi nos habemus panem, & panis, habetur in codice græco ἄρτον, & ἄρτου. Et tamen clariſſimum eſt, q̃ panis ille non poterat eſſe fermentatus, cum eſſet tertia dies, vel quarta azymorum; & præcep-

10 ptum fuiſſet Iudęis † ſub pęna mortis, vt per ſeptẽ dies a fermentato abſtinerent, non ſolum in ciuitate Hieruſalem, in qua immolabatur phaſe, ſed etiam in cunctis domib. & habitaculis, & in omnibus terminis ipſorum. vt apparet Exho. 12. & 13. & Deut. 16. & not. Caiet. d. c. Exho. 12. & 23. Theodoretus etiam in Daniel. c. 10. ſuper illis verbis. Die autem viceſima & quarta menſis primi. ſententiam noſtram confirmat, ſic dicens. Et menſem, & ieiunij dies annotare opus eſt ad Iudæorum iniquitatem coarguẽdam: diuina enim lege iubente, quartadecima primi menſis ad veſperam paſcha celebrari, beatus Daniel vſque viceſimam quartam ieiunus permanebat. Quòd ſi dicant Iudæi, panem illum deſideriorum nón comediſ-

11 ſe, quòd panes azymos † comederet, primum quidem ſuam per hæc quoque oſtendent inſcitiam; panis enim & fermentatus, & non fermentatus vocatur. Hæc Theod.

Poſtquam hæc apud me ſcripſiſſem, prodijt in lucẽ liber Gennadij Scholarij patriarchæ Conſtantinopolitani in defenſionem quinque capitum concilij Florentini, hic Romæ nuperrime in latinum verſus, & typis excuſus. Apud quem in 2. c. vbi hanc materiam egregie pertractat, ſect. 7. & 8. reperi allegatum Theodor. in Dan. & etiam optime ponderatum tex. Luc. cap. 24. contra Græcos, quemadmodum nos etiam allegauimus, & ponde-

12 rauimus. Ac inſuper ad idem propoſitum † adducit ipſe textum Mar. c. 2. vbi recenſetur hiſtoria Dauid, quando comedit panes propoſitionis. Dicti autem panes, azymi erant, vt nos probauimus ſupra cap. præced. nu. 13. Et tamen panes vocantur non ſolum in d. tex. Mar. 2. quem ſolum Gennadius citat, ſed clarius. 1. Reg. 21. vbi dicta hiſtoria Dauid habetur; Ibidemque vocantur non tantum panes propoſitionis, & panes ſancti, ſed etiam ſimpliciter panes calidi. Et clarius adhuc cap. ſeq. 1. Reg. 22. ſimpliciſſime ſine vllo adiecto appellantur panes.

Reperi etiam poſtquam eadem ſcripſiſſem, Ioſephum Zarlinum in libello italice conſcripto, & nuper ſimiliter in lucem edito, de vero anno, & die, in quo crucifixus eſt Chriſtus. eiuſdem text. Luc. 24. mentionem facere. Et profecto mirandum erat alioqui vehementer, textum tam clarum, &

vnicuique obuium non fuiſſe a Doct. noſtris in hac quæſtione contra Græcos citatum, & ponderatum. Hæc autem ideo hic addenda exiſtimaui, tum præcipue vt vnicuique ſuus honos haberetur, tum etiam vt nemo me furti inſimulandum præſumeret, ſi quę ab alijs iam dicta ſunt, ea ego tamquam propria venditarem.

DE DIE MENSIS, IN QVA CHRISTVS PASSVS eſt. Cap. LXXIII.

1 *Menſis primus ille intelligitur apud Hebræos, in cuius quartadecima Luna ad veſperam Sol in Arietem ingreſſus, & æquinoctium vernum conſtituiſſe reperitur.*

2 *Chriſtus paſſus eſt ſecundum magis communem opinionem, quæ vulgo recepta eſt, v.ceſimoquinto die Martij, quo die etiam incarnari dignatus eſt. Alij dicunt viceſimotertio. nu. 3. & 19.*

4 *Ante diem decimum Kalendarum, ſignificat ipſum diem decimum Kalendarum & nu. 5. 6. 7. 9. 10. & 15. Similiter Poſt diem decimum Kalendarum, ſignificat ipſum diem decimum poſt Kalendas. num. 12. Quarum locutionum ratio affertur. nu. 13. & 16.*

8 *Chriſti Natiuitas in carne, & Apparitio, ſimul vno Epiphaniorum die celebrabatur a quibuſdam Orientalibus, die ſcilicet ſexta Ianuarij.*

11 *Vſus ſermonis, & loquendi conſuetudo attendenda eſt. & nu. 14.*

17 *Dies idem apud veteres plurib. modis deſcribebatur. Verbi gratia, die tertio Ianuarij dicebatur Tertio Non. Ian. & Ante diem tertium Non. Ian. Item dicebatur Die tertio poſt Kal. Ian. & Poſt diem tertium Kal. Ian.*

18 *Dierum in appellatione vtraque extrema computanda ſunt. Vt cum dicitur Tertio poſt Kal. vel Tertio ante Kal. & ipſæ Kalendæ, & dies qui deſcribitur computantur, vt ſic trium dierum ratio conſtet.*

DVo hic poſtremo loco non ſunt prætermittenda argumenta, ſed late potius a nobis examinanda, quæ quamuis a nemine diſcuſſa, aut fere tacta inueniam, poſſent tamen ab aliquo pro Græcorum, aut recentium Latinorum opinione fortaſſe adduci; & nihil eſt a nobis in hac materia diſſimulandum.

Primo itaque pro Græcorum opinione poſſet quiſpiam ita argumentari.
Conſtans eſt plurimorum opinio, quod Chriſtus paſſus eſt viceſimoquinto die
menſis Martij. Conſtat etiam, quod tempore Chriſti, eodem viceſimoquinto
die Martij erat ęquinoctium vernum, ergo neceſſario conſequi videtur, quod
illo die non poterat eſſe Luna decimaquinta, nam ſic paſcha ante æquino
ctium celebratum fuiſſet contra legem, & contra omnium ſapientum in-
1 terpretationem, quæ habet, quod ille intelligatur primus † menſis apud He-
bræos, in cuius quartadecima Luna ad veſperam Sol in Arietem ingreſſus,
& æquinoctium vernum conſtituiſſe reperitur. Quare dicendum videtur,
quòd Chriſtus celebrauit Paſcha Luna decimatertia anticipando vnum
diem propter myſterium, & quòd fuit crucifixus Luna decimaquarta; in

cuius

Digitized by Google

cuius veſpera erat Paſcha Iudæorum,Sole iam Arietis ſignum ingreſſo, & æquinoctium vernum faciente.
Pro ſolutione huius argumenti plura hic ſeſe offerunt examinanda.
Primum eſt,qua die menſis Chriſtus paſſus eſt.
Secundum eſt,qua die menſis eſſet tunc æquinoctium vernum.
Tertium eſt, an verum ſit, quod paſcha ante æquinoctium celebrari nequeat,aut numquam celebratum fuerit.
Hæc enim omnia ratio ſupradicta poſtulare videtur, vt quantum roboris habeat bene inſpiciatur. Et quamuis vnumquodque iſtorum trium,præſertim vero primum,& ℣m,altiſſimam requireret indaginem,in qua multorũ ingenia deſudarunt,editis etiam preclaris,& longiſſimis tractatibus;mihi tamen ſatis futurum eſſe arbitror in præſenti,ſi ijs tantum propoſitis,quæ ad claram rationis allatæ ſolutionem ſufficere videbuntur, ea dumtaxat breuiter attulero,quæ ex aliorum ſententijs colligi poſſunt.
Quantum igitur ad primum fateor magis communem opinionem eſſe eã, quæ vulgo recepta eſt,Chriſtum dominum eodẽ viceſimoquinto die Mar
a tij † fuiſſe paſſum,quo etiam incarnari dignatus eſt. Eam autem ſententiã tenet Tertullianus in lib.contra Iudæos,circa med.B.Chryſoſt.in ſerm.de Natiuit.S.Ioan.Baptiſtæ. S.Auguſt.lib.18.de ciuit.Dei,cap.vlt.& lib.4.de Trin.cap.5.& lib.octogintatrium quæſtionum,quæſt.56.& in Dialogo ad Oroſium,quæſt.26.& in lib.quæſt.ſuper Exho.c.90.ſuper illud c.23.Non coques hędum in lacte matris ſuæ.vbi etiam id explicat glo.ordinaria, & in lib.quæſt.veter.& noui teſtam.vel quiſquis ſit,qui quæſtiones illas cõpilauit,quæſt.55.in 1.edit.Beda,Vſuardus,Vuandelbertus, Ado Treueren. & non nulli alij in martyrologijs ſuis ſub dicta die 25.Martij. Idem Beda in lib.de ratio.temp.c.28.vbi dicit,quod per plures eccleſiæ magiſtri tradiderunt, octauo Kal.Apr. Dominum conceptum & paſſum in æquinoctio verno.& c.45.vbi habet hæc verba. Quod autem octauo Kal.Apr. crucifixus,ſexto Kalendarum earumdem die reſurrexerit,multorum late Doctorum eccleſiaſticorum conſtat ſententia vulgatum.Et in comment. in Luc. ſuper illud cap.1.In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo, Menſem autem ſextum (ait) Martium intellige, cuius viceſimo & quinto die Dominus noſter & cõceptus traditur & paſſus:ſicut & viceſimo quinto die menſis Decembris natus.In eadẽ ſententia citatur B.Cyrillus Alex. in epiſt.ad ſynodum Carthag.& B.Hieron.quem referunt Io.de ſacro Boſco in libello de anni ratione.c.de feſtis mobilib.Eamdem etiam opinionẽ tenet Guil.Durant.in Ration.lib.6.c.77.nu.28.& c.86.nu.11.& lib.7. c. 9.nu.3.S.Thom.ſuper Ioan.c.2.lect.3.in illis verbis, Quadraginta & ſex annis.S.Anton. in chron.tit.5.c.7. Platina in lib.de vitis Pontif.in princ. Anton.de Giſtandis in Opere aureo orn.omni lap.pret.in euang.Domin. Palm. Calliſtus Placent. in ſupputatione temporis vitę Ieſu Chriſti, ante euang.Quadrag.Petrus Meſſias in ſilua variarum lectionum lingua hiſpanica conſcripta,lib.2.c.32.Albertus magnus, & Marianus Scotus in Chronicis lib.2.ſub anno Chriſti 34.quos refert Paulus Middelb.in 2.par.Paulinæ,lib.5 c 6.& 7.Tho.Beauxamis in cenam Dominicam,homil.4 & 5.& poſt homil.11.in pfatione in paſſio ẽ Chriſti. Naucierus in chronographia vol.2.prefatione 2.in princ.& nõ nulli alij, quos citãt Onuph.in cõment. lib.2.de Faſtis,& Petrus Galeſin.in annot.ad ſuũ martyr.ſub die 25.Martij,

tij,& Petrus Caniſius libro tertio,de Maria Virg.capitulo vltimo.
Hac tamen vulgata opinione non obſtante, non defuerunt tum ex antiquis,tum ex recentioribus qui aliud in hac re ſentirent.
Et in primis plurimi ſunt qui putant, Chriſtum dominum non 25.ſed 23.
3 die † Martij fuiſſe paſſum,viceſimaquinta autem reſurrexiſſe. Horũ vnus eſt Lactantius Firmia.lib.4.diuin. inſtit. cap.10. vbi ſecundum lectionem antiquiorum codicum ait, quòd anno Tiberij Cæſaris decimoquinto, id eſt duobus Geminis conſulibus ante diem decimam Kalendarum Apriliũ Iudæi Chriſtum cruci affixerunt. In quo tamen auctore intelligendo decepti ſunt Paulus Middelb. in dicto lib.5. par.2. Paulinæ,c.4. & Michael Thomaſius in notis ad ipſum Lact.Firm.annotatione.105.& alij non pauci,qui aſſerunt,Ante diem decimum Kalendarum.ſignificare diem vndecimum Kalendarum,cum tñ conſtet,& compertiſſimum ſit, apud veteres latini ſermonis auctores morem fuiſſe vſitatiſſimum,per hęc verba, Ante
4 diem decimum Kalendarum. † nihil aliud niſi ſimpliciter ipſum diem decimum Kalendarum ſignificare.Et ne nos temere hac in parte cenſores appellet Middelburgenſis,qui nouam mundo grammaticam inuehamus,audiat M.Tullium hanc grammaticam nos docentem lib.16.epiſtolarũ(quas vocant)familiarium,epiſt.5,ad Tyronem. Nos (inquit Cicero) apud Alyziam,ex quo loco tibi litteras ante dederamus,vnum diem commorati ſumus,quòd Quintus nos conſecutus non erat.Is dies fuerat Nonis Nouembris. Inde ante lucem proficiſcentes,ante diem octauum Idus Nouembris has litteras dedimus.Dicat hic Middelb.quid ſignificet, Ante diẽ octauũ Idus Nouembris.Certe aliud dici non poteſt,niſi quòd per illa verba ſignificatur ipſe dies octauus Idus Nouembris.
5 Prӕterea A.Gellius † lib.5.noct.attic.c.17.& Macrob.lib.1. Saturn.capit. 16.ſcribunt,quod ante diem quartum Kalendas,vel Nonas,vel Idus,tamquam inominalem diem plerique vitant. Quibus verbis non alium ſignificant,quàm diem quartum ante Kalendas,vel Nonas, vel Idus, vt habetur expreſſe apud ipſum A.Gellium in periocha eiuſdem capitis. Et probatur ratione manifeſta, quia ſi intelligeretur dies quintus ante Kalẽdas, vel Nonas,vel Idus,ſequeretur, quòd in octo menſibus, qui habent Nonas quintanas,ipſæ Kalendæ menſium fuiſſent vitandæ tamquam infauſtæ:quod minime verum eſt,cum omnes Kalendæ feriatæ eſſent,& Iunoni ſacræ,vt habet idem Macrob.d.lib.1. Saturn.capit.15. ſed bene omnes poſtriduani dies,qui ſcilicet erant poſt Kalendas, vel Nonas, vel Idus ex æquo atri & infauſti habebantur,quibus nefas erat, ſacra celebrari. vt & Macrobius,& Gellius in locis ſupradictis referunt.
6 Item præterea A.Gellius † lib.15.c.28.narrat, ante diem tertium Nonas Ianuar.Ciceronem natum eſſe.Quem diem ipſe Cicero lib.7.epiſtolarum ad Atticum,epiſt.5. ſimpliciter appellat tertium Non.Ianuar.
7 Rurſus B.Epiphanius † hær.51.contra hereſim,quæ non ſuſcipit euangelium Ioannis,& Apocalypſim.prope fin.ait,Chriſtum natum eſſe circa Ianuarium menſem, hoc eſt ante octauum Iduum Ianuarij ſecũdum Romanos. Quibus verbis intelligit B.Epiphanius non quintam Ianuarij, licet quinta corrupte ibi legatur,ſed proculdubio ſextã.Conſtat namque,apud
8 non nullos oriẽtalis eccleſię populos † morẽ fuiſſe,vt ſub vno Epiphaniorum die,Chriſti ſimul natiuitatem in carne, & apparitionem celebrarent.
vt

vt colligitur ex Origene in homilijs quæ de diuerſis appellantur, hom. 8. & ex B. Ioan. Chryſoſt. in homilia de Natiuitate Domini in capit. 2. Lucæ. Tom. 2. & ex B. Hieron. ſuper Ezech. lib. 1. cap. 1. ad ea verba, Factum eſt verbum Domini, & ex Clementi Alex. lib. 1. Stromatum non longe a fi. libri. & ex Ioan. Caſſia. collat. 10. cap. 2. & ex S. Iſid. lib. 1. de eccleſ. off. capitu. 26. Quorum errorem ſecutus eſt B. Epiphan. ibi, vt videtur. Diem autem Epiphaniorum tum a Latinis tum a Græcis omnibus celebrari non quinta Ianuarij, vbi ſunt Nonæ, ſed ſexta die, quæ octauo Idus apud Romanos dicitur, nemo eſt qui neſciat. Quæ res apud B Epiphanium manifeſte ibidem conuincitur, tum quia dicit, eamdem diem apud Aegyptios eſſe Tybi menſis vndecimam, quæ non quintæ, ſed ſextæ Ianuarij reſpondet: vt apparet ex deſcriptione menſium Alexandrinorum facta per ipſum Middelburgenſem in 1. par. Paulinæ, lib. 3. cap. 1. Tum quia idem B. Epiphan. in eod. cap. pagina ſequen. rurſus nominans eamdem diem Natalis Chriſti appellat ſimiliter Tybi vndecimam, & ſextam Ianuarij: quãuis ibi interpres latinus quintam ſcripſerit, & male, quia in græco exẽplari B. Epiphanij legitur ſexta, vt dixi.

Et potius ex hoc loco integro reſtitui & emendari debuit ſuperior corruptus, quàm e contrario ex illa præcedenti mendoſa lectione, vera hæc & bona violari.

9 Idem poſtremo B. Epiphan.† in eod. loco ſubiungit, Chriſtum baptizatum fuiſſe in Iordane fluuio triceſimo anno natiuitatis in carne ante ſextũ Iduũ Nouẽbrium, iuxta Aegyptios Athyr menſis duodecima, iuxta Græcos Dij menſis octaua. Quo in loco non ſeptima dies Nouembris, quæ eſt ſeptimo Idus, vt male quidem Scholiaſtes ibi in margine annotauit, ſed octaua Nouembris, quæ eſt ſexto Idus ſignificatur. Dius enim menſis apud Græcos in totum cum Nouembri noſtro concordat, ita quòd prima dies Dij mẽſis eſt etiam prima menſis Nouembis, & octaua Dij, octaua eſt Nouembris, vt egregie declarat venerabilis Beda in lib. de ratio. temp. cap. 12. Et ſimiliter duodecima Athyr menſis ſecundum Aegyptios eſt octaua Nouembris, non ſeptima, vt patet ex dicta mẽſium Alexandrinorum diſpoſitione facta per Paul. Middelb. in d. lib. 3. par. 1. Paulinæ, cap. 1.

10 Non obſtat huic ſententiæ tex.† in l. anniculus. 1. §. ante diem. ff. de verb. ſig. in quo ſe fundat, & magnam vim facere videtur Middelburgenſis, nam tex. ille ſi bene inſpiciatur, egregie pro nobis facit, & in aduerſarios retorquetur: Habet enim duplicem lectionem, vt Glo. ibi, & omnes Doct. fatentur, licet in eligenda meliori fere omnes defecerint. Vnã habet affirmatiuã hoc pacto, Ante diem decimum Kalendarum, & poſt diem decimum Kalẽdarum vtroque ſermone vndecima dies ſignificatur. Quę lectio falſum generat ſenſum, & intelligibilem, quidquid ibi Doct. in ſuis adinuentionibus nugẽtur; & ſomnient. Quis enim vmquam exemplum afferre poterit, quo per hęc verba, Poſt diem decimum Kalendarum. diem vndecimam ſignificari oſtendat? Scio equidem, & pueri etiam ſciunt, quòd numerus dierum, qui a Nonis, vel idibus, vel Kalendis appellantur, ordine procedit retrogrado a maiori ad minorem; Vnde fit, vt numerus idem, qui ratione dierũ menſium augetur, ratione appellationis a Nonis, aut Idibus, aut Kalendis factę minuatur. Sed quid tum? ex hoc tamen non efficitur, vt ſi quis dixerit, Poſt diem decimum Kalendarum intelligat, aut intelligere poſſit diem

diem vndecimum Kalendarum. Altera igitur lectio(hac priori tamquam adulterina,& falſa penitus reiecta) eſt illius tex. negatiua, hoc modo. Ante diem decimum Kalendarum, Poſt diem decimum Kalendarum, neutro,ſiue nec vtroque ſermone vndecima dies ſignificatur. Quæ lectio veriſſima eſt,& plana,& facilis.

Nam per hęc verba, Ante diem decimũ Kalendarum. ſignificatur ipſe dies decimus ante Kal. Per hæc vero, Poſt diem decimum Kalendarum.ſignificatur ipſe dies decimus poſt Kal. Et tamen pro ratione dubitandi videbatur dicendum,quod cum dies vndecimus Kalendarum immediate adhæreat diei decimo Kalendarũ,neceſſario ſignificaretur vel per hæc verba Ante diem decimum Kalendarum,vel per hæc poſt diem decimum Kalendarum. Ratio autem decidendi,cur non ſignificetur,eſt,quia vſus latini ſermonis,
11 & conſuetudo loquendi,quæ attendenda † eſt, vt in ead.l.anniculus.in princ. docet ipſe Paulus Iuriſconſ.fecit,vt per ea quidem verba,Ante diem decimum Kalendarum,intelligeremus ſimpliciter ipſum diem decimũ, & non vndecimum diem, ante Kal. Quod bene inter alios annotauit Paulus Manutius latini ſermonis ponderator egregius, in ijs comment. qui ſuper epiſtolas Cicer.nuper prodierunt in lucem,tum d.lib.16. epiſt.5.quam ſupra citauimus,tum præcipue lib.8.epiſt.8.& Laurent. Valla, Elegantiarũ lib.4.c.80.vbi tamen affirmatiuã illius tex. lectionem ſecutus eſt.
12 Per illã vero verba,poſt diem decimũ Kalendarum.† vis latinę locutionis fecit,vt intelligeremus ſimiliter ipſum diẽ decimum poſt Kal.

Verum quoniam in hoc poſtremo dicto poſſet fortaſſe quiſpiam dubitare, aſſerens,quod per dicta verba, poſt diem decimum Kalendarum.magis ſignificari videtur dies nonus ante Kalendas,quàm dies decimus poſt Kal. afferam hic quædam verba M.Varronis,& Pompeij Feſti,quibus expoſitionẽ meam luce clariorem efficiã.Varro igitur lib.5.de ling.lat. fere in prin. Quinquatrus(inquit)hic dies vnus ab nominis errore obſeruatur, proinde vt ſint quinque.dictus,vt ab Tuſculanis poſt diẽ ſextum Idus ſimiliter vocatur Sexatrus,& poſt diem ſeptimum Septimatrus, ſic hic quod erat poſt diem quintũ Iduum,Quinquatrus.Feſtus haud diſſimiliter lib.15.de verb. veterum ſignif.Quinquatrus(ait) appellari quidã putant a numero dierũ, qui ferijs celebrabantur,qui ſcilicet errant, tam Hercule quàm qui triduo Saturnalia,& totidem diebus Compitalia.nam omnibus ijs, ſingulis diebus ſunt ſacra.Forma autem vocabuli eius,exemplo multorum populorum Italicorum enunciata eſt,quod poſt diem quintum Iduũ eſt is dies feſtus, vt apud Tuſculanos.Triatrus, & Sexatrus. Mineruæ autem dicatum eum diẽ exiſtimant,quod eo die ædes eius Auentino conſecrata ſit.Et apud eũdem Feſtum Paulus,Quinquatrus(inquit)feſtiuus dies dictus, quod poſt quintũ Iduũ celebraretur,vt Triatrus,& Sexatrus, & Septimatrus,& Decimatrus.Ecce ex Varrone,& Feſto,latini ſermonis præclariſſimis auctoribus,& omni exceptione maioribus habetur, quod Quinquatrus Mineruæ feſtũ,quod quinque cõtinuis diebus durabat,non ab illis quinque diebus dicebatur Quinquatrus,ſed quia poſt diem quintum Iduum celebrabatur. Modo ſi oſtendero, quod Quinquatria ſacra Palladi fiebant non quarto die ante Idus Martias(in Martio enim menſe ea erant ſollemnia)ſed quinto die poſt Idus,id eſt quartodecimo Kal.Apr.iam(vt puto)euidentiſſime demonſtratum erit quod volebamus.

Quòd

Digitized by Google

Quòd igitur Quinquatrus quinto die eſſet poſt Idus, declarat quidem A.Gellius lib.2.noct.attic.cap.21.vbi habet hæc verba. Vulgus Grammaticorum Septemtriones a ſolo numero ſtellarum dictum putat, triones enim per ſeſe nihil ſignificare aiunt, ſed vocabuli eſſe ſupplementum; ſicut in eo quòd Quinquatrus dicamus, quòd quinque ab Idibus dierum numerus ſit, atrus nihil. Sed clariſſime Ouidius lib.3.Faſtorum hanc rem explicat. Quo in loco quamuis diſſentire videatur a Varrone, & Feſto in ratione appellationis nominis Quinquatrus, tamen apertiſſime oſtendit, feſtũ hoc non quarto, aut vllo alio die ante Idus, ſed quinto die poſt Idus celebrari. Ibi enim Martij menſis faſtos deſcribens, ita canit,

Idibus eſt Annę feſtum geniale Perennæ
Non procul a ripis aduena Tibri tuis.

Et deinde poſt multa, quæ ad rem noſtram minime faciunt, ſubdit.

Poſtea cum teneras aurora refecerit herbas
Scorpius a prima parte videndus erit.
Tertia poſt Idus lux eſt celeberrima Baccho,
Bacche faue vati dum tua feſta cano.

Et rurſus poſt multa.

Vna dies media eſt, & fiunt ſacra Mineruæ
Nomina quæ a iunctis quinque diebus habent.

Et poſtremo idem manifeſtiſſime oſtenditur ex vetere Kalendario Romano impreſſo per Aldum Manutium iuniorem in libro de Orthographiæ ratione.

Vbi ad decimumnonum diem menſis Martij, ad quintum ſcilicet diẽ poſt Idus ſignata eſt dictio, QVINquatrus.

13 Si autem quiſpiam a me poſtulet, quanam ratione † factum ſit, vt huiuſmodi loquendi conſuetudo induceretur, ꝙ ſcilicet per hæc verba, Ante diem decimum Kalendarum. ſignificetur ipſe dies decimus ante Kal. per hæc vero, Poſt diem decimum Kalendarum. ipſe decimus dies poſt Kal. cũ videatur alioquin prima facie abſurda, & incongrua, Dicam quamuis ſuf-
14 ficiat mihi in hac re ipſum ſimpliciter loquendi † vſum oſtendere,

Quem penes arbitrium eſt, & vis, norma loquendi.

vt inquit Horatius in lib. de Arte poetica, Tamen vt interrogãti aliqua ex parte ſatisfaciam, fortaſſe huius locutionis, Ante diem decimum Kalendarum. ea fuit cauſſa, & ratio apud Veteres, quia ipſi in dierum denominatione, ſimpliciter abſque vlla adiunctione facta, ſemper hanc præpoſitionem, Ante. ſubintelligebant. Dicebant enim (verbi gratia) ſexto Nonas, octauo Idus, decimo Kalendas, in accuſatiuo, vt intelligeretur ſignificari dies ſextus ante Nonas, dies octauus ante Idus, dies decimus ante Kalendas. Et quãuis etiam in genitiuo dicerent diem ſextum Nonarum, octauũ Iduum, decimum Kalendarum, id tamen parum refert, nam in virtute idẽ ſignificabatur dies ante Nonas, ante Idus, ante Kalendas. Quare cum dicebant, Ante diem decimũ Kalendarum. nihil aliud per ea verba ſignificare videbantur, niſi ipſum diẽ decimum Kalendarũ, vt quæ dictio, & prępoſitio tacite inerat, expreſſe in principio poneretur, ac ſi in eã locutionẽ reſoluerentur & exponerentur verba illa, Ante diem decimum Kalendarũ. i. Die decimo ante Kalendas. Si enim ita exponi, & reſolui non debeant, quæ nam (obſecro te) fuiſſet ratio, aut cauſſa, vt cum vellent diem aliquem

Digitized by Google

Veteris ſignificare, non a nomine ipſius diei proprio, ſed a ſequenti potius denominarēt? Numquid diei vndecimi (verbi gratia) infauſtum erat nomē, vt cum ſimpliciter dicere poſſent, Die vndecimo Kalendarum, hoc tamen omiſſo, a decimo die appellare maluerint, dicentes, Ante diem decimum Calendarum? Quòd ſi infauſtum erat nomen vndecimi, vt dictum eſt, cur ab eo duodecimum appellaſſent, dicentes, Ante diem vndecimū Kalenda-
15 rum? Mira profecto hæc fuiſſent, & riſu digna. Inſuper nonne † etiā fuiſſet mirum, ſi B. Epiphanius in dicta hær. 51. ſingulos ſemper dies per ſequentem deſcribere voluiſſet, nullumque ex ſuo numero, aut ex proprio nomine appellauiſſet? Ibi enim paſſim ſecundum Romanos nominat diem ante decimumſextum Kal. Apr. ante decimumquintum Kal. Apr. ante decimumquartum Kal. Apr. ante decimumtertium Kal. Apr. ante duodecimum Kal. Apr. ante vndecimum Kal. Apr. Et alios etiam dies ibi, & alibi ſimili ſæpius locutione recenſet. Quænam hæc fuiſſet vana religio, & ſcrupuloſa loquendi forma, ſi non ipſum diem decimumſextū, decimumquintū, decimumquartū, decimumtertium, duodecimū, vndecimū Kalendarum Aprilium intellexiſſet?
16 Et cum hęc locutio, † Ante diem decimū Kalendarū. reſolueretur in hanc (vt dictū eſt) id eſt, Die decimo ante Kalendas; conſequēs fuit, vt ſimilis forma hæc locutio, poſt diem decimū Kalendarū. reſolueretur in hanc, id eſt Die decimo poſt Kalendas.

Ex his duo notatu maxime digna colligenda ſunt.
17 Alterum eſt, quod idē dies † pluribus modis apud Veteres deſcribebatur. Verbi gratia die tertio Ianuarij, qui fuit Natalis Ciceronis, & quo die pro ſalute Principis vota ſuſcipiebātur, dici poterat Tertio Non. Ianuar. & Ante diē tertiū Non. Ian. vt eſt apud Cicer. lib. 7. ad Atticū, epiſt. 5. & apud A. Gellium lib. 15. c. 28. Item dici poterat, Die tertio poſt Cal. Ianuar. vel poſt tertium Cal. Ianuar. vt eſt apud Caiū Iuriſconſ. in l. ſi calumur. §. poſt Calendas. ff. de verb. ſig. & apud Plutarchum in vita Ciceronis, in prin. quē tamen locum non intellexiſſe viſus eſt Bochius interpres, vt bene aduertit Antonius Auguſt. lib. 4. emend. c. 6.
18 Alterū notatu dignū eſt, quod in appellatione dierū vtraque extrema † cōputanda ſint; nam cū dicitur (verbi gratia) Die tertio poſt Cal. vel Tertio ante Cal. & ipſæ Calendæ, & dies qui deſcribitur computantur in numero, alioquin trium dierum ratio non conſtaret. Ex quo apparet, quod cum dicimus, Ante diem decimum Calendarum; neque dies vndecimus, vt plerique inepte, neque dies nonus, vt Alciatus, & Budæus, & Antonius Aug. exiſtimant, ſed ipſe dies decimus ante Cal. vtriſque extremis computatis ſignificatur.

Abeant iam igitur futiles & inſulſæ interpretationes, & legamus nos cum Antonio Aug. dicto lib. 4. emend. c. 6. & cū alijs doctiſſimis viris textū d. l. auniculus. §. ante diem. ff. de ver. ſig. negatiue prout diximus, & prout habeat Pandectæ Florentinæ. Quem intellectum negatiuum licet tamquam falſum & abſurdiſſimū exſibilandum, & vltra columnas Herculis proijcēdum ſtatuerit Petrus Rebuffus vim latini ſermonis hac in re minime percipiens, nos tamen tamquā verum, & germanum, ne dum intra Latij fines, ſed in media Roma, & intra ipſum Conſcriptorum patrum ſenatum firmiter retinendum cenſemus.

Verum

Verum præſenti iam diſputatione, quæ eſt de dierum antiqua nuncupatiõne, dimiſſa, in qua veluti in re maxime opportuna ad auctores recte intelligendos neceſſarium fuit parumper immorari, proſequentes nunc inſtitutum noſtrum dicimus, quòd cum Lactantij Firmiani ſententia, Christum
19 reſurrexiſſe viceſimaquinta Martij, & viceſimatertia die † fuiſſe paſſum tenet Euſeb. Cæſar. in omnimoda hiſtoria canonum chronicorum. quẽ ſupra citauimus c.62.num.13.
Et ante ipſum Theophilus ſimiliter Cæſareẽſis, antiquus videlicet, vicinuſque apoſtolicorum temporum doctor, in Epiſtola ſynhodica, quam vna cũ ceteris non ſolum Palæſtinæ, ſed & permultis aliarum regionum epiſcopis, de paſcha diſputans ſcripſit aduerſus eos, qui quartadecima Luna cũ Iudæis paſcha celebrabant. vt refert Beda in lib. de ratio. temp. c.45. & 65. & in lib. qui inſcribitur de ſex ætatibus mundi, ſiue chronicon. quæ epiſt. ſynhodica impreſſa eſt inter opera ipſius Bedæ, Tom.2. in fi.

DE DIE MENSIS, IN QVA CHRISTVS PASſus eſt. Cap. LXXIV.

1 *Chriſtus paſſus eſt ſecundum aliquos viceſimatertia die Martij. & num.8. Secundum alios die viceſimaſecunda. num.12. Secundum alios die viceſimaprima. nũ.13. Secundum alios die viceſima. num.14. Secundũ alios die decimaoctaua. num.15. Secundum alios die ſeptima. num.16. Secũdũ alios die viceſimaſexta. num.17, Secundum alios die triceſima. num.18. Secundum alios die ſecunda Aprilis num.21. Secundum alios die tertia. num. 22. Secundum alios die vndecima. num.23.*

2 *Paſcha non niſi in Dominica, & in plenilunio poſt æquinoctium vernum celebrandum eſt. Ab vndecimo Kalendarum Aprilium vſque in vndecimum Kalendarum Maiarum. num.3.*

4 *Auctores clari & inſignes præſertim antiqui, ſi quid quandoque minus caute exciderit, benigna & prudenti interpretatione cohoneſtandi ſunt, non cõtra rigoroſa & ſuperficiali dehoneſtandi.*

5 *Chriſtus dici poteſt paſſus in feria quinta, quia in illius diei nocte eius paſſio incœpit cum captus eſt, licet in feria ſexta fuerit crucifixus.*

6 *Chriſtus non iacuit in ſepulcro per integrum triduum, ſecundum opinionem omnium Catholicorum.*

7 *Opinionibus contraria quemlibet proferentem attendere ſtultum eſt.*

9 *Paſcha olim a Gallis, & Tuſcis celebrabatur octauo Kal. Apr. vbi Chriſti reſurrectio fuiſſe tradebatur. Eodem etiam modo celebrabatur a quibuſdam Quartodecimanis hæreticis. num.10. Inter quos tamen differentia aſſignatur. num.11.*

19 *Sextæ quæque feriæ menſis Martij ſacræ & celebres habentur, quia fere omnes Doct. conueniunt, quòd Chriſtus in ſexta feria menſis Martij paſſus ſit.*

20 *Menſis Lunaris ei menſi Solari poteſt adſcribi, in quo cęptus aſſeritur, & in quo Neomenia extiterit.*

24 *Dies paſſionis Chriſti occultus eſt nobis. Et huiuſmodi occultationis cauſſa affertur ex aliorum ſententia. nu. 25. Item ex propria. nu. 26. & 28.*

27 *Aequinoctij verni, & plenilunij obſeruatio in celebrando Paſcha ſignificationem habet.*

29 *Sextam feriam ſemper in abſtinentia propter paſſionem, & diem Dominicam in lætitia propter reſurrectionem Chriſti recolere debemus.*

EST autem aduertendum circa hunc Theophilum Cæſareenſem, de quo
in fi. ſuperioris cap. dictum eſt, quòd quidam in eo interpretando fœ-
diſſime decepti ſunt, putantes, ipſum aſſerere, Chriſtum fuiſſe paſſum nō
1 viceſimatertia die † Martij, ſed viceſimaſecunda: vndecimo ſcilicet, nō de-
cimo Kal. Apr. Hi autem ſunt Paulus Middelb. in 2. par. Paulinæ, lib. 1. c. 1.
vbi ex profeſſo hoc ſuadere nititur, & probare, & ipſum tacite, atque in-
caute deinde ſecutus Michael Thomas. in notis ad Lactant. Firmia. annot.
105. Et quoniam plurimum intereſt, hoc, an illo modo intelligatur Theo-
philus, non ſolum quantum ad determinationem diei crucifixionis Ieſu
Chriſti (nam ſi aliud non adeſſet, parui tandem hoc facerem) ſed præcipue
quantum ad triduum mortis Chriſti, in quo vſque adhuc laboramus, iccir-
co ipſius hic Theophili verba formalia a nobis ponenda ſunt. Theophilus
igitur in ea epiſt. quam ſupra citauimus cap. præced. in fi. poſtquam Syno-
2 dus ſtatuiſſet, celebrationem paſchæ † non niſi in die Dominica, in qua
Chriſtus reſurrexit, in plenilunio poſt æquinoctium vernum eſſe facien-
dam; atque Epiſcopi ceteri determinate dixiſſent, ab octauo Kal. Apr. in
quo æquinoctium eſſe aſſerebant, ſumendum eſſe principium paſchalis
obſeruationis; ipſe iudicans tres alios dies huic termino adijciendos eſſe,
ita vt ab vndecimo die Kalendarum Aprilium paſchæ initium ſumeretur,
hęc verba protulit. Ecce impium non eſt, vt paſſio dominica tanti ſacra-
menti myſterium extra limitem excludatur? Paſſus namque Dominus
ab vndecimo Kalendarum Aprilium, qua nocte a Iudæis traditus eſt, &
ab octauo Kal. reſurrexit. Quo modo ergo tres dies extra terminum ex-
cluduntur? Omnes Epiſcopi dixerunt, Nulla ratione fieri debet, vt tan-
tum ſacramentum extra limitem excludatur, ſed hi tres dies intra termi-
num inducatur. Et de ſubter retrahere conſtitutum eſt. Ergo in illa Syno-
3 do ab vndecimo Calendarum Aprilium † vſque in vndecimum Calenda-
rum Maiarum paſcha debent ſeruare; Et nec ante nec poſtea cuicumq; con
ſtitutum limitem tranſgredi liceat. Hęc in Epiſtola illa ſynodica. In quibus
verbis concedo in primis Middelburgenſi, Theophilum diem vndecimum
Calendarum Aprilium ſcripſiſſe, non decimum; & voluiſſe adijcere tres
dies, non tm̄ duos ad terminum paſchalem, qui erat prius octauo Cal. Apr.
in quo Chriſti reſurrectio facta dicebatur. Deinde nullam vim facio, ſiue
legatur. Ecce impium non eſt. prout nos legimus; ſiue legatur, Ecce impiū
enim eſt. prout Middelburgenſis legendum contendit ſine propoſito; cū
vtraque lectio idem importet, & ſignificet. Negatiua enim lectio noſtra
cum interrogatione eumdem facit ſenſum, & in idem recidit cum lectione
affirmatiua ſine interrogatione. Quare in hoc nihil moror. Sed quòd præ-
terea

Digitized by Google

terea ex his Theophili verbis colligat Middelburgenſis, Theophili ſenten
tiam eſſe, Chriſtum fuiſſe crucifixum vndecimo Cal. Apr. & octauo Calē.
reſurrexiſſe. hoc eſt, quod ego nego, quod falſum dico, quod nulla ratione
concedendum affirmo.
At inquit Middelb. inueniſſe ſe in Rabani computo, vetuſtiſſimo quodam
libro, Theophili ſentētiam relatam aliter quàm nos ſupra ſcripſerimus ha
bentem. Ibi.n. ita ſcriptum eſſe teſtatur. Impium.n.eſt, vt paſſio dominica
tāti ſacramenti myſterium foras limitē excludatur: paſſus namque eſt Do
minus vndecimo Kal. Apr. & octauo Kal. reſurrexit; quo modo tres dies fo-
ras terminum excludentur? &c. Vide, obſecro, lector humaniſſime, quan-
to ſtudio, quanta diligentia ſuarum interpretationum patronum quærita
uerit ſibi Middelburgēſis. Erubeſcebat, credo, ſolus ſine comite eas in me
dium proferre; cumque nemo eſſet qui ſecum iret, inueniſſe ſe tādem vnū
Theophilum arbitratus eſt, quem ſi non per manus, ſaltem per laciniā te-
nens ſecum traheret. Verumtamen Theophilus minime conſentit, ab eiuſ
que opinionibus reclamat; & proteſtatur aperte, ſe in eis neque partē ha-
buiſſe, neque habere velle. Quòd ſi etiam os ipſi clauſeris, oculis tamen &
capite abnuet. Neque opus eſt, Rabanum hac in re teſtem producere, ipſe
Theophilus ſe prodit, ſcripta ſua, & epiſtolā producit. In claris quid opus
eſt coniecturis? Sin autem teſtes etiam examinandi ſunt, examinentur ve-
nerabilis Beda, Nicolaus de Lyra, Rogerus Bacon, Gerlandus de Lotharin
gia. Omnes iſti ipſo etiam Middelburgenſi referente, teſtantur, Theophili
ſententiam eſſe, quòd Chriſtus decimo Kal. Apr. fuerit crucifixus, & octa
uo Kal. reſurrexerit. Quòd ſi vnus Rabani liber aliud habere videatur, ſup
plendum eſt potius ex multis integris codicibus quod deeſt in vno, quàm
quòd ex vno manco contra plurimos integros argumentemur. Eſto præte
rea, quòd alius non reperiatur, niſi ille Rabani vetuſtiſſimus liber, nūquid
tamen ex eo in verbis tam paucis tam obſcuris colligere ſententiam liceat
4 tam grandem, tam abſurdam? Didici ego auctores claros & inſignes † pręſ
ſertim vero antiquos, ſi quid quandoque minus caute exciderit, benigna
& prudenti interpretatione cohoneſtandos eſſe, non contra rigoroſa & ſu
perficiali dehoneſtandos. Fingamus, Theophilum aſſerere, prout in Ra-
bani vetuſtiſſimo libro continetur, Dominum vndecimo Kal. Apr. paſſum
eſſe, & octauo Kal. reſurrexiſſe. ¦Dicendum erit ad ſaluandum hunc aucto
rem, principalem Theophili intentionem fuiſſe adijcere tres dies termi-
no paſchali, qui cum eſſet prius octauo Kal. Apr. in quo Chriſtus reſurre-
xiſſe ferebatur, voluiſſe in poſterum ne paſſio dominica tanti ſacramen-
ti myſterium extra limitem excluderetur, vt ab vndecimo Kalē. inciperet,
vbi nimirum paſſio Chriſti cœpta eſt. Cum ergo inquit Theophilus,
quòd Chriſtus vndecimo Kalend. paſſus eſt † non eſt intelligendus ſenſiſ
ſe, quòd Chriſtus eo die crucifixus ſit, ſed quòd ab eo die Chriſti paſſio
initium ſumpſit; quia videlicet illius diei nocte a iudæis tentus & ligatus,
tunc paſſionis ſuæ ſacrauit exordium. vt bene, licet ad aliud propoſitum,
exponunt ſæpiſſime Beda, Remigius, S. Anſelmus, Glo. ord. quos ſupra ci-
tauimus cap. 57. nu. 2. Et in tantum vere dici poteſt, etiam in ea nocte fe-
riæ quintæ paſſum eſſe Chriſtum, vt non defuerint qui putarent, iam tū
dici poſſe, ipſum fuiſſe in corde terræ, vel poſtquam ſcilicet fuerit in pote-
ſtate & deſiderio Iudæorū, vt exponunt Euſeb. Emiſ. S. Anſel. & Caiet. vel

Digitized by Google

poſtquam ſeipſum Diſcipulis tradiderit in ſacramento immolatū.vt expo-
nunt S.Greg.Nyſſę.& Theophyl.quos omnes ſupra ſimiliter citauimus c.
49.nu.3.& 4. Denique quiduis potius dicendum eſt,quam quòd Theophi
lus ſentiat, Chriſtum vndecimo Kalend.Apr.fuiſſe crucifixum, & octauo
6 Kal. reſurrexiſſe,vt quaſi per integrum triduum manſerit † in ſepulcro &
quarto die reſurrexerit,contra receptisſimam ſacrorum Euangeliorū ex-
poſitionem,& contra omnium hominum mundi catholicorum,quotquot
vmquam fuerunt,vno excepto Middelburgenſi,ſententiam.
Verum nos ne digreſſionib.tędio lectorem afficiamus tam frequētibus,ad
propoſitam noſtram tractationem reuertamur oportet.Potuiſſem,fateor,
hanc de Theophili ſententia diſputationem quaſi per ſaltum rotis curren
tibus tranſilire,cum potiſſimum Ariſtotelis documentum ſit in Top.lib.1.
7 c.9.de quouis contraria opinionibus † proferrente curam habere ſtultum
eſſe;Verumtamen ſatius me facturum exiſtimaui,ſi paulisper gradū ſiſtēs,
moleſtum hunc de via ceſpitem reſecarem,ne quis forte fortuna nobiſcum
ambulans aut currens,pedes ad eum imprudēter offenderet,atque vt iter
noſtrum iam cæptum,rectum(quantum fieri poteſt per me)& complana-
tum exhiberem.
8 Chriſtum fuiſſe paſſum vicesimatertia die † Martij dicebamus ſenſiſſe La-
ctantiū Firm.ſecundum lectionem magis antiquam, Euſebium, & Theo
philum Cæſareenſ.vt patet ſupra cap.præcedenti,nu.3.& 19.Hanc eam-
dem ſententiam tenet Theophilus Alexandrinus relatus a Io. de ſacro Bo
ſco in libello de anni ratione.c.de feſtis mobilibus.& S. Auguſt. in ſer.22.
de tempore,qui eſt de Natiuit.Domini.18.Et Beda in libr. de ratio.temp.
cap.65.& in lib.de ſex ætatibus mundi, ſiue Chronicon.In quibus locis aſ
ſerit,quòd eadem die in initio creationis mundi Deus animalia terreſtria,
& ipſum hominem formauit Adam,de cuius latere dormientis matrē om-
niū viuentiū produxit Euā.Vnde merito,inquit,creditur, ſi nō verior ſen
tentia vincit,eodē decimo Kalēdarū Apriliū die Dominū fuiſſe crucifixū.
Decebat.n.vna,eadēque non ſolū hebdomadis, ſed & mēſis die ſecundū
Adā pro generis humani ſalute viuifica morte ſopitū de productis e latere
ſuo celeſtib.ſacramentis ſponsā ſibi Eccleſiā ſanctificare,qua videlicet die
primū Adam humani generis patrē ipſe creauerat , eiq; de latere coſtā tol
lens mulierē ædificauerat , cuius adiutorio genus propagaret humanum.
Quæ verba tranſcripſit ēt Ado Vien.eamdē ſequens ſententiam in Breuia
rio chronicorū,ætate 1.in prin. Eādem præterea opinionē tenet S. Anſelſ
lib.2.de Imag.mundi,c.17.Et quidam alij,quos tacitis licet nominibus re
fert Beda in lib.de ratio.tēp.c.59. Sed præcipue Græci fere omnes, & in-
ter ipſos Nicetas,hanc ſecuti ſunt,vt refert Paulus Middelb.in 2. par.Pau
linæ,lib.5.c.1.& 2.Et ibidem c.8.ait,Gerlandum Lotharingum computa-
torem nominatiſſimum hanc eamdem ſecutum fuiſſe.
9 Et poſtremo antiquitus Galli † quocumque die octauus Kalendarū Apri-
liū fuiſſet,quando Chriſti reſurrectio fuiſſe tradebatur,ſemper Paſcha ce-
lebrabant,vt inquit idem Beda in lib.de ratio.temp.cap.45.& habetur in
Epiſt.ſynodica Theophili Cæſareen.Quibus Gallis iungit Middelburgē-
ſis in d.lib.5.par.2.Paulinæ.c.2.Tuſcos,& in Aſia Montanos. Qua in re
Galli,& Tuſci ſupradicti minime diſcrepare videbantur a Quartodecima-
10 nis hæreticis † præſertim vero iis,qui in Cappadocia degebant.

Hi

Digitized by Google

Hi namque(vt refert B.Epiphan.hær.50.contra Teſſareſcædecatitas)ſimi-
liter Paſcha ſemper celebrabant octauo Cal.Apr.

Niſi tamen dicas,quòd quãuis in materiali conuenirent, in formali tamẽ
11 †maxime differebant.Galli enim & Tuſci celebrantes diẽ paſchæ viceſima
quinta Martij,repræſentabant in ea reſurrectionẽ Chriſti,quam ea die fa-
ctã exiſtimabant Luna decimaſeptima,cũ plurimis alijs catholicis non ma
le in hoc ſentientes,quãuis in eo errarent,quòd tẽpus paſchæ legitimũ ſi-
mul cũ Romana,& alijs illuſtribus eccleſijs non obſeruarent. At Quarto-
decimani hæretici iactantes ſe ex Actis Pilati comperiſſe,Dominum fuiſſe
crucifixũ viceſimaquinta die Martij Luna decimaquarta, Quidam ex ipſis
(facto ſchiſmate inter eos)ſimpliciter Lunã quartamdecimã menſis Martij,
Quidam vero diẽ viceſimamquintã eiuſdem menſis, in memoriam ſcilicet
illius quartędecimæ Lunæ, in qua crucifixum Dominũ aſſerebant, in ce-
lebrando paſcha obſeruabant. In qua obſeruatione omnes Quartodecima-
nos paſcha magis iudaicum,quàm chriſtianum celebraſſe conſtat.

Quãuis autẽ Sixtus Senen.lib.2.Biblioth.ſanctę,vbi agit de Pontio pilato,
dicat viceſimamquartã diem Martij, non viceſimamquintam fuiſſe cõper-
tam a Quartodecimanis in Pilati actibus,tamẽ ipſe etiam cum multis alijs
deceptus eſt,nam B.Epiphan.in d.hær.50.de ea die loquens dicit diem an-
te octauum Calendarum Aprilium,qui proculdubio ipſum diem octauum
Calendarũ, non diem nonum Kalendarum ſignificat,vt ſupra late decla-
raui cap.præced.num.4.& ſeqq.& infra alio rurſus inuincibili argumento
ex eodem B.Epiphan.in ſeq.cap.num.12.poſtquam de die ęquinoctij verni
loqui inſtituerimus,demonſtrabo.

Nunc ſententias de die paſſionis Chriſti recenſere pergamus. Non nulli
12 fuerunt† ex Latinis,qui dicerent,Chriſtũ paſſum eſſe vndecimo Cal.Apr.
id eſt viceſimaſecunda die Martij,vt refert Middel.in 2.par.Paulinę, libro
quinto,capitulo primo,nullum tamen ibi in ſpecie nominat,qui huius fue-
rit opinionis.

13 S.Anſelmus † ſuper Matth.cap.27.ibi,Altera autem die,quæ eſt poſt para-
ſceuen.(ſi tamen S. Anſelmi ſit ea expoſitio in dicto loco, de quo vidimus
ſupra,cap.68.num.12.& ſeqq.)putat,Dominum fuiſſe crucifixum duode-
cimo Cal.Apr. id eſt viceſimaprima die Martij. Et iuxta hanc cõputationẽ
inuenimus,inquit,etiam eo tempore, id eſt decimo Calendarum Apriliũ,
Dei filium reſurrexiſſe a mortuis,quo tempore protoplaſtum Adã inueni-
mus eſſe formatum ex limo terræ.

Et hanc eamdem opinionem refert tenuiſſe nonnullos Clemens Alexan.
lib. 1. Stromatum ante finem libri. vbi habetur hæc verba. Et de Domini
paſſione ſubtilius differentes, aliqui quidem ſextodecimo anno Tiberij
Cæſaris,viceſimaquinta Phamenoth dicunt paſſum eſſe Dominum. Vt
autem appellet ex deſcriptione menſium Alexandrinorum factam per
Paulum Middelburgenſem,in prima parte Paulinæ libro tertio. capitulo
primo, dies viceſimaquinta Phamenoth reſpondet viceſimæquintæ diei
Martij.

14 B.Epiphan.† in ſupradicta hær.50.cõtra Teſſareſcædecatitas.& hęr.51.cõ
tra hęreſim,quę non ſuſcipit euangeliũ Ioannis,& Apocalypſim. reprobãs
eorũ opinionẽ qui dicunt,Chriſtũ paſſum eſſe viceſimaquinta die Martij,
aſſerit ſe reuera velut ex multa certitudine cognouiſſe,die ante decimũ ter

Aa 2 tium

menſem tranſgrediuntur, & ad ſaluandum antiquam conſuetudinem, & mueteratã ſupradictam opinionem de ſextis ferijs menſis Martij, ſatis eſſe exiſtimant, ſi dicatur, Dominum fuiſſe crucifixum ea Luna, cuius Neome-
20 nia in Martio extiterit, quaſi totus † ille menſis Lunaris Martio poſſit adſcribi, in quo cœptus aſſeritur, vt inquit Ioan. Lucidus in opuſc. de vero die paſſionis Chriſti. cap. 9. quamuis, ſecundum alios magis communiter dicatur, quod Lunatio ei menſi adſcribitur, in quo finitur iuxta verſiculum. In quo completur, menſi Lunatio detur, vt not. Ioan. Sacroboſcius in libello de anni ratione cap. de menſibus Lunaribus. & Vincentius in Speculo natali. lib. 15. cap. 89.

21 Sunt itaque non nulli † qui quarto Nonas Apriles, id eſt ſecũdo die mẽſis Aprilis neruis omnibus cõtendant, Chriſtũ dominum in crucem ſublatum. vt refert Hugolinus Martellus in lib. de anni integra reſtit. c. 19.

22 Alij rurſus † ſunt, qui aſtronomicis ſupputationibus rem hanc diligẽtiſsime inueſtigantes aſſerunt, Dominum non alio die quam tertio Non. Apr. qui tertius dies eſt eiuſdẽ menſis, fuiſſe crucifixum. Quam ſententiam tenent Rogerus Bacon, & Ioan. de Maris, quos refert Middelb. in 2. par. Paulinæ lib. 5. cap. 9. & 10. & videtur tenere Paulus Burgenſis in addit. ad Nicol. de Lyra ſuper cap. 26. Matth. vt habet idem Middelb. in d. lib. 5. cap. 11. Eamdẽ etiam ſententiam tenent Abulenſis in 2. par. Defenſorij, ca. 16. & Io. Lucidus in opuſculo de vero die paſſionis Chriſti, ca. 9. & Pontacus in chronographia, in princ. vbi ponit, Chriſtum natum octauo Kal. Ian. vixiſſe menſes tres, & dies decem ſupra annos trigintaduos. & Ioſephus Zarlinus in libello italice conſcripto de vero anno & die, in quo crucifixus eſt Chriſtus. & Barthol. Medina ſuper 3. par. S. Thomę. quęſt. 46. art. 9. quæſtio. 3. ſuper dictum artic. 9 & Petrus Pitatus in ſuo Compendio. tract. 2. vbi agit de errore Burici computatione vitæ ac mortis Chriſti. Et demum omnes fere recentiores hanc opinionem ſequuntur.

23 Iuſuper quidam † putant, Chriſtum fuiſſe paſſum tertio Idus Apr. id eſt vndecima die Aprilis. Et in hac ſententia fuiſſe Ioannem de Monte Regio ſcribit Middelb. in d. lib. 5. cap. 1. & 12. Poſtremo non nulli fuerunt quos refert Clemens Alex. lib. 1 Stromatum, longe ante finem libri, qui dixerũt: Dominum fuiſse paſſum die decimanona menſis Pharmuthi, & non nulli qui dixerunt die. 25. eiuſdem menſis: hoc eſt die 14. Aprilis, & die. 20. Aprilis. vt colligitur ex deſcriptione menſium Alexandrinorum facta per Catulum Middelburgenſem in 1. par. Paulinę, lib. 3. c. 1.

Ex his autem omnibus patet, quàm variæ ſint auctorum ſententiæ de die paſsionis Chriſti, cum a die ſeptima menſis Martij vſque ad viceſimam Aprilis viri non defuerint doctiſsimi, qui diem huiuſmodi conſtituere non dubitauerint.

24 In tanta autem opinionum † diuerſitate, & de re tanta, quanta nulla vnquam fuit (vt verbis vtar Hugolini Martelli in loco ſupracitato) eritne poſt hac qui dicat, comperti quidquam haberi poſse? Immo quis non dicat, & credat, aliquo diuinitatis arcano mortis filij Dei certam diem occultatam nobis fuiſse? Quis enim non miretur, Incarnationis Dei diem vni virgini matri Mariæ cognitam? Natiuitatis noctem paucisſimis detectam, in comperto ſemper vniuerſæ eccleſiæ fuiſse; paſsionis vero diem in ampliſsima & nobiliſsima vrbe peractæ, principibus

 totius

totius ciuitatis viris id procurantibus,& per calumniam plebis ſeditionē,
& prouinciæ rebellionem cauſſantibus,Præſide Romano ius pro tribuna-
li dicente,cuncto populo acclamante,& inſpectante, ſignis etiam datis &
in cælo,& in terra,& in abditiſſimis terræ penetralibus admirabilibus, &
per omnem terrarū orbem vſquequaque memorandis , in ambiguo tamen
adhuc eſſe? Profecto aliud dici non poteſt , niſi quòd non abſque diuino
conſilio factum eſt,vt tam alti,& imperſcrutabilis myſterij dies in obſcuro
eſſe omnino videatur.

25 Huiuſmodi autē occultationis cauſſam† ſi quis paulo curioſius noſſe deſi-
deret,ipſe Hugolinus Martellus eam eſſe arbitratur,quia ſi ad animi noſtri
mœrorem ex recordatione conceptum delictorū noſtrorum,quæ Dei filiū
ad mortem crucis compulerunt,ſique ad commiſerationem ex cruciatibus
ſæuiſſimis,& crudeliſſimis in noſtris ſenſibus excitatam,quos cruciatus pa-
tientiſſime pro noſtra ſalute pertulit innocentiſſimus Ieſus, accedat præ-
terea virtus,quæ a ſanctitate loci proculdubio manat, & ad hanc virtutem
loci,vires quoque veriſſimi tēporis diuinitus immiſſæ ſuperadiungerentur,
piæ mentes paſſim exanimarentur profecto (ſicut ex ſolo ſepulcri Chriſti
amplexu exanimatos aliquos extemplo fuiſſe nouimus) & vlteriorem bea-
titudinis gradum in cælis demerendi pro longiori in terris vita facultate
priuarentur.Quare miſericors(inquit)hac etiā in parte filiorum ſuorum eſt
clementiſſimus pater , & ne dolorum, & lacrymarum cumulatiore mole
obrueremur prouidit.Hæc ille.

26 Mihi tamen† hac eius ratione tamquā parum firma , & ſatis fragili dimiſ-
ſa,iccirco videtur Dominus diem paſſionis , & reſurrectionis ſuæ certum
celaſſe a nobis, neque eccleſiæ indicare voluiſſe , quia nimirum inſinuare
nobis voluit,ſacramentū hoc non per aliquem certum diem menſis,quem-
admodū reliquas feſtorum celebritates,ſed per obſeruationem plenilunij,
& æquinoctij verni clarius& euidētius in myſterio repræſentari debere.Et
27 quidem quid ſignificationis habeant æquinoctium vernum, † & plenilu-
nium; augmentum ſcilicet lucis Solis & diei ſupra nocturnas tenebras , &
decrementum lucis Lunæ,doctores ſancti,Chryſoſtomus in ſerm.de Nati-
uit.S.Ioan.Baptiſtæ,Epiphanius hær.50.contra Teſſareſcædecatitas , Am-
broſius in epiſt.83.ad Epiſcopos per Æmiliam conſtitutos , Auguſtinus in
epiſt.119.ad Ianuarium , quæ habetur etiam inter opera B. Hieronymi,
Tom.9.epiſt.21.& in lib.quæſtionum veter. & noui teſtam.vel quiſquis ſit
illius libri auctor.quæſt.84.in 1.editio.Iſidorus lib.1. de eccleſ.off.capi.31.
Rabanus libro ſecundo de inſtitut.cleric.capitu.39. & lib.2.ſuper Numer.
capitu.1. Beda in lib.de ratio.temp.capitu.28. Ruper.abb.Tuitien.lib.6.
de diui.off.capitu.27.& lib.2.in Exo.capitu.5. Iuo Carnoten. in ſerm. de
paſcha.& plerique alij ſcriptis ſuis inſinuarunt.Non eſt,cur modo per ſin-
28 gulas digreſſiones vbique facientes diutius nos immoremur.Voluit † item
(& hoc addam) dominus Ieſus, vt diem paſſionis ſuæ in paraſceue, diem
autem reſurrectionis in prima Sabbathi contigiſſe , ignorata die menſis,
per euangelia nobis innoteſceret ; quatenus propter hanc memoriam non
vnum aliquem diem menſis in ſingulos quoſque hebdomadæ dies varia-
bilem quemadmodum in feſtiuitatibus ceteris immobilibus, ſed ſpecialiter
29 ſextā feriam † ſemper propter paſſionē, & primā Sabbathi propter reſur-
rectionē recoleremus.Neque id quidē ſemel tantū in anno, ſed per ſingu-

las

las hebdomadas omnibus ſextis ferijs in mœrore eſſemus abſtinentes, omnibuſque diebus Dominicis in lætitia, & exſultatione feſtum Domino ageremus. iuxta tex. in c. Sabbatho. & c. ieiunia ſane. de conſec. diſt. 3. Vt per hæc & iugis ſit tantorum beneficiorum recordatio, quæ noſtris ſenſibus tenacius inhæreat, & veteris Sabbathiſmi iudaica ſollemnitate translata ſacram diem Dominicam ſanctæ dicatam reſurrectioni populus Chriſti fidelis in nouitate vitę celebremus.

Dicimus igitur, & concludimus, vt vnde paululum deflexit, eo noſtra redeat oratio, ex aliquo die menſis Martij paſſioni Chriſti aſſignato, validū colligi argumentum minime poſſe. Nam cum huiuſmodi dies incertus ſit, quidquid ſuper ipſum ſtruxeris, facile nutabit & corruet. Quòd ſi quis putet, magnam vim in viceſimoquinto Martij menſis die faciendam eſſe, & ex eo argumentum contra nos iactare non deſinat, oſtendat prius, quanam via & ratione eiuſmodi ipſe diem probet, ac confirmet, & quo modo Calendarium in eo conſentiat; & tunc deinde etiam nos reſponſum ei dare multiplex ſi neceſſe ſit, non omittemus. Interim vero ea quæ prolata ſunt hactenus, ſatis, ſuperque eſſe ad argumenti ſolutionem videri poterunt.

Atque hæc quidem quantum ad primum de die paſſionis Ieſu Chriſti ſufficiant.

DE DIE AEQVINOCTII VERNI TEMPORE paſſionis Chriſti. Cap. LXXV.

1 *Aequinoctium vernum tempore Chriſti in viceſimoquinto die Martij reperiebatur ſecundum communiſſimam opinionem. & numer. 2. Vel in die viceſimoquarto & viceſimoquinto, ſecundum quòd annus erat vel biſſextilis, vel communis, primus, ſecundus, aut tertius poſt biſſextilem. num. 5.*

3 *Chriſtus conceptus eſt in æquinoctio verno, & natus in brumæ ſolſtitio: Præcurſor vero conceptus eſt in æquinoctio autumnali, & natus in ſolſtitio æſtiuo.*

4 *Aequinoctium non vnum dumtaxat, ſed duos ſibi vindicat dies menſis, in quorum nunc vno, nunc altero peragitur, ſecundum quòd annus vel biſſextilis fuerit, vel communis, primus, aut ſecundus, aut tertius poſt biſſextilem.*

6 *Aequinoctium vernum tempore S. Clementis Romani, in viceſimoſecundo die menſis Martij reperiebatur. Et ſimiliter tempore S. Anatolij Laodiceni epiſcopi. nu. 7.*

8 *Menſis Diſtrus eſt idem penitus cum menſe Martio. & nu. 10. & 13.*

9 *Menſes Græcorum eodem æqualiter dierum numero, quo Latinorum menſes procedunt, ac ſimul initium ſumunt.*

11 *Chriſtus reſurrexit ſecundum B. Epiphan. viceſimoſecundo die menſis Martij, in quo erat æquinoctium vernum. Secundum Euſebium Cæſar. die*

vigeſimoquinto. numer. 14.

12 *Ante diem vndecimum Kalendarum, ſignificat ipſum diem vndecimam, non duodecimum Kalendarum.*

QVantum ad ſecũdum de die certa menſis, in qua tẽpore Chriſti æqui-
1 noctium vernum reperiretur, licet communis ſit, & vulgo recepta † ſententia, quòd vigeſimaquinta Martij eiuſmodi dies fuerit, tamen ſi quis paulo diligẽtius rem introſpexerit, haud ita facile vigeſimumquintũ diẽ pronunciabit, & fortaſſe non multo minores in eo conſtituendo difficultates ſentiet, quàm quæ in aſſerendo die paſſionis Chriſti occurrerinnt. Mihi tamen in animo minime eſt, omnia quæ in hac materia dici poſſent, a capite in hoc loco, & (vt dicitur) ab ouo ſigillatim velle recenſere, verumtamen pauca quædam ex plurimis, breuiter quidem, ſed dilucide, quantum per me fieri, poterit ita proponam, vt ex ijs argumentũ in contrarium factum, ne dum ſufficienter diiutum, ſed pleniſſime etiam euacuatum appareat.

2 In primis igitur fateor & veterum & recentiorum communem † (vt dixi) eſſe opinionem, tempore Chriſti Saluatoris æquinoctium vernum ad octauum Cal. Apr. id eſt ad vigeſimumquintum diem Martij peragi ſolitũ fuiſſe. Quod ex antiquis & prophanis auctoribus aſſerit Plinius lib. 18. natur. hiſt. c. 25. & 26. & Columella lib. 9. de re ruſt. c. 14. & lib. 11. ca. 2. & Macrobius lib. 1. Saturn. c. 21. & ante hos omnes M. Terentius Varro lib. 1. de re ruſt. c. 30. in periocla illius capitis, & Ouidius libr. 3. Faſtorum, vbi Martij menſis faſtos deſcribens dicit æquinoctium fieri tertio die poſt Quinquatria Mineruæ. Feſta autem huiuſmodi quinto die poſt Idus incipiebant, id eſt quartodecimo Cal. Apr. vt ſupra c. 73. nu. 12. latius declarauimus, & durabant per quinque dies continuos, ac decimo Cal. terminabantur. Vnde iuxta hanc computationem æquinoctium quod erat tertio poſt Quinquatria die, octauo Cal. Apr. contingebat.

Verba autem Naſonis de vltima Quinquatruum die agentis, hæc ſunt.

Summa dies e quinque tubam luſtrare canoram
 Admonet, & forti ſacrificare Deæ.
Nunc potes ad Solem ſublato dicere vultu,
 Hic here Phryxææ vellera preſſit ouis.

Et poſt non nulla ſubdit.

Tres vbi luciferos veniens præmiſerit Eos,
 Tempora nocturnis æqua diurna feret.

Ex eccleſiaſticis vero ſcriptorib. idẽ aſſerit Theophilus Cęſareenſis vna cũ ceteris Palæſtinæ, & aliarũ regionũ Epiſcopis in ea epiſt. ſynodica, quã ſupra citauimus in præced. c. nu. 2. & B. Chryſoſtomus in ſerm. de Natiuit. S. Io. Baptiſtæ, & S. Aug. in ſer. 22. de tẽpore, qui eſt de Natiuit. Domini. 18. & in lib. quæſtionum ver. & no. teſt. q. 55. in 1. edit. & S. Iſid. in lib. de natura rerũ. c. 8. & lib. 5. Etym. c. 34. & venerabilis Beda in lib. de temporib. ca. 7. & in lib. de ratio. temp. ca. 28. Quo in loco licet ipſe aliud ſe tenere inſinnuet, affirmat tamen & Plinij, & Hippocratis, ſeu potius Pauli Aeginetæ, vt notat ibi in ſcholijs Io. Nouiomagus, ſententiã eſſe, q̃ æquinoctium vernũ ſit octauo Cal. Apr. Idq; non ſolũ Gentiles, ſed perplures ẽt eccleſiæ

3 ſiæ magiſtros tradidiſſe ait,dicentes octauo Cal.Apr. Dominũ cõceptũ †
& paſſum in æquinoctio verno,natum vero octauo Cal.Ianuarias in ſolſti
tio brumæ.Præcurſorẽ vero octauo Cal. Octobres in æquinoctio autum
nali conceptum,& octauo Cal.Iulias in æſtiuo ſolſtitio natum.Quia nimi
rum auctorẽ lucis æternæ cum cremento lucis temporariæ concipi ſimul
& naſci deceret:pęnitentiæ vero præconem,quem oportebat minui,cum
inchoata minoratione lucis generari pariter & concipi.
Stante autem hac opinione reſponderi ad argumentũ poteſt,quòd æqui-
4 noctium non vnũ dũtaxat † ſed duos ſibi vindicat die menſis, in quorum
nunc vno,nunc altero peragatur ſecundũ quòd annus vel biſſextilis fue-
rit,vel communis primus vel ſecundus,vel tertius poſt biſſextilem , vt re-
cte explicat Beda edito de hac re libello,qui inſcribitur de paſchæ celebra
tione,ſiue de æquinoctio vernali.vbi ad idem probandum B. Victoris Ca
puani epiſcopi teſtimonium citans,auctores qui alioquin diſcordes eſſe in
æquinoctij die aſſerendo videbantur,hac ratione in vnum conciliat. Qua
re dicendum erit in caſu noſtro,quòd Chriſti Saluatoris tempore æquino
5 ctium vernum † non ſolum viceſimumquintum diẽ Martij, ſed etiam vice
ſimumquartum poſſidebat.Et ita expreſſe videtur aſſerere Columella in
d.lib.11.capitu.2.vbi & nono,& octauo Calendarum Aprilium die ęqui-
noctium vernum conſtituit.Qui igitur ex die æquinoctij verni argumen-
tari intendit,quòd viceſimaquinta die Martij non potuerit Luna eſſe de-
cimaquinta,debet prius probare,qualiſnã fuerit annus, in quo crucifixus
eſt Dominus,biſſextiliſne,an communis,& rurſus an cõmunis primus poſt
biſſextilem,vel ſecundus,vel tertius.Nã annus ille biſſextllis fuit,aut ſi pri
mus poſt biſſextilẽ,vtiq; Sole in viceſimoquinto die Martij ęquinoctiũ fa
ciẽte;& in Arietis ſignũ ingreſſo,potuiſſet in eo die viceſimoquarto ad ve
ſperam a iudęis Paſcha ſecundum legem immolari,ita quòd die viceſimo-
quinto ſequenti Luna decimaquinta Chriſtus in ſollẽnitate Paſchę fuiſſet
crucifixus. Quare niſi probent prius,& oſtendant Gręci anni illius qua-
litatem,nihil concludere aut contra nos efficere valebunt. Quòd ſi quiſ-
piam in medium exſurgens , & hanc ſibi aſſumens prouinciam , iactet,ſe
poſſe docere,quòd annus in quo ſub die octauo Aprilium Calendarũ paſ
ſus eſt Chriſtus fuit communis,ſecundus,vel tertius poſt biſſextilem,is cũ
rẽ hanc demonſtrare aggredi cęperit,tũc demum,credo,intelliget, quàm
temere ſeipſum,& ſuos labores hactenus fruſtratus fuerit. Verum nos ad
vlteriora pergamus.
Aduertendum eſt præterea,quòd quamuis hæc opinio, de qua ſupra egi-
mus , tempore videlicet paſſionis Chriſti æquinoctium vernum fuiſſe
octauo Calend. Apr.fere ab omnibus recepta ſit , mihi tamen nihil mali,
neque aliquid temere facturus videbitur,ſi quis eam nunc paululũ in du-
bium reuocare voluerit,vt doctis viris detur occaſio cogitandi, aut ſaltem
in communi opinione,reiectis quę in contrarium afferuntur,firmius per-
manendi.
6 Contra hãc ſententiã cõmunẽ videtur eſſe auctoritas S.Clemẽtis Rom. †
qui poſt paſſionẽ Domini anno vixit ſeptuageſimo.Is lib.5. conſt. apoſt.c.
18.expreſſe habet,diẽ paſchę accurate , & cũ omni diligentia celebrandũ
eſſe poſt ęquinoctiũ vernũ,Subdens, Vos aũt obſeruate ſubtiliter ęquino
ctiũ verni tẽporis qđ eſt viceſimaſecunda duodecimi mẽſis,qui dr̃ Diſtrus.

Con-

Contra quam tamen conſtitutionem hoc ipſo inſurgit Carolus Bouius ibi
in annotationibus dicens, nihil in eo cap. annotandum eſſe, ſed id totum
potius delendum, vt nothum, ac nouum. Et poſtquam aliquam rationem
contra illud obieciſſet, profert hæc verba. Sed quid opus eſt aliunde argu-
menta petere? Ipſa conſtitutio ſe prodit, & tantum non vocem emittens
clamat, ſe nouam eſſe: ait enim æquinoctium fieri viceſimaſecunda Diſtri
menſis, hoc eſt Martij: perſpicuum eſt autem, Chriſti tempore æquinoctiũ
fuiſſe viceſimaquinta Martij; tempore vero Anatolij Laodiceni epiſcopi,
7 qui vixit Probo imperante anno Domini 280. æquinoctij tempus † retro-
ceſſerat tribus diebus, Solque Arietem ingrediens faciebat æquinoctium
vernum vndecimo Cal. Apr. hoc eſt viceſima ſecunda Martij, quod narrat
Euſebius in eccleſ. hiſt. lib. 7. Quare noua eſt cõſtitutio, fortaſſe edita poſt
concilium Nicænum. Hæc Bouius.

Verum Franciſcus Turrianus, qui omnes illas B. Clemẽtis conſtitutiones,
tamquam legitimas & apoſtolicas ab omni calumnia defendendas magnũ
ſibi negotium ſumpſit, reſpondet ibi in annotationibus ad hanc obiectio-
nem dicens, quòd Diſtrus menſis non eſt idem prorſus cum Martio, ſed
incipere eum aſſerit in quarto die Martij menſis, ita vt viceſimusſecundus
dies menſis Diſtri coincidat & idem ſit cum viceſimo quinto Martij. Ita
vero eſſe, temeritatis (inquit) eſſet non credere tanto auctori, quantus eſt
Clemens, rem ſui temporis, cui contradici non poteſt narranti. Sed tri-
tum eſt (ait) illud Philoſophi, & quaſi vice prouerbij, Ad pauca reſpicien-
tes facile enunciare.

Mihi tamen neque huius, neque illius dicta (ſi verum fateri velim) ſatisfa-
ciunt: Et videtur (quod pace vtriuſque dictum ſit, virorum alioquin
doctiſſimorum) Bouij argumento non bono malam adhibuiſſe Turria-
nus ſolutionem.

Quod ait Turrianus (vt hinc ab eo incipiam) viceſimumſecundum menſis
8 Diſtri † eſſe viceſimumquintum menſis Martij, mera diuinatio eſt, quæ nõ
ſolum probari nequit, nullaque auctoritate fulcitur, verum etiam facile
apertiſſimis teſtimonijs redargui poteſt. Ipſe B. Clemens in eod. lib. 5 pau-
lo ſuperius, c. 13. ait, diem Natalis celebrandum eſſe viceſimoquinto die
menſis noni, diem vero Epiphaniæ ſexto die menſis decimi. Ex quibus ap-
paret, quod menſis nonus correſpondet in totum noſtro Decembri, & menſis
decimus noſtro Ianuario, cur ergo etiam menſis duodecimus, qui eſt Di-
ſtrus, non correſpondebit in totum noſtro Martio?

Præterea Euſebius Cæſareenſis lib. 7. hiſt. eccl. c. vlt. ex ſententia Anatolij
Laodiceni expreſſiſſime ait, viceſimumſecundum diem Diſtri menſis ſe-
cundum Macedones eſſe viceſimumſextum diem menſis Phamenoth ſe-
cundum Aegyptios, & vndecimum Cal. Apr. ſecundum Romanos. Quam
rem egregie etiam declarat venerabilis Beda in lib. de ratio. temp. cap. 12.
vbi agens de menſibus Græcorum habet hæc verba ad propoſitum no-
ſtrum optime facientia. Siquidem Greci cunctis fixum in duodecim men-
9 ſibus † anni vertentis ordinauere circulum, quorum plerique a Cal. De-
cembribus ſuum inchoantes annum, eodem quo Romani ſuorum dierum
numero perſtringunt: nil quidem de Romanorum (vt præfati ſumus) Ca-
lendis, Nonis, vel Idibus curantes, ſed a primo vſque ad extremum diem
augeſcente paulatim numero ſingulum quemque menſem computantes.

Vocatur

Vocatur autem apud eos ipſe Decẽber Elaphebolion. Ianuarius Nychion. Februarius Thargilion. Martius Diſtros. Aprilis Xanticos. Maius Artemiſios. Iunius Dirſios. Iulius Panemos. Auguſtus Loos. September Gordiços. Octobet Yperberetæos. Nouember Dios. Quo illos ordine annum obſernare vel menſes, & nuper tranſmiſſus ad nos de Roma computus eorum annalis oſtendit, & canones qui dicuntur Apoſtolorum idem antiquioribus litteris edocuere: vbi duodecimus dies menſis Yperberetæon quarto Iduum Octobris eſſe memoratur; quo vtique colligitur, vtrumque mẽſem pariter incipere, qui vterque diem duodecimum habere probatur eumdẽ. Quibus etiam liber ſancti patris Anatolij, quem de Paſcha compoſuit, adſtipulatur; vbi ſcriptum eſt. Eſt ergo in primo anno initium primi menſis, quod eſt decem & nouem annorum circuli principium, ſecundum Aegyptios quidem menſis Phamenoth viceſimoſexto die, ſecũdum Macedones Diſtri menſis viceſimoſecundo, ſecundum Romanos vero vndecimo Cal. Apr. Hic enim viceſimamſecundam diem Diſtri menſis ęque viceſimamſecundam Martij fore commendans, indicat manifeſte, quia ſimul vterque menſis initium ſumit. Et ne quis dicat, quòd Anatolius in hac ſententia non ſcripſerit, vndecimo Cal. ſed octauo Cal. Apr. conuincet, hoc non ita eſſe menſis Aegyptiorum Phamenoth, cuius viceſimusſextus dies nõ octauus Calendarum, ſed vndecimus Calendarum Aprilium dies eſt: vtrique autem, id eſt & qui octauo Cal. & qui vndecimo Cal. Apr. in Anatolio legunt, viceſimamſextam diem Aegyptij menſis in eadem ſententia habent annotatam, quæ abſque dubietate in vndecimo Cal. Apr. deuenire probatur. Hactenus Beda, qui in lib. de celebratione paſchæ, ſiue de æquinoctio vernali, latius hanc eamdem B. Anatolij ſententiam pertractat, & contra eos, qui in ipſius libro de paſcha, loco vndecimi Calendarum Aprilium, corrupte legebant octauo Calendarum Aprilium, veram lectionem egregie defendit, & impoſturam detegit auctoritate non ſolum Euſebij Cæſar. ſed etiam B. Victoris doctiſſimi viri Capuanæ vrbis antiſtitis, & Dionyſij abbatis Romani, cognomento Exigui. Ibique inter cetera ſubdit hæc uerba. Et quærendum eſt ab eis, quo modo in ipſo libello ſit ſcriptum. Eſt ergo in primo anno initium primi menſis, quod eſt decem & nouem annorum circuli initium, ſecundum Aegyptios quidem menſis Phamenoth uiceſimaſexta die, iuxta Macedones uero Diſtri menſis uiceſimaſecunda, ſecundum Romanos uero Martij menſis uiceſimaquinta die, id eſt octauo Cal. Apr. Cum uiceſimaſexta dies menſis Aegyptiorum Phamenoth, & uiceſimaſecunda dies menſis Macedonum Diſtri, non ſit octauo Kalendarũ Aprilium, ſed undecimo Calendarum Aprilium. Nõne ueriſimillimum apparet, quàm ſit falſata ſententia; ubi ipſe qui octauo Cal. pro undecimo Cal. Apr. mutauit, oblitus eſt etiam Aegyptiorum uel Græcorum menſiũ ſtatum mutare: ſed ijs, quæ minus nota erant, manere permiſſis, ut fuerũt, illud ſolummodo quod ſuis, ſibique utibile erat, mutauit? Hæc Beda.

In cuius aſſertionis comprobationem ne quis imprudens in eã incidat ſententiam, aut lectionem, quam ipſe Beda, immo & totius catholicæ eccleſiæ uſus reprobauit, & ſciat quiſque, ubi in Anatolio legitur, Initium circuli decem & nouem annorum eſſe uiceſimoſexto die menſis Phamenoth ſecundum Aegyptios, uiceſimoſecundo menſis Diſtri ſecũdum Macedones, legi debere undecimo Cal. Apr. ſecundum Romanos, nõ octauo Cal. Apr. adduco

adduco in primis teſtimonium expreſſum Euſebij Cæſar. qui in lib. 8. eccl.
hiſt. c. 13. vigeſimumquartum diem menſis Diſtri eſſe ad nonum Kal. Apr.
hoc eſt viceſimoquarto die menſis Martij. Deinde adduco teſtimonia ſan-
ctorum Ambroſij, & Epiphanij, ex quibus aperte colligitur, viceſimum-
ſextum diem menſis Phamenoth eſſe vndecimum Kal. Apr. & non octauũ
Kal. Apr. Et conſequenter ex eiſdem apparebit, viceſimumſecundum diem
menſis Diſtri, qui eſt idem cum uiceſimoſexto Phamenoth, non eſſe aliũ,
quàm vndecimum Cal. Apr. id eſt viceſimumſecundum Martij.

Sanctus igitur Ambroſ. in epiſt. 83. ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitu-
tos. Cũ quartadecima (inquit) Luna eſſet nono Cal. Apr. nos celebrauimus
Paſcha pridie Cal. Apr. Alexandrini quoque & Aegyptij, vt ipſi ſcripſerũt,
cũ incidiſſet quartadecima Luna viceſimo & octauo die Phamenoth men-
ſis, celebrauerunt paſcha quinta die Pharmutij mẽſis, quæ eſt pridie Cal.
Apr. ac ſic nobiſcum conuenere. Et infra. Denique in futurum Iudæi duo-
decimo non primo menſe celebraturi ſunt paſcha, hoc eſt decimotertio
Cal. Apr. ſecundum nos, ſecundum Aegyptios autem viceſimoquarto die
Phamenoth menſis. Ecce apud B. Ambroſium, quòd viceſimusquartus dies
Phamenoth eſt decimuſtertius Calendarum Aprilium, & viceſimus octa-
uus Phamenoth eſt nonus Calendarum earumdem: Quare neceſſe eſt, vt
dicamus, viceſimumſextum diem Phamenoth eſſe vndecimum Cal. Apr.
Quamuis autem nonnulla ſint apud B. Ambroſium mẽdoſe ſcripta in qui-
buſdam impreſſis codicibus; Nam vbi ſupra citaui, viceſimooctauo die Pha
menoth menſis, & decimotertio Cal. Apr. codex Pariſinus Niuellij habet,
viceſimooctauo Pharmutij menſis, & tertio Cal. Apr. & quædam alia ſimi-
liter in ſequentibus corrupte leguntur, quæ manifeſtam poſtulant emen-
dationem; ſi quis tamen paulo diligentius aduerterit B. Ambroſij verba, &
ſententiam, reperiet, non alio modo ipſius textum, quàm eo, quem nos ſu
pra attulimus ſtare poſſe. Et ita inueni textum huius B. Ambroſij a Paulo
Middelb. legi in 1. par. Paulinæ, lib. 5. c. 1. in fi.

Beatus autem Epiphan. aduerſus hæreſes, hær. 51. prope fi. manifeſtiſſime
11 ait, Chriſtum reſurrexiſſe † ſecundum Aegyptios Phamenoth menſis vi-
ceſimaſexta die, quæ erat æquinoctium, & ante vndecimum Cal. Apr. Ex
quibus verbis non ſolum patet id, quod proxime dicebamus, viceſimam-
ſextam diem menſis Phamenoth ſecundum Aegyptios, & viceſimamſecun
dam menſis Diſtri ſecundum Macedones quæ idem ſignificant, eſſe vice-
ſimamſecundam menſis Martij, & non viceſimamquintam. Sed etiam
12 euidenter colligitur, diem ante vndecimũ Cal Apr. † eſſe ipſum vndeci-
mum, & non duodecimum diem Cal. Apr. Quod ſupra c. 73. nu. 4. & ſeqq.
contra Middelburg. & plurimos alios diſputabamus.

Quare vt ſemel concludamus, nihil eſt, quòd vllo modo hæſitare poſ-
13 ſimus, viceſimumſecundum diem menſis † Diſtri, & viceſimumſextũ men-
ſis Phamenoth eſſe viceſimumſecundum menſis Martij. Quod ad oculum
optime declarauerunt Ioan. Stoffler in Calendario Rom. propoſ. 34. Lit-
tera X. & ante ipſum Paulus Middelb. in 1. par. Paulinæ, lib. 3. c. 1. vbi ſin-
gulos dies menſium Aegyptiorum, ſeu Alexandrinorum, quorum ſepti-
mus eſt Phamenoth, ſeriatim prout Romanorum menſium diebus reſpon-
dent, facili ſchemate diſpoſuerunt.

Neque huic veritati obſtat, quòd dicit Turrianus, Euſebium Cæſar. in om-

nimoda hiſtoria canonum chronicorum ſcribere , Chriſtum cenaſſe in vi-
14 ceſimoſecundo die menſis Martij,& in viceſimoquinto † reſurrexiſſe.Nã id,niſi aliud quidpiam addat Turrianus , nec tantillum quidem iuuat ipſius opinionem,neque video,cur debuerit ab eo ad præſentem quæſtionẽ adduci,in quo tamen putat , ſe perfecte contra Bouium concluſiſſe,& ſuã intentionem bene fundaſſe.

DE DIE AEQVINOCTII VERNI TEMPORE paſſionis Chriſti. Cap. LXXVI.

1 *Aequinoctio verno exiſtente tempore Chriſti in viceſimoquinto die Martij,impoſſibile eſt ſecundum non nullos, quòd brumale ſolſtitium extiterit in viceſimoquinto die Decembris.Sed id mihi non probatur. nu.3.& 7.*

2 *Solis motus in Zodiaco inæqualis eſt,nam dum regulariter mouetur in eccentrico,modo tardior,modo celerior apparet in Zodiaco.*

4 *Solis mora in vnaquaque quarta parte Zodiaci aſſignatur.& nu.5.& 14.*

6 *Solis aux a tempore Chriſti vſque ad præſens mota eſt fere per integrum ſignum,aut paulo minus.*

8 *Aequinoctio verno exiſtente in die octauo Kal.Apr. impoſſibile eſt , quòd autumnale extiterit in octauo Kal.Oct.*

9 *Aequinoctium autumnale habetur hoc tempore , ſi tres dies addantur in menſe Septembri ſupra numerum dierum menſis Martij, in quo eſt æquinoctium vernum.*

10 *Aequinoctium vernum veriſimile eſt tempore Chriſti fuiſſe decimo Kal. Apr. autumnale vero ſexto Kal.Oct.ſimiliter ſolſtitium brumæ decimo Kal.Ian.æſtiuum vero ſexto Cal.Iul.*

11 *Chriſtus dici poteſt conceptus in æquinoctio verno,& natus in ſolſtitio brumæ,etiam quòd duobus diebus poſt conceptus,& natus ſit.Idem de Præcurſore,etiam quòd duobus diebus ante æquinoctium autumnale ſit conceptus,& ante æſtiuum ſolſtitium ſit natus.nu.12.*

13 *Aequinoctium vernum fuiſſe tempore Chriſti viceſimoquinto die Martij, autumnale viceſimoquarto Septembris;nunc vero retracta eſſe ad decimũ Martij,& ad tertiumdecimum Septembris,conſiſtere non poteſt.*

15 *Aequinoctijs,& ſolſtitijs Columella terminos aſſignat non præciſos , ſed cum quadam latitudine.*

16 *Aequinoctia , & ſolſtitia non in octauis partibus ſignorum, ſed in primis confici cenſebat Hipparchus.Quas tamen octauas partes alij appellabãt, ſcilicet in octaua ſphæra,ipſe primas nominabat,ſcilicet in nona.nu.17.*

18 *Aequinoctia,& ſolſtitia confici in octauis partibus ſignorum licet communiter diceretur,varia tamen de hoc erat opinio.Ouidius videtur non nullis dicere quartas.nu.19.Sed id minime verum eſt.nu.20. S.Anatolius tamẽ expreſſe dicit quartas.num.21.*

NVnc rurſus contra Bouium uertenda eſt a nobis diſputatio , qui ait ſpuriam eſſe & nouam,non apoſtolicam conſtitutionem,quæ æqui-

noctium

Digitized by Google

noctium vernum ponit in viceſimoſecundo die menſis Martij;cum perſpi-
cuum ſit (inquit) tempore Chriſti æquinoctium fuiſſe in viceſimoquinto
Martij.Puto,Bouium perſpicuum dicere ob teſtimonia, quæ nos ſuperiori
c.attulimus pro communi ſententia,nu.2.& 3.Nam ſi ob alias id aſſeruiſ-
ſet rationes,& argumenta,potuiſſet,aut debuiſſet ea in medium afferre.
Verum teſtimonijs illis non perſpicue probari communem & vulgatã opi-
nionem, ex eo colligi poteſt ſecundum non nullos, quia auctoritates illæ
non ſolum conſtituunt æquinoctium vernum in viceſimoquinto die Mar-
tij,ſed etiam brumale ſolſtitium in viceſimoquinto Decembris.At hoc im-
1 poſſibile † eſt(inquiunt)ſecundum exactam computationem; quæ habet,
quod ſi æquinoctium vernum ſit in viceſimoquinto die Martij, ſolſtitium
brumæ non in viceſimoquinto Decembris, ſed poſtea neceſſe eſt contin-
gere.Quod in ſpecie aſſerit Paulus Middelb.in 1.par.Paulinæ lib.7.c.2.&
Alex.Picolomineus in lib.de noua eccleſiaſtici Kalendarij reſtituendi for-
ma.vbi in propoſito habet hęc verba.Atque ob id non recte opinantur il-
li,qui Chriſti Incarnatione in æquinoctio verno poſita, eius natalem diẽ
in ſolſtitio hiemali ponunt:non enim æquinoctium illud, atque illud ſol-
ſtitium ambo in aduentu Chriſti viceſimosquintos dies ſuorum menſium
poſſidere poterant; ſicut & hac tempeſtate hiemale ſolſtitium diem deci-
mum Decembris non obtinet,poſſidente verno æquinoctio decimũ diem
2 Martij: reſpuit enim hoc inæqualis Solis motus † in Zodiaco, quippe qui
dum regulariter atque vniformiter mouetur in eccentrico,modo tardior,
modo celerior apparet in Zodiaco;celerrimus quidem circa ſolſtitium hie-
male, ob eius tunc manſionem in Augis oppoſito terræ propinquiſſimo,
tardiſſimus vero circa ęſtiuũ ſolſtitium,exiſtens in ipſa Auge remotiſſimus
a terra.Circa autem æquinoctia medio modo ſe habet.Si ergo Chriſtus con-
ceptus fuit die viceſimoquinto Martij, vbi vernum æquinoctium reperie-
batur,vt omnes fere aſſerunt, in lucem vero editus viceſimoquinto Decẽ-
bris die,vt tenet Eccleſia;profecto in ſolſtitio non contigit eius ortus, ſed
tribus fere diebus ante.Hactenus Picolom.Qui in ijs,quæ dicit de inęqua
li motu Solis in Zodiaco,deque Auge,& oppoſito Augis, optime quidem
loquitur,at in ijs, quæ explicat de Natiuitate Chriſti quaſi tribus diebus
ante ſolſtitium facta, exiſtente verno æquinoctio in viceſimoquinto die
3 Martij,mihi † non probatur. Huiuſque rationem paucis affero hoc modo
ex ijs,quæ habentur in Theoricis Planetarum.Sol in conficiendo vnam ex
duabus inferioribus portionibus ſui eccentrici,quæ eſt ab oppoſito Augis
vſque ad punctum mediæ longitudinis, quæ portio reſpondet vni quartę
4 parti Zodiaci,immoratur † ſpatio dierum 89 hor.2. min.44. Alteram autẽ
ſuperiorum portionum, quæ eſt ab Auge ad idem punctum mediæ longi-
tudinis perambulat Sol in diebus 93. hor.12. min.10. Modo ſi ſolſtitia, &
æquinoctia immobiliter & præciſe eſſent in Auge, vel in oppoſito Augis,
aut in punctis mediæ longitudinis,iam haberemus tempus, & numerum
dierum,in quibus Sol vnamquamq; partem Zodiaci,quę eſt inter ſolſtitia
& æquinoctia,pertranſiret.Et quidem hac tempeſtate noſtra, in qua Aux
Solis dicitur eſſe in ſecundo gradu Cancri, nihil fere euariatur a ſupradi-
cti temporis aſſignatione,niſi quòd ſi quis ad amuſſim ſcire deſiderat præ
ſcriptum tempus cuiuſlibet quartæ partis † Zodiaci, Ab initio Capricorni
vſque ad initium Arietis dicitur nunc Sol commorari diebus 89. hor.1 mi-
nut.56.

Digitized by Google

nut.56.Inde vſque ad initium Cancri diebus 93.hor.10.min.24. Ab initio
Cancri vſque ad initium Libræ diebus 93.hor.13.min.36. Et inde poſtre-
mo vſque ad initium Capricorni diebus 89.hor.4.min.4. Verum quoniam
6 a tempore Chriſti vſque ad præſens Aux Solis † ad motum orbium ipſam
deferentium mota eſt fere per integrum ſignum, aut paulo minus: (tem-
pore enim Claudij Ptolemæi, qui fuit poſt Chriſtum natum annis 130.re-
periebatur ſub ſexto gradu Geminorum.) hinc fit, quòd alio temporis ſpa
tio conficiebat tunc Sol dictas quartas Zodiaci partes, quàm nunc confi-
ciat. Et cum pars hiemalis, de qua nunc agimus, ab initio ſcilicet Capri-
corni vſque ad initium Arietis, paulo eſſet tunc remotior ab oppoſito Au-
gis, quàm nunc ſit, ſequitur, quòd in ea percurrenda aliquantum plus tem
poris inſumebat tunc Sol, quàm nunc inſumat. Dicamus itaque, Solem a
primo Capricorni puncto vſque ad primum Arietis, nunc quidem per dies
89.vt dictum eſt, immorari, tunc vero per dies 90.immoratum fuiſſe.vt ex-
preſſe ait Plinius lib.18.naturalis hiſto.c.25.
Ex quibus perſpicuum fit, quòd ſi noſtro tẽpore ingrediatur Sol in Arietẽ
decima die Martij, vndecima die Decembris continget eius ingreſſus in
7 Capricornum; & ſi tempore Chriſti punctum æquinoctij verni † erat in
viceſimaquinta Martij, punctum ſimiliter ſolſtitij hiemalis erat in viceſi-
maquinta Decembris, vt ſeruetur numerus 89.& 90.dierum, quemadmo-
dum ſuperius dictum eſt; non autem erat hibernum ſolſtitium in viceſi-
maſeptima, aut viceſimaoctaua Decẽbris vt ſentiunt Picolomineus, & Mid
delburgenſis non bene computantes dierum numerum, qui eſt a viceſi-
maquinta Decembris vſque ad viceſimamquintam Martij. Quare ex hac
parte nihil poteſt concludi contra æquinoctiorum, & ſolſtitiorum termi-
nos a Plinio, Columella, aut alijs antiquis eccleſiaſticis patribus ſupra in
præced.cap.nu.2.& ſeq.aſſignatos.
Ex alio tamen capite pungi poteſt dicta aſſignatio æquinoctiorum & ſol-
ſtitiorum a veteribus deſcripta. Ipſi enim quemadmodum ponunt bruma-
le ſolſtitium octauo Kal.Ian. & æquinoctium vernum octauo Kal.Apr. ita
ſolſtitium æſtiuum octauo Kal.Iul. & æquinoctium Autũni octauo Kal.
8 Oct.conſtituunt. Quod nulla † ratione ſi præciſos quæramus terminos,
ſtare poteſt. Idque non ſolum in noſtro tempore clariſſime oſtenditur, in
9 quo ad habendum æquinoctium autumnale in menſe Septembri † adden
di ſunt tres dies ſupra numerum dierum menſis Martij, in quo contingit
æquinoctium uernum, verbi gratia exiſtente verno æquinoctio in deci-
mo die Martij, autumnale erit in decimotertio Septembris.vt declarat Pau
lus Middelb.in 1.par.Paulinæ lib.10.in fi.& Ioan.Stoffler.in Kalen.Rom.
propoſ.18.Littera I.Sed etiam tempore Chriſti idem ſi non in totum pe-
nitus, pro maxima ſaltem parte demonſtratur. Tempore enim Claudij
Ptolemæi, qui Saluatoris tempori, vt iterum dictum eſt, proximus fuit, con
ficiebat Sol in uernalibus ſignis a principio Arietis vſque ad principium
Cancri dies 94.cum ſemiſſe, in æſtiualibus uero a principio Cancri uſque
ad principium Libræ dies 92.cum ſemiſſe; quare adhibita hac cõputatione
circa id tempus, quo Chriſtus natus eſt, ſi ſolſtitium brumæ Octauo Kal.Ia
nuar.& æquinoctium uernum octauo Kal.Apr.exiſtebat, utique ſolſtitiũ
æſtiuum non octauo, ſed circiter quartum Kal.Iul. & æquinoctium autũ-
ni pariter non octauo, ſed circiter quartum Kal.Oct.cõtigiſſet. Vel contra
ſi æqui-

ſi æquinoctium autumni octauo Cal. Oct. & ſolſtitium æſtiuũ octauo Kal. Iul. conficiebatur, ſolſtitium brumæ non octauo ſed circiter duodecimum Cal. Ian. & ſimiliter æquinoctium vernum non octauo ſed circiter duodecimum Cal. Apr. extitiſſet, Quid autem horum verius ſit non ita facile eſt iudicare. Mihi ſane neque hoc neque illud, ſed medium quiddam inter vtrumque magis veriſimile videtur. Vt dicamus, tempore Chriſti hibernum ſolſtitium † decimo Kal. Ian. & æquinoctium vernum decimo Kalen. Apr. ſolſtitium vero æſtiuum ſexto Calen. Iul. & æquinoctium autumnale ſexto Kal. Oct. peracta fuiſſe.

Quo ſtante reſponderi poſſet ad auctoritates antiquorum, quod ipſi ęquinoctijs, & ſolſtitijs dies octauos Kalendarum aſſignauerunt, non vt præciſos dies illorum deſcriberent, ſed memoriæ fortaſſe iuuandæ, & retinendę cauſſa, euitantes variationem illam dierum nunc ſextorum nunc decimorum Calendarum, & mediam quodam modo viam inter vtroſque eligentes, quaſi ſolſtitia, & æquinoctia non prorſus in indiuiſibili, ſed in quadam parua latitudine conſiſterent.

Quod etiam eo libentius facere poterant, quia cum putarent, ęquinoctia, & ſolſtitia in octauis ſignorum partibus confici, vt Plinius aſſerit lib. 2. c. 19. octauos pariter Calendarum dies ad inſigniorem, & certiorem huius rei memoriam forſitan nominare malebant.

11 Quantum autem ad myſterium Incarnationis, & Natiuitatis Chriſti † dicendum eſt, quòd quamuis Chriſtus dominus duobus diebus aut conceptus poſt æquinoctium vernum, aut natus poſt brumæ ſolſtitium aſſereretur, nihil per hoc tñ myſterio deperiret; ſed æque bene dici poſſet, ipſum fuiſſe natum in ſolſtitio hiberno, quando incipiebant diminui tenebræ, & lux augeri, conceptum autem in verno æquinoctio, qñ lux diei ſuperare inceperat tenebras noctis; ac ſi in ipſis ſolſtitij & æquinoctij punctis præciſe natum, aut conceptum aſſeramus. Porro Doct. ſancti non ſolum in cõceptione, & natiuitate Domini Saluatoris, ſed etiam in conceptione, & na-
12 tiuitate S. Ioan. Baptiſtæ † ſolſtitij & æquinoctij myſterium inſpexerunt; & tñ (vt dixi) vero exiſtente æquinoctio & ſolſtitio quando Chriſtus conceptus & editus eſt, verũ ęquinoctium & ſolſtitium in die natali & conceptione Precurſoris exiſtere nõ potuit, ſed quattuor fere dieb. ante diceretur Precurſor conceptus & natus, q̃ verum & preciſum ęquinoctiũ, & ſolſtitium extitiſſet. Quod multo minus myſterio congrueret ob maiorem, & magis notabilem a veris ſolſtitij & æquinoctij punctis elongationem.

13 Illud igitur, quod recentiores aſſerunt, tẽpore Chriſti æquinoctia † fuiſſe viceſimoquinto die Martij, & viceſimoquarto Septembris, hodie vero retracta eſſe ad decimum Martij, & decimumtertium Septembris; Quorũ vnus eſt etiam præceptor meus Chriſtoph. Clauius ſuper ſphæram, c. 2. vbi agit de Coluris, in fi. nullo pacto poſſe conſiſtere videtur: vt ſcilicet æquinoctium vernum per dies quindecim, autumnale vero per dies vndecim retroceſſiſſe dicantur; quaſi Aux Solis fuiſſet tunc ſub principio Arietis, & mota iam ſit ex eo tempore per tria integra ſigna, vſque ad principiũ Cancri; quod a nemine aſſeritur, aut probatur. Et quomodocumque tandem poneretur Aux Solis tempore Chriſti certum eſt, vtraque æquinoctia, & vtraque ſolſtitia in octauis diebus Kalendarum non potuiſſe reperiri; nam illo modo ęqualitas motus Solis in ſuo eccentrico, & inæqualitas motus

eiuſdem in Zodiaco minime ſeruaretur; niſi quis diceret, eccentricitatem Solis fuiſſe tunc multo minorem quam nunc ſit; quod eſſet contra omnes,
14 & contra Ptolemæum, qui fatetur, Solem in medietate † Zodiaci boreali ſemper conficere dies 187. in altera vero auſtrali 178. & eſſet cōtra ipſummet Plinium, qui in d. lib. 18. c. 25. ponit, Solem percurrere a bruma ad æquinoctium vernum diebus 90. inde ad ſolſtitium 94. a ſolſtitio rurſus ad æquinoctium autumni diebus 92. & inde poſtremo ad brumam 89. Qua computatione dierum admiſſa, impoſſibile eſt, dictos quattuor ſolſtitiorū & æquinoctiorum cardines in octauis diebus Calendarum reperiri. Quare neceſſario concludendum eſt, aſſignationem æquinoctiorum, & ſolſtitiorum a veteribus factam, pro illo tempore paſſionis Chriſti, non eſſe exactam, neque illi omnino & vſquequaque fidendum eſſe.

Dixi pro illo tempore, nam ſi referretur ad aliud tempus longe ſuperius, in quo menſes in Kalendario aliter diſpoſiti erant quantum ad numerum dierum, quam fuerint poſtea ſub Iulio Cæſare, aut ſub Auguſto, (quod nunc non determino) forte poſſet ab aliquo ſuſtineri.

Minus tamen male in hac materia dicendus eſt fuiſſe locutus Columella
15 † qui non præciſe octauos dumtaxat dies Calendarum æquinoctijs, & ſolſtitijs adſcripſit, ſed cum quadam latitudine, qua ad præciſos terminos vulgata opinione minime reiecta magis accederet. Dicit enim, æquinoctiū vernum contingere nono & octauo Cal. Apr. autumnale vero octauo, ſeptimo, & ſexto Kal. Oct. Solſtitium brumale nono & octauo Kal. Ianuar. æſtiuum autem octauo, ſeptimo, & ſexto Kal. Iul.

Putandum eſt autem, Columellam, Plinium, B. Chryſoſt. atque alios plurimos, quos ſupra retulimus c. præced. num. 2. non ex propria ſentētia, aut quaſi ex obſeruatione, quam ipſi huic rei adhibuerint, terminos æquinoctijs, & ſolſtitijs aſſignaſſe, ſed potius ex relatione aliorum aſtronomorū; qui etſi longiſſima ætate ipſos præceſſerant, putabant tamen ipſi dictos terminos in eiſdem ſedibus immobiliter perſeuerare.

16 Refert præterea Columella, Hipparchum † ſenſiſſe, ſolſtitia, & æquinoctia non in octauis partib. ſignorum, quas in octauis dieb. Kalendarum Solem percurrere cenſebant, ſed in primis ſignorum partib. contingere. Ita. n. lib. 9. de re ruſti. c. 14. inquit. Bruma fere conficitur circa octauū Kalen. Ian. in octaua parte Capricorni. Nec me fallit Hipparchi ratio, quæ docet, ſolſtitia, & æquinoctia non octauis, ſed primis partibus ſignorum confici. Verum in hac ruris diſciplina ſequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumque faſtos aſtrologorum, qui ſunt aptati publicis ſacrificijs, quia & notior eſt iſta vetus agricolis concepta opinio. Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus (vt aiunt) ruſticorum litteris neceſſaria eſt. Et lib. 11. c. 2. in fi. Sextodecimo (ait) Kal. Ian. Sol in Capricornum tranſitum facit, brumale ſolſtitium, vt Hipparcho placet. Et parum infra. Nono Kal. Ian. brumale ſolſtitium (ſicut Chaldæi obſeruant) ſignificat. Hæc Columella. Quem etſi puto fuiſſe deceptū amphibolia vocis circa Hipparchi opinionē, vt bene aduertit quidā Scholiaſtes in Theoricis Planetarū Purbacchij. in fi. Quas. n.
17 octauas partes ſignorum † in octaua ſphæra vocabant Chaldæi, & alij cōmuniter aſtrologi, qui adhuc nouū orbem non deprehenderant, ipſe Hipparchus rectius eaſdem, primas ſignorum partes, in nono. ſ. orbe vocandas, & conſtituendas cenſebat; Tamen negari non poteſt, quæ opinio

de octauis partibus ſignorum,& octauis diebus Calendarum vulgò ferebatur,non eo tempore nata erat,ſed longe antiquiori,ante ſcilicet Hipparchum,qui natiuitatem Saluatoris 150.annis præceſſit,tempore Eudoxi,& Metonis,& aliorum vetuſtiſſimorum aſtrologorum.

18 Et negari præterea non poteſt, quod de eiſdem ēt partib.ſignorum † in octaua ſphæra varia erat aſtronomorum opinio. Nam licet Plinius, & Columella in locis ſupracitatis,& Cenſorinus in lib. de die natali, c.14.& Vitruuius lib.9.de architectura.c.5.octauarum tm̄ partium meminerint,Manilius tamen poeta,qui tempore Auguſti floruit, de alijs ēt partib.mētionem facit lib.3.aſtronom.in fi.vbi de æquinoctijs,& ſolſtitijs agens,ita ait.

Has quidam vires octaua in parte reponunt;
Sunt quibus eſſe placet decimas;nec defuit auctor,
Qui primæ momenta daret,frenoſque dierum.

19 Ouidius autem quartas partes † memorare videtur,dum tertio lib.Faſtorum,de vltimo die Quinquatriorum Mineruæ agens,ſic inquit.

Nunc potes ad Solem ſublato dicere vultu,
Hic here Phryxææ vellera preſſit ouis.

Et poſt non nulla ſubdit.

Tres vbi luciferos veniens præmiſerit Eos,
Tempora nocturnis æqua diurna feret.

Atque hanc eſſe Ouidij ſententiam interpretatur Ioan.Stoffler. in comment. ſuper ſphæram Procli, vbi agit de circulis ſphæræ, pag.16. & Paul.
20 Middelburgen.in 1.par.Paulinæ,lib.10.in princ.Mihi † tamen magis placet expoſitio Antonij Fanenſis in commēt.ſuper dictis Faſtis Ouidij, vbi ait,quòd illud here pro heri in verſibus Ouidij poſitum,non refertur ad diem ante vltimum Quinquatriorum, ſed ad diem ante totum feſtum Quinquatruum Mineruę,quod per quinque dies continuos durabat, & Quinquatrus identidem nomine ſemper appellabatur; ita ut uelit Ouidius,Solem in Arietem ingredi non undecimo Calen. ſed quintodecimo Cal.Apr.& æquinoctium facere tertio poſt Quinquatriorum feſtum die, hoc eſt octauo Cal.Apr.Et hoc neceſſarium uidetur aſſerere,nam ſi alioquin Ouidius diceret, Solem in Arietem ingredi undecimo Cal.Apr.nimis longam efficeret moram Solis in Piſcibus,& cōtra in Ariete nimis breuem,atque adeo motum eius ualde difformem,& irregularem conſtitueret.Hic autem interpretatione ſtante, diceret Ouidius una cum alijs ſupracitatis auctoribus,æquinoctium fieri in octauis partibus Arietis.

21 Anatolius tamen † Laodicenus Epiſcopus qui poſt natiuitatem Chriſti anno uixit 280. uernum æquinoctium ſtatuit in quarta Arietis parte undecimo die Aprilium Kalendarū, ut habetur per Euſeb.Cæſar.lib.7.hiſt. eccl.c.26.Quam ſententiā de æquinoctio in quarta Arietis parte ſtatuendo in die tamen xij.Cal.Apr. ſecutus eſt etiam Beda in multis locis, quæ infra citabimus cap.ſeq.nu.13.

DE DIE AEQVINOCTII VERNI TEMPORE paſſionis Chriſti. Cap. LXXVII.

1 *Aequinoctium vernum tempore Chriſti fuiſſe in vigeſimoquinto die Martij nullatenus conſtat. & num.24.& 26. Tempore S.Clementis Romani, id eſt.*

id eſt centum annis poſt Chriſtum natum veriſimile eſt fuiſſe in viceſimoſecundo die Martii.nu.2.Tempore Theophili Cæſareen.id eſt ducentis annis poſt natiuitatem Chriſti, circiter viceſimumprimum diem Martij. nu. 6.Et ſimiliter tempore Nicæni concilij.num.8. Ab Anatolio tamen,qui fuit circiter quadraginta annos ante concilium Nicanum in viceſimoſecundo Martij collocatur.num.22.

3 *Aequinoctium vernum obſeruatum fuit a Ptolem. in viceſimoſecundo die Martij.& nu.20.*

4 *Anni quantitas obſeruata a Ptolemæo ea eſt, vt in centum annis æquinoctium non anticipet ſedem ſuam niſi per octo horas.Sed in hac anni quantitate definienda Mathematici maxime diſcrepant.nu.18.Alphonſus rex aliam conſtituit.nu.19 A multis reputatur irregularis,et ſic æquinoctiorum anticipatio non eſt vniformis.nu.23.*

5 *Paſchæ terminus ſumitur a viceſimoſecundo die Martii ex conſtitutione Theophili Cæſar. Item ex regula Nicæni concilij ab vndecimo Kal.Apr. vſque in ſeptimum Kal Maias,nu.11.*

7 *Aequinoctium vernum in viceſimoquinto die Martij confici, opinio licet falſa,diu inualuit.*

9 *Aequinoctium vernum in viceſimoprimo die Martij perpetuo perſeuerare putauit Dionyſius abbas Rom.Item Beda.nu.10. & 13.Item Ado Viennen.nu.14. Item S.Anſelmus.num.15.*

12 *Paſcha ante vernalis æquinoctij tranſgreſſum celebrari non debet.*

16 *Chriſtus paſſus eſt decimo Kal.Apr.ſecundum S.Anſelmum.Secundum Beatum Epiphanium reſurrexit viceſimaſecunda die Martij, in æquinoctio. numero 17.*

21 *Aequinoctium vernum tempore Chriſti fuiſſe in viceſimotertio die Martij, & tempore Nicæni concilij in viceſimoprimo,veriſimile eſt.Vel dicendũ, quòd tempore Chriſti fuit in viceſimotertio, & viceſimoquarto die Martij: Tempore B.Clementis Rom.& Ptolemæi in viceſimoſecundo,& viceſimotertio; Tempore Theophili Cæſareen.& Anatolij Laodiceni in viceſimoprimo & viceſimoſecundo;Tempore Nicæni concilij in viceſimo, & viceſimoprimo.num.25.*

QVidquid autem ſit de quota Arietis parte, in qua æquinoctiũ peragi diceretur,de qua vidimus ſupra c.præced. in fin.mihi nullatenus vi-
1 detur † conſtare,vt ad id redeamus quod principalius agimus,dictũ æquinoctium vernũ fuiſſe in viceſimaquinta die Martij tpe Chriſti,ob auctoritatem Columellæ,Plinij,aut alicuius alius ſupra relatam c.75.nu.2.neq; eo nomine poſſe tam manifeſte redargui,aut exſibilari,quàm Bouius exiſtimat,apoſtolicam conſtitutionem B.Clementis Rom.quæ æquinoctium dictum ſtatuerit in die viceſimaſecunda Martij.Immo vero videtur veriſimillimum,tempore S.Clementis,id eſt centum annis poſt Chriſti natiuitatem, non alio die magis præciſe (quantum coniectura aſſequi poſſumus)
2 quàm viceſimoſecũdo Martij die † æquinoctiũ vernum aſſignari potuiſſe. Quod confirmatur ex eo,ꝙ Ptolemæus,qui nõ niſi triginta annis fuit poſt

B.Clementem, in eodem viceſimoſecundo die Martij ęquinoctium vernũ
3 † ſemel obſeruauit, vt ex lib.3.Almageſti, c.2. colligunt inter alios Paulus
Middelburg. in 1.par.Paulinę, lib.10. circa med. & Ioan.Stoffler. in com-
ment. ſuper ſphæram Procli, in prin.pag.15. & ſeq. Et ita etiam annotatũ
inſpicitur æquinoctium ab eodem Ptolemæo in quodam Kalendario im-
preſſo poſt Almageſtum, & poſt Ouidij Faſtos, quod huiuſmodi habet in-
ſcriptionem. Cl.Ptolemæi inerrantium ſtellarum ſignificationes per Nico
laum Leonicum e græco tranſlatę. Ibi enim tum decimo, tum ſeptimo Kal.
Apr. ſignatur æquinoctium, quaſi ſemel ex propria ipſius Ptolemęi ſenten
tia, ſemel vero ex vulgata aliorum opinione. Idemque Ptolemæus eã anni
4 quantitatem † ſe obſeruaſſe exiſtimauit, vt in centum annis æquinoctium
non anticiparet ſedem ſuam, niſi per octo horas, vt ex d.c.2.lib.3. Almag.
& ex tabella, quam ad id compoſuit Ioan.Stoffler. in Calend.Rom.pro-
poſ.38. facile colligi poteſt. Quamuis autem dicta anni quantitas per Pto-
lemęum conſtituta, poſtea in aliam mutata deprehendatur, tamen ſi Pto-
lemęus ſciuiſſet, ꝙ centum annis ſupra, ęquinoctium vernum in viceſimo-
quinto die Martij contingebat, aliam proculdubio anni quantitatẽ conſti-
tuiſſet, & rõnem tantę anticipationis æquinoctiorũ melius inueſtigaſſet.
Addo præterea, ꝙ Theophilus Cæſar. de quo ſupra latius mentionem feci
c.74. in princ. qui fuit tempore S.Victoris papæ poſt B.Clementem annis
centum, circiter annum Domini ducenteſimũ, in ea ſynodo Epiſcoporum
Palęſtinæ, & aliarum prouinciarum, quam auctoritate S.Victoris prędicti
contra Quartodecimanos conuocauit, ſtatuit, vt deinceps paſchæ termi-
5 nus ſumeretur † non a viceſimoquinto die Martij, quemadmodũ prius ſu-
mebatur, ſed a viceſimoſecundo, tres dies veteri obſeruationi adijciens. Et
quãuis in eo concilio a ceteris Epis aſſereretur, ęquinoctiũ vernum in vi-
ceſimoquinto die Martij exiſtere, ipſe tamen dicebat, impium eſſe, ſi tres
dies paſſionis Chriſti a paſchali termino excluderentur. Et ita hac via ob-
tinuit, quod fortaſſe altera non obtinuiſſet. Exiſtimo.n. Theophilum virũ
eruditiſſimũ ſciuiſſe optime, ꝙ æquinoctium vernum eo tpe non in viceſi-
6 moquinto Martij, ſed circiter viceſimumprimum † conficiebatur, nõ qui-
dem quia id ita a ſanctis patrib. annotatũ animaduerterat, vt arbitratur
Middelburg. in 2.par.Paulinę, lib.1.c.1. (Nam a ſanctis patrib. in concilio
Nicęno longe poſt B.Theophilũ Cęſar. annotatum fuit ęquinoctiũ vernũ
in viceſimoprimo Martij) ſed quia potius ita ipſe obſeruauerat, & a peri-
tis Mathematicis didicerat. Verum qm̃ non ita facile potuiſſet Theophilus
hoc perſuadere Epiſcopis, qui ex inueterata opinione, & ab antiquiſſimis
accepta, ac ſemper retenta, putabant ęquinoctium vernũ immobiliter in
viceſimoquinto die Martij perſeuerare; alia ſibi via ingrediendum duxit;
vt nimirum tres dies paſſionis Chriſti, incipiendo a die, quo captus eſt,
extra terminũ Paſchę non relinquerentur. Et ita haud difficulter quod vo-
lebat, Epiſcopis perſuaſit. Alioquin ſi tunc ęquinoctium vernum in viceſi-
moquinto Martij vna cũ alijs Epis peragi crediſſet, quo modo, aut qua
ratione potuiſſet decernere, aut decernendũ propoſuiſſet, vt Paſcha ante
ęquinoctiũ, non in primo, ſed in vltimo menſe, tpe illegitimo quandoque
celebraretur? Quare dicendũ videtur, ꝙ vere Theophili tpe viceſimũpri-
mũ diẽ Martij vernale ęquinoctiũ poſſidebat, & ſęculo ſuperiori, tẽpore
B.Clementis viceſimumſecundũ, vt in apoſtolica conſtitutione ſcriptũ eſt.

Ne

Digitized by Google

Ne quis autem miretur, quo modo opinio illa de die viceſimoquinto Mar
7 tij † tamdiu licet falſa apud plurimos inualere potuerit, declarabo id nũc
exemplo manifeſtiori. In concilio Nicęno, quod circiter annum Dñi 322.
celebratum eſt, nemo eſt, qui neſciat, ęquinoctiũ vernum in viceſimopri-
8 mo † die Martij ad paſchę celebrationẽ fuiſſe conſtitutum. Et tñ poſterio-
res Doct. adeo firmiter diei illi inhærere ęquinoctium exiſtimauerunt, vt
numquam inde diſceſſurum putarent. Et omiſſis SS. Cyrillo, & Proterio
Alexandrinis Epis, vna cũ B. Victore Capuanę vrbis antiſtite, qui oẽs poſt
concilium Nicęnum annis tranſactis plus quàm centum claruerunt, & æ-
quinoctium vernum in dicto viceſimoprimo die menſis Martij cõſici con-
ſtantiſſime affirmarunt; Dionyſius abbas Romanus cognomento Exiguus
9 † vir certe in litterarum peritia ſatis laudatus, qui fuit poſt conc. Nicęnum
annis ducentis, cyclos paſchales conſtituit annorum plus quàm quingen-
torum, ſemper in omnibus ſupponens, æquinoctium vernum in dicto vi-
ceſimoprimo die Martij perpetuo permanſurum.
10 Venerabilis Beda † vir profecto in omni diſciplinarũ genere peritiſſimus,
& in Mathematicis ſcientijs non infime eruditus, qui fuit poſt concilium
Nicęnũ quadringentis annis, nonne adeo deceptus eſt in hac æquinoctij
immobilitate, vt aſſereret, non ſolũ tpe dicti concilij, ſed ẽt tempore Chri
ſti, & tpe ſuo æquinoctiũ in viceſimoprimo Martij veraciter inhęrere? Id-
que & auctoritate patrũ, & (quod multo magis adhuc mireris) horologica
ẽt conſideratione doceri poſſe contenderet? Is ita nimirũ ſcribit in lib. de
ratio. temp. c. 28. Vbi poſtquã retuliſſet ſententiã Plinij, & aliorum qui ę-
quinoctiũ vernũ in octauo Cal. Apr. conſtituebant, ſubdit hæc verba. Ve-
rùm regula tenet eccleſiaſticæ obſeruationis a Nicæno confirmata conci-
11 lio, vt paſchę dies † ab vndecimo Cal. Apr. vſq; in ſeptimum Kal. Maias in-
quiratur. Itẽ catholicę inſtitutionis regula pręcipit, vt ante vernalis æqui-
12 noctij tranſgreſſum paſcha † non celebretur. Qui igitur octauo Kal. Apr.
putat ęquinoctiũ eſſe, neceſſe eſt idem, vt ante ęquinoctium paſcha cele-
brari licitũ dicat, aut ante octauũ Kal. Apr. paſcha celebrari licitum neget.
Ipſum quoq; paſcha, quod Dñs pridie quàm pateretur cum Diſcipulis fe-
cit, aut nono Kalendarum Aprilium die non fuiſſe, aut ante æquinoctium
fuiſſe confirmet. Non. n. noſtri tm̃ temporis, ſed etiam legalis, & Moſayca
decernit inſtitutio, non ante tranſcensũ huius ęquinoctij, diẽ feſti paſcha-
lis eſſe celebrandũ, ſicut atteſtante Anatolio euidenter docet Philo, & Io-
ſephus, & eorũ antiquiores Agathobolus, & ab eo eruditus Ariſtobolus,
qui vnus ex illis ſeptuaginta ſeniorib. fuit, qui miſſi fuerũt a pontificib. ad
Ptolemęũ regem. Vnde nos neceſſe eſt ob conſeruandã veritatis regulam
dicamus aperte, & paſcha ante ęquinoctium, tenebraſq; deuictas non im-
molandũ, & hoc ęquinoctium duodecimo Kalendarum Aprilium die ve-
raciter adſcribendũ, ſicut non ſolũ auctoritate paterna, ſed & horologica
conſideratione docemur. Hęc Beda. Qui eadem ẽt aſſerit in lib. de paſchæ
celebratione, ſiue de ęquinoctio vernali. Et in comment. ſuper Luc. ad illa
verba cap. 1. In menſe autem ſexto miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo. Li-
cet non ita clare, vt in alijs locis. Ibi enim ita inquit. Menſem autem ſextũ
Martium intellige, cuius viceſimo & quinto die Dominus noſter & conce
ptus traditur & paſſus, ſicut & viceſimo quinto die menſis Decembris na-
tus. Quod ſi vel hoc hodie (vt non nulli arbitrantur) æquinoctium verna-

le, vel illo ſolſtitium brumale fieri credamus, cõuenit vtique, cum lucis in-
cremento concipi vel naſci eum qui illuminat omnem hominem venientẽ
in mundũ. At ſi quis ante dominicę natiuitatis & conceptionis yps lucem
vel creſcere, vel tenebras ſuperare conuicerit, dicimus & nos, quia & Ioan
nes tunc ante faciem aduentus eius regnum cęlorum euangelizabat; &
nunc quoque prędicatorib. imperatur, Iter facile ei, qui aſcendit ſuper oc-
caſum. Cur autem Ioannes circa æquinoctium autumnale conceptus, circa
ſolſtitiuum æſtiuum ſit natus, docet ipſe, qui vel ex ſua, vel ex veteris teſta-
menti (vt multi autumant) perſona loquitur, Illum oportet creſcere, me au
tem minui. Hæc ibi venerabilis Beda. Et in aliꝭs plurimis locis dicit, æqui-
13 noctium vernum † In ſupradicto duodecimo Calendarum Aprilium die
exiſtere, in quo, & Solem & Lunam & Stellas a Deo creatas fuiſſe putat,
in quarto ſcilicet mũdi die, & in quarto Arietis gradu. vt videre eſt in lib.
de diuiſionibus temporum. cap. vbi dies incipiat, ſeu finiatur. & in lib. de
ratio. computi, cap. 3. 10. & 13. & in lib. de ratio. temp. c. 4. 57. & 65. & in
lib. de ſex ætatibus, ſiue chronicon. & in lib. de temporibus, c. 10.
Quam ſententiam ſecutus eſt etiam S. Io. Damaſc. lib. 2. de fide orthod. c. 7.
14 & Ado Viennen. † in Breuiario chronicorum, ætate 1. in princ. Et S. An-
15 ſelmus Cantuarien. † annis 750. poſt concilium Nicænum, in comment.
ſuper Matth. cap. 27. ibi, Altera autem die, quæ eſt poſt Paraſceuen. & in li
bro 2. de Imag. mundi, cap. 17. quo in loco ita ait. Vernale æquinoctiũ non
octauo, ſed duodecimo Cal. Apr. habendum lex, & euangelium clamat, vt
horologij manifeſte inſpectio probat. Secundum enim legem non licuit pa
ſcha ante æquinoctium celebrari. Qui autem euangelium diligenter le-
16 gerit, Dominum non octauo, ſed decimo Cal. Apr. † paſſum videbit. Si er-
go octauo Cal. Apr. eſt æquinoctium, tunc Dominus contra legem paſcha
ante æquinoctium celebrauit, qui legem non ſoluere, ſed implere venit.
Sed & Iudæi contra patrium morem geſſerunt, quia paſcha in inconue-
nienti termino egerunt. Verumtamen cum horum neutrum fuerit, tranſa-
cto duodecimo Cal. Apr. æquinoctio Dominus ſolito more paſcha cum Iu
dæis vndecimo Calen. Apr. celebrauit: paſchali die, quod erat deci-
mo Calen. ſuo ſanguine nos redemit: octauo Cal. reſurrexit. Hactenus San
ctus Anſelmus.
Addo, quòd B. Epiphanius in Panario hær. 51. contra hæreſim, quæ non
17 ſuſcipit euangelium Ioãnis, & Apocalypſim. dicit, Chriſtum † reſurrexiſ-
ſe viceſimaſecunda die menſis Martij, quæ erat æquinoctium. Quo cõpe-
riuntur (inquit) omnes mentiri, qui non ſunt filij veritatis. Neque dici po-
teſt, quòd ipſe deceptus fuit ex decreto patrum Nicænæ ſynodi, nam illi
non in viceſimaſecunda die menſis Martij, ſed in viceſimaprima æquino-
ctium ad paſchæ celebritatem conſtituerunt. Cui B. Epiphanij ſententiæ
conſonat S. Auguſtinus, vel quiſquis alius ſit, in lib. quæſt. veter. & no. teſt.
quæſt. 106. in prima edit. vbi ſimiliter æquinoctium ponit in die vndecimo
Cal. Apr. quando (inquit) Deus mundum creauit, & quando primus dies
paſchæ eſt, id eſt primus dies primi menſis.
Quòd ſi quis ex tempore concilij Nicęni, quod circiter 300. annos poſt
Chriſtũ paſſum, aut paulo minus celebratum fuit, vel ex noſtro etiam tem
pore arguere velit, æquinoctium vernum non contigiſſe in anno paſſionis
Chriſti, niſi in viceſimaquinta die Martij, aduertat quiſquis ita argumen-
tatur.

Digitized by Google

tatur,quòd nos fortaſſe multo efficacius ſententiam noſtram, quàm ipſi ſuam,hac via confirmare poterimus.Neque hic tamen labyrinthum ingredi volumus de præciſa anni quantitate definienda:ſcimus enim, quàm va-
18 rie in hac re Mathematici † ſe torqueant, vt vere illud Horatij dici poſſit in Arte poetica, vna dictione immutata.

Aſtronomi certant,& adhuc ſub iudice lis eſt.

19 Sed accipiemus eam anni quantitatem,quã Alphonſus rex† ex propria obſeruatione conſtituit,& quam cõmuniter hodie fere omnes ſequuntur in Tabulis aſtronomicis conficiendis.Ea autem attenta ſi ad annos ſuperiores retroceſſerimus,reperiemus iuxta calculum factum a Paulo Middelb.in 1. par.Paulinæ,lib.10.in fi.& a Ioan.Stoffler.in Kalend.Rom. propoſ. 18. & 38.tempore paſſionis Ieſu Chriſti Solem fuiſſe ingreſſum in Arietis ſignũ nonæ ſphæræ,& æquinoctium vernum effeciſſe die viceſimaprima,aut ad ſummum viceſimaſecunda menſis Martij,etiam ſi æquaueris ſupputationẽ ad meridianum ciuitatis Hieruſalem; tempore vero Nicænæ ſynhodi die decimanona,aut ad ſummum viceſima.Præterea Ioan. de Monte Regio aſtrologorum omnium ſuæ ætatis peritiſſimus in quadam epiſtola ad Iacobum Spirenſem tenet, quòd in anno paſſionis Chriſti æquinoctium vernũ fuit viceſimaſecunda menſis Martij,vt refert idem Paulus Middel.in 2.par. Paulinæ,lib.5.cap.vlt.

Verum ſi contra prædicta institeris,& ex eo errorẽ in hac Regiomontani, & Alphonſi ſupputatione conuincere volueris, quia conſtat, in Nicæno concilio æquinoctium vernũ viceſimæprimę diei Martij fuiſſe adiudicatũ,
20 & quia conſtat,a Ptolemæo idẽ æquinoctium † inuentum fuiſſe in viceſimaſecunda & viceſimatertia die Martij,vt ex lib.3.Almageſti, c.2.colligũt Paulus Middelb.& Ioan.Stoffler.locis ſupra citatis num.3.(licet Io.Salon. in lib.de Romani Kalend.noua emendat.cap.4.dicat,die viceſimatertia,& viceſimaquarta tranſacta cum horis aliquot viceſimæquintæ diei,& male) non maiorẽ profecto errorem in tota hac calculatione concludere poteris, quàm vnius diei.Quare ſi dixerimus,quòd tempore paſſionis Chriſti ęqui-
21 noctium† fuerit in viceſimatertia Martij, prout videtur tenere Aloiſius Lilius, qui vt eſt in Compendio nouæ rationis reſtituendi Kalendarium, putat,a tempore Iulij Cæſaris æquinoctium circiter tredecim dies ſedem ſuam anteceſſiſſe;tẽpore vero concilij Nicæni fuerit in viceſimaprima die eiuſdem menſis;nihil erit quod valide in contrarium poſsit afferri.

Quòd ſi etiam dixerimus,patres Nicęnę ſynhodi aliquã quidẽ ęquinoctij anticipationem animaduertiſſe,nõ tamen tantam,quanta pręciſe erat, ſed cum haberent ex Ptolemęi(verbi gratia)obſeruatione,qui in annis ducẽtis ipſos præceſſerat, & qui æquinoctium vernum in viceſimaſecunda Martij ſemel obſeruauerat, dictum ęquinoctium in ducentis annis nõ niſi in ſexdecim horis potuiſſe anticipare ſedẽ ſuã iuxta anni quantitatem ab eodem Ptolemęo repertam,& iccirco viceſimæprimæ diei Martij ęquinoctiũ vernum illos adſcripſiſſe,fortaſſe non multum a vero aberrabimus.

Quòd vero Anatolius Laodicenus qui annis 40.pręceſsit Nicænam ſynho-
22 dum,ſtatuerit,æquinoctium fieri† in viceſimoſecundo die menſis Martij, vt habetur per Euſeb.Cęſar.in hiſt.eccleſ.lib.7. cap. 26. id habita ratione annorum communiũ,& biſſextilium facile ſoluitur & concordatur a B.Victore Capuanæ vrbis epiſcopo,& a venerabili Beda in lib. de paſchæ cele-

Digitized by Google

bratione, ſiue de æquinoctio vernali.

Non me latet, vt hoc etiam addam huic tractationi, excellentes eſſe aſtro-
23 logos, qui aſſerunt, Solem in anticipatione æquinoctiorum † quãdam ſer-
uare temporis quantitatem non perpetuo vniformẽ, neque regularem, ſed
modo maiorẽ, modo minorẽ iuxta motũ acceſſus & receſſus, ſiue trepida-
tionis octauæ ſphęrę, qui cum nunc verſus auſtrũ aut aquilonẽ, nunc ver-
ſus ortum aut occaſum procedere videatur, efficit, vt certa anni quantitas
non vna & eadem ſemper eſſe poſsit, vt declarat in propoſito noſtro Alex.
Picolom. in libello de noua Kalendarij reſtituendi forma.

At ego in has ſymplegadas, & ſyrtes non me conijciam, neque de pręciſa
anni quantitate nunc diſputare intendi: Illud dumtaxat oſtendere volui,
24 & diſputandum aſſumpſi; vulgatam † ſententiam, quę eſt, quòd tempore
paſsionis Chriſti ęquinoctium vernum viceſimumquintum diem Martij
poſſidebat; non bene probari, neque ob id iuſte aut recte reprehẽdi poſſe,
aut tamquam ſpuriam reijci debere conſtitutionem apoſtolicam B. Clemẽ-
tis Romani, quę dictum ęquinoctium in viceſimoſecundo die eiuſdem mẽ-
ſis confici aſſeruerit.

Immo vero omnia ſibi inuicem melius conſentire & congruere mihi vidẽ-
25 tur, ſi dixerimus, tẽpore paſsionis Chriſti ęquinoctium vernũ † fuiſſe vice-
ſimatertia die, & ad ſummum viceſimaquarta menſis Martij: Tempore B.
Clementis, & Ptolemęi die viceſimaſecunda, & viceſimatertia: Tempore
Theophili Cęſareen. vel potius Anatolij Laodiceni die viceſimaprima, &
viceſimaſecunda: Tempore vero Nicęnę ſynhodi die viceſima, & viceſima-
prima. Ita enim auctoritates Sanctorum, & eorum, qui de hac re ſcripſerũt,
bene ſaluari, atque inter ſe concordari rectius poſſunt, quàm ſi ſequamur
opinionem plinij ſuperioribus ſęculis longe ante ipſum natam de diebus
octauis Kalendarum.

26 Quę opinio ex eo manifeſte falſa deprehenditur † quòd Plinius ſibi ipſi
apertiſsime contradicens primum ait, Solem ab ęquinoctio verno vſque ad
ſolſtitium dies conficere 93. & horas. 12. vel vt alius codex habet, dies. 94.
& horas. 12. Et deinde aſſerit, ęquinoctium vernum peragi octauo Kal.
Apr. ſolſtitium vero octauo Kal. Iul. vt apparet lib. 18. natur. hiſt. c. 25. 26. &
27. Et tamen conſtat, ab octauo Kal. Apr. vſque ad octauum Kal. Iul. nõ niſi
dies. 91. reperiri.

Verum de his dictũ eſt ſatis, & forte longius, quàm par ſit, aut materia no-
ſtra poſtulare videatur. Quare his tantũ de ęquinoctio verno enarratis, ad
tertium, & poſtremum eorum, quę propoſueramus, veniendum iam eſt.

DE AEQVINOCTII VERNI IN CELEBRANdo Paſcha conſideratione. Cap. LXXIIX.

1 *Paſcha ante æquinoctium vernum celebrandum non eſſe, tum apud Chriſtianos, tum apud Iudæos conſtat. num. 2. Præcipue vero apud Romanos, & Occidentales. num. 3. Et apud omnes catholicos. num. 4. Quamuis in contrarium quantum ad paſcha Iudæorum videatur eſſe Paulus Middelb. num. 6. Et S. Epiphanius. num. 7. Et S. Auguſtinus. num. 8. Et alij. num. 9.*

Et quantum ad Paſcha Chriſtianorum alij.num.10.

5 *Menſis primi Luna intelligitur, quæ plena eſt in æquinoctio verno, vel proxime poſt æquinoctiũ. Et ipſa in ſequẽti Dominica dat nobis Paſcha.nu.18.*

11 *Paſchæ terminus ab vndecimo Kal. Apr. ſumitur ex conſtitutione Theophili Cæſar. in ſynhodo Palæſtinæ.*

12 *Paſcha noſtro tempore ſæpiſſime in ſecundo menſe celebratur.*

13 *Aequinoctium vernum dupliciter ſumitur. Vno modo prout vere eſt in rerũ natura. Altero modo prout ab eccleſia determinatur.*

14 *Aliud eſt eſſe tale, aliud haberi pro tali.*

15 *Aequinoctium ab eccleſia attentum licet eſſe debeat (quantum fieri poteſt) maxime conforme cum æquinoctio quod vere eſt in natura, ab eo tamen quandoque maxime differt.*

16 *Aequinoctium in duobus diebus circumagitur.*

17 *Aequinoctio verno in vno certo die ab eccleſia conſtituto, contingit quandoq; ꝙ menſis duodecimus in primum, vel primus in ſecundũ transmutatur.*

19 *Aequinoctium vernum tempore Niceni concilij veriſimilius eſt fuiſſe in viceſimo, & viceſimoprimo die Martij, quàm in viceſimoprimo & viceſimoſecundo.*

QVantum ad tertium & poſtremũ eorum quę ſupra c.73. in princ. propoſuimus, fatendum eſt, regulam eſſe veriſſimam, & certiſſimã, quòd
1 ſacru paſchę feſtum† non prius celebrandum eſt, quàm vernum fuerit peractum ęquinoctiũ, & Sol in Arietis ſignũ ingreſſus fuerit. Idque non ſolũ in eccleſia Chriſti ſẽper a catholicis, ſed etiã in lege Moyſi a Iudęis ꝑpetuo obſeruatũ fuiſſe cõſtat. Cuius rei teſtes locupletiſsimi ſunt hiſtoriarũ eccleſiaſticarũ ſcriptores. Euſebius Cęſar. lib.7.c.15. & Nicephorus lib. 6. c.18. referunt, Dionyſium Alexandrinum canonem octo annorum cõpoſuiſse, in quo nõ aliàs quã ĩ ęquinoctio verno paſcha celebrari oportere adſtruit. Idẽ Euſeb. lib. eo. c. vlt. & Niceph. lib. eo. cap.36. rurſus de Anatolio Laodiceno ſcribunt, ipſum etiam canonem ſimiliter paſchalẽ compoſuiſse, in quo paſcha omnino poſt ęquinoctium vernum agendum eſſe oſtendit. Neque eſt hęc (ait Anatolius ibi) noſtra ſententia, ſed ab antiquis Iudęis ante Chriſtum cum ſic decretum fuit, tum ab illis in primis obſeruatum. Quod ex Philonis, Ioſephi, Muſęique verbis licet cognoſcere. Neque ex his ſolũ, ſed ab alijs, qui illis ſunt vetuſtiores, nimirum duobus cognomento Agathobulis pręceptoribus illius eximij Ariſtobuli, qui vnus fuit ex ſeptuaginta interpretũ numero, qui ſacras & diuinas ſcripturas Ptolemęi Philadelphi, & eius patris rogatu ex ſermone hebraico in gręcum conuerterunt.

2 Quamuis autem Iudęi† a recta paſchę obſeruatione poſtmodũ exciderint, antiquitus tamen legitimo tempore feſtum illud celebraſſe referuntur a Socrate lib.5. hiſt. eccl. c.21. Sozomeno lib.7.c.18. Tripart. lib.9. cap. 38. & Niceph. lib.12. cap.32. & 33.

Atque ita ipſe Ioſephus iudęus reperitur aſserere lib.3. antiq. iudaic. ca.10. Cuius verba hęc ſunt. Menſe autẽ Xanthico, qui noſtris Niſan vocatur, & annũ exorditur, Luna quartadecima, Sole Arietẽ obtinẽte, quandoquidem hoc menſe ab Aegyptiaca ſeruitute liberati ſumus, ſacrificiũ quod tũc exeũtes fecisse diximus Paſcha nominatũ, quotannis inſtaurare lege iubemur.

Et

Digitized by Google

Et Philo iudæus libr.3.de vita Moſis,circa med. Moſes, inquit, primum
anni menſem facit eum, qui in vernum æquinoctium incidit, non ſicut
quidam,qui præcedentibus id honoris tribuunt, non obſeruato naturæ
beneficio.

3 Quòd autem catholici omnes Chriſtiani, præſertim vero Romani † & Oc
cidentales ſemper paſcha poſt ęquinoctium celebrauerint, apparet ex ijs,
quæ ſcribit Socrates lib.4.c.23.& Nicephor.lib.11.c.14. Porro Nouatus,
(aiunt illi)etiamſi propter exactius vitæ genus ſuam ſibi ſectam inſtituit,
non ille tamen quidquam de Paſchæ feſto die mutauit.Semper namque ſi
cuti occidentales partes facere ſolitæ erant & ipſe Paſcha celebrauit. Pa-
ſcha autem illæ ſemper agunt iam inde ab initio ex quo chriſtiani ſunt fa-
cti,poſt æquinoctium.Idem præterea,quòd Romæ ſemper Paſcha celebra
ri ſolitũ fuerit poſt æquinoctiũ, habetur ex eod.Socr.lib.5.c.20.ex Tripa.
lib.9.c.37.& ex Niceph.lib.12.c. 31.

4 Idem etiam de tota eccleſia catholica † aſſerit S.Clemens Rom.lib.5.con-
ſti.apoſt.c.18.& S.Epiph.in Panario,hær.50. contra Teſſareſcædecatitas,
& hær.70.contra Audianos.Et B.Ambr.in epiſt.83. ad Epiſcopos per Ae-
miliam conſtitutos.Et S.Auguſt.in epiſt.119.ad inquiſitiones Ianuarij.ca.
8.quæ epiſt.habetur etiam inter opera B.Hieronymi,Tom. 9.epiſt. 21.Et
venerabilis Beda in lib.de ratio.temp.c.28.Cuius verba c.ſuperiori citaui
5 mus,nu.11.Et rurſus Beda in eo.lib.c.60.vbi ita ait.Primi † menſis, ſep:ē-
que eius dierum azymorũ nunc regula talis eſt, vt quæ poſt æquinoctiũ
decima quinta Luna occurrerit,primi menſis intelligatur. Et intra.Quæ
vero in æquinoctio,vel poſt æquinoctium plena eſt, mox vbi Dominicus
aderit dies,Paſcha legitimum dabit.
Item in lib.de Paſchæ celebratione,ſiue de ęquinoctio vernali.idem aſſe-
rit;atque ibi citat B. Victorem Capuanæ vrbis antiſtitem huiuſmodi ver-
bis idem ſimiliter affirmantem.Igitur Luna ſi decimaquarta reperitur So-
le in prima parte ſui circuli conſtituto,iure primi menſis adſcribitur.Si ve-
ro prius decimaquarta Luna hoc pleno lumine orbis effulſerit, quàm Sol
memoratam partem circuli ſui contigerit, duodecimi menſis eſſe reperi-
tur,vel reputabitur.Et quoties ita contingit,ſollemnitas differtur ad alte-
rum pleniluniũ,quod venire neceſſe eſt adhuc Sole in prima parte de duo
decim circuli partibus conſtituto. Idem poſtremo aſſerit S.Iſidorus in li-
bello de doctrina,& fide eccleſiaſticorum dogmatum.capitul.54.& lib.1.
de eccl.off.capitul.31.& Raban.libr.2.de inſt.cler.capitu.39.& innumera
biles alij,quos longum eſſet enumerare.Et habetur inter canones Apoſto
lorum,can.8.vbi ita legitur. Si quis Epiſcopus, aut presbyter,aut diaco-
nus ſanctum Paſchæ diem ante vernale æquinoctium cũ Iudæis celebra-
uerit,abijciatur.
Contra hæc tamen,quæ certiſſima ſunt,non nihil eſt,quod obijci poſſe vi
deatur.

6 Et in primis Paulus Middelb.† in 2.par.Paulinæ,lib.7.c.1. & 2.& lib.8.c.
4.eliciens omnes Lunationes paſchales primi menſis,quę fuerunt a primo
anno Incarnationis Domini,vſque ad annum.60.tum per cyclum Iudæo-
rum,tum per aſtrologicam ſupputationem, ponit decimamquintam Lunã
Paſchæ cecidiſſe quandoque in viceſimumtertium diem Martij, vt in an-
no.15.& 34. quandoque in viceſimumſecundum, vt in anno. 7. & 53.
quan-

Digitized by Google

quandoque in viceſimumprimum,vt in anno.26.& 45.quandoque in viceſimum,vt in anno.18.& 37.& quandoque etiam in decimumnonum,vt in anno.56.

Quod ſi reſpondeas,huiuſmodi ſupputationes non eſſe idoneas,neque eſſe admittendas,adducam tibi teſtimonia aliquot Sāctorum,qui idem comprobent,quorum non ita facile eleuare poteris auctoritatem.

7 S.Epiphanius † in Panario,hær.51.contra hęreſim,quæ non ſuſcipit euangelium Ioannis,& Apocalypſim,dicit,Chriſtum reſurrexiſſe ante vndecimum Kal.Apr. id eſt viceſimaſecunda die Martij,quæ erat,inquit,æquinoctium. aitque eo anno iudæos in celebrando Paſcha tumultuantes anticipaſſe tres dies,& Saluatorem noſtrum non aliter feciſſe Paſcha, ſed etiam ipſum cum facientibus æqualiter feciſſe, vt non diſſolueret legem, ſed impleret.

8 S.Auguſtinus † in ſerm.22.de temp.qui eſt 18.de Natiuit.Dom.conceptū eſſe ait Chriſtum in æquinoctio verno,& natum in hiberno ſolſtitio. Et qua die,inquit,conceptus eſt in vtero Virginis, in ipſa reſurrexit ab inferis cum gloria paſſionis.

9 Præterea qui † diem reſurrectionis Chriſti fuiſſe aſſerūt vel viceſimaquinta Martij,vt Lactantius Firmia.Theophilus, & Euſebius Cæſareenſis,Beda in quibuſdam locis,Ado Viennen.S.Anſelmus, Nicetas,& Gręci fere omnes,antiqui Galli,& Tuſci,& ceteri,quos ſupra citauimus c. 73. & 74. Vel qui eamdem reſurrectionem factam fuiſſe affirmant alia die ante viceſimamquintam Martii,quos etiam ibidem retulimus,hi omnes conſequenter inſinuant, diem Paſchæ eo anno paſſionis Chriſti ante æquinoctium vernum a Iudæis fuiſſe celebratum.

Neque ſolum apud Iudæos ita ante æquinoctium vernum paſchę celebra-
10 tio reperitur,ſed etiam forte apud Chriſtianos † idem ſimiliter quandoque factitatum inuenimus.In ea enim ſynodo Cæſareenſi, quam iuſſu Victoris papæ celebrauit Theophilus vna cum ceteris non ſolum palęſtinæ, ſed & permultis aliarum regionum Epiſcopis aduerſus eos,qui quartadecima Luna cum iudęis paſcha celebrabant,ſtatutum fuit,vt terminus paſchę non ab octauo Calendarū Aprilium ſicut antea,in æquinoctium vernum Epiſcopi illi omnes peragi tunc aſſeuerabant, ſed ab vndecimo Calenda-
11 rum earumdem † in poſterum haberet initium, ne dies paſſionis Chriſti extra terminum Paſchæ collocarentur.Et quamuis putem eam ſynodicam conſtitutionem materialiter non fuiſſe contra regulam ſupradictam æquinoctii verni in Paſchæ celebratione obſeruandi,nam eo tempore æquinoctium vernum iam retroceſſerat ad vndecimum Calendarum Aprilium, vt c.præced.fuſius declarauimus,nu.4.& ſeqq.formaliter tamen ab ea regula,vt videtur,receſſum fuit.Nam omnes Epiſcopi illi credebāt,& dicebant,æquinoctium vernum in viceſimaquinta Martij die tunc reperiri:& iuxta hanc ſuam opinionem determinauerunt,paſcha quandoque per tres dies ante ęquinoctium poſſe celebrari in memoriam dierū paſſionis Chriſti.Niſi tamen dicas,quòd Theophilus ipſe,penes quem tota erat auctoritas illius concilij tamquam Legatum apoſtolicæ ſedis,optime dīe callebat, in quo ęquinoctium vernum tunc temporis perageretur, vt cap.ſuperiori ibidem explicatū eſt: Et ſic neque materialiter,neque formaliter quidquā fuiſſe ſtatutū in ea ſynhodo de celebrando paſcha ante æquinoctium,licet

in

in ſuis verbis dic̄ potius dominicæ paſſionis,quàm ęquinoctij, eam appa-
reat attendiſſe.

12 Ceterum † noſtro tempore,ſi non ante æquinoctium paſcha celebrari,ſæ-
piſſime tamen differri inſpicimus in ſecundum menſem,quando Sol nō in
Ariete amplius,ſed in medio Tauro ſpatiatur.

13 Quare dicendum† eſt,quòd æquinoctium dupliciter ſumitur. Vno modo
14 prout vere eſt in rerū natura;†Alio modo prout ab eccleſia determinatur.
Aliud eſt enim,eſſe tale,& aliud haberi pro tali.vt not.Glo.in l. mercis. 2.
15 ff.de verb.ſig. Et quamuis id quod ab eccleſia † determinatur , debeat eſſe
(quantum fieri poteſt)maxime conforme cum eo, quod vere eſt in natura,
quandoque tamen iuſtiſsimis de cauſsis ab eo notabiliter differt.Immo ve-
ro ita ab inuicem diſtinguuntur duo hęc ęquinoctia,vt in vnum coaleſce-
re interdum neque debeant,neque fortaſſe poſſint. Aequinoctiū verum
16 & naturale in puncto conſiſtens,in duobus diebus † circumagitur,ſecun-
dum quòd annus vel biſſextilis eſt, vel communis, quemadmodum ſupra
cap.75.num.5.enarratum eſt;at æquinoctium ab eccleſia conſideratum in
vno certo die ponitur & ſtabilitur.Ex qua poſitione contingit quandoque
17 † neceſſario,vel quòd menſis duodecimus in primum, vel primus in ſecū-
dum transmutetur.Tempore(verbi gratia)Nicęni concilij,(vt id exemplo
manifeſtem)collocatum fuit ęquinoctium vernum ad paſchę celebrationē
in die viceſimaprima Martij,vt omnes ſciunt; & regula etiā conſtituta eſt
a patribus vt quę Luna decimaquarta vel in ipſo ęquinoctio, vel proxime
18 poſt ęquinoctium ceciderit,ipſa in ſequenti Dominica † det nobis Paſcha.
Modo alterutrum neceſſario dicendum eſt, Vel quòd eo tempore Nicęni
concilij ęquinoctium verum & naturale erat in viceſima,& viceſimaprima
die Martij;vel in viceſimaprima;& viceſimaſecunda ; Ponamus fuiſse tunc
ęquinoctium verum in viceſimaprima , & viceſimaſecunda die. Quando
igitur contigiſset in anno tertio poſt biſsextilem,quòd Luna quartadecima
in viceſimaprima die Martij fuiſset , vtique ſequenti Dominica ſecundum
patres Paſcha celebrandum erat,& tamen vero attento ęquinoctio Luna-
tio illa fuiſset reijcienda tamquam vltimi menſis, ac in ſequenti menſe , &
Lunatione fuiſset paſcha celebrandum. Rurſus poſito vero ęquinoctio in
19 viceſima,& viceſimaprima die Martij(quod mihi veriſimilius † apparet,)
ſi quartadecima Luna in anno biſsextili contigiſset in viceſima die Martij,
debuiſset paſcha in ſequenti Dominica celebrari vero attento ęquinoctio;
& tamen ſecundum patres,qui ęquinoctium non in viceſima,ſed in vice-
ſimaprima die conſiderauerunt ad alterum menſem transferenda erat ce-
lebratio paſchę.

Quare concluditur , quòd vndique apparet etiam in ipſo limine concilij
Nicęni,in quo celebratio paſchę emendata eſt,ęquinoctium verum & na-
turale differre,& eſse quid diſtinctum ab ęquinoctio reputato & pro tali
habito ab eccleſia.

DE AEQVINOCTII VERNI IN CELEBRANdo Paſcha conſideratione. Cap. LXXIX.

1 *Kalendarij in reſtitutione viri eruditiſſimi diu laborauerunt, & adhuc laborant.*

2 *Paſcha in celebratione duo interueniunt: Vnum quod ſe habet ſicut cortex & littera, Alterum quod ſe habet ſicut medulla & ſpiritus. Obſeruatio Solis & Lunæ eſt ſicut cortex, Conſenſus fidelium eſt ſicut medulla. Et ſi neceſſe ſit, magis ſuſtinendus eſt defectus in cortice, quàm in medulla. nu. 5.*

3 *Paſchæ in celebratione viſum eſt ſemper eccleſiæ, magis expedire, ſequi medios motus, quàm veros. Idem etiam viſum fuit Synagogæ. num. 4.*

6 *Kalendarij reſtitutio cur vſque ad hæc tẽpora dilata fuerit. A Gregorio XIII. perficienda ſperatur. num. 7. Cui videtur a Domino reſeruata. num. 8.*

9 *Aequinoctium verum, & eccleſiaſticum differunt. & num. 16.*

10 *Iudæi poſt paſſionem Chriſti totã medullam, & ſpiritum viuificantem amiſerunt, ſolumque corticem, & nudam occidentem litteram ſequuntur.*

11 *Paſcha in celebratione error longe maior eſt declinare in duodecimum menſem, quàm in ſecundum.*

12 *Primordio veritatis quod iuuatur, falſum omnino non videtur.*

13 *Lex vetus & legalia omnia in morte Chriſti ceſſauerunt, atque vim ſuam amiſerunt.*

14 *Paſchæ in celebratione eccleſia inſpicit æquinoctium, & plenilunium, non tamquam obligata de iure diuino, ſed quia putat, ita expedire ad maiorem myſterii explicationem.*

15 *Iuris poſitiui quæ ſunt, poſſunt ab eccleſia immutari, & alterari, vt libet, & vt ſibi expedire viſum fuerit.*

VErum inſurget hic ſtatim aliquis contra me, & dicet, Si æquinoctium
eccleſiaſticum diſtinctum quid eſt ab æquinoctio vero & naturali, vt
ſuperiori c. num. 13. & ſeqq. aſſertum eſt, cur tanto nunc ſtudio quærenda
1 eſt forma reſtitutionis Kalendarij, † & æquinoctij verni, in qua eruditiſſi-
mi viri tamdiu laborauerunt, & vſque adhuc laborãt quaſi in dolore par-
turientium? Sufficiat eccleſiæ ſuum æquinoctium quòd præſupponit, & al-
terum naturale negligat, & nihil pendat. Deinde cur eccleſia ſemper re-
prehendit eos qui cũ Iudæis Paſcha celebrabant, non ſolum quidẽ ob id,
quia diem Dominicũ non obſeruarent, ſed etiam quia ſępiſſime æquino-
ctium præuertentes in duodecimo menſe feſtum Paſchæ agebant? Si enim
ſufficit æquinoctium reputatũ, illi etiam cenſendi ſunt habuiſſe ſuũ æqui-
noctium licet falſum, poſt quod paſcha celebrarent. Poſtremo dicet aliquis
poſtquã res ita habet, deberet eccleſia nõ aliud æquinoctium attendere,
quàm verum & naturale; & iuxta illud, paſcha ſingulis annis determinare,
editis de ea re tabellis ſi opus ſit, vſque ad mille, aut bis mille annos.
2 Ad hæc vt reſpondeam ſciendum eſt, quòd in ſacri paſchæ † celebratione
duo interueniũt. Vnum quod ſe habet ſicut cortex, & littera, Alterũ quod

ſe ha-

ſe habet ſicut medulla & ſpiritus. Sicut cortex quidem & littera eſt obſeruatio Solis & Lunæ; Sicut medulla vero & ſpiritus eſt vnitas, & conſenſus fidelium in celebranda paſſione, & reſurrectione domini noſtri Ieſu Chriſti. Scopus principalis eccleſiæ eſt, integram, illibatamque ſeruare medullam & ſpiritum in hoc feſto in primis & ante omnia; Deinde vero etiam corticem & litteram, quantum fieri fas eſt.

3 Hinc fit, quod eccleſiæ † ſemper magis expedire viſum eſt ſequi potius medios motus, & ſuos habere cyclos ad Paſchę ſollemnitatem oſtendēdam, quam ſi quotannis verum locum Solis, & Lunæ per aſtrolabium, aut aliud mathematicum inſtrumentum inueſtigaret; tum quia cycli, & medij motus ſunt faciliores, & multitudini fidelium magis accommodati; tum etiam quia ſunt magis vniuerſales, & vniformes, & diſputationibus, atque altercationibus minus obnoxij. Si enim veros motus ſequi ſe eccleſia profiteretur, continuo aliquis ſciolus, aut etiam peritus aſtronomus prodiret in mediū, qui ex proprijs obſeruationibus aliud adſtrueret, & facile eccleſia errorem poſſet impingere. Adde, quòd ab antiquiſſimo tempore eccleſia nunquam aliter vſa eſt, niſi per cyclos & per medios motus paſcha celebrare.

4 Immo & priſcos Iudęos † in veteri Synagoga ita obſeruaſſe conſtat, vt ait Beda in lib. de ratio. temp. c. 43. & Paſchaſinus inter epiſtolas B. Leonis papę, poſt epiſt. 62. Vnde ſi quis aliā nunc inſiſtere velit viam, ipſa immutatione, & innouatione mētes fidelium ſine propoſito perturbaret. Fateor equidē, cyclos eccleſiaſticos ita eſſe debere compoſitos, vt quantū fieri pōt & licet, veris motib. proxime accedant; neque nos per nimis deuia trahāt, aut quàm longiſſime aberrare faciant. Sed cum hoc tamen illud etiam aſſero, quòd ſi caſus eueniat, in quo in alterutro defectus ſuſtinendus ſit, aut ſcilicet in cortice, aut in medulla; ſine dubitatione eliget potius eccle-

5 ſia, aliquod pati † detrimentum in cortice, quàm vllam vel minimam in medulla offenſionem ſuſtineat.

Et ex his puto rationem colligi poſſe, cur tamdiu vſque ad hæc noſtra tem-

6 pora dilata fuerit † Kalēdarij Romani reſtitutio, ac noua Paſchæ celebrandi emendatio. Videbat namque eccleſia conſtitutionem cycli paſchalis a patribus Niceni concilij ſub B. Silueſtro, & D. Conſtantino magno editam tanta alacritate a catholicis omnibus, & vniuerſo orbe ſuſceptam, vt etiam ſi Lunæ & Solis curſus poſtea inciperent illinc ad multos annos ſatis notabiliter diſſentire, error tamen non perciperetur adhuc, aut ſaltem omnino diſſimulandus in ea vnanimi fidelium conſenſione videretur. Teſtes ſunt huius rei & venerabilis Beda quadringentis annis poſt concilium Nicęnum, & S. Anſelmus Cantuar. annis plus quàm ſeptingentis. quos ſupra citauimus cap. 77. num. 10. & 15. qui ęquinoctium vernum in eo die, in quo a patribus conſtitutum fuerat, confici etiam tempore ſuo aſſerere non dubitabant. Poſtmodum vero cum deuiatio illa & Solis & Lunæ ita paulatim ſerpſiſſet longius, vt iam abſcondi non poſſet, & a cunctis viſu atque oculis perciperetur, tunc demum tractari cępta eſt correctio, ſeu reſtitutio Kalendarij. Et ſub Nicolao Quinto primum, deinde etiam in Lateranenſi concilio requiſitæ, propoſitæ, & auditæ ſunt variæ de ea re peritiſſimorum aſtronomorum ſententiæ. Editi ſunt etiam tractatus & libri non vulgares, neque pauci. Quin etiam exploratæ ſunt Principum chriſtianorum voluntates. Et omnib. perſpectis atque conſideratis inuenta eſt

hæc

hæc res multo plus habere difficultatis in receſſu, quàm fronte præſeferebat. Vt nemo mirari poſſit, aut iuſte eccleſiam incuſare, ſi vſque adhuc per ſummos Pontifices huiuſmodi tractatio ad optatum finem perducta non fuerit. Totum enim quod ab illis fit aut geritur, totum etiam quod differtur aut omittitur, iuſtis de cauſis putandum eſt fieri & omitti. Nam cum intentos illos eſſe oporteat medullæ in primis & potiſſimum, vt dixi, cauendum illis maxime eſt, ne dum corticem expolire ſtudent, medullæ aliquam partem violari ſentiant.

Nunc vero gratiæ a nobis agendæ ſunt Deo maximę, cum eum habeamus
7 ſummum Pontificẽ Gregorium XIII. † qui maxima ſua prudẽtia, & dexteritate, qua a domino Ieſu Chriſto donatus eſt, ita omnes difficultates in hoc negotio ſuperabit, vt tãdem eodẽ Domino præſtante & fauente opus perfectum & abſolutum eccleſiæ ſit redditurus; & ſicut feliciter huic rei manum appoſuit, ita etiam extremam manum eidem feliciſſime ſit impoſiturus. Is enim eſt hic ſummus Pontifex & æqui & iuſti tam obſeruantiſſimus, vnicuique reddi volens quod ſuum eſt; vt non paſſurus ſit amplius, curſui Solis & Lunæ iuſtam menſuram non adſcribi, & celeberrimæ Paſchæ feſtiuitati ſua legitima tempora non aſſignari. Is etiam eſt hic ſummus Pontifex ſacrorum templorum exſtructor & adhibitis artificibus in operis vermiculati excellentia peritiſſimis ſupra omnium antiquorũ memoriam exornator; vt collapſi Kalendarij inſtaurationem, & ad ſuum priſtinum nitorem, immo & longe etiam præſtantiorem lucem reſtitutionẽ, ipſe iure merito ſit etiam præſtiturus. Is eſt hic ſummus Pontifex nobilium & pauperum virginum ſubleuator, quæ abſque eius ope iuxta nataliũ ſuorum conditionem e parentum domibus in lucem prodire non poſſent; vt Kalendarium Romanum, nobiliſſimum quidem, ſi præſertim Nicænorum patrum primariam conſtitutionem conſideres, ſed iniuria temporum in miſeriam lapſum ipſe ita ſit ſubleuaturus, vt nouis & præclariſſimis veſtibus ornatum comparere audeat in publicum, nihil iam timens amplius Iudæorum ſannas, aut quorumuis malignantium hæreticorum deriſiones. Is eſt poſtremo hic ſummus Pontifex Imperatori pijſſimo, Regibus catholicis, & Principibus omnibus chriſtianis tam carus, atque omni debito cultu officioſe obſeruatus, nihil inter eos exoptans magis, & omni ſtudio procurans, quam pacem, concordiam, & veram in ſancta religione atque fide tranquillitatem, concilians ſibi animos exterarum omnium nationum magnis præſtitis beneficijs, pluribuſque inſtitutis maximo ſumptu collegijs ad earũ dumtaxat vtilitatem & ſalutem; vt nihil timendum ſit, quidquid ab ore ipſius proditurũ eſt, fore tamquam cęleſtia monita a cũctis fidelib. in vniuerſo orbe terrarum obuijs vlnis, & omni vt par eſt veneratione ſuſcipiendum. Accedit præterea, quòd poſt ſacroſanctum, atque œcumenicum concilium Tridentinum, quod alterũ Nicęnum appellare poſſis, ſub proxime præteritis Pontificibus ſummis celebratum, in quo damnatæ, & anathematizatę ſunt hæreſes cum ſuis blaſphemis & impuriſſimis auctoribus, poſt Breuiarij & Miſſalis Romani nouam atque concinnam editionem nuperrime ab eius prædeceſſoribus diligentiſſime factam, nihil aliud nunc reliquum eſſe videtur, niſi ꝙ ſub hoc Pontifice Maximo annus eccleſiaſticus, & Calendarum Romanum, & ſacratiſſimi Paſchæ ſollemnitas formam tandem Deo propitio meliorem ſortiantur. Vt vndique ex omnibus circũſtantijs.

eorum myſteriorum, quæ in huiuſmodi celebratione prætendit. Quare cũ
15 ea, quæ iuris poſitiui ſunt†, poſſint per eccleſiam itidem immutari, & alte-
rari vt libet, & vt ſibi expedire viſum fuerit, quis recte valeat eccleſiam re-
prehendere, aut erroris inſimulare, ſi ipſa in hac lege ſua diſpenſare ſe vo-
lens, factis quandoque oſtenderit, ſe nolle per aliquod tempus ob quaſdã
cauſſas ſibi notas lege veri plenilunij, aut veri æquinoctij teneri? At infe-
lices Iudæi, & iudaizantes hæretici, qui iugo legis preſſi miſeram degunt
ſeruitutem, & putant, ſe ex præcepto Dei adhuc ad talem paſchæ obſerua-
tionem obſtringi, nonne merito redarguendi ſunt, ſi æquinoctium, & quar
tamdecimam Lunam ad vnguem non obſeruent, & tamquam diuinæ legis
tranſgreſſores ſubſannandi, ac veluti grauiſſimæ culpæ obnoxij, & in ma-
gno errore verſantes digito etiam a pueris oſtendendi? Longe itaque diuer
ſa ratio eſt in eo quod fit ab eccleſia, & in eo quod fit a Iudæis, ſiue ab ijs
qui Iudæos imitantur.
Ex his autem omnibus poſſumus tandem concludere, vt totum ad argumẽ-
ti ſolutionem, quod pro Græcorũ opinione ſupra c.73. in princ. ex æquino-
ctio verno factum eſt, applicemus, quòd argumentum illud, licet coloratũ
ſatis, vndique tamen, & ex omni latere infirmum, & non valide concludẽs
apparet; Tum quia non conſtat, Chriſtum in viceſimaquinta die Martij cru
cifixum fuiſſe; Tum quia neque etiam conſtat, quod in ea viceſimaquinta
die fuerit æquinoctium; Tum demũ quia etiam ſi vtrumque conſtaret, non
tamen adhuc neceſſario concluderetur, non potuiſſe ante eam diem a Iu-
dæis paſcha celebrari, niſi ſimul etiam probetur, in ea viceſimaquinta die
Martij fuiſſe tunc a Iudæis illud æquinoctium collocatũ, quod eorũ cyclis
in celebrando paſcha deſeruiret. Late enim c. ſuperiori oſtendimus num. 13.
16 & ſeqq. aliud eſſe æquinoctium † verũ & naturale, & aliud æquinoctium
habitum & reputatum, tum penes eccleſiã, tum etiã & multo magis penes
ſynagogam: Quam aliquo fortaſſe deuio, & corrupto cyclo vſam fuiſſe tẽ-
pore paſsionis Chriſti ex eo conijci poteſt, quòd facta diligenti annorum
ſupputatione circa tempus illud paſſionis Chriſti per non nullos eruditiſſi-
mos viros, & præſertim per Paulum Middelb. in 2. par. Paulinæ, lib. 7. c. 1.
& lib. 8. c. 4. nullus tamẽ reperiri poteſt annus, in quo Luna decimaquarta
paſchalis cadat in feria quinta aut feria ſexta, & in viceſimaquarta, aut vi-
ceſimaquinta die menſis Martij. Atque hæc quidem dicta ſufficiant circa
præſens argumentum de æquinoctio verno.

DE RESTITVTIONE ROMANI Calendarij. Cap. XXC.

1 *Paſcha non eſt celebrandum vt feſtum fixum nulla adhibita conſideratione Lunæ.*

2 *Paſchæ in celebratione tam æquinoctium, quam plenilunium ſunt iuris poſitiui, quantum ad legem nouam ſpectat.*

3 *Aequinoctium vernum figendum eſt in viceſimaprima die menſis Martij. Non in decima. nume. 4. Neque in viceſimaquinta. num. 11. Neque in vltima. num. 13.*

5 *Feſtorum iuſtæ celebrationi non ſufficit, vt numerus dierum menſium reſpondeat, ſed requiritur prætcrea etiam, vt locus Solis apte conſentiat.*

6 *Natiuitatis Chriſti rectæ celebrationi non ſatis eſt vt in viceſimaquinta die Decẽbris peragatur, ſed etiam requiritur, vt in ſolſtitio brumæ, vel proxime poſt ſolſtitium celebretur.*

7 *Aequinoctio verno ſiue in decima, ſiue in viceſimaprima, ſiue in viceſimaquinta die Martij collocato, ſemper eodem modo tempus Quadrageſimæ erit calidum aut frigidum, & nihilo magis in vno, quàm in altero caſu temperatum.*

8 *Curſitationes Carniſpriuij olim ad oſtenſionem virium, nunc ad lucrum militum apparitorum exercentur.*

9 *Aequinoctij verni in conſtitutione patres Niceni concilij ſequendi ſunt.*

10 *Aequinoctia & ſolſtitia immobiliter in ſuis ſedibus perſeuerare omnes fere veteres exiſtimauerunt.*

12 *Sanctorum qui in Romano Kalendario celebrantur maxima multitudo circa tempora Nicæni concilij floruit.*

14 *Nicæna ſynhodus potiſſimum ob duas cauſſas celebrata eſt, ob Arriani erroris confutationem, atque ob rectam Paſchæ ordinationem.*

NVnc conſequenter reliquum eſſet, vt quod alterum pro Græcis argumentum afferri poteſt, illud iam abſolueremus, niſi præſens locus me admoneret, vt poſtquam de ęquinoctio verno, & de emendatione Romani Kalendarij ſermo nobis & diſputatio incidit, aliqua breuiter, quæ ad hanc rem facere poſſunt, in medium proponamus. Quod etſi non nihil alienum a materia de qua agimus videri poteſt, erit tamen alicui fortaſſe non iniucundum; Sed pręſertum Chriſtophoro Clauio pręceptori meo in Mathematicis pręſtantiſſimo, & Antonio Lilio medico excellenti, qui mihi quandoque magnis febribus laboranti, & in diſcrimine vitę poſito opem attulit ſalutarem, ſpero rem quamgratiſſimam me facturum. Hi enim ambo Congregationi interuenientes, quę ſuper negotio dictę emẽdationis Kalendarij agitur coram Illuſtriſs. Cardinali Sirleto, & Reuerendiſs. Epiſcopo Montis Regalis, rogauerunt me, vt ego etiam in hac tractatione ſententiã meã proferrem. Quibus cum nullo pacto deeſſe poſſim, quamuis erubeſcam profecto verba ibi facere, vbi tot inſignes & eruditiſſimi viri pleniſſime & peregregie locuti ſunt, non nulla tamen quambreuiſſime potero, veluti anſer inter olores obſtrepens effabor.

Primum igitur dico, eorum opinionem, qui rei difficultate territi aiunt, ſol-
1 lemnitatem Paſchę celebrandam eſſe vt feſtum fixum † poſt ęquinoctium vernum nulla adhibita conſideratione Lunę, reijciendã eſſe, & nullatenus in eccleſia admittẽdam; Nam cum huiuſmodi ſollemnizandi paſchę forma numquam fere catholici vſi fuerint, ſed quidam tantum Montaniſtę heretici, quos Pepuzitas, ſeu Phrygas appellabant, vt patet apud Sozom. lib. 7. hiſt. eccl. cap. 18. & in Tripart. lib. 9. cap. 39. & apud Niceph. lib. 12. cap. 32. videretur nunc eccleſia illis dare manus, & tamquam victa, eorum nunc opinioni cedere, & conſentire; quos tamen maxime redarguendos cenſebat B. Anatolius Laodicenus Epiſcopus apud Euſeb. Cęſar. lib. 7. eccleſ. hiſtor. cap. vlt.

Et

Et licet tam ęquinoctium, quàm plenilunium ſint iuris † poſitiui in obſeruatione paſchę quantum ad legem nouam ſpectat, vt paulo ante diximus & ſtatuimus c. præced. num. 14. Tamē cum ius iſtud fuerit ſemper ab initio chriſtianitatis vſu receptum ab eccleſia Romana, & in celeberrimo concilio Nicæno maxime ſollemnizatum, nulla ratione videtur mihi infringendum eſſe.

Secundo dico, æquinoctium vernum figendum non eſſe in decima, aut vndecima die Martij, vbi nunc reperitur, neque reſtituendum eſſe ad viceſimam quintam diem, vbi fuiſſe fertur tempore Chriſti, & minus trahendum
3 eſſe ad vltimam diem Martij; ſed in viceſimaprima die † vbi Patres Nicænæ ſynhodi ipſum cōſtituerunt, collocandum eſſe per omiſſionem x. dierū.
4 Dixi, non eſſe figendum in decima die† Martij, quia eo modo poſſet contingere, quòd Septuageſima eueniret in prima die poſt Epiphaniam, quod eſſet magnū inconueniens; ſi feſtū illud celeberrimum non haberet totam octauam ſollemnem cum iucunditate vocis Alleluia; aut ſi Dominica Diſputationis Ieſu Chriſti duodennis in templo, & Dominica nuptiarum in Cana Galileæ factarum locum ſuum poſt Epiphaniæ feſtum amitterent. Et quia etiam eo modo numerus Dominicarum poſt Epiphaniam minuendus eſſet, poſt Pentecoſten vero augendus; Et ſic nouæ rurſus cōponendæ eſſent Rubricæ, & Regulæ, & pſallendi ac Miſſandi formulæ tum in Breuiarijs tum in Miſſalibus. Quæ res negari non poteſt, quin pareret perturbationem, & maximum afferret diſpendium, & impenſam in publico, & in priuato perſonis omnibus eccleſiaſticis, bibliopolis, & impreſſoribus. Adde quòd nouas, & concinnas editiones poſt concilium Tridentinum factas, & bene conſtitutas Miſsalium, & Breuiariorum formulas tā cito velle iterum nunc immutare, & alterare, præſeferre videretur neſcio quid incōſtantiæ, & leuitatis ab apoſtolica ſede alieniſſimæ.

Addo prætereà, quòd habenda ratio eſt feſtorum fixorum & immobiliū, quæ ſtante æquinoctio verno in decima die Martij minime ſuis tēporibus
5 celebrantur. Non enim ſufficit ad iuſtā feſtorum celebrationem† vt numerus diei menſium bene reſpondeat, ſed requiritur præterea etiam, vt locus
6 Solis apte conſentiat.† Dicam verbi gratia, non ſatis eſt ad rectam celebrationem Natiuitatis Ieſu Chriſti, vt in viceſimaquinta die Decembris huiuſmodi feſtum agatur, ſed etiam requiritur, vt in ſolſtitio brumæ, vel proxime poſt ſolſtitium celebretur.

Et ſicut in hac re exactiſſimum, & punctualē gradū Solis non exigo, ita neque notabilem ab eo elongationem approbo.

Poſtremo accedit, quod figere æquinoctiū in decima die Martij vbi nunc eſt, fere nihil eſſet aliud, quàm quòd eccleſia indicaret, errorē quē hactenus iuſtis de cauſſis diſſimulauit, ſe nunc deprehendiſſe, minimeque emēdaſſe; Cū enim anni a debita ſui conſtitutione lapſi, & tranſcurſi fuerint, cur ita in ea tranſgreſſione relinquendi ſunt, & non potius ad priſtinam formā reſtituendi? Auguſtus Imperator cum deprehendiſſet, quòd in annis præteritis ſex & triginta, intercalati eſſent dies duodecim, cū debuiſſent intercalari nouē non illi ſatis fuit, in poſterum bene intercalare, ſed illum quoque errorem correxit, & annos duodecim ſine intercalari die tranſigi iuſſit, vt illi tres dies, qui per annos triginta & ſex vitio Sacerdotum excreuerāt, ſequentibus annis duodecim nullo die intercalato deuorarentur.

Digitized by Google

Quam rem bene explicat Macrob.lib.1.Saturn.cap.14. Iiidem ergo & nobis faciẽdũ eſt. Non obſtant modo quæ a non nullis in cõtrariũ allegãtur. Et primo dum dicunt,quod ſi collocaretur æquinoctium vernum in decima die Martij,ſequeretur inde eccleſiæ non parua commoditas;Nã tempus (inquiunt)Quadrageſimæ caderet in dies breuiores & temperatiores, in quibus fideles facilius ieiunarent,quàm in diebus calidioribus verno tempore iam adulto.Reſpondetur enim,quòd hæc ratio tã inſulſa eſt,& homine mathematico tam indigna(pace eorum dixerim)vt riſu,& cachinnis fo-
7 lis excipienda videatur.Siue æquinoctium † in decima die Martij figatur, ſiue retrahatur ad viceſimamprimam aut viceſimamquintam, aut aliam quamcũque,ſemper eodem modo tempus Quadrageſimæ erit calidum aut frigidum, & nihilo magis in vno,quàm in altero caſu temperatum. Calor namque & frigus temporum non dependet ab appellatione menſium aut dierum,ſed a loco & conſtitutione Solis. Fac æquinoctium vernum deduci ad Septembrem per ſex menſium ſiue omiſſionem,ſiue intercalationem, ſenties proculdubio calores maximos æſtiuos in Decembri, & brumæ frigora in Iunio.

Similiter inepta ratio eorum eſt,qui aiunt, quòd ſi figatur æquinoctiũ in decima die Martij,breuiarentur dies Carniſpriuij;& ex hoc reſultaret eccleſiæ vtilitas,quòd Bacchanaliũ abuſus in plurimis diebus ceſſaret.Quaſi vero Satan & Aſmodęus ſupputandi artem minime calleant, & neſciant ipſi trahere dies Bacchanalium ad feſta Natalitia Saluatoris, & vſque ad principium Aduentus, ſi neceſſe ſit in caſu quo traheretur dies Cinerum ad Ianuarium menſem.Quamquam etiam reſponderi poteſt ad hanc rationem,quòd ſperamus(gratiæ ſint Ieſu Chriſto)breui omnem abuſum,& Bacchanalium memoriam ſumma prudentia Gregorij XIII. Pont. Max. ſublatum iri, qui & laruatorum hominum petulantiam non nullis iam ſuperioribus annis elapſis coercuit,& iniuſtas illas,atque obſcœnas curſita-
8 tiones†(quidni ita appellem?)quæ olim ad oſtenſionem virium,nunc vero ad lucrum militum apparitorum exercebantur,præterito anno ſuſtulit, & in pias cauſſas, atque in eleemoſynarum largitionem pro ſubleuandis Collegij Neophytorum neceſſitatibus felici tranſmutatione conuertit.

Quòd vero quidã poſtremo ratiocinantur, debere figi æquinoctiũ vernũ in decima die Martij,vbi nunc cælo labente reperitur,ad exẽplum patrum Nicænorum, qui ſimiliter æquinoctium ibi conſtituerunt vbi tunc tẽporis inuentum fuit;reſpondetur,quòd ſi patres Nicæni concilij in conſtitutio-
9 ne æquinoctij verni † ſequendi ſunt,quemadmodum fas eſt profecto, vt eorum in omnibus ſequi veſtigia procuremus,argumentum in aduerſarios optime retorquetur,dicendo quòd pro tantorum patrum honore & reuerentia non alibi ſtatuendum eſt æquinoctium, quàm vbi ipſi illud collocauerunt.Alioquin ſi continue quo prolabitur ibi ſiſtendum eſſe autumes, efficies quãdoque poſt multa & multa annorum curricula, vt illic celebretur Paſcha,vbi Natiuitas eſt Chriſti: Quod quantam abſurditatem generaret,nemo eſt,qui id inſpicere non poſſit.

At rurſus, Cur ergo(inquies)patres Nicæni concilij non retraxerunt & ipſi æquinoctium vernum ad viceſimamquintam diem Martij, in qua erat tempore paſſionis Chriſti,ſed in ea die maluerũt ipſum relinquere, in qua tunc temporis conficiebatur?Dicam in hoc quid ſentiam, & rationi huic,

atque

Digitized by Google

itaque interrogationi propoſitæ ſatisfacturum me confido. Tempore Nicæni concilij non erat adhuc bene perſpectus & plene cognitus Solis circuitus & curſus. Scimus quidem Iulium Cæſarem annum conſtituiſſe ex diebus 365. & quadrãte; at quòd hæc Iuliana conſtitutio paulo plus contineret tẽporis, quam Solis requireret periodus, pauciſſimi aut nulli erant,
10 qui animaduerterent. Hinc factum eſt, vt fere omnes exiſtimarent, æquinoctia, & ſolſtitia † inmobiliter in ſuis ſedibus perſeuerare, & opiniones de eis ab antiquioribus acceptas retinentes, eaſdem per manus nulla in eis facta mutatione poſteris traderent; & ſcriptis etiam demandarent. Cœpit poſtea Ptolemęus errorẽ deprehendere, ſed tamen tam exiguum detexit, vt in trecentis annis vnius dumtaxat diei differentiam conſtitueret. Quare cum patres Nicænæ ſynhodi viderent ęquinoctium ea tempeſtate in viceſimaprima die Martij reperiri, facile ſuſpicari poterant, vel ſuperiores aſtronomos in ſuis obſeruationibus fuiſſe deceptos, vel Ptolemęi obſeruatione attenta, vnius tantum diei pro reductione ęquinoctij ad tempus paſſionis Chriſti, mutationem eſſe faciendam. Et tamen cum vulgo recepta eſſet ſententia a multis auctoribus celebrata tempore Iulij Cæſaris Auguſti, & ſequentium Imperatorum, quòd ęquinoctium vernum in viceſimaquinta die Martij perageretur; in tanta hac rei difficultate, & obſcuritate, contrariantibus ſibi inuicem obſeruationibus, & Scriptorum teſtimonijs, ſatius eſſe iudicauerunt patres illi ſapientiſſimi ibi ęquinoctium figere, vbi ipſum tunc certiſſime inſpiciebant, quàm temere vlla facta mutatione ipſum in eum locum retrahere, in quem pręciſe & recte retrahendum eſſe ignorabant.

Adde, quòd ante concilium Nicęnum nulla ſollemnis pręceſſerat eccleſię conſtitutio de ęquinoctio verno in viceſimaquinta die Martij pro Paſchę celebratione collocando. Immo verò in illa ſynhodo Paleſtinæ, ſub Victore papa a Theophilo Cęſareen. congregata, ſtatutum fuerat, vt paſchę terminus in viceſimaſecunda die Martij initium ſumeret: quamuis Epiſcopi dicerent, ſumendum eſſe initium in viceſimaquinta, vbi ęquinoctium eſſe aſſerebant. Cum itaque Nicęni patres inſpicerent, Paſchę terminum optimo, & aptiſſimo loco ſe habere in dicta viceſimaſecunda die Martij; ibique etiam ad eumdem terminum tunc temporis congruere veri ęquinoctij ſedem, quid aliud decernere poterant, niſi vt in eodem loco dictus terminus perſeueraret, & nulla inde deturbatione amoueretur? Quę ratio non ſolum concludit pro tempore Nicęni concilij, ſed etiam & multo magis pro no-
11 ſtra hac tempeſtate. Vt quid enim nobis † reducendum eſt ęquinoctium ad viceſimamquintam diem Martij, cum minime conſtet in ea die tẽpore Chriſti peragi illud ſolitũ fuiſſe? De qua re latius vidimus ſupra cap. 75. & ſeqq. Cui rationi nunc altera etiam accedit, ꝙ Eccleſia non ſolum celebrat feſtiuitates Ieſu Chriſti, ſed etiam reliquorum Sanctorum memorias; & Natalitia veneratur: At iſtorum plurima multitudo requirit, vt potius ad viceſimamprimam, quàm ad viceſimamquintam diem Martij æquinoctium vernum reducamus. Inſpice Romanum Kalendarium, quantam ibi Doctorũ,
12 Confeſſorum, Martyrum, Virginũ turbam † reperies, quæ non niſi ad tẽpora Nicæni concilij, circa quod vel parum ante, vel parum poſt floruit, accommodari poteſt? Quòd ſi ad viceſimamquintam diem æquinoctiũ trahas, dum ſoli Incarnationi Verbi Dei in hac re oculos figendos putas to-

Cc 3 tam

tam reliquorum Sanctorum ſtationem deturbabis; Immo & Natiuitati ipſius Verbi Dei in carne maximum afferes præiudicium; eo enim modo celebraretur ante confectum brumę ſolſtitium; quod apud me abſurdius multo eſſet, & magis repugnaret myſterio, quàm ſi tribus diebus poſt ſolſtitiũ, feſtum illud peragatur.

13 Quantum vero attinet ad vltimã diem† Martij, nulla ratio eſt, neque etiã ſuperficie tenus colorata, quę id ſuadeat. Dices, ſequi inde, vt vnuſquiſq; menſis reſpondebit perfecte motui Solis in vnoquoque ſigno. At hoc in primis falſum eſt, inæqualitas enim motus Solis in Zodiaco, & motus augis ipſius, faciunt, vt id præſtare nullo pacto valeas. Deinde ſi hæc ratio nihil mouit Iulium Cæſarem auctorem anni, & menſium noſtrorum, qui Solis maxime periodum conſiderauit, cur mouere debet Eccleſiam, quæ nihil inde ſuſceptura eſt lucri, aut commoditatis, ſed contra potius damnum in ſuis feſtiuitatibus celebrandis non exiguum?

Concludo itaque ex his omnibus, æquinoctium vernum ad locum ſuum in viceſimamprimam diem Martij reducendum eſſe, neque vlterius protrahendum; ne patribus Nicænæ ſynhodi† quæ potiſſimum ob Arrianæ erroris confutationem, atque ob rectam Paſchæ ordinationem celebrata eſt, vt inquiunt S. Athanaſius in epiſt. ad omnes orthodoxos de ſynhodis Arimini, & Seleuciæ, in princip. & in epiſt. ad Epiſcopos in Africa. in princ. & S. Epiph. in Panario, hęr. 70. cõtra Audianos. ſapientiores eſſe videri velimus.

DE RESTITVTIONE ROMANI Kalendarij. Cap. XXCI.

1 *Aequinoctium vernum reducẽdum eſt ad viceſimamprimam diem Martij per decem dierum omiſſionem ſimul vnico actu faciendam. Quæ omiſſio facienda eſt in menſe Octobri immediate poſt feſtum S. Franciſci. num. 3. Indictis prius ſupplicationibus, & ieiunio. nu. 7. In ea autem omiſſione decem dierũ mutabitur littera Dominicalis. num. 4. Et quædam feſta Sanctorum trãsferenda erunt. nu. 5. Non tamen ordo Dominicarũ poſt Pentecoſten interrũpendus eſt. nu. 6.*

2 *Malum minus eligendum eſt de duobus malis.*

8 *Aequinoctium vt perpetuo ſeruet ſedem ſuam in Kalendario, ceſſandum eſt quandoque ab intercalatione biſſexti. In annis. ſ. quibuſque centeſimis, exceptis quingenteſimis, & milleſimis. nu. 9.*

10 *Aequinoctij anticipatio ad vnum diem fit in annis 120. aut 125. ſecundum veriorem ſententiam.*

11 *Aequinoctium vernum a tempore Nicæni concilij vſque ad præſens antenertit ſedem ſuam non per plures dies, quàm vndecim, neque per pauciores quàm decem.*

12 *Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.*

13 *Numerus completus & perfectus ponitur interdum pro incompleto, & imperfecto.*

14 *Paſcha potius celebrandum eſt in ſecundo menſe poſt æquinoctium, quàm in duode-*

duodecimo ante æquinoctium.

15 Luna potius ſecunda, quàm vltima accipienda eſt pro prima.

16 Luna ſecunda communiter incipit primum eſſe viſibilis.

TErtio dico, decem dierum omiſſionem, qui eximendi ſunt pro æquinoctij verni reductione, nõ in pluribus annis biſsextilibus, neque etiã
1 in pluribus menſibus, ſed totam ſimul vnico actu faciendam eſſe. Dixi, non in pluribus annis; nam ipſe (fateor) & omnes etiam alij (vt puto) videre tandem cupimus ſi domino Deo placeat, hanc emẽdationem factã, & completam in diebus noſtris. Quod ſi tamdiu immorandũ ſit, torquebit nos nõ ſemel neque parum, longiſſima quadraginta annorum exſpectatio. Ad quos ſi ętatem meam peruenturam ſperem, cum annum iam ſeptimum & quadrageſimum numerem, inſipiens ſim profecto, & merito amens ab omnibus videri debeam.

Adde, quod in quadraginta annorum ſpatio neceſse eſt quandoque alijs ſuccedentibus Principibus, rerum ſtatus mutentur: Et quis ſcit, ſi alius alio vertens cogitationes ſuas, hanc annorum emendationem eodem modo ſit probaturus, aut curaturus? Dicet fortaſse, ſatis omiſsum fuiſse intercalationis, neque opus eſse, vt decem dies eximantur, ſed ſufficere ſi pauciores exempti fuerint.


Præterea quod me adhuc magis mouet eſt, quod fruſtra fit per plura quod
2 fieri poteſt per pauciora, vt ait Glo. in clem. 1. in princ. ver. vnigenitum de ſum. Trinit. & fi. cath. & Ariſt. in 1. Phyſ. tex. comm. 50. & 56. & quod de duobus malis minus eligendum eſt argumento tex. in l. quoties nihil. ff. de reg. iu. & c. duo. diſt. 13. At multo minus malum eſt, ſemel tantum ſeriem annorum interrumpere, & cyclum litterarum Dominicalium perturbare, quàm ſi toties idem fiat, & repetatur. Quis negare poteſt, Ephemeridibus, Tabulis aſtronomicis, & mille eiuſmodi cõpoſitionibus minus detrimenti eventurum, ſi ſemel tantum, atque vnica facienda illis ſit ſubtractio, aut additio, quam ſi decies earum ſeries interrumpatur? Quæ ratio ſuadet, neque in quadraginta annis, neque in decem quidem menſibus huiuſmodi decem dierum exẽptionem diuidendam eſſe.

Cui præterea adijcitur, quod ſi vnica ſubtractione decẽ illi dies ex menſe aliquo demantur, nihil cuiquã iuris deperibit, neque alicui damnũ aut pręiudicium in annuis aut menſtruis præſtationibus inferetur, nam cũ decem dies tertia ſint pars vnius menſis, deductione facta dictæ tertiæ partis omnes ſolutiones fient; & ſic proportionaliter, & pro rata parte (vt vocant) ſalaria, ſtipendia, cenſus, penſiones, ſocietates, lucra, emolumenta, & quæcumque denique ſiue annuæ ſiue mẽſtruæ præſtationes, & ſolutiones minuentur. Ad cuius rei declarationem magni profecto ponderis, & maximi faciẽdæ poterit emanare aliqua conſtitutio a ſummo Põtifice, ab Imperatore, a Regibus, & alijs Principibus chriſtianis. At ſi decẽ illos dies in decẽ mẽſes diſpertias, videberis mẽſes omnes integros, & perfectos reliquiſſe, cũ detruncatio vnius diei nullius fere ſit, aut valde minimæ conſiderationis; & tamen reuera lucrum ab alijs iniuſte ſublatũ, alijs indebite tribues.

Quarto dico reducẽdo ad praxim quę ſuperius dicta ſũt de omiſſione decẽ dierũ, ꝙ nullibi fortaſſe cõmodius in Kalẽdario videbitur alicui dicta omiſ-

ſio collocari poſſe, quàm in principio menſis Aprilis, in cuius primis decẽ diebus nullæ indictæ ſunt Sanctorum feſtiuitates, ita quòd ſtatim poſt triceſimamprimã diem menſis Martij ſequatur dies vndecima menſis Aprilis, & deinde duodecima decimatertia & reliquæ oẽs ſucceſſiue per ordinem. Verum quoniã circa illud tempus ſolet celebrari Paſcha, in quo nimis periculoſe erraretur ab ijs, qui nihil intelligunt, niſi quæ continua experientia, & longa conſuetudine didicerunt, iccirco ſatius multo erit, hãc omiſ-
3 ſionem facere in menſe Octobri † immediate poſt feſtũ S. Franciſci, quod celebraẽ quarta die dicti menſis, poſt quã ſequatur proxime decimaquinta dies eiuſdem menſis, & deinceps decimaſexta, decimaſeptima, & ſeriatim reliquę omnes prout iacent.

4 In prædicta † autem omiſſione decẽ dierum mutanda erit neceſſario littera Dominicalis & retrocedendũ erit in cyclo Solari ad nonam litteram anteriorem computatis vtriſque extremis. Ponamus (exempli gratia, vt res clarior fiat) omiſſionem huiuſmodi faciendam eſſe in anno Domini ſequenti. 1582. prout indicatur in Compendio nouæ rationis reſtituendi Kalendarium ab Aloyſio Lilio inuentæ. Eo anno curret littera Dominicalis G. eritque annus cõmunis ſecundus poſt biſsextilem. Nã præcedens annus 1580. fuit biſsextilis: annus præſens 1581. eſt cõmunis primus poſt biſsextilem: & ſequens annus 1582. erit cõmunis ſecũdus poſt biſsextilẽ, vt dixi. Feſtũ igitur S. Frãciſci celebrabitur eo anno in feria quinta, nã ĩ quarta die Octobris ſignata eſt littera D. quę eſt quinta poſt litterã G. Et cũ imediate poſt



feſtum

feſtũ S. Frãciſci ſequi debeat dies decimaquinta Octobris, cui aſſignata eſt
littera A.fiet,quod prædicta littera.A.erit feria ſexta.Et deinde littera B.
aſſignata decimæſextæ diei Octobris, erit Sabbathum. Et conſequenter
littera C.quæ eſt diei decimæſeptimæ,erit Dominica.Et ſic facta erit mu-
tatio litteræ Dominicalis a littera G.in litterã C. & non in quamcumque
litterã C.ſed in eã,quæ eſt ſimiliter ſecunda poſt biſſextilẽ,ſicut littera G.
quæ prius currebat.Quã litterã C. ſecundã poſt biſſextilem nono loco re-
peries in cyclo ſolari ante dictã litterã G.cucurriſſe anno præterito 1574.
Sequẽti vero anno 1583.qui erit tertius poſt biſsextilẽ, curret littera Dñi-
calis B.& anno 1584.biſsextili cõſequẽter duplex erit littera Dñicalis A.
& G.Quę oĩa facile in adſcripto ſchemate cycli Solis inſpicere hic poteris.
Quonia vero in dicta omiſſione decẽ dierũ facta in mẽſe Octobri poſt feſtũ
S.Frãciſci cõtingit inueniri feſtũ S.Marci papę, & conf. ſimplex,cũ cõme-
moratione SS.Sergij,Bacchi,Marcelli,& Apuleij martyrũ;& feſtũ SS.Dio
nyſij, Ruſtici,& Eleutherij martyrũ,ſemiduplex;& feſtũ etiã S.Calliſti pa
pæ,& mart.ſimiliter ſemiduplex:& abſurdũ videretur,ſi nulla facta dicto-
5 rũ Sãctorũ memoria mẽſis ille eo modo detrũcatus trãſigeret;ideo feſta il-
la transferri poterũt,vt immediate celebrẽtur poſt omiſſionẽ dictorũ decẽ
dierũ,hoc pacto.Poſt feſtum S.Franciſci immediate in proxima ſexta feria,
quã diximus futurã eſse diẽ decimãquintã Octobris celebretur feſtũ ſemi-
duplex S.Dionyſij,& ſociorũ martyrum,cum cõmemoratione S. Marci pa-
pæ,& cõf.& SS.Sergij,Bacchi,& ceterorũ martyrũ.Et in Sabbatho ſequẽ-
ti,quod erit ſextadecima dies Octobris,celebretur feſtũ S. Calliſti papę &
martyr.ſemiduplex.Et deinceps omnia celebrẽtur poſtea quemadmodũ in
Kalẽdario poſita ſunt.Hoc tantũ animaduerſo, vt non interrũpatur ordo,
6 & numerus† Dominicarũ poſt Pentecoſten, ita quòd decimaſeptima dies
Octobris,quæ erit Dominica,ſit quidem Dominica tertia Octobris,omiſsa
ſecunda,quę nullum habet initium ſcripturæ,ſed remaneat decimaoctaua
poſt Pentecoſten,quemadmodum in ordine ſecutura erat, ſi nulla facta
fuiſset omiſſio dierum. Ad quod egregie oſtendendũ pro recitatione diuini
officij & feſtorum celebratione inſeruire poterit libellus Dominici Veglẽ-
ſis,qui inſcribitur Kalendariũ perpetuum. Cuius tabula 25. ſeruiet dicto
anno.1582.vſque ad diẽ quartam Octobris, poſt quam fiet omiſſio decem
dierum,& facta dicta omiſſione,ac celebrato feſto S.Calliſti papæ & mart.
vt dixi ſupra,ſeruiet Tabula 35.eiuſdem libelli vſque in finem anni.
Ne autem error contingat in dicto menſe Octobri,in quo ſupponimus fa-
ciendã eſse ademptionem ſupradictam decẽ dierum,deſcribam hic ſeriatim
quindecim dies illius menſis incipiendo ab vltima Septembris, pro ijs,qui
recitant diuinum officium ſecundum vſum Romanæ eccleſiæ.

SEPTEMBER.

30 G. Dominica.17.poſt Pentec.1.Octobris.Hieronymi presbyteri conf.& eccleſiæ Doct.Duplex.Nonã lectio de Homilia,& cõmem.Dñicæ. Dicuntur Veſperę Defunctorum.

OCTOBER.

1 A. Fer.2.Remigij epiſcopi,& conf.Duę lectiones de initio 1.lib.Machab. vt in pręced.Domin.Dicitur 2.Noct.cum Laudibus Defunctorum.

2 B. Fer.3.De ea.Lectiones currentis ferię.Tria reſpõſoria 1. Noct. pręced. Dominicę,quia primo ponuntur.

Fe.4.

ſtra tempora, ſeruata annorum biſſextilium ratione, quarto quoque anno intercalatum eſt; id tamen nihil nos debet impedire, aut in contrariā ſententiam trahere; Nam Iulius Cæſar errorem in ſuis intercalationibus neque deprehendit, neque ſuſpicatus eſt: At nos qui longa experientia docti earum defectum ſenſimus, atque oculis vidimus, æquum eſt, vt vel icti tandem ſapiamus.

Sexto & poſtremo dico, intercalationem in quibuſque annis quingenteſi-
9 mis, ac quibuſque milleſimis † retinendam, in quibuſque vero reliquis centeſimis omittendam eſſe. ita vt anni ſecuturi. 1700. 1800. & 1900. ex biſſextilibus fiant communes; annus vero bis milleſimus remaneat biſſextilis. Deinde rurſus omittatur intercalatio in anno 2100. & ſequentib. quibuſque annis centeſimis vſque ad annum 2500. in quo biſſextus retinea-
10 tur. Vt hoc modo quaſi ſequentes nos opinionem Ioan. Stoffler. † quæ cū experientia proximius concordat, & non nullis viris in Mathematicarum diſciplinarum cognitione peritiſſimis magis arridet, vt Vincentio in Speculo naturali. lib. 15. capitulo 72. curſum Solis probe in ſua iuſta menſura contineamus.


Dixi, quaſi ſequentes opinionem Ioan. Stoffler. Nam Albategnius quidem putauit, in annis 106. fieri vnius diei anticipationem; Alphonſus vero rex in annis 134. Sed Ioan. Stoffler. mediam inter vtramque viam eligens, in annis 120. Cuius ſententia ex eo mihi videtur melior, quia conſtat, a tem-
11 pore Niceni concilij † celebrati (vt aiunt) anno Domini. 322. in quo ſcimus æquinoctium vernum fuiſſe collocatum in viceſimaprima die Martij, vſque ad hęc tempora non per plures integros dies æquinoctium dictum anteuertiſſe ſedem ſuam, quām vndecim ad ſummum, neque per pauciores quām decem. Quare colligitur, quōd iuſtior eſt Ioan. Stoffler. & noſtra ſententia, quę decem cum dimidio dies fere adæquat, quām Albategnij opinio, quæ ad duodecim dies prope aſcendit; aut Alphonſi regis, quæ ad nouem cum dimidio non pertingit. Putoque in hac re magis attendendam eſſe totius huius longiſſimi temporis ſimul conſiderati experientiā, quam vnius aut alterius tempeſtatis ſeorſim factis a diuerſis aſtronomis obſeruationes. Accedit præterea, quōd ſiue huius, ſiue illius aſtronomi veriores ſint de anni quantitate opiniones, adhuc tamen aſſerere non vererer, in qualibet annorum centuria omittendam eſſe intercalationem, exceptis vel tantum milleſimis, ſi Albategnij ſequaris ſententiam, vel exceptis etiā quingenteſimis, ſi Ioan. Stoffler. & noſtra, aut etiam Alphonſi regis opinio magis placeat. Nam illa Aloyſij Lilij intercalandi ratio, vt tres primi quique centeſimi communes, quartus vero quiſque centeſimus intercalaris ſit, præterquam quōd cum experientia minus conſona eſt, pareret in retinenda memoria confuſionem, & facile anſam præſtaret erroris atque confuſionis. Vnde ſimpliciſſime dicendum videtur, eccleſiaſticam conſtitutionem debere potius ſequi eam in rebus huiuſmodi opinionem, quæ facilior eſt, & ſimplicior, & retinendæ memoriæ congruentior, atque in conſeruanda fidelium concenſione commodior, quām ſequi exactas aſtronomicas ſupputationes cum periculo errandi in calculo annorum: Præſertim vero in caſu noſtro, in quo & incertum videtur, quænam ſententiā ſit omnino verior, & Solis curſui ad vnguem aptior; & in quo per ſpatium duorum aut trium millium annorum, error in ęquinoctio contingere non po-

teſt,

teſt,ſi noſtrã intercalandi rationem ſequaris,niſi vnius,aut duorũ ad ſummũ dierum;qui error tam modicus eſt in tanto tempore,vt fere conſiderari non debeat.Neque obſtat,quod quidam aiunt, minime in hac re attendendos eſſe annos cẽteſimos Iubilæos , ſed ſequendã potius eſſe naturam
rerum,vt ſi in annis 106.ſecundum Albategnij opinionem omittenda eſt
vna intercalatio,ea omittatur in anno 104.aut 108. qui biſſextiles ſunt; ſi
vero ſecundũ opinionem Ioannis Stoffler.in annis 120. ceſſandũ eſt ſemel
ab intercalando,ſimiliter in dicto temporis ſpatio centum & viginti annorum non intercaletur,nulla habita ratione annorum centeſimorũ Iubilęorum;cum in ijs quæ natura conſtant,naturaliter procedendum ſit;Iubilæi
vero anni tamquam res ſpiritales,ſuas habeant contemplationes,& intentiones myſticas,quas non eſt opus cũ naturalibus coniungere, ac admiſcere.Reſpondetur enim ad hãc rationem,quod nos non dicimus,ob id omittendã eſſe intercalationem in annis centeſimis, quia anni illi Iubilęi ſunt,
& ſpiritales;hæc enim ratio potius faceret ad oppoſitum,cũ ſciamus,quod
12 odia † reſtringi,& fauores conueniat ampliari.iuxta tex.in c. odia. de reg.
iur.lib.6.Sed quia anni centeſimi Iubilæi ſunt numeri perfecti,& cõpleti,
notabiles,omnibus noti , & ad rem memoriæ cõmendandam aptiſſimi &
commodiſſimi.Præſertim cũ frequẽtiſſimũ ſit apud omnes, & in ſacris etiã
13 litteris vſurpatum,vt numerus completus † & perſectus interdũ ponatur
pro numero incompleto,& imperfecto,vt not.Magiſter hiſto. Scholaſt.ſuper lib.Heſter.c.7.& Glo.ordinaria.Exho.12.ſuper ver. Sexcenta fere millia. in fi.& Alcui.in lib.de eccl.off.cap.de ſeptuageſima primo. Quod ſi in
annis centeſimis deſint verbi gratia ſex anni ſecundũ Albategnium,vel viginti ſecundũ Io.Stoffl. vel vigintiquinque ſecundũ nos , ad omittendam
intercalationem,id parum refert eccleſię,quæ ſequitur medios motus , &
quæ poteſt horas decem & octo,ac etiã pauciores pro integro die accipere,
& poſtea in alijs ſequentibus annis compẽſationem facere;vt quod vni annorum centuriæ ſupereſt,alteri adijciatur.Quod ſi quis maximi faciendam
putet vnius diei ademptionem ab anno Iubilæo,poſſet per ſummũ Pontificem extendi annus quiſque centeſimus Iubilæus vſque ad feſtũ Epiphaniæ ſequentis anni , vt ſic nemo conqueri haberet de illo die adempto , &
reſtitutio fieret in ſextuplum.Et prætereà dicimus in annis centeſimis Iubilæis omittendam eſse intercalationem,quia Io. de Sacro Boſco in libello
cui titulus eſt de anni ratione,ſiue Computus eccleſiaſticus.c.de quattuor
temporibus anni:ait quod annus hic ex huiuſmodi diei ſubtractione decurtatus, ex temporum æquationis iucunditate annus Iubilationis appellari
meretur.
Dixi etiam ſupra intercalationem omittendam eſse in annis 1700.1800.&
1900.nulla facta mentione anni 1600.quia ibi cum de proximo inſtet annus ille , retinendus eſt biſsextus , ne nimis æquinoctium promoueamus
verſus finem menſis,quod ſatis bene in ſua ſede collocatum fuerit per decem dierum ſubtractionem in anno 1582.(vt ſuppoſuimus)faciendam. Et
regula perpetuo ab Eccleſia tenenda ſit quantum fieri poteſt firmius,vt ſi
14 neceſse ſit in alterutrum declinare,celebretur potius Paſcha † in ſecundo
menſe poſt æquinoctium vernum,quàm in duodecimo ante æquinoctium.
15 Quemadmodum etiam in † pronuncianda Luna ita temperandus eſt
Lunaris cyclus ab eccleſia , vt potius ſi neceſse ſit , ſecunda Luna , quàm
vltima,

Digitized by Google

vltima, accipiatur pro prima. Tum quia eccleſia ita hactenus ſemper vſa
eſt; Tum etiam quia, quòd ſecunda Luna capiatur pro prima, aliqua adeſt
16 ratio, quia ſcilicet tunc primum communiter incipit Luna eſſe viſibilis; at
quod vltima pro prima pronuncietur, nulla ſubeſt ratio, quæ id ſuadeat.
Modus autem, qui teneri debeat in accipienda littera Dominicali poſt omiſſam in aliquo anno centeſimo intercalationem, idem fere eſt, quem ſupra deſcripſimus ſeruandum fore poſt factam ademptionem decem dierum in anno 1582. hoc tamen addito, & animaduerſo, quòd dum diximus ibi, retrocedendum eſſe ad nonam litteram anteriorem in cyclo Solari, hic ad duodecimam anteriorem litteram retrocedendum eſſe dicamus. Vt ſi (verbi gratia) in anno 1700. currant in ordine litteræ Dominicales. C.B. aſſumatur ſola littera. C. per totum illum annum, vt fiat annus communis ex biſſextili: Et deinde ſequenti anno 1701. aſſumatur littera Dominicalis. B. non quæcumque, ſed quæ eſt prima poſt biſſextilem; quæ reperietur (vt dixi) in cyclo Solari, in duodecimo loco a dictis litteris C.B. retrocedendo in anteriores litteras. vt facile in appoſito hic ſchemate cycli Solaris inſpicere poteris.



Atque hęc quidē dicta ſufficiant quantum ad motū Solis, qui in paſchę celebratione attēdi dēt. Quib. illud vnum addendū exiſtimo, me in omnib. ſuppoſuiſſe, ęquinoctiū vernum noſtra hac tēpeſtate cōſici in die decima.

& vnde-

& vndecima Martij. Id autem feci, nõ quia ita ego ex proprijs obſeruationibus nouerim, ſed quia ita omnes dicunt, ita omnes Tabulæ docent. At nihilominus vellem, quòd res hæc non ſolum conſtaret per Ephemerides, & per Tabulas, ſed etiam deprehenderetur, & ſciretur per claras & manifeſtas obſeruationes. Nam cum ex hoc fundamento reliqua fabricæ cõſtructio pendeat, cauendum eſt, ne vlla aliqua in eo vacillatio ſuboriri poſſit.

DE RESTITVTIONE ROMANI Kalendarij. Cap. XXCII.

1 *Lunæ motus in celebratione Paſchæ neceſſario & ipſe inſpicitur.*

2 *Aureus numerus iam pro prima Luna oſtendit quintam: vnde apparet, non aureum, ſed plumbeum potius vocitandum.*

3 *Aurei numeri innouationes, & remedia minime videntur bona, ſed periculoſa, & eccleſiæ incommoda. Similiter eiuſdem aurei numeri æquationes non videntur bonæ. nu. 4. & 5.*

6 *Nouitas in aliquo caſu ne dum eſt vtilis, ſed etiam neceſſaria.*

7 *Luna ſingulos dies Kalendarij ſpatio certi temporis æquales habet in ſuis coniunctionibus, & oppoſitionibus ad Solem.*

8 *Menſes Lunares ita alternatim procedunt, vt vnus ſit triginta dierum, alius vigintinouem. Hæcque alternatio ſpatio decem & nouem annorum quinquies interrumpitur, fiuntque duo menſes continui triginta dierum. nu. 9.*

10 *Cyclos habere perpetuos & ſempiternos, perfectos, & exactiſſimos ad Paſchæ celebrationem, ſanctæ Chriſti eccleſiæ militanti non conuenit, neque expedit.*

11 *Chriſtus factus eſt eccleſiæ ſemel Paſcha in hac mortali vita: & iterum fiet illi Paſcha in alia vita, ſed multo clarius, & perfectius.*

12 *Paſcha in faciendo ſi eccleſia interdum parumper deficiat, & aliqua in hoc ſæculo quandoque nigredine adſpergatur, ſpe futurorum hanc præſentem triſtitiam conſolari poteſt.*

1 NVnc conſequenter aliquid dicendum eſt de motu Lunæ, qui & † ipſe neceſſario inſpicitur in celebratione Paſchę. Et quidem ad Lunæ motum dignoſcendum duo (vt video) nobis proponuntur. Primum eſt Cyclus decemnouennalis aurei numeri. Alterum eſt Cyclus epactalis Aloyſij Lilij. Operæpretium vero eſſet, adductis rationibus decernere, vtrum præſtet eccleſiæ, & conducibilius ſit, ſequi hunc potius, an illum. Equidem me non tanti facio, vt rei huic pro dignitate ſatisfacere valeam, quæ & ingenium in mathematicis diſciplinis magis exercitatum. & alijs ſtudijs, atque occupationibus non intentum requireret. Tamen ne videar deeſſe penitus, dicam aliquid quam breuiſſime, & quæſtionis huius ſolutionem, ſi ita videbitur, peritioribus relinquam.

Contra cyclum epactalem duo potiſſimum a quibuſdam allegari ſentio. Primum, quod tollit aureum numerum, rem antiquiſſimam, & a ſanctis patribus Nicænę ſynódi conſtitutam, ſeu potius acceptatam.

Secundum

Secundum, quòd nouus eſt, & ſua hac nouitate deterrere nos poteſt.
Verum ad primum reſpondetur, quòd nihil mirum videri debet, ſi tollat aureum numerum, quia aureus ille numerus appenſus fuit in ſtatera, & inuentus eſt minus habens. Cœperat quidem bene in initio, & ob id mini me reprehendendi ſunt Nicæni patres, ſed tamen poſtea longiſſimi tem-
2 poris curſu ita a recto tramite deuiauit, vt iam pro prima Luna † oſtendat quintam, & appareat, non amplius aureum, ſed potius plumbeum vocitan dum eſſe. Vulpes (vt eſt in prouerbio) non iterum capitur laqueo; Cur ergo volumus in hac noua Kalendarij reſtitutione eccleſiam rurſus ad eumdem lapidem impingere; quod ſtupidi eſt hominis, & ſolis væcordibus con ceſſum. vt inquit S. Gregor. Nazianz. in epiſt. 15. ad Boſporium?
At dices, Quamuis aureus numerus defectiuus appareat, poteſt tamen innouari, & a ſuis ſedibus immutatus ſurſum verſus per quinque dies trahi in Calendario; & etiam adhibita quando opus fuerit æquatione ſuſtineri.
3 Aduertendum eſt, quòd remedia hæc allata † minime videntur bona, ſed potius periculoſa, & eccleſiæ incommoda. Si immutes nunc aureum numerum, & ſurſum trahas, conſequenter quandoque poſtea propter intercalationis omiſſionem iterum (credo) immutabis, ac deorſum impelles, & rurſus propter aliam omiſſionem ad aliam ſedem deijcies, ita vt nullibi ipſum conſiſtere, & perſeuerare ſinas. At hoc quantæ eſt abſurditatis? In primis miram induces in Breuiarijs, & Miſſalibus cunctis diſformitatem. Hoc im preſſum erit ſecundum nouam, illud ſecundum veterem aurei numeri poſitionem: Rurſus hoc ſecundum vnam, illud ſecundum aliam emendationem: Et afferes loco remedij perturbationem, & confuſionem maximam.
Equidem fatebor paruitatem ingenij mei. Habeo domi Miſſalia, & Breuiaria non nulla, neque ita pridem ſed intra pauciſſimos annos Romæ & Venetijs impreſſa. Quædam ex his in Calendis Ianuarij pro aureo numero annotatam habent vnitatem; quædam habent in eiſdem Calendis numerum decimumnonum; quædam ternarium. Rurſum quędam ex his indicant hoc anno 1581. currere ex aureo numero quinarium, quædam ſenarium. Deus bone, quænam hæc eſt varietas & confuſio? Niſi quandoque confugerem ad Paulinam Middelburgenſis, aut ad Calendarium Ioan. Stoffler. aut alicuius eiuſmodi doctiſſimi viri, ita iam traxiſſent me per deuia impreſſiones iſtæ, vt neque nouæ, neque veteris viæ veſtigia amplius agnoſcerem. Quòd ſi tot mutationes factæ ſunt, cum minime opus eſſet, & ijs inconſultis, ad quos ſpectabant, quid facturos putamus impreſſores, & ſciolos, cum id ex eccleſiæ auctoritate fieri poſſe exiſtimabunt? Statim, vt venaliores libros faciant, dicent, ſe dare Calendarium & aureum numerum correctum: & dabunt verius vtrumque corruptum.
Addo deinde, quòd ſiue correctum, ſiue corruptum dabunt, eccleſiaſtici, & alicuius peritiæ viri, aureum numerum conſiderantes in Calendario, deſiderabunt videre quandoque primariam illius numeri conſtitutionem, quam illi tribuerunt ſancti patres Nicæni, & quantum ab ea elongatus, aut immutatus poſtea ſit.
Quo modo autem vlla huius rei relinquetur memoria, ſi aureum numerũ per Calendarium ita miſere trahas, vt modo ſurſum, modo deorſum, nunc per vnum, nunc per duos, nunc per quinque, nunc per plures etiam dies cum propellas? Videtur itaque via hæc immutandi ſæpius aureum numerum

quitur immediate numerus nonus,ſed eſt locus vnus intermedius vacuus,
& deinde ſequitur numerus nonus. Quare per huiuſmodi vocis mutatio-
nem errorem non auferes,ſed variabis dumtaxat a ſuperiori ad inferiorem
locum. Idem ſimiliter feceris, ſi loco aurei numeri ſecundi accipiendus ſit
decimus,ſi loco tertij vndecimus,ſi loco quarti duodecimus,ſi loco quin-
ti tertiuſdecimus,ſi loco ſexti quartuſdecimus , ſi loco ſeptimi quintuſde-
cimus ; Et demum idem eſto iudicium aliorum eadem forma ſequentium
numerorum .

Nunc ad eamdem obiectionem factam contra cyclum epactalem reſpon-
detur alio modo, nempe, ꝙ ille cyclus non tollit omnino aureum numerũ,
ſed conſeruat potius & manu tenet quantum poſſibile eſt,& quantũ con-
ſeruabilis eſt; nam ſeries illa decem & nouem numerorum non interrum-
petur , ſed perdurabit perpetuo in ſuo curſu, quemadmodum prius dura-
bat. Hoc tantum ab aureo numero auferetur, ne ſuo officio fungatur in Ka
lendario,poſtquam ſine errore diutius eo fungi non poterat .

Ad ſecundam obiectionem reſpondetur, quòd cyclus epactalis non debet
6 hoc titulo reijci, quia nouus eſt, quia nouitas † in caſu noſtro ne dum eſt
vtilis,ſed etiam neceſſaria.Cum enim experti fuerimus,veterem aurei nu-
meri viam ducere nos per ſaltus inuios in anfractus , non quo tendimus;
iter nouum proculdubio tentandum eſt. Quòd ſi & ipſum metam a nobis
intentam forte fortuna nõ attinget,venia tamen magis dabitur nobis pri-
mum experientibus,quàm ſi veterem viam tortuoſam,nobiſque cognitã,
adhuc calcandam,& rurſus ingrediendam exiſtimemus.

Adde,quòd cyclus ille licet nouus,fuit tamen iamdiu plurimis oſtenſus,&
a multis examinatus,nihilque in eo apparet, quod fini, quem intendimus
repugnet. Mihi ex eo fidem videtur magis probandus , quàm aureus nu-
merus,quòd implet omnes ſedes Kalendarij,& nullum diem relinquit va-
7 cuum. Nam cùm Luna ſingulos dies Kalendarij † ſpatio certi temporis æ-
quales habeat in ſuis coniunctionibus & oppoſitionibus ad Solem , quæ-
nam illa eſſe poteſt religio, vt quoſdam dies nouilunijs aptos deputemus,
quoſdam vero tamquam ineptos reijciamus ? Ad hæc cyclus ille epactalis
multo faciliorem,& magis intelligibilem, & ab omni ſumptu liberam ad-
mittit æquationem quandocumque opus eſt , per mutationem vnius tan-
tummodo litteræ,ſeruata etiam ſerie numeri decemnouennalis,quàm au-
reus numerus admittat.Quare(vt videtur)multo commodior apparet ſine
dubitatione hic cyclus,quàm ipſe aureus numerus .

Quòd autem hic cyclus motu Lunæ medio optime reſpondeat,ex eo col-
ligitur , quòd quilibet cyclus decemnouennalis huius cycli epactalis ita
8 alternatim procedit in ſuis menſibus,† vt vnum menſem ſemper faciat tri-
ginta dierum,alterum vero vigintinouem:hancque alternationem ſepties
interrũpit , ſexies quidem faciendo duo menſes continuos triginta dierũ,
ſemel vero in decimonono & vltimo anno dum redit ad ſuum principium
conſtituendo duos menſes immediatos vigintinouem dierum. Quod mo-
tum Lunæ medium egregie quadrat . Et quamuis Paulus Middelburg. in
ſua Paulina lib. 9. cap. 1. afferat,in quolibet cyclo decemnouennali ſuf-
9 ficere,ſi quinque tantum emboliſmi fiant † triginta dierum præter ordi-
nem alternationis, ceteros vero menſes & emboliſmos conſtituere præſtet
alteranantes continue(vt dictũ eſt)a dieb. triginta ad vigintinouem. Tam

hoc non multum refert, nam in vno tantum cyclo decemnouennali, qui
plurimas in Kalendario ſedes dimittit vacuas, poteſt forte bene obſeruari
regula illa quam ipſe tradit; at vbi omnes dies implendi ſunt, & non vnus
dumtaxat, ſed triginta conſtituendi ſunt cycli decemnouennales in Kalen
dario ſibi inuicem apte concatenati, ſatis eſt, ſi quemadmodum fiebat etiã
prius in cyclo aurei numeri, ille emboliſmus ſextus triginta dierum præter
ordinem, compenſetur ſeptimo emboliſmo vigintinouem dierum præter
ordinem, vt ſic tandem redeat iuſtus numerus omnium dierum quarumli-
bet Lunationum in ſingulis cyclis decemnouennalibus contingentium.
Concludo itaque, hunc cyclum epactalem idoneum videri, & bonum ad
eccleſiæ vſum, aut certe minus malum, quàm aureum numerum. Quòd ſi
ſpatio longiſſimi temporis aliquid poſtea detegatur nunc nobis omnino
latens, per quod huiuſmodi cyclus reddi videatur inutilis, hoc non debet
nos torquere, aut nimis anxios reddere. Tum quia eccleſiæ non erunt li-
gatæ manus, quin poſſit emendare quod actum eſt, & in futurum proui-
dere quæ agenda ſint. Tum quia ſatis eſt eccleſiæ, adhibuiſſe nunc diligen
tiam quam potuit maiorem & meliorem accerſitis peritis, & longo tracta-
30 tu eorum opinionibus diſcuſſis. Velle autem modo cyclos † certiſſimos,
exactiſſimos, perpetuos, & ſempiternos, abſque vllo minimo errore proce-
dentes, ſanctæ Chriſti eccleſiæ militanti neque conuenit, neque expedit.
Profitetur enim illa, ſe exſpectare dominum Ieſum Chriſtum venturum
quandoque de cęlis in maieſtate ſua, qui ab huius præſentis Paſchæ ſol-
lemnitate, quæ Solis & Lunæ varietatibus & mutationibus ſubiacet, trãſ-
ferat ipſam ad celebrandum Paſcha illud nouum, ac purum, & perfectiſſi-
mum, quo Solis tandem & Lunę curſibus ſtabilitis, ſperat ſe immobiliter
in ſempiternitate fruituram. Quemadmodum enim Chriſtus ſemel in hac
31 † mortali vita factus eſt illi Paſcha, ita confidit, & certiſſime credit, quòd
fiet illi iterũ Paſcha in alia vita immortali, ſed multo clarius & perfectius.
Quam rem optime paucis verbis declarat S.Gregor.Nazianz.in orat.2.in
Paſcha. circa fin. vbi ita inquit. Iam vero Paſchæ participes erimus nunc
quidem adhuc in figura, licet magis perſpicua, quàm in lege veteri (legale
enim Paſcha, nec enim docere verebor, figuræ figura erat obſcurior), ali-
quanto poſt autem perfectius, & purius: cum videlicet illud nouum filius
Dei nobiſcum in regno patris bibiturus eſt, patefaciens, ac docens, quæ
nunc minus plene declarauit. Vnde & a B.Dionyſio in lib. de eccl. hierar.
c.5. diuinitus dictum eſt, Eccleſiam noſtram mediam eſſe inter Synagogã,
& ſupremam Hieruſalem. Cuius verba iuxta tranſlationem Ambroſij Ca-
maldulenſis hæc ſunt, Itaque ſupremam quidem ſuper cęleſtium ſubſtan-
tiarum hierarchia teletem habet pro viribus propriam, Dei ſcilicet, diui-
narumque rerum liquidiſſimam intelligentiam: capaxque diuinitatis eſt
integre, & Deum, quantum fas eſt, contendit imitari. Et parum infra. Poſt
illam vero celeſtem, ſupramundanamque hierarchiam, ad noſtram quoque
ſumma illa diuinitas ſua ſacratiſſima munera benigne deriuans, cũ paruu-
li (iuxta eloquium) eſſemus, legale indulſit ſacerdotium, obſcuris verarum
rerum imaginibus & figuris a primitiuis ſuis remotiſſimis ſigniſque haud
facile penetrabilibus, ac typis opertam habentibus neque diſcerni facilem
intelligentiam, congruam & viribus noſtris conuenientẽ lucem: vt imbe-
cillioribus oculis innocue effulgẽs. Et rurſus poſt pauca. Porro perfectio-
rem

rem eruditionem hierarchiam noſtram Theologia vocat, impletionem hãc illius, ſacrumque appellans finem. Eſt autem tam cœleſtis illa perfunctio, quàm legalis. quarum noſtra hæc, quòd ſit media, vtriuſque extremitates apprehendit ſocietate mirabili, ac ſuperiori illi quidem, ſpiritualibus intelligentiis fulgoribus communicat; inferiori vero, quòd ſignis carnalibus variatur, perque ipſa ſacrarius promouetur in Deum. Hactenus S. Dionyſius. & B. Ambr. lib. 1. off. c. 48. in ſi. quod habetur etiam per Iuo. par. 2. c. 6. haud ita diſſimilia differens ſic ait. Illa nobis expetenda in quibus perfectio, in quibus veritas eſt. Hic vmbra, hic imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago in euangelio, veritas in cœleſtib. Ante agnus offerebatur, offerebatur vitulus, nunc Chriſtus offertur. ſed offertur quaſi homo, quaſi recipiens paſſionem, & offert ſe ipſe quaſi Sacerdos, vt peccata noſtra dimittat: hic in imagine, ibi in veritate, vbi apud patrem pro nobis quaſi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus, in imagine videmus: illic facie ad faciem, vbi plena perfectio, quia perfectio omnis in veritate eſt. Hæc Beatus Ambroſius.

Et S. Auguſtinus in ſerm. de Catachyſmo, c. 4. Nec relinquetis (inquit) ex eo quicquam vſque in mane. Hoc nunc agitur; comeditur enim agnus per noctem huius ſæculi, vt cum mane illud venerit, quod veſperum non habebit, non iam offeratur ſacrificium imaginis agni, ſed ipſum agnum quem quotidie immolamus comedimus, & cuius ſanguinē bibimus, inueniamus illic cum Sacerdotem perfectum, quem conſtat hic pro noſtra ſalute occiſum. Hæc S. Auguſtinus. Tunc itaque in illa perfectione & veritate. Eccleſia ſancta cunctis defectibus, atque omni ignoratione procul expulſis, tota pulchra, & candidiſſima effecta, ſtellarum lucem ſuo ſplendore ſuperās, Paſcha illud iucundiſſimum peraget, a quo neque vlla rerum mutabilium ſucceſſione, neque vllo amplius temporum circuitu dimouebitur, ſed ipſa illud perſpicue intuens, pleniſſima ſecuritate tenebit. Nunc vero ſi in hoc
12 altero Paſcha celebrando, non nihil parumper quandoque † deficiat, & aliqua interdum nigredine in hoc ſæculo adſpergatur ſpe futurorum hinc præſentem triſtitiam conſoletur; atque oculos dirigens in cœleſtia, ibi ſe ſuum Paſcha gaudeat, ſine errore, ſine defectu, ſine mutatione, ſine obſcuritate, & ſine fine facturam: præſtante id domino Ieſu Chriſto ſponſo ſuo, qui cum Patre, & ſancto Spiritu regnat in æternum Deus. Amen.

Hæc habui, quę in hac tractatione reſtitutionis Kalendarij, & feſti Paſchæ celebrationis, a propoſito meo parumper digrediens, breuiter quantum valui, dicerem. In quibus ſi quid minus caute, minusve prudenter, vel ſi quid etiam minus fortaſſe audacter aſſerui, veniam peto, atque in omnib. correctioni ſanctæ matris Eccleſię in primis & ante omnia, & deinde etiā quorumcumque melius quàm ego ſentientium, me ſubmitto, rogans ſingulos atque obſecrans, vt quæ a me dicta ſunt æqui ac boni conſulentes, ita ea accipiant, ac ſi (vt vere ſunt) ab vno quopiam homine particulari propriam ſententiam explicante proponerentur. Non enim meum eſt ſtatuere, vel docere; ne quod in veteri eſt prouerbio illud mihi obijciatur, Sus Mineruam. Ceterùm quęcumque tādem in hac materia a ſummo Pontifice proficiſcentur, ea me profiteor ſuſcepturum, & tamquam meliora ac ſaniora conſilia pleniſſime, & libentiſſime laudaturum. Immo vero ne dū

Dd 2 ſummi

ſummi Pontificis decreta (quod nullam poteſt habere inter catholicos eccleſiæ filios dubitationem) ſed etiam eruditiſſimorum virorum ſententias huic negotio deputatorum, & inter hos Reuerendiſſimi Epiſcopi Montis Regalis, viri vndequaque in theologicis, & mathematicis diſciplinis doctiſſimi, ac præſertim etiam Illuſtriſſimi Card. Sirleti, quem toto orbe celeberrimum, vere bibliothecam ſpirantem, & viuum Muſæum appellare poſſumus, ſemper maximi faciam: illaſque meis quibuſlibet poſthabitis ratas & firmas me habiturum atque amplexurum conſtituo, & polliceor.

DE FESTO PENTECOSTES. Cap. XXCIII.

1 *Pentecoſtes dies, in qua miſſus eſt Spiritus ſanctus, fuit in Dominica.*
2 *Pentecoſte ſignificat Quinquageſimam.*
3 *Pentecoſte dicitur inſtituta apud Hebræos in memoriam datæ legis. Alij dicunt in memoriam ingreſſus populi in terram promiſſionis. nu. 13.*
4 *Lex vetus quoto die data fuerit in monte Sinai ab egreſſu populi de Aegypto, variæ referuntur Doctorum ſententiæ. & nu. 5. 7. 9. & 11.*
6 *Menſes Lunares apud Iudæos alternantur a triginta diebus ad vigintinoue. & nu. 8. Alij dicunt, quòd menſes omnes in ſacris ſcripturis intelliguntur triginta dierum. num. 10.*
12 *Pentecoſtes diei feſti celebratio aliunde ſumitur, quàm ex die datæ legis.*
14 *Pentecoſtes dies erat quinquageſimus a die manipuli oblati, & in eadem feria celebrari habebat, in qua manipulus ſpicarum oblatus fuerat. Manipulus autem quo die offerri deberet, variæ referuntur Doctorum ſententiæ. num. 15. 16. & 17.*

ALterum nobis nunc reſtat vltimo examinandum argumentum, quod pro Græcorum opinione poſſet afferri. Illud autem eſt huiuſmodi. Videtur quòd dies ſollemnis Paſchę, Luna ſcilicet decimaquinta non fuerit dies Paraſceues, in qua crucifixus eſt Dominus, ſed Sabbathum ſequẽs, ob hanc rationem.

1 Quia dies Pentecoſtes † in qua miſſus eſt Spiritus ſanctus ſuper Diſcipulos, fuit in Dominica, vt habet traditio eccleſiaſtica: Et conſtat ex Leuit. cap. 23. quòd dies Pentecoſtes erat dies quinquageſimus non a die primo ſollemni Paſchæ incluſiue, ſed a ſecunda die, Luna ſcilicet decimaſexta, in qua offerebatur manipulus ſpicarum, a qua die numerabant Iudæi ſeptem hebdomadas integras, quibus tranſactis dies deinde immediate ſequens quinquageſimus, erat dies Pentecoſtes. Ex qua computatione apparet, quòd ſi dies ſollẽnis Paſchæ Luna videlicet decimaquinta fuiſſet in feria ſexta, dies Pentecoſtes fuiſſet in Sabbatho. Cum ergo ex eccleſiæ (vt dixi) traditione habeamus, quòd dies Pẽtecoſtes fuerit in Dominica, ſequitur, quòd dies ſollemnis Paſchæ fuerit in Sabbatho.

Pro ſolutione huius argumenti declarandũ eſt a nobis quoto die preciſe a ce-

ã celebratione Paſchæ dies Pentecoſtes ageretur apud Iudęos. Et quoniã variæ ſunt opiniones Doctorum, videndum eſt, quænam probabilior appareat: Vt ſic demum claram reſponſionem afferre poſſimus ad id quod in contrarium obijcitur.

2 Pentecoſte † (vt hinc exordiamur) quinquageſimã ſignificat in lingua græ-
3 ca, & inſtituta dicitur apud Hebręos in memoriam dationis † legis, quæ
quinquageſimo die a die Paſchæ in Aegypto celebrati data eſt a Deo in monte Sinai. Sed quo modo cõputentur hi quinquaginta dies poſt paſcha in Aegypto celebratum, Doctores diſcordant.

S. Auguſtinus † in lib. quæſt. veter. & noui teſt. vel quiſquis auctor fuerit il-
4 lius libri, cap. 95. in 1. edit. & lib. 2. quæſt. ſuper Exho. c. 70. & in epiſt. 119. ad Ianuarium, capit. 16. quæ eadem habetur inter opera B. Hieronymi, Tom. 9. epiſt. 21. aſſerit, datam fuiſſe legem in die tertio menſis tertij, ex text. Exho. cap. 19. Vnde colligit diem illum tertium menſis tertij fuiſſe quinquageſimum a decimoquarto die primi menſis, in quo immolatum erat phaſe, includendo vtraque extrema. Nam ex primo menſe habentur dies decem & ſeptem, ex ſecundo triginta, & ex tertio tres. qui omnes ſimul faciunt dies quinquaginta. Ex quo ſequitur, quòd dies Pentecoſtes ſit in eadem feria, in qua fuit dies immolationis phaſe, quartadecima videlicet Luna. Et ita quemadmodum primũ Paſcha (inquit S. Auguſt.) in Aegypto celebratum fuit in feria quarta ad veſperam quæ erat decimaquarta dies menſis primi, ſic data fuit lex in monte Sinai in feria quarta, quę erat dies tertia menſis tertij. Et quemadmodum nos etiam ſemper celebramus Paſcha in die Dominico, ita diem Pentecoſtes ſemper celebramus ſimiliter in die Dominico.

Hinc B. Auguſtini opinionẽ ſequitur Glo. ordin. Exho. 19. in ver. mẽſe tertio, & in ver. in die hac. & in verſ. die aũt tertio. & ibidem Dionyſ. Carthuſ. & Beda Act. 2. vbi hęc verba hẽt. Notandum iuxta hiſtoriam, ꝙ apud antiquos dies Pentecoſtes, id eſt quinquageſimę, quo lex data erat, ab occiſione agni cõputabatur. Hic aũt non a Domini paſſione, ſed ſicut B. Auguſtinus exponit, ab eius reſurrectione dies quinquageſimus, quo Spiritus ſanctus miſſus eſt cõputatur, qui redeunte ſigni veteris exemplo ipſe ſibi manifeſtiſſime diem Dñicum ſuo conſecrauit aduentu. Quo etiã temporis articulo verum Paſcha die Dominico monſtrauit eſſe celebrandum.

5 Cum hac opinione concordat etiam Ruper. abb. Tuitien. † quantum ad id quod eſt in ea principale, quod ſcilicet lex data intelligatur die quinquageſima ab immolatione phaſe, & in eadem feria, in qua fuit occiſus agnus paſchalis in Aegypto. Sed in vno diſcordat ab eadem, quia ipſe facit vnum
6 menſem † vigintinouem dierum, & alium triginta, prout Lunaribus menſibus, quos apud Iudæos in vſu fuiſſe ait, conuenit. Et iccirco dicit, legem intelligi debere data fuiſſe non in die tertio menſis tertij, in quo audita ſunt tonitrua, & ſonitus bucinæ, vt plerique (ait) negligenter legentes putant, ſed in die quarto, in quo lecta fuit lex a Moyſe, & acceptata a populo. vt patet Exho. 24. Atque ita habet ipſe Ruper. lib. 3. ſuper Exho. c. 23. & 41. & lib. 2. in Leuit. c. 34. & lib. 10. de diui. offic. c. 12.

7 Aliqui vero † exiſtimantes legẽ datam fuiſſe tertio die menſis tertij, & alternantes ſemper menſes iuxta Lunę ętatẽ per tricenos, & vndetricenos dies, dicunt legẽ fuiſſe datã non quinquageſimo, ſed quadrageſimonono

die ab immolatione phaſe, qui tamen dies dicatur quinquageſimus per ſynecdochen. Atque huius ſententię videtur fuiſſe Beda, qui in lib. de tēpor. c.5. & in lib. de ratio. computi, cap.6. & 11. regulam tradens computādorū menſium ad intelligētiam ſacræ ſcripturæ, infert in lib. de ratio. temp. c.9. ad propoſitam quæſtionē noſtram his verbis. Antiqui menſes ſuos non a Solis, ſed a Lunæ curſu computare ſolebant; Vnde quoties in ſcriptura ſacra ſiue in lege, ſiue ante legem quota die menſis quid factum, dictumve ſit indicatur, nō aliud quam Lunæ ætas ſignificatur, a qua ſemper Hebręi, quibus credita ſunt eloquia Dei, antiquo patrum more menſes obſeruare non ceſſant. Et infra. Quos menſes propter Lunę circulum, qui viginti nouē
8 ſemis diebus cōſtat, tricenis, vndetricenisque† diebus alternantes, ſecundo demū, vel tertio anno exacto, menſem ſuperfluum, qui ex annuis vndecim Epactarū diebus confici ſolet, intercalant. Vnde non nullo moueor ſcrupulo, quo modo maiores noſtri diē, qua lex data eſt, quę eſt tertia mēſis tertij, quinquageſimam ab agni occiſione computent, ponentes videlicet primi menſis reſiduos dies decem & ſeptem, quia tredecim priores fuerant ante Paſcha tranſacti, ſecundi triginta tertij tres, qui fiunt ſimul dies quinquaginta: cum conſtet, duos menſes Lunares non ſexaginta, ſed quinquagintanouem diebus debere concludi, ac per hoc in ſumma temporis memorati non plusquàm quadragintanouem dies inueniri. Niſi forte putandum eſt, ſynecdochicos, quæ eſt regula ſanctæ ſcripturæ frequentiſſima computari. Hæc Beda. Cuius hac opinione ſtante ſequeretur, quòd ſi phaſe in Aegypto immolatum fuerat feria quarta, lex data cenſeretur in monte Sinai feria tertia.

9 Alij rurſus ſunt† qui putant, legem datā fuiſſe quinquageſimo die non ab immolatione phaſe, ſed a ſollēni die Paſchæ, a Luna ſcilicet decimaquinta primi menſis. vt eſt Magiſter hiſtor. ſcholaſt. ſuper Exho. c.38. & Guill. Durant. in Ration. lib.6. c.107. nu.9. Qui dicunt, legem datā fuiſſe die quarto menſis tertij, & oēs menſes faciunt triginta dierum. Dictus enim Magiſter in dicto loco ait, quòd in exponendo ſacras ſcripturas, triginta dies pro
10 menſe † ponimus, quaſi mediā inter Lunares & Solares menſes eligendo viam: Lunares enim infra tricenarium inueniuntur quidam, vltra vero non Solares vero plures hunc numerum excedunt. Quem morem computandi menſes per triginta dies ſequitur Glo. ordinaria ex Rabano, Sap.7. in prin. in ver. nemo enim ex regibus, vbi ait quod ab octauo Kal. Aprilis, quo conceptus creditur Chriſtus, vſque ad octauum Kal. Ianuarij, quando natus creditur, vel traditur, ducentis ſeptuaginta ſex dies numerantur, id eſt nouem menſes & ſex dies. In vno tamen differunt inter ſe hi auctores; quia Magiſter dicit, diem quartum menſis tertij fuiſſe illum, in quo audita ſunt tonitrua, & ſonitus bucinæ, & viſa ſunt fulgura, Guill. vero ait, fuiſſe illū, in quo lecta fuit lex populo, & acceptata.

11 Poſtremo Nicol. de Lyra† ſuper Exho. c.19. ſecutus Rabbi Salomonem dicit, legem datam fuiſſe quinquageſimo die a ſollemni die Paſchæ, & egreſſionis populi de Aegypto, non incluſiue, ſed excluſiue, ſcilicet die ſexto mēſis tertij, & facit menſes Lunares, ita quòd duo menſes contineant quinquaginta nouem dies. Et hāc eamdem computationem ſequitur ibi Caiet. Dicunt autem, quòd ſextus ille dies tertij menſis, fuit ille in quo audita ſunt tonitrua & fulgura, & in quo data eſt lex verbo tenus.

Modo

Modo ſi dies Pentecoſtes Iudæorũ ſecundũ ſupraſcriptas opiniones atten-
denda ſit, nulla nobis opinio obſtabit, niſi hæc poſtrema. Nã ſecundũ aliis
opiniones fuiſſet dies Pentecoſtes in qua miſſus eſt Spiritus ſanctus vel in
feria quarta, vel in feria quinta, vel in feria ſexta, tenendo opinionem Lati-
norum de die Paſchæ, in qua crucifixus eſt Dominus. Vel tenendo opinio-
nẽ Græcorum de die Paſchæ fuiſſet dies Pentecoſtes aut in feria quinta,
aut in feria ſexta, aut in Sabbatho. At ſecundũ vltimam opinionem Nicolai
de Lyra, & Caiet. fuiſſet dies Pentecoſtes ſequendo Latinos in Sabbatho,
ſequendo autem Græcos in Dominica. Et cum traditio eccleſiæ Dominicã
diem celebret pro Pentecoſte, non diem Sabbathi, conſequi videtur iuxta
hanc opinionem, quòd Græci veriſimiliora afferant, quàm Latini.
Reſpondetur tamen, quod opinio hæc poſtrema dum dicit legem fuiſſe
datã in ſexto die menſis tertij, quantum ad tex. Exho. cap. 19. ſpectat, mera
eſt diuinatio; vt vnicuique litteram inſpicienti illius tex. ſtatim patebit.
Et deinde dicimus, dato quòd lex data fuerit eo die, quo ipſi dicunt, non
inde tamen neceſſario ſequitur, quòd feſtum Pentecoſtes ſimili modo ce-
lebrandũ eſſet eodem die; nam aliunde ſumẽda eſt ratio cõputationis diei
12 feſti Pentecoſtes, † quàm ex die datæ legis; nempe ex Leuit. c. 23. vbi cele-
britatis huius dies præſcribitur a Deo: prætertim quia ſunt non nulli, qui
tenent, feſtũ Pentecoſtes inſtitutũ fuiſſe non in memoriã dationis legis in
13 monte Sinai, ſed in memoriã † ingreſſus populi in terram promiſſionis, vt
eſt Theodoretus ſuper Exho. quæſt. 54. & ſuper Leuit. quæſt. 32. Volui ta-
men varias Doctorum opiniones recenſere circa dictum diem latæ legis,
vt poſtquam ex eo plurimi computationẽ ſumunt diei Pentecoſtes, videat
lector, quàm infirmo fulciretur fundamento, ſi quis ex eo die cõtra noſtrã,
& Latinorum omnium ſententiam argumentum conficere niteretur.
Igitur Leuit. 23. (vt ad rem noſtrã propius accedamus) poſtquã actum fuiſ-
ſet de celebratione feſti Paſchæ, & azymorũ, hæc ſubiũgũtur. Locutuſque
eſt Dominus ad Moyſen dicẽs. Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos. Cum
ingreſſi fueritis terram, quã ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis
manipulos ſpicarũ, primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotẽ, qui eleuabit faſci-
culũ corã Domino, vt acceptabile ſit pro vobis, altero die Sabbathi, & ſan-
ctificabit illũ. Et infra. Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi, in quo ob-
tulitis manipulũ primitiarũ ſeptem hebdomadas plenas vſque ad alteram
diẽ expletionis hebdomadæ ſeptimæ, id eſt quinquaginta dies, & ſic offe-
retis ſacrificiũ nouũ Domino. &c. In his verbis videtur expreſſum, diẽ Pẽ-
14 tecoſtes eſſe † quinquageſimũ a die manipuli oblati, ita quòd in eadẽ feria
celebrari debeat Pentecoſte, in qua manipulus ſpicarũ oblatus fuerit. Nũc
itaque videndũ eſt, quonã die manipulus eſſet offerendus. Et tex. dicit, vt
modo citauimus, Altero die Sabbathi. Quod dictũ tripliciter reperio intel
lexiſſe Doctores. vt videre eſt per Magiſtrum hiſt. ſchol. ſuper Num. c. 43.
15 Primo enim quidam † putant, manipulum in ipſo die ſollemni Paſchæ, in
decimaquinta Luna fuiſſe offerendum. Et hunc ſenſum accepiſſe videtur
Theodoretus ſuper Leuit. quæſt. 32. & Iſychius ſuper dicto cap. 23. Leuit.
& tangit eum Hugo Card. Act. 2. Et tunc verbum, Altero die Sabbathi.
intelligeretur, id eſt Altero die poſt phaſe celebratum, qui dies alter eſt
dies Sabbathi, id eſt dies feſtus.
16 Quidam rurſus ſecundo † ſtrictius inhærẽtes litteræ in ſignificatione vocis

Sabbathi, Alterum diem Sabbathi, intelligunt primam Sabbathi, diem ſci-
licet Dominicam poſt Sabbathum paſchale, poſt illud (inquam) Sabbathū,
quod venit infra ſeptem dies azymorum. Et hunc intellectum ſecutus eſt
Raban. lib. 2. in Deuter. c. 11. Ruper. abb. Tuitien. lib. 3. in Exho. c. 24. lib.
2. in Leuit. c. 35. & lib. 10. de diui. off. c. 12. & Guill. Durant. in Ration. lib.
6. c. 107. nu. 10. & eumdem tetigit Magiſter hiſt. ſcholaſt. non ſolum in ci-
tato loco ſuper Numer. c. 43. ſed etiam ſuper Deuter. c. 5.
Qua in re perſpici poteſt, non bene dixiſſe Paulū Middelb. in 2. par. Pau-
linæ, lib. 1. c. 2. oēs expoſitores tam latinos, quam græcos, tā iudęos, quàm
barbaros aſſerere, quòd Sabbathū in dictis verbis Leuit. 23. accipitur nō
pro ſeptima die hebdomadæ, quę proprie Sabbathum dicitur, ſed pro pri-
ma die ſollemni Paſchæ, quæ eſt decimaquinta Luna primi menſis.
27 Tertio dicunt alij, † Alterum diem Sabbathi intelligi debere diem poſt
decimamquintam Lunam, quæ Luna quintadecima erat Sabbathum, id
eſt feſtum Paſchæ. Et hocmodo intelligit Ioſephus Iudæus lib. 3. antiq. iu-
daic. c. 10. vbi ita habet. Secunda azymorum die, quæ eſt menſis huius deci
maſexta, frugibus demeſſis, & hactenus intactis incipiunt frui: æquum q;
rati, Deum huius vbertatis auctorem per gratitudinem honorari, hordei
primitias offerunt in hunc modum. Spicarum manipulum igni torrent, hor
deum deinde pinſunt, atq; ita in alicę modū fracti aſſaronem ad arā offe-
runt. &c. Et hunc intelligendi modum ſequuntur Nicol. de Lyra, Dionyſ.
Carthuſ. Caiet. & Hieron. ab Oleaſtro ſup Leuit. d. c. 23. Abulen. in 2. par.
Defenſorij, c. 3. & Middelburg. in 2. par. Paulinæ, in procemio. vbi hoc ar-
gumentum in hac materia vnico tantum verbo tetigit. Et ante hos omnes
camdem expoſitionem tenet S. Epiphan. in Panario, hær. 51. dum ibi ita
ait. Nam poſtquam mactatum eſſet paſcha, intra tres dies, hoc eſt poſt tres
dies agni, præcepit, manipulum inferri, vt ſignificaret benedictum ma-
nipulum qui reſurrexit ex mortuis, poſt tertiū diem terra ipſū proferēte.
Poſtremo etiam addi poteſt quarta expoſitio quorumdam aliorum, quorū
mentionem facit Hieronymus ab Oleaſtro d. c. 23. Leuit. quòd ſcilicet to-
ta hebdomada Paſchæ pro vno Sabbatho accipiatur; & intelligatur, Alte-
ro die Sabbathi, id eſt die primo poſt hebdomadam paſchalem.
Conſtat autem, nullam ex ſupranarratis opinionib. nobis obſtare, niſi ter-
tiam, nā prima & poſtrema eodē modo obſtat & Latinis & Græcis: Secun
da eodē modo fauet vtriſque: Tertia vero videtur fauere Gręcis, & Lati-
nis obſtare. Cui opinioni cū magnā habeat vim ex auctoritate Ioſephi an-
tiquiſſimi ſcriptoris, ac B. Epiphanij, proculdubio a nobis rñdendum eſt.
Et primum ad illam non nullas afferemus reſponſiones, quas ab alijs ta-
ctas inuenimus.
Deinde noſtram addemus ſolutionem, quam veriorem putamus.

DE FESTO PENTECOSTES.
Cap. XXCIV.

1 *Pentecoſtes feſtum, quod fuit proxime poſt Chriſti aſcenſionem in cælos, di-
cunt quidam fuiſſe in Sabbatho: & in eo Sabbatho miſſum fuiſſe Spiritum
ſanctum. Quidam licet dicant feſtum Pentecoſtes fuiſſe in Sabbatho, Spiri-*

tum

Digitized by Google

tum ſanctum tamen deſcendiſſe aiunt in Dominica num. 2. Sed veritas eſt, quòd & feſtum Pentecoſtes, & aduentus Spiritus ſancti fuerunt in Dominica. num. 4.

3 *Pentecoſten duraſſe ſeptem diebus, quemadmodum feſtum azymorum, & Scenopegiæ, quidam aſſerunt. Sed id ex ſacris litteris non colligitur. nu. 5.*

6 *Pentecoſte ſignificat tum diem quinquageſimum a die Paſchæ, tum ipſos quinquaginta dies a die Paſchæ.*

7 *Paſchæ feſtiuitatis translatio apud Iudæos pro tempore paſſionis Chriſti, ſola quorumdam recentium Rabbinorum auctoritate nititur.*

8 *Interpretatio quæ venit ex vi verborum legis pluris facienda eſt, quàm quę venit ex mera Iuriſprudentum ſententia.*

9 *Sabbathum magis proprie intelligitur ſeptima dies hebdomadæ, quàm dies Paſchæ, apud Iudæos.*

10 *Operum ſeruilium ceſſatio magis ſtricte præcipiebatur in Sabbatho, quàm in vllo alio feſto Iudæorum. & nu 11.*

12 *Opus ſeruile ex præcepto Dei factum ad honorem ipſius, & ad legis eius impletionem non cenſetur illicitum in diebus feſtis.*

13 *Opus ſeruile dicitur, quo homo ſeruit homini, non quo homo immediate ſeruit Deo.*

14 *Opera ſeruilia in feſtis prohibita, intelligebantur prohibita popularibus, non miniſtris Sanctuarij, apud Iudæos.*

15 *Chriſtus dominus tempus, & diem, & horam ſuam exſpectauit: & omnia fecit bona in tempore ſuo.*

1 PRimo igitur quidam fatentur, diem Pentecoſtes † illo anno paſſionis Chriſti contigiſſe Iudæis in Sebbatho, nam cum dies ſollemnis Paſchæ fuiſſet in feria ſexta, & manipulus deinde in Sabbatho fuiſſet oblatus, ſequebatur, diem Pentecoſtes etiam in Sabbatho celebrandum eſſe. Et vlterius dicunt, in eo Sabbatho Pentecoſtes Spiritum ſanctum ſuper Diſcipulos deſcendiſſe. Iccirco tamen non Sabbathum, ſed Dominicam ſequentē coli ab eccleſia inquiunt, ne videremur iudaizare; ſicut & paſcha ob eamdem cauſſam non alia feria quàm die Dominica celebramus.

2 Secundo quidam alij † concedentes ſimiliter, diem pentecoſtes fuiſſe tūc Iudæis in Sabbatho, Spiritum ſanctum deſcendiſſe aiunt non in eo Sabbathi die, ſed in Dominica ſequenti, vt diem Dominicā ſanctificaret, & oſtenderet nobis, quam diem habere deberemus ſollemnem & feſtiuam tum Chriſti reſurrectione, tum ipſius Spiritus ſancti aduentu conſecratam. Harum autem ambarum opinionum meminit Hugo Card. Act. 2.

Quòd ſi contra ſecundam opinionem arguas ex d. tex. Act. c. 2. ibi, Et cum complerentur dies Pentecoſtes. In quibus verbis indicatur, Spiritum ſanctum aduenisse non poſtquam completi eſſent omnino, & perfecte tranſacti dies Pentecoſtes; ſed cum complerentur, id eſt in ipſa completione. Reſponderi poſſet duobus modis.

Primo, q̄ dies Pentecoſtes in illis verbis Act. 2. non accipiuntur pro diebus quinquaginta poſt paſcha, ſed pro illis ſeptem diebus, quibus duraſſe feſtū Pentecoſtes, quemadmodum durabat feſtum azymorum, & Scenopegie, aſſerit.

Digitized by Google

aſſerit Magiſter hiſt.ſchol.ſuper Num.cap.40. & 44. & ſuper Act.cap.11. & Hugo Card.d.cap.2.Act.& Dionyſ.Carthuſ.ſuper Leuit.c.23.& Guill. Duran.lib.6.Rational.c.89.nu.2.

Secundo reſponderi poſſet, quod dies Pentecoſtes qui tunc complebãtur, accipiendi ſunt a die Reſurrectionis Chriſti, non ab vllo ſacrificio Iudæorum; Nam B.Euangeliſtæ Lucæ fuit curæ declarare nobis d. cap.2.Act.nouas noſtras ſollemnitates veras & viuificantes, non autem antiquatas iam, & mortuas Iudaicorum feſtorum cærimonias.

Quidquid tamen ſit, prædictæ ſolutiones datæ, & opiniones, ex duobus mihi non ſatisfacere videntur, tum ſcilicet ex termino a quo, tum ex termino ad quem, dierum Pentecoſtes.

Primo quantum ad terminum a quo, præſupponunt diem, in quo manipulus fuit oblatus, & a quo numerari incipiunt quinquaginta dies, fuiſſe Sabbathum. Quod mihi non probatur ex eo, quia manipulus ille, qui eleuabatur in oblationem Deo per ſacerdotem, ſignificabat Chriſtum eleuandũ illo die per reſurrectionem, vt declarat vtraque Glo.& inter lin. & ordin. Leuit.23.& ibidem Iſychius presbiter, & Rupertus abbas lib.10. de diui. off.cap.12.& S.Epiphan.in Panario, hær.51.contra hereſim, quæ non ſuſcipit euangelium Ioannis & Apocalypſim. in fi.quem ſupra citauimus c. præced.nu.17.Et quamuis hoc argumentum præciſe non cogat, nam Iſychius, & Gloſſæ in d.c.23.Leuit.ſuper illis verbis, Altero die Sabbathi, tacite ad illud reſpondere videntur: negari tamen non poteſt, quin melius omnia congruant, ſi dicatur, diem manipuli eleuandi fuiſſe potius Dominicam, in qua Chriſtus per manipulum figuratus reſurrexit, quàm ſi dicatur, fuiſſe diem Sabbathi præcedentem.

Secundo quantũ ad terminum ad quem, prædictæ opiniones dum dicũt,
4 diem quinquageſimum Pentecoſtes fuiſſe † Sabbathum, mihi non placet; Quia dicere vel Spiritum ſanctum deſcendiſſe in die Sabbathi, vel poſt cõpletos dies Pentecoſtes in die Dñica, vtrumq; pariter videtur abſurdum.

Primum abſurdum videtur, quia quemadmodum Chriſtus ſua reſurrectione diem Dominicã ſanctificauit, ita decebat, Spiritum ſanctum ſuo aduentu eamdem diem nobis conſecrare, & confirmare. Et ita habet traditio Eccleſiæ, & conſtans ſanctorum Doct. ſententia. De qua re eſt etiam conſtitutio apoſtolica apud B.Clementem Rom.lib.5.cap.vlt.

Secundum abſurdum videtur, quia tex.dicit, Cum complerentur dies Pentecoſtes. non Cum completi eſſent dies Pentecoſtes. Exponere autem dies
5 Pentecoſtes pro ſeptem diebus † quibus duraſſe dicitur feſtum Pentecoſtes, non videtur vſquequaque tutum: nam ex ſacrorum bibliorum textu (quantum ſcio) huiuſmodi ſollemnitatis duratio non colligitur, & icc irco eam non auderem affirmare. Et Guill. Duran.in d.c.89.nu.2.ait, quoſdam ſcripſiſſe, quòd feſtum Pentecoſtes non fuit in veteri teſtamento feſtum hebdomadale.

Et Abulenſis ſuper Leuit.cap.23.ſub quæſt.12.in illis verbis, Et ſic offeretis ſacrificium nouum, & ſub quæſt.16.in illis verbis, Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque ſanctiſſimum. ac Caiet. Exho.23. expreſſe dicunt; quòd feſtum Pentecoſtes vno die tantum celebrabatur. Deinde hęc expoſitio textui græco non conuenit, qui habet in ſingulari, Cum compleretur dies Pentecoſtes. Qua in re notandum eſt vt not. etiam Archidia.

in c.ſci-

6 in c.ſcire. §.Hunc neceſſarium diſt.76. quòd Pentecoſte † ſignificat & diē quinquageſimum ſollemnem ac feſtiuum,& ita accipitur in tex.græco;& ſignificat quinquaginta dies qui currunt a paſcha ad diem feſtum quinquageſimum,& ita accipitur in tex.latino. Qua in ſignificatione vſus eſt hoc nomine B.Hieron.in epiſt.54.aduerſus Montanum,& in Dialogo aduerſus Luciferianos . & B. Epiphan. aduerſus hæreſes. in fin. & alij etiam alibi.

Quòd autem dies Pentecoſtes,qui complebantur,computentur a die Reſurrectionis, id quidem verum eſſe puto materialiter, ſed formaliter,quātum ad explicationē litteræ illius tex. Act.c.2.non ſufficit.Exiſtimo enim, B.Lucam locutum fuiſſe ibi de diebus Pentecoſtes Iudęorum : quod feſtū licet eſſet iam euacuatum per Chriſtum , & non eſſet curæ Spiritui ſancto quantum ad ipſius feſti validitatem & permanentiam ; erat tamen commemorandum , & eſſe poterat curæ quantum ad determinationem temporis;vt ſciremus,quòd eo tempore,quo erat feſtum Pentecoſtes Iudęorū, deſcendit ſuper Diſcipulos Spiritus ſanctus;vt vmbram & figuram feſti illius in rei veritatem cōpleret & tranſmutaret ; quemadmodum etiam ipſe Chriſtus in cena agni paſchalis ſacratiſſimum corporis & ſanguinis ſui myſterium inſtituens , typum illum in rem ſignificatam conuertit . Alioquin dum dicitur Act.20.Feſtinabat enim (Paulus) ſi poſſibile ſibi eſſet, vt diē Pentecoſten faceret Hieroſolymis.oporteret intelligere de feſto Pentecoſtes Chriſtianorum,non Iudęorum:quod videtur parum probabile,& contra communem Expoſitorum ſententiam(Quāuis Beda ibi in Retract. & Thom.Vualdenſis Tom.3.de ſacramental.c.141.num.1. in hoc videantur dubitare) Nam tunc temporis non erant adhuc celebres Chriſtianorum feſtiuitates , cum euangelium non eſſet adhuc plene promulgatum . Sed præſertim in ipſa die,qua deſcendit Spiritus ſanctus,quo modo potuit dici,Cum complerentur dies Pentecoſtes,id eſt Quinquageſimæ , a die Reſurrectionis,cum ante aduentum Spiritus ſancti neſciretur, ipſum eſſe venturum die quinquageſima a die Reſurrectionis , & per conſequens Chriſtianorum Pentecoſte, quæ eſt a Reſurrectione Domini,nulla adhuc eſſet ratione cognita? Profecto mirandum eſt , quonam pacto Doctores plurimi,& fere omnes,exponentes dicta verba Act.2. Cum complerentur dies Pentecoſtes.referant ſimpliciter ad diem Reſurrectionis, ſubterfugientes (vt puto) difficultatem , & nihil aliud explicantes ; cum in primis & ante omnia inueſtigare debuiſſent , quo modo complerentur dies Pentecoſtes Iudęorum, & a quo termino ſumeretur initium computandi dictos quinquaginta dies Pentecoſtes.

Quare Ruper.abbas Tuitien.ſuper Leuit.lib.2.cap.36.vt hunc nodum ſolueret,coactus eſt confugere ad tranſlationes feſtorum , quas Iudæos antiquitus obſeruaſſe , ſicut ex eorum † relatione ſe accepiſſe fatetur , exiſtimat. Vt ſcilicet feſtum paſchæ illo anno paſſionis Chriſti tranſlatum ſit ex feria ſexta in Sabbathum, & ſic conſequenter in Dominica manipulus fuerit oblatus,& in Dominica poſtmodum feſtum Pentecoſtes obuenerit.Et quamuis ipſe aſſerat,quod immolatio,& manducatio phaſe tranſlatæ non fuerint, ſed in eadem veſpera feriæ quintæ & a Chriſto , & a Iudæis fuerit agnus paſchalis manducatus , in quo præcipuus noſtræ diſputationis cardo verſatur ; tamen neque illæ nudæ ſollemnitatum tranſlationes pro

illo

illo tempore mihi probantur. Tum quia (vt ipſe Rupertus fatetur) nulla omnino vel de ſcripturis, vel alia auctentica afferri poteſt ratio ad huiuſmodi tranſlationes oſtendendas, ſed ſola quorumdam Rabbinorum aſſertio. Tum etiam quia & hiſtoriæ omnes antiquæ, & validiſſima argumenta contra eas militant; de quibus nõ eſt modo agendum per ſingula, cũ ſupra omnia a cap. 51. fuſe fuerint per nos examinata.

Quid igitur dicendum in hac difficultate? Dico, quòd illo anno paſſionis Chriſti feria ſexta fuit feſtũ Paſchæ, vt ex pluribus ſupra deduximus in hac ſecunda parte noſtri tractatus; & quod nihilominus manipulus nõ in Sabbatho, ſed in Dominica fuit oblatus, etiam quod vera exiſtat ſententia Ioſephi Iudæi in præced. c. relata. in fi. Nam quòd manipulus præciperetur offerri in ſecunda die azymorũ Luna decimaſexta, id intelligebatur procedere communiter, ordinarie, vt in pluribus; ſed in vno caſu quando poſt feſtũ Paſchæ ſequebatur immediate feſtum Sabbathi, tũc nõ in Sabbatho, ſed in prima Sabbathi ſequenti offerendus erat manipulus.

Quòd ſi petas, vnde hanc declarationem habeam. Fateor, me illam apud aliquem Doctorem non legiſſe. Sed tamen puto eam colligi euidentiſſime
8 (niſi fallor) ex verbis ſacræ ſcripturæ. Vnde pluris faciẽda † eſt, ſi veniat nõ ſolum ex mente, ſed etiam ex vi verborum legis, quàm ſi veniret ex mera Iuriſprudentum interpretatione. Quo modo autem id probem, ex duobus nunc manifeſtabo.

Primo itaque probatur hæc interpretatio ex illis verbis Leuit. 23. ſuperiori capit. adductis num. 13. Altero die Sabbathi. quæ ſignificant diem poſt Sabbathum. Et quamuis ibi Sabbathi nomine intelligatur dies feſtus paſchæ, decimaquinta Luna: negari tamen non poteſt, quin ſeptima etiã dies hebdomadę Sabbathum appelletur: immo vero magis proprie ſeptima dies
9 hebdomadæ † dicitur Sabbathum, quam prima dies paſchæ. Sabbathũ enim
10 requiem & ceſſationẽ ſignificat, quę ceſſatio, & requies ſtrictius † abſque dubitatione, & maiori vinculo in ſeptima die hebdomadæ præcipiebatur, quàm in vllo alio feſto Iudæorum. vt apparet in d. cap. Leuit. 23. & nos ſupra latius declarauimus cap. 66. num. 2. & ſeqq. Quare cum manipulus pręciperetur offerri poſt Sabbathum, id eſt poſt feſtum, nullo modo offerri poterat in ſeptima die hebdomadæ, quę erat Similiter Sabbathũ & feſtũ, ſed in prima die feriali poſt feſtũ offerendus erat, & offerri præceptus intelligebatur.

Secundo clarius idem probatur ex illis verbis eiuſdem cap. Leuit. 23. Cum meſſueritis ſegetem. In ea enim die, qua manipulum Iudæi offerebant, incipiebant primum ſegetes metere, & ex ea meſſe primitias ad ſacerdotem ferebant manipulos ſpicarum, qui eleuabat faſciculum coram Domino. &c. vt ibidem habetur, & Deuter. 16. Quemadmodum ergo exſpectabatur ad dictum manipulum offerendum dies craſtinus feſti paſchæ, quia in eo feſto non fuiſſet licitum opus metendi, ita & multo magis exſpectandus
11 erat dies craſtinus Sabbathi, quia in Sabbatho † magis prohibita erãt opera ſeruilia, quàm in vllo alio feſto Iudęorum, vt proxime dicebamus. Et in ſpecie Exho. 34. dictum erat, ſex diebus operaberis; die ſeptimo ceſſabis arare & metere.

Verum dicet hic mihi aliquis, quod licet metere de ſe prohibitum fuiſſet
12 in feſtis, tamen metere ex præcepto Dei † ad honorem ipſius, & ad legis

eius

eius impletionem, non fuiſſet illicitum, vt nos ſupra ex pluribus probauimus d.cap.66.num.23. Reſpondetur tamen ad hanc obiectionem, quòd verum id quidem eſſe poſſet, ſi Deus præcepiſſet, vt in craſtino diei feſti, id eſt in ſextadecima Luna Iudęi meterent, & manipulum offerrent. At nõ ſic Deus locutus eſt, ſed caute verbis vſus eſt ſubiunctiuis, non imperatiuis quantum ad actum meſſionis. Dicit enim, Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarum. &c. Vides ergo, quòd non dicit, Cum ingreſſi fueritis terram, quam ego dabo vobis, meteris ſegetem, & feretis manipulos, &c. Ita quòd præceptum propriè cadat ſuper vtrumque, meſſionem ſcilicet ſegetis, & allationẽ manipulorum; ſed præceptum propriè cadit ſuper allationem dumtaxat manipulorum; meſſio vero relinquitur iuris diſpoſitioni; ac ſi diceret, Cum primum vobis facultas erit metẽdi ſegetem in craſtino diei feſti Paſchæ, feretis manipulos ſpicarum ad ſacerdotem. &c. Quare ſi occurreret quòd in craſtino diei feſti Paſchæ Sabbathum eſſet, in quo metere erat prohibitũ, vtique manipulus in eo die non intelligebatur præceptus, ſed in craſtino Sabbathi, cum primum metere poſſent incipere, offerendus erat. Et ab eo die numerandi erant deinde quinquaginta dies pro feſto Pentecoſtes, vt habetur in d.c.23. Leuit. & Deuter. 16. ibi, Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die, qua falcem in ſegetem miſeris. &c.

Vt autem appareat, noſtram hanc opinionem licet nouam habere tamen optimum fundamentum in iure, & in tex. ſacrorum bibliorum, afferam hic verba Abulenſis ſuper Leuit. c.23. vbi poſt quæſt.11. ſuper illis verbis, Altero die Sabbathi. rationem reddens, cur manipulus fuiſſet præceptus offerri in ſecunda die azymorum & non in prima, habet hæc verba pro noſtra expoſitione egregie facientia, ac bene ponderanda. Dicebatur autem alius dies poſt Sabbathum, id eſt dies ſequens poſt primum diem azymorum, ſcilicet ſecundus dies, qui erat dies ſextuſdecimus menſis. Et ponitur oblatio debere fieri in hac die, & non in prima, quamuis eſſet prima celebrior; quia die, qua offerebantur manipuli ſpicarum populares metebant eos de ſegetibus ſuis, & ducebant ad Dominum. Sed non licebat in prima die azymorum fieri aliquod opus ſeruile, quia erat celeberrima, ideo fiebat in die alio, in quo liceret meti ſegetes, & iſte erat dies ſecundus azymorum, quoniam ibi cum ſequentibus quattuor diebus licebat vacare quibuſcumque operibus. Sed aliquis dicet, quòd non eſſet illicitum in die primo azymorum metere ſegetes ad cremandum ſuper altare, vel qualitercumque offerendum, quamquam eſſet dies celeberrimus; & hoc quia vetatur ibi
13 opus ſeruile. ſed ſolum ſeruile † eſt opus, quo homo ſeruit homini, & non id quo ſeruit Deo. hic tamen ſolum eſt ſeruitus Dei. ergo. &c. Reſpondendum eſt, quòd quamquam opus ſeruile dicatur magis directe id quo homo ſeruit homini, tamen id etiam, quo homo ſeruit Deo adhuc dicitur ſeruile opus, niſi ſit id, quo immediatè homo ſeruit Deo: quod dico propter ſacrificia quæ fiebant in templo; nam illæ erant cærimoniæ, quæ immediate applicabantur ad cultum Dei: aliæ autem diſpoſitiones ad iſtas cærimonias, inquantum erant magis diſtantes, erant magis ſeruiles, ideo non permittebantur. Immo & ipſæ cærimoniæ immediatæ ſacrificiorum non permitterentur in diebus ſollemnibus, niſi quia præceptum datum de ob-
14 ſeruanda feſtiuitate Sabbathi, vel aliarum celebritatũ, non obligabat † ipſos

Digitized by Google

ſimpliciter loquendo, ſed ex ſuppoſitione ſic.

3 *Reſurrectio Chriſti cur tertia die facta fuerit, non citius, neque tardius. & nume. 4.*

5 *Paſchæ die feſto omnes Iudæi tenebantur permanere in Hieruſalem.*

6 *Sabbathi die nemo poterat arripere iter.*

7 *Chriſtus manſit in ſepulcro vno die artificiali, & duabus noctibus, ad denotã-dum, quòd ſimpla ſua morte duplam noſtram mortem deſtruxit.*

8 *Dominica dies ſicut fuit prima dies creationis mundi, ita prima fuit redemptionis, & innouationis ſæculi.*

9 *Horarum ſeptuaginta duarum ſpatio in multis ægritudinibus quidã qui mortui apparent reuiuiſcunt. Non tamen ſtatim toti proſiliunt incolumes qui ita reuiuiſcunt, ſed paulatim vires colligunt. nu. 13. Et in morte violẽter illata id non procedit. num. 11.*

10 *Chriſti mors certiſſima fuit. & num. 14. & 17. Quãuis Diabolus eam obſcurare maxime niſus fuerit. num. 15. & 16.*

12 *Sepeliendis corporibus fruſtra exſpectarentur ſeptuaginta duæ horæ, vbi nota eſt cauſſa mortis.*

HActenus viſum eſt de die Paſchæ, & de Luna, in qua vltimo celebratũ fuit a Chriſto, & a Iudæis. In qua quæſtione ſi longiores fortaſſe fuimus, quàm præſens occaſio diſputationis noſtræ poſtulare videbatur, cõfido nihilominus, Lectorẽ boni conſulturum laborem noſtrũ. Tum quia res digniſſima erat in ſe, quæ enucleate & diligenter explicaretur. Tũ etiam quia cum recentiores non nulli Latini quãdam nouam opinionem ſequãtur, in qua ſibi nimium placent, oſtendenda erat longiori tractatu infirmitas rationum, & argumẽtorũ, quibus adhærent; ne dum exiſtimant aurum aut thus offerre, putidas Iudæorum fæces eos nobis obtrudere ſinamus; & ſciant cuncti, ſententiã illam non poſſe appellari bonam aut pulchram, ex

1 qua plurima, & maxima † abſurda conſequuntur. Primum enim eorum opinio (vt tria potiſſima abſurda in ſumma referam) Græcis in fermentato cõſecrantibus egregie fauet. Secundo facit tres Euangeliſtas non dicã male, ſed certe impropriiſſime locutos. Tertio reddit Chriſtum ſine cauſſa trãſgreſſorem legis. Poſthæc igitur quid boni aut pulchri ex ea ſperari valeat, ceteri iudicent. Ego quidem propter huiuſmodi nouas inuẽtiones, ſemitas antiquas non deſeram, & de via trita patrum noſtrorum non declinabo. Quod ſi pergant mihi Iudæorum ritus, & ſollemnitatum eorum præſentes tranſlationes inculcare, nihil propterea dimoueri patiar, ſed reſpondebo Iudæis verbum, quod eis dicit Dominus Malach. 2. Diſpergã ſuper vultum veſtrum ſtercus ſollemnitatum veſtrarum.

Nunc ne videamur obliti tamquã longa digreſſione defatigati, argumẽtorum Pauli Middelburg. quibus ſuperius capi. 50. num. 2. & ſeqq. conabatur probare, Chriſtũ iacuiſſe in ſepulcro tribus diebus, & tribus noctibus integris abſque vlla ſynecdoche numeratis, breuiter ad illa reſpondendũ erit, vt demũ eis ſolutis ad propoſitam intelligentiam tex. Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. deueniamus.

2 Ad primum igitur fundamentum, in quo ſtatuit, diuinitati † minime repugnare,

gnare, quòd Chriſtus iacuerit in ſepulcro ſeptuaginta duabus horis, reſpō-
detur, quòd ſimpliciter & abſolute loquendo, verum id quidem eſt: nam
potuiſſet Chriſtus & tribus diebus integris, & quattuor, & quinque, &
quot ſibi placuiſſent, in ſepulcro iacere: ſed ex ſuppoſitione, ſtantibus ſcili-
cet prophetijs, figuris, promiſſionibus ſuis, & multis aliarum rerum con-
gruitatibus, diuinitati repugnabat, vt tot horis Chriſtus maneret in ſepul-
cro aut in morte. Illo enim modo non in tertia die, quemadmodum omnes
ſcripturæ clamant, ſed in quarta, in die videlicet feriæ ſecundæ; neque in
diluculo, prout erat multis modis prophetatū, ſed circiter horam diei no-
nam vel duodecimam reſurrexiſſet, quando nimirum cōplebatur numerus
ſeptuaginta duarum horarū ſepulturę aut mortis ipſius. Quod adeo fuiſſet
abſurdum, ſtantibus ſuppoſitionibus prædictis, vt ipſe Middelburgen. eru-
beſcere deberet illud aſſerere. Quòd ſi ſublatis ſuppoſitionibus cūctis po-
namus per impoſſibile, quod Chriſtus ſurrexiſſet poſt horas ſeptuagintaduas,
rurſus alius quærere poſſet, cur non reſurrexerit in alio termino, poſt horas
(verbi gratia) octoginta, aut nonaginta, vel etiam antea poſt quadraginta,
aut quinquaginta horas? Et ſic quodcūque dixerimus, quæſtiones erunt
ſemper interminatæ, quę numquā habebunt finem. Standum eſt ergo in eo
quod factum eſt, & cogitādum, diuinā ſapientia ita omnia bene conſtituiſſe
in pondere, numero, & menſura, vt nihil melius fieri potuerit. Neque tamē
3 in ſpecialiter optimæ † rationes deſunt, quibus oſtendatur, conuenientiſſimū
tempus electum fuiſſe a Domino in reſurgendo, quarū non nullas nos at-
tulimus ſupra cum de hora reſurrectionis ageremus, cap. 46. num. 8. & 20.
Sed qui eas copioſius videre deſiderat, videat Doct. Theologos in 3. ſent.
diſt. 21. & 22 Alex. de Ales in 3. par. quæſt. 20. memb. 3. & S. Tho. in 3. par.
quæſt. 53. art. 2. In quibus locis ex profeſſo ipſi hanc materiam tractant. Ex
veteribus autem ſanctis patribus plurimi ſunt, qui hæc eadem latiſſime
proſequuntur, ſed nobis non conuenit longas vbique digreſſiones facere,
& lectorem in omnibus remorari. S. Athanaſius magnus, qui vnus nunc
nobis ſufficiat inſtar omnium, in lib. de Incarnat. Verbi, circa med. ex-
plicat luculentur, cur Chriſtus tertia die, non citius, neque tardius re-
ſurgere voluerit.

Quòd ſi quis præterea noſtrā etiam ſententiam in hoc requirat, præter ra
4 tiones ab alijs traditas, dicam † ego, iccirco Dominum reſurrexiſſe in dilu-
culo diei Dominicę, & noluiſſe vlterius reſurrectionis ſuę horā prorogare,
quia noluit, vt aliquis ex ijs, qui conuenerant ad diem feſtum paſchę in ci-
uitate Hieruſalem, & inſpexerant omnia, quę circa eum facta fuerant, illinc
diſcederet (quantū in ſe eſt) perturbatus, aut ſuper cruce, & morte ſua ſcā-
5 dalum paſſus. Conſtat etenim, quòd in die feſto paſchæ † qui fuit dies Pa-
raſceues, tenebātur omnes permanere in Hieruſalem vt not. Nicol. de Lyr.
& Dionyſ. Carthuſ. Deuter. 16. ſuper illis verbis, Maneque conſurgens va-
6 des in tabernacula tua. Similiter in die Sabbathi † nemo poterat iter arri-
pere. vt colligitur ex illo Matth. 24 Orate, vt non fiat fuga veſtra in hieme
vel Sabbatho. & ex illo Act. 1. Sabbathi habens iter. Tranſactis itaque die-
7 bus feſtis, cum completæ eſſent duæ noctes, † & vna dies artificialis ſepul-
turæ Chriſti, in quibus myſterium ſimplæ mortis ipſius ad duplam noſtrā
mortem deſtruēdam denotabatur, & illuceſcere iam incipiente tertia die,
8 prima ſcilicet Sabbathi, quæ ſicut fuit prima dies † creationis mundi, ita
decebat,

Digitized by Google

decebat, primam eſſe diem redemptionis, & innouationis ſæculi; Chriſtus
dominus non ſuſtinuit amplius ſuorum aliquem ſcandalum pati, ſed in ip-
ſa die in qua abire permittebantur, & in qua manipulus ſuam ſignificans
reſurrectionem offerebatur, diluculo reſurrexit. Et terræmotu, lapidis re-
uolutione, militum terrore, mulierum aduentu, atque Angelorum appari-
tionibus notam illico eſſe voluit reſurrectionem ſuam, vt tali nuncio Di-
ſcipuli, & fideles eius, ſcandalum ponerent, mœrorem depellerent, & ple-
nam ex ipſius victorioſo contra mortem triumpho conſolationē acciperent.
Scimus Luc. 24. duos ex Diſcipulis, qui ibant ipſa die ab Hieruſalem in ca-
ſtellum nomine Emmaus, pęne deſperatione obrutos dixiſſe, Nos autem
ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Quid dicturos putamus ſi
nullo accepto reſurrectionis nuncio abire eos permiſiſſet dominus Ieſus?
Congruum igitur, & maxime opportunum fuit ad fidem Diſcipulorū cor-
roborandam, vt non exſpectato integro triduo abſque vlla ſynecdoche cō-
putato, in initio tertiæ diei ſtatim omnibus conſummatis quæ de eo ſcripta
erant, victor e ſepulcro glorioſus aſcenderet.

Quòd ſi obijciat contra hoc Middelburgenſis, quòd niſi exſpectatæ aſſe-
rantur ſeptuaginta duæ horæ ad reſurrectionem, non cōſtabit, Chriſtum
veraciter fuiſſe mortuum, cum intra illud ſpatiū horarū ſeptuaginta dua-
9 rum † in multis ægritudinibus aliquē poſſe reuiuiſcere contingat. Reſpon-
detur in primis, mirandū eſſe vehementer, quo modo vir catholicus & eru-
ditus auſus fuerit, vt ſuas forte ſtatueret, & coloraret chimęricas interpre-
tationes, mortis Chriſti certitudinē toto orbi teſtatiſſimā quibuſdā friuolis
argumentatiunculis diſputando velle obſcurare. Chriſtus enim Dominus,
qui huiuſmodi argumentationes potuiſſe fieri præuidebat, non in angulo
alicuius domus, aut in tenebris occulte, neque ex ægritudine, aut morte
10 naturali mori † voluit; ſed palam, in cōſpectu totius mūdi, ſub dio, in luce
meridiei, mortē ab alijs violēter inflictam perpeſſus exſpirauit. vt declarat
egregie B. Athanaſ. in d. lib. de Incar. Verbi. Voluitque ad maiorem mortis
ſuæ conteſtationē, poſtquā ſpiritū tradidiſſet, lancea in latere ab vno mili-
tū transfigi; ac deinde etiā a non ignotis hominibus de cruce deponi, con-
trectari, ſepeliri, magno lapide ad oſtium monumenti aduoluto includi,
adhibita militum cuſtodia circumuallari, & ſigilli etiā appoſitione muniri;
vt cū poſtea inferni clauſtris reſeratis, & vinculis mortis cōfractis rediuiuus
exſurgeret, p illa omnia etiā inimici eū & vere mortuū, & vere reſuſcitatū
faterētur. Quòd ſi liuore tabidi, & inueterata malitia obcæcati, lumē cæli
inſpicere neglexerūt, talia tamen facta ſunt & tanta, vt non niſi obſtinatæ
eorū voluntati cauſſa non credendi poſſit adſcribi. Et illi quidē reſurrectio
nē, quod fortitudinis eſt, & diuinitatis opus, infitiātur: mortē vero, quę ex
aſſumpta fuit infirmitate nō negāt. Nihil eſt ergo opus cōtra Iudæos noua
excogitare figmenta, quæ mortem Domini efficacius probent: Vtinam
tantum reſuſcitatum credant, quem ipſi mortuum & agnoſcunt, & ſciunt.
11 Præterea reſpondetur ad argumentū Middelb. ꝙ quæ ipſe dicit de horis †
ſeptuagintaduabus poſſent fortaſſe habere locū in morte ex infirmitate,
quæ ecſtaſim faciat; at in morte violenter illata minime habent locū vt in-
quit Ioan. Lucidus in libello, de vero die paſſionis Chriſti, c. 9. in fi. Et ipſe-
met Middelb. citat Nicolum medicum in hac materia dicentem, aliquando
fuiſſecapitale ſuppliciū indictum illis, qui abſque febre, & nota ęgritudine

Ee mor-

Digitized by Google

mortuum ſepelirent ante ſeptuaginta duas horas. Ex quibus verbis appa-
12 ret,quòd quando nota eſt cauſſa † mortis ex inflictis vulneribus, aut alio modo,fruſtra exſpectandæ eſſent ſeptuagintaduæ horæ. Alioquin quomodo Chriſtiani ſepelire poſſemus mortuos noſtros non ſolum ante ſeptuagintaduas horas,ſed etiam communiſſime ante vigintiquattuor?

Aldo,quòd qui intra ſeptuagintaduas horas reuiuiſceret poſtquam viſus
13 fuiſſet mori,non ſtatim † ſimul collectis omnibus viribus totus proſiliret incolumis,ſed paulatim aliqua prius vitæ veſtigia ſubindicaret, egeretque deinde ope aliorum,& calefactione,quibus ad vitæ munia plene reſtitueretur. At nihil tale eiuſmodi contigit in Chriſto;Cui reſurgenti ne dū manus adiutrices non porrexerunt Iudæi,ſed etiam manus aduerſarias quātum in ipſis fuit,vt not.B Hieron.Matth.27. in fi. ſtudioſiſſime oppoſuerunt.Chriſtus enim ex mortuis reſurgens nō ſenſim moueri cœpit,aut oſcitare viſus eſt prius,ſed ſubito quando voluit, decorem induens & fortitudinem,& præcingens ſe virtute,clauſo exijt ſepulcro;dicēs apud Iſai.c.63. Circumſpexi, & non erat auxiliator,quæſiui,& non fuit qui adiuuaret; & ſaluauit mihi bracchium meum,& indignatio mea ipſa auxiliata eſt mihi. Et pſal.87.Factus ſum ſicut homo ſine adiutorio,inter mortuos liber.Quare nihil præiudicat certitudini mortis eius, quòd ſeptuagintaduæ horæ

Pſal.92. a.1.

14 exſpectatæ non fuerint;Tot namque † ſignificationes,totque valida argumenta mortem eius atteſtantia præceſſerunt, vt ſi per ſeptuaginta duos dies ne dum horas reſurrectionem diſtuliſſet, numquam tamen potuiſſet
15 mors eius aut clarius aut euidentius probari.Niſus fuerat quidē Diabolus occultare illam,ſed contra diuinam ſapientiam efficere nihil valuit. Egregie B.Chryſoſt.hoc argumentum pertractat in epiſ.ad Coloſſ. homil.6.vbi exponens illud c.2.Exſpolians principatus & poteſtates traduxit cōfidēter palàm,triumphans illos in ſemetipſo.reſpondet in terminis ad obiectionē Middelburgenſis,his verbis.Declarat turpitudinem, & confuſionem eſſe Diaboli,quòd Chriſtus adeo confidenter palàm & ſecure mortuus eſt.Ni-
16 hil enim ille † intentatum reliquit,vt aliquo pacto hominibus perſuadere poſſet,non eſſe mortuum Chriſtum. Quoniam enim omne tempus, quod mortem eius ſecutum eſt,reſurrectionis argumentum,& teſtimonia habiturum erat;mortis vero niſi hoc fuiſſet, non fuiſſet aliud tempus;propterea publice quidem videntibus omnibus mortuus eſt; verum non publice reſurrexit,ſciens,futurum tempus veritati teſtimonium allaturum. Præclarum enim eſt,quòd inſpectore mundo ſurſum in ligno ſerpens ille immolabatur.Nam quid non fecit Diabolus,quo occulte moreretur? Audi Pilatum dicentem,Tollite eum vos,& crucifigite; ego enim nullā cauſſam in eo reperio.Et iterū Iudæi ad ipſum dicebant, Si filius Dei es,deſcende de cruce.Poſtea igitur,quia letalem plagam acceperat,nec de cruce deſcēderat,propterea ſepulturæ quoque traditus eſt.Poterat enim ſubito reſurgere.Verum ſepeliri oportebat,vt fides pararetur huic cauſſę.Quamquam in vulgaribus quidem mortibus defectio, atque imbecillitas ſpiritus prætexi poterit,hic vero nequaquam.Nam & milites crura eius non fregerūt, quemadmodum aliorum,vt cōſpicuum eſſet,illum iam mortuū eſſe.Obſcuri quoque non ſunt,qui corpus ipſius ſepelierunt. Propterea & Iudæi ipſi lapidem obſignarunt,& adhibitis militibus communierunt.Hoc enim
17 maxime omniū ſummo ſtudio diuinitus agebatur,ne obſcura † eſſet mors

Chriſti.

Chriſti. Et teſtes huius apud inimicos eſſe oportebat, apud Iudæos. Audi eos ipſos quid Pilato dixerint. Dixit Seductor ille (inquiunt) cum adhuc Matth.27 viueret, Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo a militibus cuſtodiri ſepulcrum. g 63. Et hoc illis quoque obſignantibus factum eſt. Audi vero, quo modo etiam poſt iſta illi ipſi ad Apoſtolos, mortem Chriſti teſtificantes dixerunt, Vultis inducere ſuper nos ſanguinem hominis huius. Atque hæc B. Chryſoſt. Act.5.e.2

DE TEMPORE, QVO CHRISTVS MANSIT in ſepulcro. Cap. XXCVI.

1 *Chriſtum manſiſſe in ſepulcro tribus diebus & tribus noctibus, ſicut manſit Ionas in ventre ceti, quo modo verificetur. & nu. 5. Illud certum eſſe debet, non manſiſſe Chriſtum in ſepulcro tribus diebus integris abſque ſynecdoche computatis. num. 2.*

3 *Poſt tres dies. exponitur recepta in ſcripturis phraſi, id eſt tertio die, vel poſtquam tertius dies aduenerit.*

4 *Tempus aliquod deſcriptum accipi poteſt vel completum, vel ſolũ inchoatũ.*

6 *Sicut. dictio ſimilitudinis, ſatis eſt quòd referat ſubſtantiam facti quod exprimitur, non etiam neceſſe eſt, quòd referat totum modum & omnes qualitates facti, quæ non exprimuntur.*

7 *Veritatis amor, quam ſumme diligimus in totius eccleſiæ Chriſti ędificationẽ, facit vt diſputando contra aliquem ſcribere non vereamur.*

AD ſecundum argumentum, in quo per tex. Matth. 12. Sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. probabat ſupra Middelburg. c. 50. num. 4. Chriſtum fuiſſe in ſepulcro, aut in morte tribus diebus integris, id eſt ſeptuagintaduabus horis; Reſpondetur, quòd licet expoſitio communis ad illum tex. non omnino ſatisfaciat. vt vidimus ſupra
1 c. 48. num. 2. & ſeqq. tamen non deſunt aliæ ſolutiones, † quas nos ſupra retulimus c. 45. in fi. & cap. 49. per totum. quæ ſufficere poſſunt: præſertim vero illa, quæ fundatur in mutatione dierum naturalium facta in nocte reſurrectionis dominicæ; aut illa, quæ pro vna nocte computat tenebras trium horarum in die Paraſceues a ſexta vſque ad nonam. Nam per ambas has ſolutiones habetur participatio trium dierum, & trium noctium diſtincte, & ſeparatim, quamuis non habeatur integrum triduum; quod neque neceſſe eſt haberi ad verificationem dictorum verborum Matt. 12. Ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Quòd ſi neque ſolutiones allatę ſatis ſint vllo modo, noſtra ſolutio, quã mox infra tradituri ſumus ſeq. cap. plenius fortaſſe ſatisfaciet.
2 Quidquid tamen ſit, illud certum † eſſe debet, Chriſtum nõ manſiſſe in ſepulcro tribus diebus, & tribus noctibus integris, vt vult Middelb. Et quærenda eſt potius ſupradictorum verborum Chriſti, Matth. 12. aliqualis expoſitio, quàm facti veritas, quæ meridiana luce clarior perſpicuiſſime cõſtat, mutanda videatur. Qua in re ſequor conſilium doctiſſimi Caietani, qui ſuper 3. par. S. Tho. quæſt. 51. art. 4. in reſp. ad 1. vbi dicti loci Matt. 12. expo-

Digitized by Google

ctorum.intelligitur,Poſt triduum.id eſt Tertio die. Et ibidem illud, Et
poſtquam cõſummati ſunt dies octo,vt circumcideretur puer. intelligitur,
id eſt poſtquam dies octauus aduenit.Quare ex loquendi modo Scripturæ
ſacræ apparet,nullam eſſe difficultatem in dictis verbis Mar.8.Et poſt tres
dies reſurgere.

Ad quartum & vltimum de Iona propheta, Reſpondetur in primis, quòd
licet dicatur Ionæ 2.& Matthæi.12.fuiſſe Ionam in ventre ceti tribus die-
bus & tribus noctibus;nobis tamen non conſtat,quo modo tres illi dies &
tres noctes accipiantur,integri ſcilicet,an participati tantum ; & fortaſſe
non alio modo ibi computandi ſunt, quàm quo in Chriſti morte cõputati
fuerunt:& quem modum vtrique & Chriſto & Ionæ conuenientem nos
paulo mox oſtenſuri ſumus cap.ſeq.

Deinde reſpondetur,dato quòd Ionas fuerit in ventre piſcis tribus diebus
& tribus noctibus integris,adhuc non ſequitur neceſſario,ꝙ Chriſtus etiã
5 fuerit in corde terræ† tribus diebus & tribus noctibus integris,propter id,
quod ipſe dixit Matth.12.Sicut fuit Ionas in vẽtre ceti tribus diebus & tri-
bus noctibus,ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus
6 noctibus.Nã dicã,quòd verbũ illud ſimilitudinis,Sicut.† ſatis eſt,ꝙ referat
ſubſtantiã facti,quod exprimitur,non etiã neceſſe eſt quòd referat totum
modũ,& omnes qualitates facti,quæ non exprimuntur.id eſt ſatis eſt quòd
referat tres dies & tres noctes,non etiã neceſſe eſt,quòd referat tres dies,
& tres noctes eodẽ modo claros vel obſcuros,calidos vel frigidos,lõgos aut
breues, integros ſiue participatos,naturales ſeu miraculoſos.Quare dico,
ꝙ ad verificationẽ dictę propoſitionis,Sicut fuit Ionas &c. nõ requiritur
neceſſario ꝙ Chriſtus eodẽ prorſus modo fuerit in corde terræ tribus die-
bus,& tribus noctibus integris,quo modo fuit Ionas in vẽtre ceti: ſed ſatis
eſt,ꝙ vere dici poſſit aliquo modo,fuiſſe in corde terræ tribus diebus & tri
bus noctibus. Exẽplo hanc rẽ declarabo. Pone aliquẽ fuiſſe apud amicum
ſuum per tres dies artificiales in æſtiuo ſolſtitio, per ſingulos dies a mane
vſque ad veſperã. Pone etiã alterũ quempiã fuiſſe ſimiliter per tres dies ar
tificiales in ſolſtitio hiemali apud eumdẽ amicũ, per ſingulos itidẽ dies a
mane vſque ad veſperã.Numquid quia dies in æſtiuo ſolſtitio, duplo fere
longiores ſunt diebus in ſolſtitio hiberno,nõ poterit vere dici, quòd ſicut
fuit ille per tres dies artificiales,ita fuit hic per tres dies artificiales;vel etiã
ſicut fuit ille per totos tres dies artificiales, ita fuit hic per totos tres dies
artificiales apud amicũ?Neminem certe id negaturum puto.Nam ad illius
ſimilitudinis veritatem ſufficit,quòd vterque fuerit per totos tres dies ar-
tificiales a mane vſque ad veſperã,licet vnus duplo fere pluribus horis fue-
rit quàm alter.Eodem igitur modo dicendũ eſt in caſu noſtro, quòd ad ve
ritatem illius dicti,Sicut fuit Ionas.&c.non requiritur,quòd tot horis prę
ciſe,aut tot diebus integris fuerit Chriſtus in corde terræ, quot horis, aut
quot integris diebus fuit Ionas in ventre ceti;nam nulla de horis, aut de
integris diebus facta eſt mentio;ſed requiritur dumtaxat,vt tanto tempore
fuerit Chriſtus in corde terræ,quod vere dici aliquo modo poſſit,fuiſſe ibi
tribus diebus & tribus noctibus,de quibus facta eſt mentio & expreſſio.
Siue autem naturaliter,ſiue miraculoſe;ſiue integre,ſiue per participatio-
nem;ſiue alio quouis pacto ſumantur dies & noctes, dummodo tres dies
& tres noctes aſſignari,& verificari poſſint,nihil refert.

7 *Vſus loquendi communis attendi debet. Etiam in interpretandis ſacris ſcripturis. num. 8.*

10 *Natiuitas Chriſti quia facta eſt poſt mediã noctẽ deputatur diei ſequenti. Cena vero vltima Chriſti quia facta eſt ante mediam noctem deputatur diei præcedenti. num. 11. & 20.*

12 *Veſperam diei præcedenti ſolent coniungere Iudæi. Et hæc eſt naturalis dierum diſtinctio. num. 17.*

13 *Noctis prima parte quæ fiunt adſcribũtur diei, qui finitus eſt.*

14 *Dies erant in duplici differentia apud Iudæos: quidam legales a veſpera in veſperam, quidam vſuales a media in mediam noctem procedentes.*

15 *Azymorum dies erãt ſeptem legales, octo vſuales. Et primus legalis qui erat feſtus & ſollemnis, erat ſecundus vſualis. num. 16.*

18 *Græci aſſerentes, tres Euangeliſtas a B. Ioanne fuiſſe correctos in deſcriptione vltimi Paſchæ, hæretici & ſchiſmatici ſunt.*

19 *Chriſtum vno die ante Iudæos celebraſſe vltimum Paſcha, nullo probatur valido argumento.*

21 *Qui pridie quàm pateretur. verba in canone Miſſæ antiquiſſima ſunt.*

VIſis nunc, & dimiſſis aliorum interpretationibus circa illud Matth. 12. Ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. de quibus liberum eſto vnicuique iudicium; non enim intendo vlla ex eis improbare, aut approbare, niſi quantum ratio ſuadet, aut conuincit auctoritas: afferã ego ſolutionẽ quamdam intactam quidẽ (quãtũ ſcio) a reliquis omnibus, ſed tamen tam bonam (niſi fallor) & tam naturalem, vt nullam prorſus calumniam pati poſſe videatur. Dico igitur, quòd in eo tẽporis ſpatio, quo Chriſtus dominus fuit mortuus aut ſepultus (his enim duobus mo-
1 dis recte intelligi poteſt fuiſſe in corde† terræ, vel ſcilicet in ſepulcro quantum ad corpus. vt exponit ibi Glo. interlin. Et B. Chryſoſt. homil. 44. ſuper Matth. vel in limbo quantum ad animam, ſeu in mortis profundo. vt inquit B. Auguſt. in epiſt. 49. ad Deogratias presbyterum, quæſt. 6.) participati ſunt tres dies & tres noctes diſtincte & ſeparatim, naturaliter & ad litteram, ſine vlla torſione, aut violentia. Quod vnicuique ſtatim apparebit ſi
2 hoc tantum præintelligat, dies naturales computari debere a media † in mediam noctem, ita quòd prima noctis medietas diei præcedenti applicetur, altera vero medietas cum die ſequenti computetur: vt ſic quilibet dies naturalis habeat quidem vnum diem artificialem, & vnam noctem, ſed noctem in duas partes diuiſam, in vnam ſcilicet, quæ diem artificialem præce
3 dat, & in alteram, quæ ſubſequatur. Tempus itaque, quo Chriſtus† fuit mortuus, aut ſepultus, participauit primo diem artificialem Paraſceues, nã exſpirauit hora nona, & ſepultus fuit duodecima; & participauit etiam noctẽ eiuſdem diei, participando primam medietatem ſequentis noctis. Secundò habuit integram noctem, & integrum diem artificialem Sabbathi. Et tertio participauit noctem Dominicæ participando poſtremam medietatem noctis, quæ fuit poſt Sabbathum; & participauit etiam diem artificialem eiuſdem Dominicæ, quia mane ſurrexit in aurora, cũ iam dies illuceſceret. vt ſupra vidimus c. 46. & ſeq.

Hanc autem ſolutionem, quæ omnium (vt mihi videtur) optima eſt, & pulcherrima, miror a nemine (vt dixi) fuiſſe tactam, & nullum me reperiſſe inter tot auctores, quos viderim, qui eius in ſpecie meminerit pro expoſitione dicti text. Matth. 12. Sicut fuit Ionas. &c. Fortaſſe S. Anſelmus ibi hanc ſolutionem innuit, cum ita loquitur. Ipſum triduum non totum fuiſſe plenum, ſcriptura teſtis eſt, ſed primus dies a parte extrema totus annumeratus eſt. Dies vero tertius a parte prima & ipſe totus. Medius autem inter eos, id eſt ſecundus dies abſolute totus ex vigintiquattuor horis, ſcilicet duodecim diurnis, & duodecim nocturnis compoſitus. Sextæ quidem feriç diei partem, qua ſepultus eſt cum parte noctis, pro nocte, & die accipiens, hoc eſt pro toto die. Sabbathum cum nocte & die. Noctem dominicam cum eadem die illuceſcente, pro toto ſimiliter die accipiens. Itaq; habes triduũ, & tres noctes. Hæc S. Anſel. & Nicolaus de Orbellis in 3. ſent. diſt. 22. quæſt. 3. ſimiliter hanc eamdem expoſitionem ſubodoratus eſt forſitan, ita ſcribens. Si vero quæratur de hora reſurrectionis eius, Dicũt quidam, ꝙ reſurrexit in media nocte; alij autem ꝙ in aurora, quæ opinio videa-
4. tur † probabilior, iuxta illud quod canit Eccleſia, Aurora lucis rutilat. Secundum etiam hanc melius ſaluatur, ꝙ Chriſtus fuerit in ſepulcro per triduum, accipiẽdo totum pro parte per ſynecdochen, ſcilicet in fine diei Veneris, & per totam diem Sabbathi, & die Dominica a media nocte vſq; ad auroram. Hæc ille. Sed tamen neuter iſtorum plene, & manifeſte noſtrã ſolutionem expreſſit, ac ita exiliter de ea vterque locutus eſt, vt etiã ſi eã ſenſerit, videatur tamen aliud quiddam locutus ac ſi ſolutionẽ cõmunem cum S. Auguſtino, & cum alijs Theologis intellexerit. Quidquid tamen de hoc ſit, parum intereſt: Nobis enim quærenda eſt nunc potius, & attendẽda eſt in hac re, expoſitionis noſtræ firmitas per aliquarum rationũ, & argumentorũ probabilitatem, quàm eiuſdem dignitas per quorũdam Doctorũ auctoritatem & teſtimonia. Sed dicet hic mihi aliquis, Vnde probas, dies naturales computari debere a media in mediã noctẽ, cum ſupra habuerimus cap. 43. nu. 12. apud Hebræos in veteri teſtamento regulariter computatos fuiſſe ab ortu Solis ad ortũ, & ſpecialiter in ſollẽnitatib. a veſpera in veſperã? Aduertendum eſt, ꝙ de dierũ ſupputatione pluribus & diuerſis modis
5. loqui poſſumus. Si. n. attendamus curſum dierum † naturalium a parte rei, & ex natura ipſorum dierum, dico, ꝙ tunc procedebãt dies ab ortu ad ortum Solis; ita enim creati fuerant a Deo ab initio mũdi. Si aũt attendamus ritum ſollemnizandi feſta, dico ꝙ quantum ad hoc currebant dies a veſpera in veſperam; ita enim præceperat Deus Leuit. 23. Si vero attẽdamus morẽ loquendi, & cõmunem intelligendi vſum, dico ꝙ etiã tunc intelligebantur dies procedere a media in mediã noctẽ, niſi tamen vel ſubiecta materia, vel annexũ aliquod verbum alium intelligendi modũ ſuaderet. Quare quæ modo dicimus, ijs quæ diximus ſupra, non cõtrariantur: diuerſitas. n. materierũ, & rationum attentarũ diuerſitatẽ facit in ſupputatione. Et cũ verba Chriſti ſupradicta Matth. 12. iuxta cõmunẽ loquendi morẽ accipienda ſint, non mirũ, ſi ſupputationẽ a media nocte in mediam noctẽ faciendа eſſe aſſeremus. Ad quod faciunt notata per Bart. in l. omnes populi. q. 6. principali. nu. 58. ff. de iuſt. & iu. vbi ait, ꝙ licet in dubio ſumi debeat pro-
6. pria † ſignificatio verbi potius quàm impropria, tamen hoc fallit, quando communis vſus loquendi aliter ſe haberet. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de

fund.

7. Fund.inſtr.& inſtrum.leg.Hic enim vſus † omni regulæ,omniqueconſtitu tioni in exaudiendis, vel examinandis ſermonibus derogat. vt not. in l. librorum.§.quod tamen.ff.de leg.3.Et non eſt dubium,quòd etiam in inter
8. pretatione ſacræ † ſcripturæ communis vſus loquendi attendi debet. ut not.Panorm.in cap.maiores.in princ.per illum tex.de bapt.& in c. Ioſeph. de verbor.ſignific.
9. Quòd autẽ et in interpretandis euangelijs,& ſacris ſcripturis dies† ſecundum communem loquendi vſum incipere intelligantur a media nocte,notat egregie Caiet.Luc.2.ſuper illis verbis,Ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum,quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator.Verba enim eius ſuper illud,Hodie.hæc ſunt.Vnde apparet, nocte ea
10. dem natum fuiſſe Ieſum,& non ante mediam † noctem;quia tempus ante mediam noctem computatur ſecundum communem morem loquendi cum die præcedenti,vt teſtatur cena nocturna . Si enim ante mediam noctem diei viceſimiquinti Decẽbris natus fuiſſet, non hodie,ſed heri natus fuiſſet;ſicuti heri cenauit qui tũc cenauit.Nec obſtat,ꝙ apud Hebręos dies inciperet a veſpera,quia hoc erat ſpeciale quantum ad celebrationem feſtorum,nunc autem ſermo de communi ſupputatione,& non quoad feſta eſt, Hæc Caiet.qui pro noſtra ſententia melius loqui non poterat.

Gui addo in comprobationẽ eiuſdem ſententiæ , quòd quemadmodũ Natiuitas Saluatoris,quia contigit poſt mediam noctem,ſequenti diei adſcribitur,& ſic Eccleſia celebrat diem viceſimumquintum , qui ſequebatur poſt
11. illã noctẽ,in qua natus eſt Dominus; ſic e contrario cenam † factã a Chriſto in principio noctis,quando inſtitutum fuit ab ipſo ſanctiſſimũ euchariſtię Sacramentũ,Eccleſia repreſentat in die præcedenti feriæ quintæ,quia nẽpe ad pręcedentẽ diem pertinebat nox illa ſequens vſq; ad ſui dimidiũ.

Pro quo faciunt etiam notata per Panor.in c.quoniam.nu.4.in fin.de fer.vbi ait,quòd id quod fit ante mediam noctem , refertur ſeu deputatur principio noctis; quod vero fit poſt mediam noctem, deputatur alteri extremo, ſcilicet diluculo . Et facit ad hoc etiam text.in cap.litteras.de tempor.ordin. vbi cum veſpera Sabbathi , & mane diei Dominici quando ieiunium continuatur , ad eumdem diem fictionem canonica pertinere dicantur, innuitur,quòd regulariter,ſublata fictione,ſecundum veritatem ad diuerſos dies referuntur.

Immo etiam videtur mihi (ne emendicatis ſuffragijs hac in re niti , & egere videamur)quòd ex Euangelijs,& alijs ſcripturis ſacris huiuſmodi loquendi vſus colligatur.Tres enim primi Euangeliſtæ,Matthæus,Marcus,& Lucas illam diem feriæ quintæ , in cuius noctis ſequentis initio celebrata eſt paſchalis cena cum azymis,appellant primam diem azymorum , nõ ob aliã rationem,niſi quam modo diximus, quia ſcilicet principiũ noctis ſequentis ad diem præcedentem refertur . Vnde cena quæ fiebat in prima parte noctis poſt diem feriæ quintę, in ipſa quinta feria cenſebatur facta ſecundum communem loquendi morem.Et ita inquiunt,& exponunt quamplurimi,& fere omnes Doct.

Euthymius(vt non nullorum in particulari hic ſententias proferamus) ſuper
12. illud Matth. 26.Prima autem die azymorum.habet hęc verba.Veſperam † diei præcedenti coniungere ſolent Iudęi. Itaque a veſpera Paſchæ & azymorum,diem quoque ipſius veſperæ vocant azyma.

Theophyl.

Theophyl.ibidem, Primam(ait) azymorum diem vocat, quæ diem azymorũ præcedit, vt ſic dicam. quinta feria etiam erant manducaturi Paſcha, poſt quam ſequitur Paraſceue. Prima azymorum vocabatur in lege eo quòd feſtum incipiebat a veſpere, qua veſcebantur azymis. Dominus igitur mittit Diſcipulos quinta, quam nominat (Euangeliſta primam azymorum, quia prima veſpera erat, qua comedebant azyma. Et idem etiã repetit Mar. 14. ibi, Et primo die azymorum. & Luc. 22. ibi, Venit autem dies azymorum.

Victor Antiochenus nuper e græco translatus a Theodoro Peltano Societatis Ieſu, in illud idem Mar. 14. Et primo die azymorum quando Paſcha immolabant. Primum(inquit) azymorum diem eum vocat qui primum azymorum proxime antecedebat. Conſueuerant enim Iudæi a veſperá diei feſti exordiũ facere. De illo ergo die eſt hic ſermo, in quo Hebræi Paſcha ad veſperam immolabant, azymiſque panibus veſcebantur: quem quidem diem non nulli vnam, alij primam azymorum diem vocant; Lucas autem azymorum diem ſimpliciter appellat. Quòd autem ea dies abſolute hic deſignetur, in qua Iudæi circa noctem Paſcha immolabant, id non ex ijs tantum, quæ obiter modo expoſita ſunt, euinci poteſt, verum ex eo etiam quòd Diſcipuli feria quinta ad Ieſum acceſſerunt dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere Paſcha? Quamobrem vterque Euangeliſta (Matthæus inquam & Marcus) verum dicit, dum Chriſtum prima azymorũ die Paſcha celebraſſe aſſerit. Siquidẽ Paſcha, in quo azymo pane veſcebãtur, ad veſperam inchoabant. Ea propter Marcus poſtea quàm dixerat, Primo die azymorum. ſtatim ſubiungit, Quando Paſcha immolabant.

B. Ioan. Chryſoſt. ſuper dictis verbis Matth. 26. Prima autem die azymorum. homil. 82. Primam(inquit) azymorum eam diem vocat, quæ ante azyma erat. Conſueuerunt enim a veſpere ſemper dies numerare, & eius mentionem facere, in veſpere cuius Paſcha erat immolandum. Quinta enim Sabbathi acceſſerunt, quam hic quidem primam azymorum, id eſt ante azyma vocat, tempus deſignans, quo acceſſerunt.

S. Auguſt. in epiſt. 86. ad Caſulanum, in fi. ita ait. Chriſtus dominus traditus eſt ea nocte, quæ iam ad ſextam Sabbathi, qui dies paſſionis eius manifeſtus eſt, pertinebat. Hic dies primus azymorum fuit a veſpera incipiẽs. Sed Matthæus Euangeliſta quintam Sabbathi dicit fuiſſe primam diem azymorum, quia eius veſpera ſequente futura erat cena paſcalis, qua cena incipiebat azymum, & ouis immolatio manducari.

Caiet. ſuper Mar. d. cap. 14. ibi, Et primo die azymorum. Vſus eſt(ait) hoc mo
13 do loquendi, quia cena quæ fit in prima noctis parte † appellatur cena illius diei, qui finitus eſt. Et ſuper Luc. d. cap. 22. ibi, Venit autem dies azymorum. Diem(inquit) decimæquartę Lunę, qui tunc fuit dies Iouis, appellat Lucas diem azymorum; in qua immolabatur agnus paſchalis. non quòd in ipſa decimaquarta Lunæ immolatio agni fieret, aut fermentata eſſent prohibita, ſed quia in veſpera illius diei incipiebat dies azymorum, incipiebat decimaquinta Luna, & tunc immolabatur Paſcha, ita quòd veſpera decimæquartæ Lunæ erat initium diei azymorum. Et quia cena veſpertina computatur cum die, quem terminat (quoniam appellatur cena illius diei) ideo Lucas illum diem Iouis appellauit diem azymorum, intendens ſignificare, quòd erat primus dies azymorum ratione cenæ illius diei. Calliſtus Placent. eadem notat enarrat. 44. ſuper euangelia Quadrag. in procemio.

Eſt

Digitized by Google

14. Eſt autem notandum, quòd dies† (quantū ad propoſitum pertinet) erant in duplici differentia apud Iudæos; quidam ſcilicet legales, quidam viſuales. Dies legalis a veſpera in veſperam computabatur, dies vero viſualis a media nocte in mediam noctem. Et hæc dierum diſtinctio, quam didici ex Caietan. ſuper Ioan. cap. 13. in princip. & ſuper Luc. cap. 2. eſt tam vera, & tam neceſſaria, vt ſine illa bene intelligi nequeant non nulla ſacrarum litterarum loca.

15. Exho. 12. iubentur Iudæi ſeptem diebus † azyma comedere, & tamen in enumeratione dictorum ſeptem dierū, octo dies denominantur, quia nempe ſeptem dies legales participant octo dies viſuales. Verba text. poſtquam dixerat, Septem diebus azyma comedetis. &c. hæc ſunt. Primo menſe quartadecima die menſis ad veſperam comedetis azyma vſque ad diem viceſimamprimam eiuſdem menſis ad veſperam. Modo ſi quis numeret a decimaquarta die in tex. comprehenſa vſque ad vigeſimamprimā ſimiliter incluſam, octo dies inueniet. Et ita enumerat Ruper. abb. Tuitien. lib. 2. in Exho. cap. 15. vbi ita ait. Plane hoc dicto dies octo complexus eſt. Et Ioſephus Iudæus lib. 2. iudaic. antiq. cap. 5. in fin. vbi inquit ſic. Feſta per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. Intellige ſcilicet per octo dies viſuales; quorum primus, videlicet menſis decimusquartus, dicebatur primus azymorum non ratione ſui totius, ſed ratione veſperæ, & vltimæ ſui partis. Vnde Caiet. ſuper Exho. d. cap. 12. in illis verbis, Et edent carnes nocte illa. dicit, quòd manducatio agni paſchalis erat cena quidem quartidecimi diei viſualis, & propterea dicitur veſpera quartidecimi diei; ſecundum vero feſtiuitatem erat ſacrificium quintidecimi diei, quia iam incœperat quintusdecimus dies.

16. Notandū eſt præterea, q̄ ſi loquamur de diebus legalibus, primus dies † azymorum in quo immolabatur agnus, erat dies feſtus & ſollēnis. ita enim habetur d. cap. Exho. 12. Dies prima erit ſancta atque ſollemnis. Sed ſi loquamur de diebus viſualibus, non primus dies azymorum in quo immolabatur agnus, dies ſcilicet decimusquartus mēſis, ſed ſequens dies quintuſdecimus dicebatur ſanctus, & ſollemnis. Collegitur hoc ex lib. Numer. cap. 28. tam clare & euidenter, vt nemo poſſit tergiuerſari. Ibi enim ſic habetur. Menſe autem primo quartadecima die menſis phaſe Domini erit, & quintadecima die ſollemnitas.

His ita poſitis & declaratis quid mirum videri debet, ſi B. Ioan. Apoſtolus ut ſe conformaret huic loquendi modo ſcripturę veteris ſacræ, dixit, Ante diē feſtum Paſchæ. eo die viſuali, quem ceteri Euangeliſtę primum azymorum, & quando Paſcha immolabant, & in quo neceſſe erat occidi Paſcha, appellauerunt? Aliud eſt enim azyma, & immolatio paſchæ, aliud feſtiuitas, & ſollemnitas. Illa enim ſcilicet azyma & phaſe, cum vnum tantum temporis articulum occupent, puta cenam, vel prandium, vel immolationem, totum diem illum in quo cenatur, vel prandetur, vel immolatio fit, denominant: hæc vero ſcilicet feſtiuitas & ſollemnitas cum dicant tractum ſucceſſiuum per totum diem, nō poſſunt denominare niſi illum diem inter viſuales, qui ſui maxima parte eſt feſtiuus & ſollemnis. Quare cum primus dies azymorum viſualis non eſſet feſtiuus niſi in ſui vltima particula, ſequens vero dies eſſet totus feſtiuus & ſollemnis excepta vltima dumtaxat ſui particula, merito ſequens dies appellari debuit dies feſtus, & non primus. Differentia igitur

igitur quæ eſt inter B.Ioan.& ceteros Euangeliſtas non ſtat in hoc, quòd
hi locuti fuerint de diebus legalibus,ille vero de vſualibus,vt putat Caiet.
ſuper Ioan. cap.13.in princ.(a cuius ſententia in hac vna re cogor diſcede-
re) Nam cum verba trium Euangeliſtarum,quando dicunt,Primo die azy-
morum.referantur ad mane illius diei feriæ quintæ,vel ſaltem ad quemdã
temporis articulum,qui erat multo ante veſperam,quo modo intelligi poſ-
ſunt de diebus legalibus,qui non niſi a veſpera incipiebant?Sed differẽtia
ſtat in hoc(vt dixi)quod hi locuti sũt de azymis,& de immolatione paſchæ,
quæ erant in primo die vſuali,ſcilicet in die quartodecimo:B.Ioan.vero lo
cutus eſt de feſtiuitate,quæ erat in die ſequenti vſuali, in die ſcilicet deci-
moquinto.Quam differentiã probaui ſupra tex.clariſſimo Nu.28.ibi,Quar
tadecima die menſis phaſe Domini erit,& quintadecima die ſollemnitas.
Stante autem hac dilucida & perſpicua huius difficultatis explicatione,
quam innuit etiam B.Tho.licet ſubobſcure in d.c.13.Io.in prin.& in 3.par.
ſummæ,quæſt.46.art.9.ad 1.vbi hanc dierũ computationẽ,in qua veſpera
17 & prima pars noctis diei præcedenti adſcribitur,appellat naturalẽ† dierũ
diſtinctionem;quid opus erat,ad difficultatem prædictam tam grandes ex-
18 citare tragœdias?Nec dico tantum † Græcis illis, qui aſſerentes,tres Euã-
geliſtas a B.Ioan.fuiſſe correctos,ſchiſmatici,& hæretici ſunt,vt ſupra dixi-
mus c.56.num.2.Sed etiam quibuſdam alijs & Græcis & Latinis catholicis
19 expoſitoribus, qui mordicus defendere audent,Chriſtum non eodem die†
cum Iudæis,ſed vno die ante ipſos ſollemnitatem paſchæ celebraſſe. Quo-
rum argumenta omnia ita facile(Chriſto duce)ſuperius ſoluimus,vt maio-
rem eorum partem contra eos militare oſtenderimus. Et hoc vnum , quod
in hunc locum ſtudioſe reiecimus, quamuis principale apud ipſos,& vrgẽ-
tiſſimum,tam bene tamen retorqueri poteſt in contrarium,vt nihil melius.
Nam ſi vltima Chriſti cena,quæ facta eſt in die feriæ quintæ, dicitur facta
a B.Io.ante diem feſtum paſchæ;ergo ſequitur, quod ſequẽs dies Paraſce-
ues,in quo crucifixus eſt Chriſtus,fuit dies feſtus paſchæ,& ſic decimaquin
ta Luna,quæ erat ſollemnis & feſtiua , non quartadecima quæ non erat
ſollemnis,neque feſtiua.vt probauimus ſupra cap.61.num.2. Cena enim il-
20 la† vno die ante paſſionem celebrata eſt,iuxta communem loquendi vſum
intelligendo de diebus vſualibus,ſecundum quòd loquitur tex. ſupra cita-
tus Num.28.& tex.Leuit.23.ibi,Menſe primo quartadecima die menſis ad
veſperum phaſe Domini eſt,& quintadecima die menſis huius ſollemnitas
azymorum Domini eſt.& ſecundum quòd eccleſia intelligit , & interpre-
tatur,quæ in Canone Miſſæ loquens de Chriſto ait , Qui pridie quàm pa-
teretur accepit panem in ſanctas ac venerabiles manus ſuas. & clarius in
Canone Miſſæ feriæ quintæ in cena Domini,Qui pridie quàm pro noſtra,
omniumque ſalute pateretur,hoc eſt hodie,accepit panem, &c. In quibus
verbis oſtendit Eccleſia ea quæ geſta ſunt ante mediã noctem poſt feriam
quintam,ſe ad diem præcedentem feriæ quintæ , non ad ſequentem diem
Paraſceues referre:quemadmodum etiam Euangeliſtæ retulerunt, atten-
dentes potius communem morem loquendi,quàm legalem iudaicorũ die-
rum ſupputationem.
21 Et ne quis puter,verba illa, Qui pridie † quàm pateretur, recenter fuiſſe
addita in canone Miſſæ,ſciat, quod ea vel ab initio fidei chriſtianæ tẽpore
B.Petri Apoſtoli in Miſſa dicebantur.vt aſſerit Hugo de S.Vict.lib.2.de ſa-

cram.

cram.par.8.cap.vlt. vel ſiltem Canoni fuerunt apposita a S. Alexandro I. ſummo Pont.& martyre,circiter annum Domini 120. vt habemus ex Breuiario Romano in Lect.ipſius Sancti ſub quinto Non.Maij.& S.Ambr.refert eadem Canonis verba in lib.4.de ſacramẽtis cap.5.& litera apud Gratianum de conſt.diſt.2.cap.panis eſt in altari.§.vis ſcire.

Quamobrem tenentes nos cum B Ambroſ.qui in epiſtol.83.ad Epiſcopos per Aemiliam conſtitutos, in princ.ait,quòd ipſe Dominus eum elegit diem, quo Paſcha celebraret, qui cum obſeruantiæ veræ ratione concurrit; ſcriptum eſt enim, Venit autem dies, in qua neceſſe erat Paſcha immolari. & cum communi ceterorum omnium Doct. expoſitione, illud etiam habea-
22 mus firmum,& conſtitutum,dies † apud Hebræos in communi vſu loquẽdi non a veſpera in veſperam, ſed a media in mediam noctem computari ſolitos fuiſſe.Cuius rei ſufficientiſſima produximus teſtimonia tum ex lege veteri,tum maxime ex nouo teſtamento.

DE DIERVM A MEDIA IN MEDIAM NOctem ſupputatione. Cap. XXCIIX.

1 *Dies computantur a media in mediam noctem apud Iudæos & apud ſacras litteras in communi vſu loquendi.*

2 *Noctis prima pars refertur ad diẽ præcedentẽ.Vltima vero ad ſequentẽ.n.3.*

4 *Veſperæ nomine tota nox intelligitur ſecundum nonnullos.*

5 *Veſpera proprie ſumpta pro prima parte noctis accipitur.Et ad diem præcedentem refertur in communi vſu loquendi.nu.6. Etiam in ſacris litteris, quamuis ſecundum legem ſequentis diei eſſet initium.nu.15.& 16.*

7 *Luceſcere proprie ſignificat incipere habere lucẽ,abuſiue vero eſſe initium & aduẽtare Vnde quandoq; accipitur pro initio noctis,& id quidẽ duplici modo.n.9.et ſpecialiter accipitur pro crepuſculare,ſiue crepuſculaſcere.n.11.*

8 *Lux accipitur quandoque pro initio noctis.Siue pro crepuſculo,& luce crepuſculina.num.10.*

12 *Crepuſculũ tanquã medium quidam inter diem & noctẽ,facile attribui poteſt vel diei vel nocti quouiscumque modo,ſiue præcedenti, ſiue ſubſequenti.*

13 *Veſperæ nomen late patet,& denotat etiam tempus longe ante occaſum Solis.*

14 *Veſper veſperis in genere feminino quandoque declinatur.*

17 *Vna Sabbathorum Hebræorum appellatione eſt dies Dominica.*

18 *Sero,verbum ſignificat aliquando primam partem noctis.*

1. QVamuis quæ ſuperiori cap.citata iam ſunt, ſatis, ſuperque eſſe deberent, ad oſtendendum, dierum computationem † a media in mediã noctem tum penes Iudæos, tum penes ſacras litteras fuiſſe paſſim in communi more maxime ſemper vſurpatam,addemus hic tamen in gratiam Lectoris non nulla alia loca,& deinde non nullas coniecturas, ex quibus idẽ hoc ſuadere conabimur.

Leuit. 23. dicitur, Decimo die menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur ſanctus; affligetiſque animas veſtras in eo.

Et poſt

Et poſt pauca. Sabbathum requietionis eſt, & affligetis animas veſtras die
nono menſis. A veſpera vſque ad veſperam celebrabitis Sabbatha veſtra. In
quibus verbis cum vnus & idem dies, nunc decimus, nunc nonus dies mē-
ſis appelletur, neceſſarium eſt fateri, quòd qui erat decimus ſecundum cō
putationem legalem, in qua a veſpera in veſperam numerabantur dies, in-
cipiebat die nono ſecundum computationem vſualem, ſecundum quā pri-
2. ma pars † noctis diei præcedenti adſcribitur.
Rurſus Matth. 28. in princ. dicitur, Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in
prima Sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre ſepulchrū.
Ibi deſcribitur nox, quæ eſt media inter diem Sabbathi pręcedentem, &
primam Sabbathi, id eſt diem Dominicam ſequentem, & ſignificatur ab
vtroque extremo ipſius noctis, a veſpere ſcilicet, & diluculo, vt ibi explicat
Caiet. Et apparet, quòd quantum ad primam partem, ſcilicet veſpertinam
3. refertur nox † ad diem præcedentem, nam dicitur, Veſpere autem Sabba-
thi; quantum vero ad vltimam partem, ſcilicet diluculum, refertur nox ad
diem ſequentem, nam dicitur, Quæ luceſcit in prima Sabbathi.
4. Non me latet, quòd ibi Veſpere nomine † ſecundum non nullos tota ipſa
nox intelligenda eſt, vt ex ſubiunctis verbis neceſſario colligi videtur. Ve-
5. ſpera enim proprie ſumpta † pro prima parte noctis non luceſcit in ſequē
ti die, ſed tenebreſcit potius in altera parte noctis. vt notant ibi S. Anſel-
mus, & Gloſ. ordin. & S. Auguſt. lib. 3. de conſ. euang. cap. 24. Maluit tamen
B. Matthæus veſpere dicere, quam nocte, vt nobis eo vocabulo inſinuaret
diligentiam, & deuotionem ſanctarum illarum Mulierum, vt corpus vnge-
rent Saluatoris. Statim enim tranſacto Sabbatho in ipſo veſpere cœperunt
diſcurrere, & emere aromata, & parare omnia, ac ſeſe adornare, vt poſſent
mane primo ſine impedimento accedere ad ſepulcrum. vt not. venerabilis
Beda in homil. in Vigilia Paſchæ. ſuper d. tex. Matth. 28. Cum ergo a nomi-
ne Veſpere nox eſſet Euangeliſtæ ſignificanda, conſentaneum etiam fuit,
vt per relationem ad diem Sabbathi præcedentem deſcriberetur, nam ve-
6. re in cōmuni vſu & acceptione, veſpera † ad diem præcedentem refertur.
Scio, ad eundem locum Matth. 28. (poſtquam hic eius incidit mentio) aliā
quamdam expoſitionem afferri, commodā ſane, & pulchram a Cornel. Iā-
7. ſen. vt intelligatur ibi, Quæ luceſcit in prima Sabbathi, non proprie † id eſt
quæ incipit habere lucem in prima Sabbathi, ſed abuſiue, id eſt quæ initiū
eſt primæ Sabbathi, quemadmodum accipitur Luc. 23. Et dies erat Paraſce
ues, & Sabbathum illuceſcebat. id eſt & Sabbathum incipiebat, & aduen-
tabat. Et dicatur, quòd in veſpera diei ſabbathi, quæ ſcilicet eſt poſt ſabba-
thum, mulieres illæ Maria Magdalene, & altera Maria, non quidem ſepul-
crum tunc adierint, ſed ſimul conuenerint, vngendi Chriſtum, & adeun-
di ſepulcrum gratia: Et parantes tunc aromata, & reliqua neceſſaria, ſta-
tuerint, ſimul matutino quamprimum tempore ad ſepulcrū accedere. Cui
expoſitioni conſonat id, quod Marcus ait ca. 16. Et cum tranſiſſet ſabbathū
Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, vt venien
tes vngerent Ieſum: Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumē
tum orto iam Sole. Beda etiam, & S. Anſel. ſuper dictis verbis Matth. 28. Ve
ſpere autem ſabbathi inquiunt, quòd Mulieres veſpere quidem cœperunt
venire, id eſt aromata præparare; ſed lucente mane peruenerunt. Quod
enim Matthæus (aiunt) cauſſa breuitatis ponit obſcurius, alij Euangeliſtæ
ponunt

Digitized by Google

ponunt apertius. Videat qui vult ipſum Ianſen. in cap. 144. & 145. concordiæ euang. & in ratione eiuſdem concordiæ, paruæ impreſſionis d. c. 145. & Ioan. Buiſonium, qui ſequitur eamdem expoſitionem in harmon. euãg. cap. 146.

Verumtamen vnum eſt, quod mihi in hac interpretatione aliquam ingerit difficultatem. Nam in illo Lucæ c. 23. Et Sabbathum illuceſcebat. quin exponamus, id eſt & Sabbathum incipiebat, & aduentabat. vt communiter omnes exponunt, nihil eſt quod obſtet. At in hoc Matth. 28. Quæ luceſcit in prima Sabbathi. exponere, id eſt Quæ incipit & aduentat in prima Sabbathi. non omnino bene videtur quadrare; Cum potius dici debuiſſet ſeruando eumdem loquendi modum, quo vſus eſt Lucas, non Quæ luceſcit in prima Sabbathi, ſed e contrario, In qua luceſcit prima Sabbathi. vt poſſemus recte eodem modo interpretari, id eſt, In qua veſpera incipit, & aduentat prima Sabbathi. Quod ſi non exponas, Luceſcit. id eſt incipit, & aduentat, ſed vt Ianſen. circumloquitur, Quæ luceſcit in prima Sabbathi. id eſt Quæ initium eſt primæ Sabbathi. iam hoc non erit exponere verbum Luceſcit. ſed totam orationem immutare. Ego autem ſcire cuperem vim dicti verbi, Luceſcit. quid hic ſignificet huiuſmodi verbum. Addo, quòd in auctoritate, quam citat ipſe Ianſen. ex principio libri Thalmudici, qui Peſachim, id eſt Paſcharum inſcribitur. Luce decimiquarti inquirunt fermen-
8 tum ad lumen lucernæ. licet ibi lux † accipiatur pro initio noctis, illud tamen initium noctis, non eſt initium decimiquarti, ſed eſt finis & terminus decimiquarti, & initium decimiquinti; quare ibi, Luce decimiquarti. lux ſtat pro termino & fine, non pro initio. Et huic ſimili loquendi formula reperi Ioſephum Iudæum vſum fuiſſe lib. 2. antiq. iudaic. cap. 5. vbi agens de exitu Iudæorum ex Aegypto, & de primo Paſcha, quod tunc fecerunt, iuxta verſionem Sigiſmundi Gelenij ſic habet. Illuceſcente vero quartadecima omnes ad exitum animati ſacrificabant, & ſanguine domos luſtrabãt aſperſas hyſſopo; & peracta cena reliquias carnium exuſſerunt tamquam exituri. Et B. Epiphan. in Panario, hær. 50. contra Theſſareſcædecatitas, ſimiliter loquitur, ita inquiens. Et nõ amplius vna dies ieiunij erit, ſed quinque: decima, vndecima, duodecima, decimatertia, decimaquarta. Si vero ad veſperam immolatum fuerit paſcha, eadem decimaquarta illuceſcens ſex dies perficiet in ieiunio. In quibus verbis & B. Epiphanij, & Ioſephi Iudęi, decimaquarta illuceſcens ſignificat finem & non initium decimæquartæ. Qui loquendi modus eſt dedirecto contrarius ei quo vſus eſt B. Lucas, quãdo dixit, Et Sabbathum illuceſcebat. Nam quamuis apud omnes per ver-
9 bum illuceſcere. † ſignificetur initium noctis, tamen B. Lucas attribuit illud verbum Sabbatho, qui erat dies ſequens. Ioſephus autem Iudæus, B. Epiphan. & liber Peſachim, attribuunt illud quartædecimæ, qui erat dies præcedens. Et ſic differentia magna eſt inter eos, quòd lux & Illuceſcere, quod noctis initium denotat apud omnes; apud Euangeliſtam Lucam ſtat pro principio diei Sabbathi, cui illuceſcere adſcribitur; apud ceteros vero ſtat pro fine & termino diei decimiquarti, cui ſimiliter lux & illuceſcere attribuitur.

10 Quare ad hoc vt omnia conſonent, aduertendum eſt, quòd lux † in ſupradictis locis accipitur non pro initio, vt putat Ianſen. ſed vt ego exiſtimo,
11 pro crepuſculo, & pro ipſa crepuſculi luce; illuceſcere † vero pro crepuſcu-

lare,

lare,(vt ita loquar)ſiue crepuſculaſcere.Liceat nunc mihi his vocabulis vti
12.per Lectorem, vt ſenſum melius exprimam.Quoniam autem crepuſculũ † (vt ſæpius diximus ſupra,& pręſertim cap.6.num.26. & ſeqq.cap.9. nu.12. & cap.47.num.20.)eſt medium quiddã inter diem & noctem, facile attri bui poteſt vel diei vel nocti ſiue præcedenti ſiue ſubſequenti, quouiſcumquemodo.Beatus igitur Lucas cum dixit,Et Sabbathum illuceſcebat.adſcribens crepuſculum ſequenti nocti, quæ erat nox Sabbathi ſecundum legalem computationem,nihil aliud dicere voluit,niſi.Et Sabbathum crepuſculaſcebat.id eſt per crepuſculum incipiebat,& aduentabat.Sanctus vero Epiphanius,& Ioſephus Iudæus dicentes,illuceſcente quartadecima,adſcripſerunt crepuſculum diei præcedenti,& dicere voluerunt,id eſt Crepuſculaſcente quartadecima,& per crepuſculum definente. Et ſimiliter in libr. Peſachim dum dicitur,Luce decimiquarti.hoc tantum ſignificatur,ac ſi diceretur,In crepuſculo decimiquarti. Et ex his ad laudem Ieſu Chriſti habetur ſenſus clarus & dilucidus illorum verborũ de quib. agebamus, Matth. 28.Veſpere autem Sabbathi,quæ luceſcit in prima Sabbathi. nã nihil aliud denotant,niſi(vt vnico verbo explicem)Quæ crepuſculaſcit in prima Sabbathi. Significare autem intendit B. Matthæus Euangeliſta per ea verba
13.veſperam Sabbathi,non quamcunque(cum alioquin nomen veſpere † late pateat,& denotet etiam tempus longe ante occaſum ſolis.vt declarauimus ſupra cap.20.)ſed eam Sabbathi veſperam,quæ eſt in occaſu ſolis,& in crepuſculo diei Dominicæ ſequentis. Hoc.n.ſonant,& nihil aliud verba illa. Quę luceſcit in prima ſabbathi. id eſt(vt dixi) Quę crepuſculaſcit,ſeu quę habet crepuſculum, vel quæ crepuſculum facit in prima ſabbathi, hoc eſt in die Dominica. a cuius crepuſculi initio,& a qua veſpera crepuſculaſcente primam ſabbathi incipere apud Hebræos ſecundum legalem dierũ obſeruationem, nemini eſt dubium. Erat autem ibi pręcipue agendum a B. Matthæo de prima ſabbathi die ſecundum legalem computationem, & nõ ſecundum vſualem,vt denotaretur tempus, quo primum operari licitũ fuit Mulieribus tranſacto ſabbatho. Sicut & B.Lucas cum dixit, Et ſabbathũ illuceſcebat.neceſſe habuit attendere eamdem legalem dierum computationem,vt ſignificaret ſabbathinæ feſtinitatis aduentum, in qua non ita facile ſepeliendi actus licuiſſent: & indicaret propterea acceleratam fuiſſe ſepulturam Chriſti.vt notant ſuper Ioan.capit.19.Beda,& Gloſ. ordin. & S. Aug. tract.120.allegati ſupra cap.66.in princ.

Nemini autem dubium facere debet dictio Veſpere,in ſupradicta auctoritate,Matth.28.Veſpere autem ſabbathi, quę luceſcit in prima ſabbathi. nam
14. ibi declinatur † hęc Veſper Veſperis.

Sufficiat nunc data occaſione hæc pauca in declarationem dicti text.Matth. 28.qui alioquin profecto difficillimus eſt,protuliſſe.

Ex quo tex.licet ſtante hac noſtra interpretatione, non ita bene quod ſupra in principio huius cap.probabamus, colligatur, non tamen per eam tollitur prorſus id quod nos ex eo tex.deducebamus:Nam ſufficit nobis,quod
15.ibi Veſpera † quæ eſt prima pars noctis, diei præcedentis appellatur, dum dicitur, Veſpere autem Sabbathi. quamuis ſecundum legem ſequentis diei eſſet initiũ,& iccirco ſubiungatur,Quę luceſcit in prima ſabbathi.

Præterea vt alio etiam euangelij teſtimonio ſententiam noſtram confirmemus,primam videlicet partem noctis diei præcedenti adſcribi.Ioan.20.dicitur,

Digitized by Google

citur, Cum ergo ſero eſſet die illo, vna Sabbathorum, & fores eſſent clauſæ, vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorum; venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. In quibus verbis quædam Chriſti
16 apparitio, quæ facta fuit. In prima † parte noctis poſt diem Dominicam, in
17 ipſa Dominica die facta aſſeritur. Vna enim Sabbathorum † Hebræorum appellatione eſt ipſe Dominicus dies.

Quòd autem apparitio illa facta fuerit in nocte, apparet, tum ex verbo,
18 Sero. † quo vtitur Ioannes, tum ex iis, quæ leguntur Luc. 24. Ibi enim habetur, quòd duo ex Diſcipulis, qui ibant ipſa die in caſtellum nomine Emmaus, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, cum appropinquaſſent caſtello, dixerunt Chriſto, qui tamquam peregrinus ibat cum illis, Mane nobiſcum, quoniam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et cum poſtmodum recumbentes cognouiſſent eum, ſurgentes eadem hora, regreſſi ſunt in Hieruſalem. Et inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant dicentes, quòd ſurrexit Dominus vere, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant quæ geſta erant in via, & quo modo cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquerentur, ſtetit Ieſus in medio eorum, & dixit eis, Pax vobis. Et hæc eſt eadem illa apparitio, de qua Ioannes dicit, vt ſupra allegauimus, Cum ergo ſero eſſet die illo, vna Sabbathorum. &c. Si quis autem recte computet omnia quæ geſta narrantur apud Lucam, & ſpatium itineris ſexaginta ſtadiorum, quod duo ex Diſcipulis poſt diem adueſperaſcentem, & iam inclinatam confecerunt, nõ quidem miraculoſe eadem hora, vt non nulli exiſtimant, ſed ſecundum q verisimile eſt, poſt complures horas, nam ſurrexerunt quidem eadem hora, ſed non eadem hora regreſſi ſunt in Hieruſalem, vt recte ibi Titus Boſtrorum epiſcopus, & Theophyl. interpretantur, reperiet (niſi fallor) aliquam neceſſario noctis particulam tranſactam fuiſſe, quando Ieſus ſtetit in medio Diſcipulorum, & dixit eis, Pax vobis. &c.

DE DIERVM A MEDIA IN MEDIAM NOctem ſupputatione. Cap. XXCIX.

1 *Dies naturales apud Iudæos communi reputatione cœpiſſe a mane inquiunt quidam. Sed id falſum eſt. nu. 2. & 12.*

3 *Dies per Lunas a Iudæis numerabantur.*

4 *Correctio vitanda eſt; Quod enim non mutatur cur ſtare prohibetur?*

5 *Noctis poſtremam partem cum die ſequẽti computatam fuiſſe apud Hebræos, probatur ex ſacris litteris. & num. 9. 10. & 11.*

6 *Horæ ſi a matutino tempore incipere debeant, non aliter ſolent, neque etiam facile poſſunt, quàm ad ortum Solis accommodari.*

7 *Dies primus in creatione mũdi ſine vllo diluculo, aut aurora præcedẽte incepit.*

8 *Parum diſtans, pro nihilo reputatur.*

13 *Chriſtum tertia die reſurrexiſſe compertiſſimum eſt, & de fide.*

14 *Dies naturales apud Iudæos currebant ab ortu Solis quantum ad naturam ipſorum dierum, at quantum ad communem reputationem a media nocte. & nume. 16.*

15 Horæ apud Hebræos incipiebant a mane, non quidē horæ æquinoctiales, quæ diuidunt totum diem naturalem in viginti quattuor partes, ſed horæ inæquales, quæ diem artificialem diuidunt in duodecim partes.

SEd enim vero ad ſupradicta omnia ſacrarum litterarum teſtimonia, quibus duobus ſuperioribus capitibus probabamus, priorem noctis partē cum præcedenti diē computari fuiſſe ſolitam iuxta communem intelligendi morem, aliam quamdam interpretationem afferri poſſe innuit Cornel. Ianſen. in ſua concor. euang. cap. 129. in princ. vbi ait, quòd ſecundum legis quidem diſpoſitionem diei feſtiui incipiebant a veſpera; at communi repu-
1 tatione dies naturalis † apud Iudæos cœpit a tempore matutino. Quòd probat duplici argumento.

Primo per illud Gen. 1. Factumque eſt veſpere & mane dies vnus.

Secundo quia a mane ſuas computabat horas Iudæi.

Ceterum hic auctor plus nobis tribuit, quàm velimus, & quàm noſtras argumenta poſtulent. Illa enim tantum probant, primam partem noctis ſolitā fuiſſe computari cum die præcedenti; ipſe vero totam nobis concedit noctem, eamque ait cum præcedenti die communi reputatione coniunctam
2 fuiſſe. Quam opinionem † niſi melioribus fulciat fundamentis, quàm proxime relatis, putamus nos (pace ipſius) eſſe falſam.

Et primum cum habeamus, quòd dies apud Iudæos ſecundum legem a veſpe
3 ra computabantur, quòdque ob id per Lunas † dies cuiuslibet menſis ab ipſis numerabantur, quia Luna in veſpere incipit apparere, vt ſupra ex S. Thomæ auctoritate docuimus cap. 43. nume. 10. Cumque ab hac huiuſmodi computandi dies ratione legali, nulla reperiatur facta exceptio per communem vſum & reputationem, niſi in prima noctis parte, de qua ſolummodo probant argumenta per nos ſuperius adducta; nullaque exſtet ratio quæ idem probet de altera poſtrema noctis parte, cur dicendum eſt, quòd ſecundum communem reputationem tota nox diei præcedenti adſcribebatur, ita quòd dies naturalis a matutino tempore inciperet apud Iudæos in
4 communi vſu intelligendi? Quod enim † non mutatur, (inquit tex. in l. ſancimus. C. de teſtam.) quare ſtare prohibetur?

Præterea vt magis directe, & oſtenſiue idem probemus, poſtremam videli-
5 cet noctis partem † cum die ſequenti ſolitam fuiſſe computari, adduco tex. Ioan. cap. 20 in princip. vbi habetur, quòd vna ſabbathi Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum. Ecce ibi Sol ortus adhuc non erat ſupra Horizontem, nam ſic tenebræ non fuiſſent, & tamen appellatur vna Sabbathi, id eſt prima Sabbathi, quæ eſt dies Dominica, quæ ſequebatur poſt noctem illam. Similiter Luc. 24. dicitur. Vna autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum. Et Marc. 16. Surgens autem Ieſus mane prima Sabbathi. &c. de quo text. ſupra latiſſime diſputauimus, c. 45. nu. 16. & ſeqq.

Quod ſi dicat Ianſenius, ſe non intelligere ab ortu Solis dierum computationem factam fuiſſe, ſed a tempore matutino, id eſt a principio auroræ & diluculi. Certe eius argumenta contrarium indicant, quæ de ortu Solis præ-
6 ciſe probant, cum horæ † neque ſoleant, neque enim facile poſſint aliter, quàm ad ortum Solis accommodari, ſi a matutino tempore incipere debeant: & cum in exordio creationis mundi ſine vllo diluculo, aut aurora

præcedente

7 præcedente dies primus † inceperit. Nam vt bene ait Magiſter ſentent. libr.2.diſtin.13.§. hic notandum eſt. primus dies non habuit mane, quia luce apparente mox ſuper terram plenus atque præclarus dies exſtitit, qui non ab aurora, ſed a plena luce inchoauit. Alias autem ſi a principio diluculi velit diem capere Ianſenius, in tantum poſſet extendere diluculum, & matutinum tempus cum Euthymio, quem ſupra citauimus cap.46.num. 13. vt iam nobiſcum ſentiret, poſt mediam noctem diem Iudæis incœpiſſe; & nulla eſſet inter nos diſcrepandi occaſio.

Sin vero aſſerat, ab ortu quidem Solis dies numeratos fuiſſe, ſed breue ſpatium vnius horulæ ante ortum Solis, cum ipſo ortu computari debere, nam
8 quod parum † diſtat, pro nihilo reputatur, & nihil diſtare videtur, iam cō-
9 tra hoc adduco alium tex.† Matth.27.ibi, Multa enim paſſa ſum hodie per viſum propter eum. Vbi ipſo Ianſenio interpretante in capit.142. concor. euang.in princip.illud, Hodie. intelligitur, id eſt hac nocte; & per viſum. hoc eſt in ſomnijs. & ita etiam exponit Euthym.ibi, & B.Chryſoſt. homil. 87.in Matth.

10 Præterea ad idem † facit text. 1.Regum 11. ibi, Et factum eſt cum dies craſtinus veniſſet, conſtituit Saul populum in tres partes, & ingreſſus eſt media caſtra in vigilia matutina. Vbi apparet, aduentum diei craſtini deſignari per tempus circiter mediam noctem ante vigiliam matutinam, quando videlicet Saul numeroſiſſimum exercitum in tres partes ordinauit.

11 Poſtremo † fac.tex.Ionæ vlt.ibi, Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum, & percuſſit hederam, & exaruit. Et cum ortus fuiſſet Sol, præcepit Dominus vento calido, & vrenti.&c. Vbi ſimiliter dies craſtinus appellatur tempus ſatis longe ante ortum Solis, quod in eod.cap.in fin.ſub noctis appellatione deſcribitur, dum ſubiungitur ibi de dicta hedera, quòd ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte perijt.

12 Addo his, † quod ſi ab ortu Solis intellecti fuiſſent dies naturales ſecundum communem reputationem apud Iudæos, nulla via, aut ratione, neque etiam per ſynecdochen, ſaluari poſſet triduum ſepulturæ, aut mortis Chriſti. vt bene inquit venerabilis Beda in lib.de ratio. temp.capit. 3. Nec dico tres dies, & tres noctes, ſed ſimplex triduum, prout communiter aſſignant Doctor.tenendo præſertim illam ſententiam, quam nō nulli ex antiquiſſimis, & probatiſſimis patribus tenent, quòd Chriſtus ſurrexerit ſtatim poſt mediam noctem, de qua egimus ſupra in d. capit.46.
13 nume.2. Et tamen compertiſſimum eſt † & de fide, quòd Chriſtus tertia die reſurrexit.

Non obſtant modo duo illa in contrarium ſuperius propoſita argumenta.

Et ad primum reſpondetur, quòd aliud eſt dies naturales currere ab ortu So-
14 lis † ſecundum naturam ipſorum dierum; & ſecundum ipſorum creationem; quòd Iudæis etiam concedimus in antiquo ſtatu vſque ad Chriſti reſurrectionem. vt notauimus ſupra cap.43.nume.12.& 17.& cap.44.num. 8.& ſeq. aliud ſecundum communem reputationem, & intelligendi vſum; quod negamus. Nam nobis quoque poſt Chriſti reſurrectionem procedunt dies naturales ab occaſu. vt Doct.dicunt, quos ſupra citauimus cap. 45. in princip. & tamen ſecundum morem intelligendi communem a media nocte ſupputantur.

Ad ſecundum reſpondetur primum eodem modo negando ſequelam. Nam nos Itali ab occaſu Solis horas numerare incipimus, & tamen non ab occaſu, ſed a media nocte (vt dixi) iuxta communem loquendi, & intelligendi vſum dies computamus.

15 Deinde reſpondetur falſum eſſe, Iudęos mane ſuas horas † computare ſolitos fuiſſe, intelligẽdo de horis ęquinoctialibus, quę in vigintiquattuor partem diem naturalem ſecant. Illi enim per horas inæquales vnumquemque diem artificialem ſiue breuem ſiue longum in duodecim partes ęquales diuidebant. vt apparet Ioan. 11. ibi, Nonne duodecim ſunt horæ diei? & Math. 20. vbi in parabola operariorum ij, qui circa vndecimam horam fuerunt vocati, vna hora feciſſe dicuntur. At hoc modo intelligendo de horis inæqualibus, argumentum nihil concludit; nam ſicut a mane incipiebant Iudæi ſuas horas diurnas computare, ita a veſpera ſuarum nocturnarum horarum numerationem inchoabant.

Quare argumentis in contrarium adductis nihil obſtantibus, intrepide te-
16 nemus, dies naturales † tunc apud Iudęos a media nocte ſecundum cõem reputationem, quemadmodum nunc apud nos fit, numeratos fuiſſe.

DE DIERVM A MEDIA IN MEDIAM NOctem ſupputatione. Cap. XC.

1 *Dies naturalis naturaliter a media nocte ſecundum communem reputationem computari debet.*

2 *Diei principium ab aliquo puncto maxime noto, & manifeſto capere oportet ſecundum naturam.*

3 *Diei puncta maxime certa, ex quibus initium diei capere poſſumus, quattuor ſunt, ortus Solis, occaſus, meridies, media nox.*

4 *Diei naturalis initium non eſt ſumendum ab occaſu Solis ſecundum naturã. Neque ab ortu. nu. 7. & 9. Neque a meridie, ſed a media nocte. nu. 13.*

5 *Lux natura præcurrit tenebris, ortus natura antecedit occaſum; & labor natura præcedit quietem. Itẽ viros ac feminas, diem & noctem, ortum & occaſum dicas potius naturalis ordo poſtulat, quàm retrorſum. nu. 6.*

8 *Medium quandoque variatis extremis inuariatum perſeuerat.*

10 *Dies artificialis incipit non ſolum quando Sol in ſuo corpore oritur, ſed etiã multo ante cum lux emicare proſpicitur in Oriente.*

11 *Mane intelligitur eſſe in aurora, & crepuſculo matutino ante ortum corporis Solaris.*

12 *Auroræ initium non niſi peritiſſimi Mathematici inueſtigare norunt.*

14 *Annus initium ſumit potius ab hiemali ſolſtitio, quàm ab æſtiuo. & nu. 16.*

15 *Diei quattuor puncta reſpondent quattuor anni punctis. Ortus ſcilicet Solis æquinoctio verno, occaſus æquinoctio autumnali, meridies ſolſtitio æſtiuo, media nox ſolſtitio hiberno.*

17 *Acceſſus prius natura eſt, quàm receſſus: & generatio, quàm corruptio.*

18 *Priuatio præſupponit habitum.*

19 *Sol dicitur ſecundũ non nullos nobis oriri incipere ſtatim poſt mediã noctem.*

Nunc

10 NVnc vt aliquibus etiã coniecturis oſtendamus, dies naturales ſemper computatos fuiſſe, & naturaliter cõputari † debere ſecundũ cõmunẽ intelligendi vſum a media in mediam noctem. Vna in primis illa coniectura eſſe poterit: q cum diei principium ab aliquo puncto maxime noto, &
2 manifeſto † capere oporteat ſecundum naturam, quattuor autem ſint diei puncta maxime certa, quibus in quattuor partes dies naturalis diuiditur,
3 ortus ſcilicet † Solis, & occaſus, meridies, & nox media, nullum horum magis principio diei naturaliter conuenire videtur, quàm punctum mediæ noctis. Quod probabimus facta ſufficienti partim enumeratione.
4 Et in primis non eſſe ſumendum initium ab occaſu Solis † facile patet, quia
5 lux præcurrit natura tenebris, & ortus natura † antecedit occaſum, & labor natura præcedit quietem. Vnde Quintilianus lib. 9. inſtit. orator. cap.
6 4. Eſt & alius (inquit) naturalis ordo, vt viros † ac feminas, diem ac noctẽ, ortum & occaſum dicas potius, quàm retrorſum.
7 Non item ſumendum eſſe principium diei ab ortu † Solis, neque ab occaſu, inde colligi poteſt, quia nimis difficile eſt aſſignare punctum, quo huiuſmodi initium ſumendum ſit. Aut enim ſumendum eſſet cum Sol emergere cęperit, aut cum totum corpus Solare ſupra terras emerſerit, aut certe (vt Mathematici dicunt) cum centrum corporis Solaris Finitorem attigerit. Et pari modo in occaſu vel cum Sol primum ſeſe abſcondere cœperit, vel cum totus ſub terris fuerit, vel cum eius centrum cum Horizonte coierit. Si cum primum Sol emergere cœperit principium diei naturalis conſtituerimus, cum eodem etiam modo principium diei artificialis conſtitutum a nobis cenſendum ſit, ſequetur, quòd finem poſtea diei artificialis & principium noctis non intelligamus niſi cum totum corpus Solare ſub terras ſeſe demiſerit: nam quemadmodum quælibet parua lux corporis Solaris in Oriente diem facit, & inchoat, ita quælibet parua lux eiuſdem corporis in Occidente, diem facit & conſeruat. Ex quo rurſus ſequetur, quòd æqualitatem diei, ac noctis, quod æquinoctium dicimus Sole in primo puncto Arietis aut Libræ exiſtente non habebimus; tunc enim nox quantum eſt duplum Solis ſpatium ac magnitudo, breuior quàm dies reperietur: quod maximũ eſt abſurdum. Si vero cum Mathematicis dixerimus, principium diei, aut noctis conſtitui cum centrum Solis Finitorem in Oriente, vel in Occidente attigerit; tunc aliud ſequetur abſurdum, quòd videlicet neceſſe erit accidere vt cum multum lucis etiam ſub terra ſit, & nos radijs ſuis iam Sol vndique colluſtret, diem tamen non dum eſſe fateamur: quod quidem omnẽ euidentiam & claritatem funditus tollit. Poſtremo ſi diei principium cum Sol iam totus emerſerit, & conſequenter noctis initium fecerimus cum primum occidere cœperit, vtrumque abſurdum ſequetur; & quod in æquinoctio longior erit nox quàm dies, & quòd Sole iam hemiſphęrium noſtrum totum illuminante, noctem tamen adhuc nobis eſſe aſſeramus. Quare vt has omnes ambages euitemus, ſatius fuerit, vt neque ab ortu, neque ab occaſu, ſed vel a meridie, vel a media nocte diei principium ſumamus.

Quòd ſi contra hanc rationem ex Plutar. deſumptã in probl. 84. latius tamen a nobis explicatã; ſit cum Hieron. Vielmo in opere de ſex dieb. lect. 12. inſti teris: Te capere non poſſe, quo modo media dies. & media nox certo & ad amuſſim cognoſci poſſint, niſi cognitis antea, & probe cõſtitutis earumdẽ initijs, ſiue extremis; reſpõdebo facile, verũ id quidẽ eſſe, ſed tamen poſſe

 accidere,

longiorem, diem vero breuiorem. Et certum eſt, (teſtãte etiam id Ariſt. in 2. de gener. & corr. tex. 58.) ꝙ adueniente Sole generatio eſt, recedente au
19 tem corruptio. Sed prius natura eſt † acceſſus quàm receſſus, & prius na-
18 tura eſt generatio, quàm corruptio, nã priuatio præſupponit † habitum. l. decem. ff. de verb. obl. Similiter lux & dies natura præcedere debent tenebras & noctem, vt habuimus ſupra ex Quintiliano. Ergo prius natura eſt initium anni a ſolſtitio hiberno, quàm æſtiuo; & per conſequens prius natura eſt initium diei a media nocte, quam a meridie.

Ad quod optime facit, quod ſcribit Ioan. Nouiomagus ſuper lib. Bedæ de Tempor. in ſcholijs capit. 1. vbi hæc ait. Horas autem Græci vocant quattuor anni trimeſtria ſpatia nota vulgò, ver, æſtatem, autumnum, & hiemem: quas partes auctor eſt Euſtathius Homerũ intelligere in Iliade, vbi quattuor Deas Horas introducit, quarum duæ cęlum aperiant, reliquæ claudant. Aperitur autem cęlum, vt tradunt & Phiſici, & probat Ariſt. lib. 2. de gener. & corr. a bruma vſque ad ſolſtitium, quod tempus eſt generationis, clauditur viciſſim a ſolſtitio vſque ad brumam, quod tempus vocant corruptionis. Hæc Nouiomagus.

Vnde & Ouidius ſatis egregie ait in primo de Faſtis,

> Bruma noui prima eſt, veteriſque nouiſſima Solis:
> Principium capiunt Phœbus & annus idem.

Addo his, quòd Theodorus Balſamon in ſextam ſynodum, quæ eſt tertia Conſtantinop. in Trullo, can. 90. ait, manifeſtum eſſe, quod a ſeptima hora noctis, quæ eſt ante Dominicam, incipit dies Dominicus, ex eo quòd ortus ſolis, ſiue diei illuminatio, eſt a ſeptima hora noctis, quę eum præcedit. Et ſubiungit, quòd id quòd in quacumque hora diei fit & decernitur a ſeptima hora præcedentis noctis vſque ad eandem horam ſequentis noctis, in eo ipſo die factum eſſe videtur. Et ſecundum non nullos, quorum vnus eſt Euthymius ſuper Matth. cap. 28. in principio. Sol dicitur nobis
19 oriri † incipere ſtatim poſt mediam noctem, etſi non dum appareat demoratus adhuc circa profundiſſimas, extremaſque Orientis partes, & paulatim exſurgens: cuius teſtimonium eſſe aiunt gallicinium, quòd galli primi inter omnia animantia ſentientes illius calorem repente clament, eiuſque præſentiam hominibus prænuncient. Et ad hanc rem, de qua tamen nos etiam ſupra diſſerimus cap. 46. num. 13. alludere viſus eſt Virgil. lib. 5. Aeneid. circa fin. dum ibi Anchiſen Aeneæ filio in ſomnis apparentem ſic loquentem introducit,

> Iamque vale, torquet medios nox humida curſus;
> Et me ſæuus equis Oriens afflauit anhelis.

DE DIERVM A MEDIA IN MEDIAM NOctem ſupputatione. Cap. XCI.

1 *Dies naturalis a media nocte ſecundum naturam inchoandus eſt. Et ita habet, ac habuit ſemper vſus communis, nu. 16.*
2 *Dies naturalis quantum ad ieiunia a media nocte currit.*
3 *Dies naturalis ſecundum eccleſiam Romanam incipit potius ab occaſu Solis, quàm a media nocte.*

Digitized by Google

4 *Diei naturalis initium varie ſumitur a varijs nationibus. Arabes initium diei ſumunt a meridie.nu.5. Babylonij,& Perſæ ab ortu Solis,nu.9.*

6 *Miſſam celebrans in eccleſia græca debet eſſe ieiunus a primo mane, a quo initium diei ſumit eccleſia illa. Vel potius a media nocte ſicut fit in eccleſia Latina.nu.7.& 8. Quod intelligitur attenta ſolum naturali ratione ex natura ipſius rei, ſepoſita omni conſuetudine, aut cõſtitutione ſi qua alia eſſet illius eccleſiæ.nu.10.*

11 *Miſſæ in celebratione,aut in eucharistiæ ſumptione attendẽda eſt cuiuſq; eccleſiæ cõſuetudo,& cõſtitutio quantũ ad hoc quòd quis reputetur ieiunus.*

12 *Diem vulgus omne appellat præſentiam Solis ſuper terram:*

13 *Dies numerare in vſu eſt abſque noctium commemoratione.*

14 *Crepuſculi lineam quidam Magiſtri extendunt vſque ad triginta gradus ſub Horizonte.*

15 *Dies naturalis quantum ad calculationem æquinoctij verni,aut quartædecimæ Lunę pro Paſchæ celebratione,commode ſumitur a media nocte.*

17 *Nocte intempeſta,quæ & Concubium,& Conticinium appellatur,quòd fere omnes tunc cubent,& taceant,tempus agendi eſt nullum.*

18 *Mane ante lucem ſurgendum eſt,& lucubrandum.*

19 *Solis exortus eſt operis quidem initium,tempus vero quod præcedit,apparatui impendendum eſt.*

20 *Negotia paratos,inſtructoſq; obire oportet, non inter obeundum inſtrui, appararive.*

PRæterea (vt non nullas alias coniecturas ad idem oſtendendum pro-
1 ſequamur,diem ſcilicet † naturalem a media nocte ſecundum naturam
inchoandum eſſe)cum videamus, quantum ad ieiunia non niſi a media
2 in mediam noctem dies currunt;(ad hoc enim ꝙ quis cẽſeatur ieiunus ali-
quo die,oportet, quòd poſt mediam noctem nihil cibi aut potus ſumpſe-
rit).Cumque hæc res non tam in iure aliquo poſitiuo, quàm in quadam
etiam ratione,& intelligentia communi fundari videatur; dicendum eſt,
ꝙ in communi vſu intelligendi,& ſecundum naturalem quamdam ratio-
nem dies naturales a media in mediam noctem procedere cenſentur.
Quòd ſi dicas,id non ex alio,quàm ex poſitiuo iure Romanæ eccleſiæ ac-
cidere,quæ dies computat a media nocte.Reſpondeo in primis,quòd im-
3 mo Romana eccleſia † (vt ſupra vidimus c.43.nu.1. & ſeqq.) potius occa-
ſum Solis, quàm noctem mediam generale initium diei naturalis facit.
Deinde ſi ex particulari dũtaxat ſtatuto Romanę eccleſiæ illud prouenit,
qd ergo dicemus de alijs nationib.puta Gręcis,Arabib.Babylonijs? Qui-
4 dã.n. † ex illis dies numerãt ab ortu Solis,quidã a meridie,quidã ab occa-
5 ſu.Nũquid inter Arabes,qui † diei initium ſumũt a meridie,iuxta Glo.in
l.more Romano.ff.de fer.& Nauar.in Manua.de Orat.c.3.nu.34. aliquis
a meridie abſtinere dẽbit,vt ad matutinã Miſſę diei ſequentis celebratio-
nẽ ieiunus cẽſeatur? Ioſèphus Angles in Florib.de ſacram.Euchariſtiæ,q.2.
ar.7.difficultate 3.qõnẽ ꝓponẽs de eccleſia Gręca,quã a primo mane dies
6 cõputare pręſupponit,rñdere videtur primum † affirmatiue,quia in cõpu-
tatione dierũ quantum ad ieiunia ſtandũ eſſe ait illius eccleſiæ conſuetu-
dini. Deinde dicit,ꝙ fortaſſis illic etiam dicetur ieiunus qui poſt mediam
noctem,

Digitized by Google

7 noctem, quemadmodũ apud nos, nihil cibi aut potus ſumpſerit. Nihil enim
certi de hac re haberi aſſerit.
8 Sed profectò hæc† ſecunda reſponſio videtur mihi verior, & naturali æqui-
tati, ſeu rationi magis conſona. Alioquin dicere oporteret, quod inter Ba-
9 bylonios aut Perſas, qui† ab ortu Solis principiũ diei faciunt ſecundũ eãdẽ
Glo. in d. l. more Romano. & S. Iſid. in lib. de natura rerũ, c. 1. & lib. 5. Ety-
mol. c. 30. & Bedam in lib. de diuiſio. temp. c. de die. & c. ſeq. & in lib. de ra-
tio. comp. c. 3. & in lib. de tempor. c. 2. & in lib. de ratio. temporum, c. 3. &
S. Anſel. in lib. 2. de Imag. mundi, cap. 3. abſtinendum eſſet per totum diem
naturalem ei qui ante Solis ortũ in aurora Miſſæ ſacrũ peragere voluerit.
Quòd ſi per plures dies eadẽ hora ibidem celebrare Miſſam propoſuerit,
neceſſe habebit plures ſimiliter dies continuato ieiunio abſque vlla refe-
ctione tranſigere; vel certe illico poſt Miſſæ celebrationem ante quàm Sol
oriatur, ſemel dumtaxat in die, & non niſi raptim cibum capere. Quæ riſu
digna ſunt, & abſurdiſſima apparent.
Scio, Dominicũ de Soto in 4. ſent. diſt. 12. quæſt. 1. art. 8. in ſolut. ad 5. ad has
propoſitas dubitationes reſpõdere, quòd ſtandũ eſſet cõſuetudini patriæ,
10 quæ eccleſiæ decreto eſſet recepta. Nos tamẽ ſepoſito decreto, et ſequeſtra-
ta omni cõſuetudine circa Miſſæ celebrationẽ, & Euchariſtiæ sũptionẽ ob-
11 tẽta, quę proculdubio attẽdẽda† eſſet, diximus quid reſpondendũ videre-
tur, attenta naturali dumtaxat quadam ratione, & æquitate ex natura rei.
12 Inſuper conſiderandũ eſt, †quòd vulgus omne præſentiã Solis ſuper terrã
diẽ appellat, vt inquit Amalar. in lib. de Ord. Antiph. c. 6. & Plin. lib. 2. nat.
13 hiſt. c. 77. Et in vſu eſt, quòd ſine noctiũ † cõmemoratione numerũ aliquẽ
dicamus dierũ. vt not. S. Iſid. d. lib. 5. Etymol. c. 30. Vnde colligitur, ꝙ nox
tamquã diei coniuncta ſub ipſius diei appellatione cõprehenditur. Hęc au
tẽ coniunctio nonne melius & magis naturaliter fieri intelligetur ſi ęqua-
libus portionibus vtrumque diei latus ambiat, & circũſtet nox, principiũ
ſcilicet, & finẽ diei, quàm ſi vni dumtaxat lateri tota adhæreat? Nõne ra-
tioni cõſentaneum eſt, vt quemadmodum vnam(verbi gratia)horam ante
ortum Solis, in qua aer a luce illuſtratur, diei adſcribimus, ita vnam aliã ho
ram poſt occaſum Solis ob eamdem cauſſam eidem diei adſcribamus? Et rur
ſus non ſolũ vnam, ſed etiam duas, vel tres horas vel etiã plures, ęqualiter
tam ex parte principij, quàm ex parte finis, cum vtrinque eadem vigeat ra
tio, cum eodem die computemus? Sunt enim quidam inter Mathematicos
14 Magiſtri, qui lineam † crepuſculi vſque ad triginta gradus ſub Horizonte
extendant, vt refert Ioan. de Sacroboſco in ca. 3. ſphæræ, vbi agit de diuer-
ſitate dierum & noctium, in fi. & nos declarauimus ſupra cap. 39. nume. 5,
& cap. ſeq. num. 7. Quare nihil rationi naturali magis congruum aſſignari
poſſe videtur, quàm quòd nox diuidatur in duas æquas partes, quarũ vna
principio diei, altera vero eiuſdem fini connectatur.
Bene itaque dixiſſe apparet Ioannem Stoffler. in Kalend. Rom. propoſ. 39.
Littera. D. & propoſ. ſeq. quòd in negotio ſupputandi tempus pro Paſcha
15 celebrando† in calculatione ſcilicet æquinoctij verni, & quartædecimę Lu
nę, commode dies naturalis ſumetur a media in mediã noctem. Hanc enim
eſſe inquit vulgarem diei incœptionem, & terminationem.
16 Ad hæc cũ videamus hodie in cõmuni vſu † loquendi dies intelliigi a me-
dia in mediam noctẽ; cumque cõmunis hic loquendi vſus nõ ex pręſcripto
alicuius

Digitized by Google

alicuius legis poſitiuæ, ſed ex quodam hominum conſenſu deſcendere videatur; putandum eſt, quòd quemadmodum nunc eiſdem verbis vtimur (ſiue in eodem ſiue in diuerſo idiomate parum refert) quibus antiquitus homines vtebantur, dicendo, Heri, Cras, Hodie, Mane, Veſpere. &c. ita eadem etiam dictorum verborum ſignificatione, & eodem intelligendi modo vtamur, quo illi tunc vtebantur. Alioquin oporteret oſtendere rationē diuerſitatis, & tempus aſſignare, in quo mutatio circa hunc loquendi, & intelligendi morem facta eſt.

Poſtremo quid tam naturale dici poteſt, in communi hominum vſu, quàm
17 quòd nox † intempeſta, cum tempus agendi eſt nullum, vt Aelius dicebat apud Varro. lib. 5. de ling. lat. in princ. quæ & Concubium, & Conticiniū appellatur, quòd omnes tunc cubent & taceant (quietum enim ſilentium cōtinet omnia cum nox in ſuo curſu medium habet iter. vt dicitur Sap. 18.) diuidat vnum diem naturalem ab altero? Ita quòd ex quo e ſtratis ſurgimus etiam quòd per aliquas horas ante lucem ad lucubrandum euigilemus, vſque dum iterum nocte cubitum eamus tota hęc vigilia, & operandi ſpa-
18 tium, vni & eidem diei adſcribatur? Dixi, etiam quòd ante lucem † ad lucubrādum euigilemus, nam vt ait Prudent. in hymno primo Cathemerinon, ad Gallicantum.

Poſt Solis ortum fulgidi
Serum eſt cubile ſpernere,
Ni parte noctis addita
Tempus labori adieceris.

Et Horatius lib. 1. Epiſtolarum, Epiſt. 2. ad Lollium, ait.

Vt iugulent homines ſurgunt de nocte latrones:
Vt teipſum ſerues, non expergiſceris? atqui
Si nolis ſanus, cures hydropicus: & ni
Poſces ante diem librum cum lumine; ſi non
Intendes animum ſtudijs, & rebus honeſtis,
Inuidia, vel amore vigil torquebere.

Et ſecundum Plato. lib. 7. de Legibus, Omnibus turpe illud, & illiberale vi-
19 deri debet, vt Ciuium aliquis per totam dormiat noctem. Nam licet Solis †
& lucis exortus ſit quidem operis initium, tempus tamen quod præcedit,
20 apparatui impendendū eſt. Quippe paratos, inſtructoſque obire negotia †
oportet, non inter obeundum inſtrui, apparariue: ſicut Myſon Chiloni vni ex ſeptem reſpondiſſe fertur cum hieme vannum, ſeu ventilabrū cōficeret: vt refert Plutar. probl. 84. & Cælius Rhodig. antiq. lectio. lib. 11. c. 1.

DE VARIA DIERVM NATVRALIVM SVPputatione. Cap. XCII.

1 *Dies computare a media in mediam noctem Romani ſolebant. Græci diem computant a mane in mane, quia tunc pri mo apparet Sol. num. 8. Iudæi a veſpera in veſperam, quia tunc incipiunt ſollemnizare. num. 9. Aſtrologi a meridie in meridiem, quia tunc eſt Sol in maiori virtute. num. 10.*

Dies

2 *Dies diuerſimode computare diuerſæ nationes ſolebant.& num.6.*
3 *Dies pro diuerſitate factorum & cauſſarum diuerſimode incipere, & finire cenſentur.*
4 *Dies a media nocte computare magis naturale eſt,quàm aliunde.*
5 *Dierum varias ſupputationes multi auctores pertractant.*
7 *Diem eccleſia computat a media nocte.& num.11.Quod intellige non ſimpliciter,quoad omnia,nam in pluribus diem incboat ab occaſu Solis. num.12. Sed quoad quædam, ſcilicet quoad ieiunia,& ciborum differentias.nu.13.*
14 *Chriſti corpus quadraginta ſex diebus vt cuiuslibet hominis in ventre matris organizatur,ſecundum Glo. ordin. Hoc tamen ſimpliciter & abſolute acceptum falſum eſt,& erroneum.num.15. Nam corpus Chriſti in inſtāti conceptionis fuit organizatum.num.16.Id tamen declaratur fuſe.num.17. 18.19.20.& 21.*

QVæ proximis ſuperioribus capitibus de naturalium dierum initio a
media nócte in mediam noctem ſecundum communem loquendi, &
intelligendi vſum computando diſſeruimus, icirco paulo fuſius ita hæc
ſcribenda duximus,ne quis videndo tex.in l.more Romano.ff. de fer.& in
1 c.conſuluit.de off.deleg.exiſtimet, adeo hunc † morem computandi dies
eſſe Romanum,vt reliquis etiã gentibus in vllo caſu competere non poſſit.
2 Fateor equidem diuerſis nationibus † diuerſam fuiſſe ex lege conſuetudi-
nem in computando dies.vt inquit Glo.in d.l.more Romano. Sed fatẽdũ
eſt etiam,quod ſicut in vſu Romano eſt,vt non vno tantum modo dies cõ-
3 putentur,ſed pro diuerſitate† factorum & cauſſarum, diuerſimode etiam
dies incipere & finire cenſeantur.iuxta Glo.in c.1.de conſ.diſt.3.& in c.2.
de fer.ita pari ratione apud alias quoque nationes non vno dumtaxat mo-
do,ſed pluribus & diuerſis ſupputatio dierum fieri valeat.Inter quos om-
4 nes modos nulla profecto apparet ſupputatio magis† naturalis,aut commu
nitati hominum,atque humanis vſibus magis conſona,& magis accommo-
data,quàm quæ a media in mediam noctem procedere comprobatur.
5 De huiuſcemodi autem dierum † ſupputationibus quo modo apud varios
populos,& quo modo penes varietatem materierum varientur,non eſt no
ſtrum in hoc tractatu diſſerere.Videat ſi quis vult ex antiquioribus propha
nis auctoribus Plin.lib.2.natur.hiſt.cap.77.Gellium lib.3.Noct.attic. c.2.
Macrob.lib.1.Saturnal.cap.3.Cenſorinum in lib.de die natali,c.10. & Plu-
tar.probl.cap.84.Ex eccleſiaſticis vero S.Iſidorum,Bedam,& S. Anſel.ſu-
periori cap.allegatos,num.9.Ioan.de Sacro Boſco in computo Eccleſiaſti-
co cap.de diebus naturalibus,& Ioan. Belet.in Ration.cap.67. Qui omnes
de ea quæ eſt a media in mediam noctem ſupputatione,tamquam de cele-
briori meminerunt,præſertim apud Romanos, & Aegyptios,qui Iudęis fi
nitimi ſunt.Ex recentioribus vero videat inter Iuriſconſultos Catellianum
Cottam in Memor.ver.Diem.& Tiraq.in tract.de vtroque retr.§.1.Glo.11.
num.1.& ſeqq.Inter Mathematicos Ioannem Stoff.in Kalen.Rom.propoſ.
30.& Chriſtoph.Clauium in lib.1.Gnomonices in prin.& in cõment.ſuper
ſphæram,c.2.in 5.off.Meridiani.Et poſtremo inter Theologos Hier. Viel-
mum in opere de ſex diebus,lect.12.

Hæc

Hæc etenim tractatio tam communis eſt omnibus artificibus, vt vnuſquiſque putare poſſit, ad ſe quodam modo pertinere. Theologi, Iuris conſulti tam canonici, quàm ciuilis, Mathematici, omnes paſſim de ea meminerunt. S.Tho.(vt de eo præcipue vt par eſt, mentionem faciamus) in 4.ſent.diſ.13. queſt.1.art.2.qſa 4.ad 3.& in 3.par.Summæ, quæſt.80.art.8.ad 5.inquit,
6 ꝙ licet principium diei ſecundum diuerſos † diuerſimode ſumatur, nam quidam a meridie, quidam ab occaſu, quidam a media nocte, quidam ab
7 ortu Solis diem incipiunt; eccleſia tamen Romana † diem a media nocte incipit. Cuius diuerſitatis rationẽ aſſignans S.Bonauen.in 2.ſent.diſt.13.in 1. dub.ſuper litterã, ita ait. Quattuor modis ſecundũ diuerſorũ cõputationes
8 dies diſtingui conſueuerunt. Græci enim † computant diẽ a mane in mane,
9 quia tunc primo apparet Sol. Hebræi vero † a veſpera in veſperã, quia tunc
10 incipiunt ſollemnizare. Aſtronomi vero † a meridie in meridiem, quia tũc
11 eſt Sol in maiori virtute. Sancta eccleſia † a media nocte vſque ad mediam noctem, quia tunc natus eſt Chriſtus.

Hæc autem, quæ S.Tho.& S. Bonauent. aſſerunt de eccleſiaſtica dierum a
12 media in mediã noctem computatione, intelligenda † ſunt non ſimpliciter, & quoad omnia, (nam in pluribus ab occaſu Solis Eccleſiã diem auſpicari diſſeruimus ſupra c.43.num.1.& ſeqq. verbi gratia quantum ad diuinum officium, quantum ad feſtorum ſollemnitatem, quantum ad ipſorum dierũ
13 curſum poſt Chriſti reſurrectionẽ) ſed intelligenda † ſunt quoad ieiunia, quoad ciborum differentias, & quoad non nulla alia. vt not. Couarr. lib.4. varia. reſolut. c.19. ſub num.9. Et de ieiunio in ſpecie loquitur ipſe B.Tho. in d.quæſt.80.art.8.ad 5.

Sufficiat modo hucuſque progreſſum me in exponendo Saluatoris dicto Matth.12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ſermonem protraxiſſe. Tempus enim eſt pedem referre, & id parum itineris noſtri quod reſtat de tempore horarũ canonicarum, & iam ad finem properat, proſequi Chriſto duce. Vnum hic monere Lectorẽ non prætermittã, vt ſi interpretationem noſtram, bonam, & textui congruam intellexerit, gratias referat Ieſu Chriſto qui eſt ſumma veritas, & a quo omne bonum in nos deſcẽdit; ſin minus, parcat inſcitiæ meæ, & benigne corrigat; & eligat, vel cogitet ipſe, quid in hac difficultate potiſſimum ſequatur. Protuli enim ego ſententiam meam, nec ſane tanti illam facio, vt putem me hac in re cornicum oculos cõfixiſſe. Mala, an bona ſit ſcio quod ceteri iudicabũt. Sed tamen illud etiam me ſcire gaudeo, quod quicũque eam ex me audiuit (audiuerunt autem & ex Theologis, & ex doctis viris non nulli) nõ potuit ſtatim non aſſentire, & hilari eam vultu non excipere.

Ceterum placet mihi hanc concludere tractationem cum verbis, quæ circa eamdem fere difficultatem ponit Glo.ſuper Io.c.2. Ibi enim cũ tex.hęc habeat, Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Reſpondit Ieſus, & dixit eis. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudæi. Quadraginta & ſex annis ædificatum eſt templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud?

Ille autẽ dicebat de tẽplo corporis ſui. Cũ ergo reſurrexiſſet a mortuis, recordati ſunt diſcipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt ſcripturæ, & ſermoni, quẽ dixit Ieſus. Glo.ord. ſuper dictis verbis, Soluite tẽplũ hoc. ita inquit.

Digitized by Google

quit. Quod de proprio corpore, quod eſt templum Dei dicit Ieſus, Excita-
bo illud. Iudæi non intellexerunt: Licet ignorantes diuinitus reſpondent
dicentes, Quadraginta & ſex annis ædificatũ eſt & c. quia non conuenit la-
14 pidi, ſed homini ſuſcitatio. Nam quadraginta ſex diebus corpus † Chriſti,
vt cuiuſlibet hominis in ventre matris organizatur, ſed deſtructũ a Iudęis,
a morte die tertio ſuſcitatur. Quod etiam dictum nec Apoſtoli intellexe-
runt, donec die tertio ſuſcitatus eis apparuit. Sed quod intelligere non po-
terant, patienter tolerabant, quouſque Spiritu ſancto reuelante, reſurre-
xiſſe eum viderunt. Vnde exemplum accipimus, vt quod intelligimus, ſu-
perbiendo ne amittamus; quodque intelligere ſubito non valemus, vili-
pendentes ne deſpiciamus, ſed humiliter exſpectemus orantes ac exercen-
tes mentes noſtras, donec intelligamus. Nam is ſermonum Dei, & Prophe-
tarum mos eſt, vt quæ videntur in eis nobis aperta, clauſa lateant, ne cito
intellecta iactantiam generarent; & exercitio acquiſita corrigendo dele-
ctarent. Nam carnali ſenſui clauduntur, ſpiritaliter autem laboranti, & di
ligenter attendenti dantur: vt non margaritæ proijciendæ ſint ante por-
cos, ne conculcentur. Hæc Glo.

In cuius verbis quiddam eſt, quòd poſſet pium lectorẽ offendere, niſi ſane
ratione aliqua, & benigna interpretatione cohoneſtetur. dum ſcilicet Glo.
ait, quòd quadraginta ſex diebus corpus Chriſti vt cuiuſlibet hominis in
15 ventre matris organizatur. Hoc enim ſimpliciter & abſolute † acceptũ fal-
ſum eſt & erroneũ. Nam corpus Chriſti non in quadraginta ſex diebus, vt
16 cuiuſlibet hominis, ſed in inſtanti † conceptionis, quo fuit aſſumptũ a Ver-
bo, fuit miraculoſe a Spiritu ſancto organizatum, & lineamentis diſtinctũ,
& anima intellectiua informatum, vt optime declarant Doct. Scholaſtici in
tertio ſentent. diſt. 3. & probat adductis ſanctorum patrum teſtimonijs Pe-
trus Caniſius lib. 3. de Maria virg. c. vltimo in princ.

17 Verum eſt, quòd corpuſculũ illud ſanctiſſimũ † ſpatio quadraginta ſex die-
rum perductũ fuit ad eam quantitatẽ in qua tũc fuiſſet, ſi naturaliter qua-
draginta ſex dierũ numero fuiſſet organizatum, vt egregie explicat S. Tho.
in 3. par. quæſ. 33. art. 1. & ibi Caiet. in reſp. ad 1. & in 3. ſent. diſt. 3. quęſ. 5.
18 art. 2. & lib. 4. contra Gent. c. 44. & ſuper Ioan. c. 2. lect. 3. † Et hoc modo
ad ſaluandam & ſuſtinendam auctoritatẽ Gloſſæ dici forſitan poſſet, quòd
ſpatio quadraginta ſex dierum corpus Chriſti fuit organizatum, id eſt ad
quantitatem organizationis naturaliter illi debitam perductum.

19 Vel dici etiã poſſet † ex interpretatione Magiſtri ſent. dicto lib. 3. diſt. 3.
in fi. cũ alijs Theologis, & præſertim S. Bonauent. ibi quæſt. vlt. ad 1. quòd
quia in ſcripturis frequẽter res tũc dicitur eſſe in fieri cũ innoteſcit; & quia
corpus Dominicũ licet ab inſtãti cõceptionis fuerit organizatum nõ tamẽ
apparuit, nec percipi potuit paruitate quãtitatis molis, ſed poſt quadragĩta
ſex dies ad tantam quantitatẽ perfectionis deductum eſt, quod aſpectibus
hominum patere potuit; & ſic corpus Chriſti in cremento cũ alijs corpori-
bus ſimilitudinem habuit, quãuis non haberet ſimilitudinẽ in formatione
primaria; iccirco verbum Gloſſæ per hunc modum intelligi poſſet, quòd
corpus Chriſti in quadraginta ſex diebus dicatur fuiſſe organizatum, quia
in quadraginta ſex diebus organizatum apparere, & innoteſcere potuit.
His tamẽ omnibus ſic ſe habẽtibus, mihi magis placeret, quod verbũ illud
20 Gloſſæ, Organizatur. † mutaretur in verbũ Perficitur. Nã S. Augu. ex cu-

ius

ius ſententia deſumpta eſt interpretatio Gloſſæ ad dicta verba, Quadraginta & ſex annis ędificatum eſt templum hoc. corpori dominico accommodata;& ad quem recte intelligendum ſeruiunt expoſitiones Doct. Theologorum ſupra recitatæ, potiſſimum vero illa B. Thomæ, numquam vſus eſt eo loquẽdi modo quo vtitur Glo. quòd videlicet corpus Chriſti in quadraginta ſex diebus fuerit organizatum. ſed multo cautius dixit tantum, quòd ſpatio illorum dierum fuit perfectum. vt apparet in lib. 4. de Trinit. c. 5. & in lib. octogintatrium quæſtionum, quæſt. 56. & in Dialogo ad Oroſium, quæſt. 26. & per Bedam ſuper Ioan. cap. 2. Verbum autem perfici, multo facilius adaptari poteſt perfectioni corporis quantitativæ, quod dũ augetur, ſine dubitatione perficitur, quàm verbũ organizari, quòd nõ niſi vi quadam, & extorſione ad bonum ſenſum in hac materia trahi poteſt.

21 Niſi tamen† diceres, quòd verbum illud, Organizatur. in Glo. poſitum nõ referatur ad corpus Chriſti, ſed ad corpus cuiuſlibet hominis. vt ſit ſenſus ſupplendo in vna dictione Glo. hoc pacto. Nam quadraginta ſex diebus corpus Chriſti perficitur, vt corpus cuiuſlibet hominis in ventre matris organizatur.

Volui hæc pauca de formatione corporis Chriſti hic ſubnectere licet obiter & incidenter, ne verbum illud Glo. a me allegatum, quod alioquin ſcandalum poterat generare, ſicco quaſi veſtigio pertranſire viderer. Nunc iam omnibus per gratiam Dei abſolutis & completis, conferam me ad Tabularum, quas pro tempore horarũ canonicarũ conficiẽdas duxi, declarationẽ.

Marcelli Francolini Presbyteri, & Doctoris Bodiani, De Tempore Horarum Canonicarum Tractatus ſecunda pars finit.

ILLVSTRI. ET REVEREN. CAESARI COSTAE, Capuæ Archiepiſcopo.

MARCELLVS FRANCOLINVS S.

CVM in hoc tractatu de Tempore horarum canonicarũ, quem amicis plurimis poſtulãtibus, & te in primis per litteras ſuadente Reuerendiſſime Antiſtes, in lucẽ edere coactus fui, ſtatim in initio ad Beatiſſimũ Patrẽ, & Dominum, Gregorium XIII. Pont. Max. cui ob ſũmam eius in eccleſia auctoritatẽ, & incredibilẽ animi ſapientiam, ipſo iure omnia debẽtur, primam epiſtolam nuncupatoriam dederim, atque aliã deinde ſcripſerim in principio ſecundę partis ad Illuſtriſſimum Cardinalem S. Praxedis, quem vere pium & catholicũ, bonorũ Prælatorũ omnium Coryphæũ appellare poſſumus, in hac tertia & poſtrema parte, quæ reliqua eſt, nũquid præterire te potero Reuerendiſſime mi Cæſar, qui meus es patronus, qui mihi es loco patris, cuique tantum debeo, quantũ alteri nemini? Profecto etiamſi ego aliud fecero, tu tamen & inofficioſi querella, & bonorum poſſeſſione contra tabulas, & certi condictione tuo iure, hoc quidquid eſt, merito vindicabis. Sed placet, vt me neque abnuente neque tacente, ſed potius & inuitante & rogante tu quoque ex mea diſpoſitione nominatim vocatus particulam tibi alioquin omni iure debitã conſequaris. Noſti enim, teſtati cauſſam fauorabiliorẽ & potiorem eſſe quàm inteſtati. Sed vide (obſecro) quo me trahit ſermo. Nunc ſcilicet poſt tantum temporis rurſus ad Iuriſcõſultorum terminos relabor, quaſi illis repudiũ ab annis plus quàm viginti minime renunciauerim. Verũ tui (credo) facit pręſentia aut cõmemoratio Reuerendiſſime Dñe, qui iuriſconſultiſſimus es, vt aliquid legalis peritię animo reminiſcar. Tu enim eam ſcientiam adeo totus aſſidue meditabaris & verſabas, vt neq; horas quidem quieti corporũ tributas & maxime neceſſarias, ab huiuſmodi ſtudijs feriatas tranſmitteres, & me quoque compelleres tecum vna ſtatim a cena & a prandio libros in manus ſumere, & vel legendo vel conferendo, aliquod ſemper huic ſcientiæ addipam entum facere. Et quidem tantum in ea profeceras tum ingenij perſpicacitate, tum aſſiduitate lectionis, tum publice docendo, tum

l. quãdiu. ff. de reg. iu.

ſæpiſſime

ſæpiſſime diſputando, vt etiam ioci, & ſales, quibus abundabas plurimum, & totus denique conuictus tuus maximam ſaperent eruditionẽ. Cuius rei ſpecimen aliquod iJ libri dederunt, quos de Varijs iuris ambiguitatibus ſcripſiſti. Sed vtinã ex alijs plurimis quæ apud te habes, ſcholia ſaltẽ illa prodirent in lucẽ, quæ ad ſingulas fere leges totius corporis iuris ciuilis longo ſtudio & diuturnis laboribus attexuiſti. Cognoſcerent profecto ſtudioſi, quàm breui compẽdio locupletiſſimi haberi poſſent commentarij: & an vlla eſſet antinomia, aut locus in iure ambiguus vel obſcurus, qui ex illis ſcholijs breuiter & dilucide, allatis tum veterum tum recentiorum quorumcumque optimorum auctorum ſententijs, non explicaretur & illuſtraretur. Ego igitur qui tecum diutiſſime plures annos commoratus ſum, & qui non penitus oſcitanter, aut infeliciter Maceratæ primum, deinde Peruſiæ ſub illuſtribus Præceptoribus Reſtauro Caſtaldo, Ioan. Paulo Lancelotto, & Ranaldo Ridolfio, integro ſexennio, Iuri operam dederam, etſi tui comparatione ingenio hebes, & pæne ſtupidus te potius admirarer, quàm imitari valerem, aut ſi imitari conarer, nimiũ a longe ſequerer non paſſibus æquis: non potui tamen multa non haurire, & imbibere ex doctiſſimo conſortio familiaritatis tuæ. Quæ licet poſtmodum ſtudijs aliarum rerum pæne obliterata fuerint, quædam tamen eorũ veſtigia adeo menti adhæſerunt, vt nulla vmquam inde obliuione deleri poſſe exiſtimẽ. Voluiſsẽ ſane quantũ in me eſt, retinere omnia, immo et quãmaxime augere ſi fieri potuiſſet; ne putes me iuris ciuilis prudentiam habere iam exoſam aut contẽptui; ſed amor ſacrarũ litterarum, & rerũ eccleſiaſticarum ſtudium, quæ presbytero magis cõueniunt, faciunt, vt poſthabitis ceteris ad hæc ſola animum, atque omnẽ cogitationẽ intendam. Quemadmodũ autẽ omnis ars per exercitiũ ſuſcipit incrementũ, ſic per non vſum proculdubio minuitur, & tandẽ etiã abolet ur. Contraria enim contrarium operantur effectum. Neque tamen id nunc moleſte fero, nã tametſi res ſuperiores leuiter tantũ attingere poſſum, tamẽ ob eius cognoſcendi generis excellentiã amplius oblector (quod ex ſententia vel ipſius Ariſtotelis dictum eſt) quàm ſi reliqua mihi iũcta omnia tenerem. Aegreferebam ſane in initio, & intimis (fateor) ſenſibus angebar, quãdo ea ſtudia me dimiſſurum cogitabam, quibus a puero diu, multũque inſudaueram, præſertim vero quòd tunc præ manibus habebam opus quoddam Regularum iuris cum Ampliationibus & Limitationibus ex multis

Virg. 2. Aenei. 45.

l. legatis. § ornatricibus. ff. de leg. 3. l. & ſi contra ff. de vul. & pu. ſubſt. l. fi. §. fi. ff. de leg. 3. lib. 1. de partibus animal. cap. 5.

auctoribus

auctoribus pulcherrimo ordine in vnum redactis conflatum, & fere ad calcem vſque perfectum, additis in eo partim meo, partim etiam Lucij Francolini fratris mei iamdiu præmortui labore ſexcentis alijs, & eo amplius Regulis: Cuius operis iacturam facere, atque illud tineis demoliendum occludere, ſummopere dolebam. Sed vicit tamē fortior vis, & inſtituti ſemel propoſiti tenax deliberatio. Auditis namque pluribus & multis perſpectis inclinaui tandem aurem meliora ſuadentibus, & quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea quæ ſunt priora meipſum extendi. Quare obicibus remotis, & ruptis quibuſcumque repagulis, illico me curſui Philoſophiæ, & Theologiæ tradidi. Cum primum autem ſcholas ingredi & frequentare cœpi Patrum religioſiſſimorum Societatis IESV, quorum docendi modum & rationem ſectari inſtitueram, dici non poteſt, quàm ſereni mihi illuxerint dies, quàm beatæ fluxerint noctes. Noui etenim tunc, & experimento didici, quantum adlaborent Patres illi vere doctiſſimi, & extra omnem ingenij aleam poſiti; quantum vigilent, & omni ſtudio contendant, vt ſcholares bene diſcant, vt maximos in ſcientijs progreſſus faciant. Lectiones habent continuas, repetitiones aſſiduas, diſputationes frequentiſſimas. Iuuant diſcipulos voce, ſcriptis, publice, priuatim, totis viribus, omni conatu. Videas apud ipſos acui ingenia, bonas litteras reuiuiſcere, florere gymnaſia. Vt vere dictum ſit a pleriſque; his Patribus auctoribus & docentibus, inſcitiam ab orbe expulſam eſſe. Et cum hæc ita ſe habeant, & magna profecto ſint quæ agunt, vt recte doceant, vt ſapienter inſtruant, nihili tamen ab ipſis penduntur omnia, ſi virtutes non colantur, ſi probatiſſimi non inſtituantur mores, ſi cuncta ex caritate non fiant, ſi non referantur omnia in Deum, & in Chriſtum dominum, cui ſeruiunt, & militant. Hos ego inter Patres tamquam inter Angelos verſari videbar, numquam me eorum ſatietas tenebat, numquamve ad ipſos accedebam, quin abirem doctior. At quales nactus eram præceptores? In Philoſophicis Benedictum Pererium, in Mathematicis Chriſtophorum Clauium, in Theologicis Franciſcum Toletum: Viros tanta eruditione præſtantes, quantam nemo vmquam ſatis digne laudare queat, aut admirari ſufficiat. Duraui in his ſtudijs ſeptem annis, mane & veſpere, nullam aliquando horam prætermittens. Et videbantur mihi pauci dies præ

[Marginal notes: Phil. 3. cap. 13. — Teren. in Eunucho. Actu. 4. Scen. 7.]

amoris magnitudine. Duraſſem alijs ſeptem,& toto reliquo vitę meę tempore, niſi quòd expleto curſu Theologiæ, & mihi ſacris iam initiato,& presbytero effecto aliud vitæ genus cogitandum erat. Quare ne viderer ſemper diſcere,& numquam ad ſcientiā veritatis peruenire, neue locum ſequentium diſcipulorū occuparem, domi totos dies me continui,& tamquam cochleæ cum in occulio latent, ros ſi non cadit, meo mihi ſucco victitare cœpi. Interea tamen quotidie S. Hieronymi eccleſiam adiens, quam ex eo tempore, quo Romā veni, veluti bonarum inſtitutionum magiſtram ſectatus ſum ſemper, munia ſacerdotalia licet inter omnes alios indigniſſimus, ibidem ſponte exſoluere numquam deſtiti. Ibi etenim confeſſiones ſacramentales ſunt frequētiſſimæ, ſacræ communiones creberrimæ: vt quod in alijs eccleſijs ſemel in anno eſt, hic ſingulis fere diebus ſanctum Paſcha celebrari videatur. Habitant in ea eccleſia ſacerdotes quidam ſeniores caritate exornati, ſpiritu feruidi, vitæ ſpiritalis longo exercitio clari; quorum ego familiaritate & ſimplicitate delector plurimū. Ex his vero tamquam ex quodam bonarum frugum ſeminario multi prodierunt viri & virtute & litterarū peritia inſignes, qui vel ad regēdas eccleſias vocati, vel ad arctioris vitæ genus ineundum monaſteria ingreſſi, ſplendidos probitatis ſuæ radios emiſerunt. Ex his ſunt Patres illi laude digniſſimi Congregationis Oratorij S. Mariæ in Gregorio, qui vt Chriſto plurimos lucrifaciant, labores non contemnendos in publicis colloquijs,& quotidianis exhortationibus ſuſcipiunt. Ex his etiam ſunt modeſtiſſimi illi iuuenes & viri Societatis Doctrinæ chriſtianæ, quorum in erudiendis pueris inſtitutū non hic Romæ ſolum, ſed in circumiacentibus prouincijs vbique conſpicitur & commendatur. Ex his denique ſacrarum Virginum ſepta, Eccleſiarum ornatus, Clericorum honeſtas,& tota fere in Vrbe eccleſiaſtica diſciplina, reſtituta quodam modo dici poſſunt. Et cum tot, & tanta ab huiuſmodi eccleſiæ Patribus profecta ſint hactenus, multo in dies maiora, diuina opitulante gratia, ſperanda ſunt in futurum, poſtquam Illuſtris Archiconfraternitatis Caritatis, a qua eccleſia hæc regitur, conſtitutus eſt Protector Illuſtriſſimus Cardinalis S. Seuerinæ, cuius in promouendis ijs, quæ ad pietatem chriſtianā,& ad orthodoxam religionē propagandā faciunt, ardens zelus,& vehemens iuuandi ſtudiū nemo eſt in vniuerſa eccleſia, cui nō ſit maxime perſpectū & probatū. In huius igitur eccleſiæ cultu, mole quidē paruę ſed virtute magnæ,

Gen. 29. c. 20.

2. Tim. 3. b. 7.

Plaut. in Capt. Act. 1. Scen. 1.

qui

qui mihi & voluptati eſt & ſolatio, atq; inter hos egregios Patres, tanquã in quodam portu conquieſco. Quotidie tamen domi, ne ſim otioſus quod reliquum eſt tẽporis, aut lego aliquid aut ſcribo, quod & ad rerum eccleſiaſticarum notitiam, & ad honeſtam animi recreationem pertineat. Quo in ſtudio cum plura iam collegiſſem circa diuinorum officiorum materiam, rogatus ab amicis, vt prælo ea demandarem, non potui illis obnixe poſtulantibus, quadam ex parte nõ ſatisfacere. Incœpi itaque ab ijs, quæ ad tempus ſpectant horarum canonicarum, tum quia difficiliores ea habent ſpeculationes, tũ quia ſui varietate Lectorem ſimul & inſtruere, & delectare poſſunt. Inſerui autem huic tractatui, vt ad iuſti voluminis metas pertingeret, non nullas digreſſiones, quæ tametſi ad argumentum principale non omnino pertinere videbuntur, erunt tamen (arbitror) eiuſmodi, vt & Lectoribus non ſint futuræ ingratæ, & aliqua nihilominus non male inter ſe ratione cohæreant. Ordinem ſimiliter ſecutus ſum non preſſum illum & exactiſſimum, qualem Doctores Scholaſtici profitentur, neque rurſus ita laxas remiſi habenas, vt ſcopæ videantur diſſolutæ, ſed mediam quamdam tenui viam, quæ & ad res declarandas, & ad ſubleuandum Lectoris animum non incommoda, neque inepta prorſus viſa ſit mihi. Quidquid tamen id omne eſt, quod ſcripſi, & quod elaboraui, voluiſſem Illuſtris Archiepiſcope, vt ante omnes alios & fidæ aures Reuerendiſſimæ Dominationis tuæ audiuiſſent prius, & eruditiſſimi oculi inſpexiſſent. Scio enim, quàm meliora breui interuallo, & modico labore mihi omnia efficere potuiſſes, præſertim vero quantum ad elegantiam ſtyli, & dictionis latinæ puritatem, in qua ita ſemper ab ineunte ætate excelluiſti, vt Tullianæ eloquentiæ dignitatem & ſplendorem vbique ſermo tuus vel familiaris redoleret, ac præſeferret. Verum poſtea quàm ad regimẽ eccleſiarum vocatus annos totos, atque integras olympiades deſideraris, quid aliud facere poſſum neceſſitate compulſus, niſi confugere ad duas illas vulgatas quidem, ſed præclaras Ariſtotelis, & Ciceronis ſententias? Quarum vna eſt in 2. Top. capitu. 2. Loqui nos debere vt multi, ſentire vt pauci. Altera vero in primo de Finibus bonorum & malorum, A Philoſopho, ſi afferat eloquentiam, non aſpernandam, ſi nõ habeat, non admodum flagitandam eſſe. His igitur ſententiarum clypeis me tuebor contra delicatulos quoſdam recentiores, qui quidquid ex Ciceronis officina non prodeat, illico vt indignum, &

pedibus proterendum reijciunt,& repudiant.Ego ſane cum in ſuperioribus partibus huius tractatus vel Canoniſta vel Theologus videri poſſim,in hac poſtrema parte totus ſum Mathematicus.Rhetorem vero nuſquam me profeſſus ſum.Satis igitur mecum,ſuperque actum eſſe exiſtimarem,ſi loquerer non vt Cicero aut Cæſar, ſed vt Hoſtienſis,vt B.Thomas,vt Sacroboſcius,vel vt quiuis alius, qui res ipſas docet,non inanem verborum ſtrepitum ſectatur: quæ tandem cum creuerint, ſi rerum ſoliditate deſtituantur, nihil mordax (vt B. Hieronymi verbis vtar) nihil viuidum, nihil vitale demonſtrant;ſed totum flaccidum,marcidumque ebullit in holera, & in herbas, quæ cito areſcunt,& corruunt.Maxime cum in eccleſiaſticis rebus (vt alibi idem docet B.Hieronymus) nō quærantur verba,ſed ſenſus,id eſt: panibus ſit vita ſuſtentanda,non ſiliquis.Et ex ſententia S.Cypriani, vocis pura ſinceritas non eloquentiæ viribus nititur ad fidei argumēta,ſed rebus.In iudicijs,in concione,pro roſtris opulenta facundia volubili ambitione iactetur,cū domino Deo vox ſimplex cōmendatur. Mihi (vt id quod eſt, ingenue fatear) neque animus vmquam fuit, neque otium,vt in conquirendis Ciceronianis phraſibus ſtudium & diligentiam adhiberem.Quòd ſi iſthæc proſequi vacaret,potius proculdubio B. Leonis papæ (vt vnum verbi gratia dicam ex Scriptoribus eccleſiaſticis) numeros & eloquentiam ſequi & amplecti mallem, quàm ipſius M.Tullij Ciceronis latiniſſimam puritatem. Verum cuique in hac re ſuum eſto iudicium.Is qui elegans eſt, inelegantem non ſpernat;& qui non eſt elegans elegantem nōn iudicet: Et vnuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. Tu vero Reuerendiſſime Præſul ſcis & ſatiari,& eſurire;& abundare,& penuriam pati.Et quemadmodū in ſcriptis & ſermonibus tuis te facundiſſimum declaras, ita in aliorum laboribus impolita oratione non offenderis. Dum enim in Dei gloriam fiant,omnia boni conſulenda exiſtimas. Quamobrem ex hoc capite me etiam & meos conatus excuſare potes & debes, quibus certe aliud neque expeto,neque cupio, niſi honorem in primis Dei,ac domini noſtri Ieſu Chriſti (cui totum ſi quid eſt boni acceptum fero)& aliquam proximorum deinde vtilitatem.Quòd ſi neq; id quidem aſſecutus fuero, parcendum tamen erit voluntati meæ; cum in præclaris rebus & voluiſſe ſit ſatis. Vale.

In Matth. ca.13. ſuper illis verbis. Simile eſt regnū cęlorum grano Sinapis.

Ep.146 ad B.Damaſ. in fi.

epiſt.2.lib.2.ad Donatū,in prin.

Rom.14. a.3.

Rom.14. a.5.

Philip.4. a.12.

MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS BODIANI

DE TEMPORE HORARVM CANONICARVM TRACTATVS TERTIA PARS INCIPIT.

DE TABVLARVM PRO HORIS CANONICIS conſtructione. Cap. XCIII.

1 *Temporum quorumdam cognitio neceſſaria eſt perſonis eccleſiaſticis.*
2 *Horologia non fruſtra in eccleſiis conſtituuntur.*
3 *Indulgentiæ conceſſæ per totum diem, vel vſque ad occaſum Solis, videntur conceſſæ vſque ad finem crepuſculi veſpertini.*
4 *Dies tunc perfectè finit, & eſt occaſus Solis, quando finit crepuſculum veſpertinum.*
5 *Indulgentiæ ſunt ſtricti iuris, & ſtrictè intelligendæ.*
6 *Crepuſculo durante intelligi poteſt eſſe dies & Sol.*
7 *Principis beneficium non ambitioſum, neque tertio præiudiciabile, latiſſime interpretandum eſt.*
8 *Feſtorum principium & finis, prout magnitudo dierum exigit, prius debet incipere, & tardius terminari.*
9 *Crepuſculum adſcribitur potius diei, quàm noctì, ſi id præſertim ſuadeat mitior interpretatiò.*
10 *Ieiuni eſſe debent a media nocte quicumque mane Miſſam ſunt celebraturi, vel ſacram communionem ſumpturi.*
11 *Ciborum differentiæ, & mutationes ſumuntur a media in mediam noctem.*
12 *Matutinum communiter decantari ſolet in fine tertiæ vigiliæ nocturnæ.*
13 *Miſſæ ſacrum ab initio crepuſculi matutini inchoari poteſt. Et vſque ad meridiem, non vltra poteſt extendi. num. 15.*
14 *Prima hora canonica ſtatim poſt ortum Solis celebrari debet.*
16 *Ieiuniorum diebus in meridie cibum ſumere oportet.*
17 *Matutinum priuatim ſero recitari poteſt poſt nonam diei horam recitatis Veſperis & Completorio.*
18 *Veſperarum tempus poſt nonam diei horam currere incipit.*

num.28.cap.43.num.7.& cap.47.num.2.Similiter neceſſaria eſt eadẽ me-
11 diæ † noctis cognitio ad ciborum differentias & mutationes, nam ſi cras
(verbi gratia) ſit feria ſexta, non licebit hodie carnes comedere, niſi vſque
ad noctis dimidium, vt apparet ex eiſdẽ locis nunc allegatis. Et demũ ſer-
uit eadem mediæ noctis cognitio ijs omnibus, qui priuatim recitant diui-
nũ officium. Nam vt ſupra dictũ eſt c.25.nu.2. quantũ ad priuatã horarũ
canonicarũ recitationẽ dies naturalis a media in mediã noctẽ cõputatur.
Tertio annotauimus finẽ tertiæ vigiliç nocturnç, qui ſimul eſt initiũ quar
12 tæ vigiliç, quç matutina appellatur. vt ſupra diximus c.1.nu.3. In quo† ter-
mino, vt ſ etiã vidimus c.5.n.16.& ſeq. cõmuniter decãtari ſolet Matutinũ.
Quarto deſcripſimus principium crepuſculi matutini iuxta eamdẽ deter-
minationem ſuperius factam decem & octo graduum; quòd eſt etiam finis
13 noctis perfectç; vt ſciatur, a quo primum tempore Miſſæ† ſacrum inchoari
poſſit. iuxta ea, quæ docuimus ſupra d.cap.39.num.2. & ſeqq.
Quinto ſubiunximus ortum Solis, finem ſcilicet quartæ vigiliæ matutinæ,
ac totius noctis; & initium primæ horæ tam diurnæ, quàm canonicæ. Nam
14 poſt ortum Solis ſtatim in eccleſijs Prima hora† canonica celebrari debet,
vt diſſeruimus ſupra cap.15. & 16.
Sexto adiecimus finem eiuſdem Primæ horæ canonicæ, & diurnæ, qui eſt
initium ſecundæ horæ diurnç, & Tertiæ canonicæ.
Et ſeptimo etiam attexuimus finem tertiæ horæ tã diurnæ quã canonicç;
quòd eſt initium quartæ horæ diurnç, & Sextç canonicæ. pro ijs qui com-
petentibus horis exactiſſime exſoluere curarent diuinum officium: pote-
runt enim hi ex dictis finibus annotatis cognoſcere, quòd tunc Prima, vel
Tertia horæ canonicæ debent eſſe completæ iuxta not. per nos ſupra c.10.
num.8.& cap.21.num.2.& ſeqq.
Octauó deſignauimus tẽpus meridiei, quòd eſt finis ſextç horç tã diurnæ,
quàm canonicæ, & initiũ ſeptimç diurnç, & Nonç canonicç; Nã tẽpus il-
lud neceſſariũ eſt, & pro Sextç horç canonicç debito tẽpore cõplẽdç noti-
15 tia, & etiã pro Miſſis dicẽdis, nã illuc vſque† & nõ vltra Miſſarũ celebratio
differri poteſt. vt patet ſupra c.41. Et demũ etiã neceſſarium eſt tẽpus illud
16 pro comeſtionis † hora in diebus ieiuniorũ, in quibus non niſi circiter, vel
poſt meridiẽ licitũ eſt cibũ ſumere. vt ſupra declarauimus c.37.nu.5.& ſeq.
Nono addidimus finẽ Nonç horç tã diurnç, quàm canonicç, quod eſt ini
tiũ decimç horç diurnç, & Veſperarũ; pro dictç Nonç horç canonicç iuſti,
& antiqui tẽporis notitia habenda: Et pro ijs etiam præſertim, qui priua-
17 tim ſero interdũ recitant Matutinũ: hi enim poſt dictũ finem nonç horç †
recitatis Veſperis & Cõpletorio, iuxta ea, quç ſupra determinauimus c.25.
num.6. poſſunt dicere Matutinũ, ſi ob aliquã cauſſam rationabilem a com-
petentibus horis obſeruandis excuſentur. Et vt ſciatur poſtremo, qua hora
18 deberent in eccleſijs Veſperç celebrari; nam poſt dictum finem nonç horç
& non ante (ſi iuſta & competens hora attendi debeat) currere incipit ve-
ſperum tempus, quod ad exſoluendas Veſperas requiritur. vt annotauimus
ſupra cap.19.num.9.& ſeqq.& cap.20.num.7.& ſeqq.
Decimo & vltimo finem vndecimç horç diurnç ac Veſperarũ ſubiũximus,
qui ſimul eſt initium duodecimç, & poſtremç horç diurnç, ac Cõpletorij.
Ibi enim tempus pro Veſperis decantandis terminatur, & incipit pro Cõ-
pletorio. vt late diſputauimus ſupra cap.17.& duobus ſeqq.

Et hæc quidem quantum ad ordinem, qui ſeruandus eſt in Tabulis conſcribendis pro hac Italica regione, in qua horarum numerationem incipimus ab occaſu Solis, & vſque ad vigintiquattuor horas numerationem extendimus.

At in regionibus extra Italiam, in quibus horæ a media nocte, & a meridie de duodecim in duodecim numerantur, alius conſtituendus eſt ordo in Tabulis conſtruendis. Ibi enim primo finem tertiæ vigiliæ nocturnæ. Secundo initium crepuſculi matutini. Tertio ortum Solis. Quarto finẽ Primę. Et quinto finem Tertiæ ex horis antemeridianis aſſignare oportet. Deinde rurſus ex horis poſtmeridianis aſſignandus eſt ſexto finis Nonæ. Septimo finis Vndecimæ. Octauo occaſus Solis. Et nono & poſtremo finis crepuſculi veſpertini.

Prætermittendum eſt autem in dictis Tabulis tempus meridiei, & tempus mediæ noctis, nam hæc totò anni tempore immutabiliter hora ſemper duodecima occurrunt.

DE TEMPORIS CVIVSLIBET HORAE CAnonicę inuentione. Cap. XCIV.

1 *Diei artificialis, ſeu noctis quãtitate habita, reliqua horarũ pũcta facile inueniuntur. Quod exemplis manifeſtatur. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. & 14.*

2 *Tabulam quantitatis dierũ artificialiũ elaborauit Ioannes de Monte Regio. Quam tamquam maxime vtilem & neceſſariam reliqui omnes Mathematici poſtea ſecuti ſunt. num. 3.*

Signa Borealia ſunt, Aries. Taurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Auſtralia ſunt, Libra. Scorpius. Sagittarius. Capricornus. Aquarius. Piſces. num. 5.

VT autem modum explicemus, quo Tabulæ ſupradictæ tũ pro regione Italica, tum etiam pro reliquis regionibus & locis ad ſingulas poli eleuationes conſtrui poſſint; quærenda eſt in primis quantitas cuiuſque diei artificialis, ſeu noctis ad eam poli ſublimitatem, ad quam Tabulas cõficere
1 intendimus, nam dicta quantitate† habita, facillimo labore reliqua omnia puncta haberi poterunt per paruam quamdam, & omnibus obuiam arithmeticæ artis operationem; exceptis tamen crepuſculis quæ aliam & altiorem requirunt indaginem.

2 Et quidem Tabulam † quantitatis dierum artificialium a triceſimoſexto gradu eleuationis poli vſque ad gradum quinquageſimum quintum elaborauit Ioan. de Monte Regio mathematicus inſignis, & poſuit eam in Kalē-
3 dario ſuo. Quam Tabulam† tamquam ad omnes res maxime vtilem & neceſſariam, ita Recentiores poſtea ſunt ſecuti, vt plerique fere omnes ſuis eã libris, & operibus attexuerint. Ioannes Stoffler. ſuo Kalendario Romano illam appoſuit cum additione graduum ſequentium vſque ad ſexageſimũquartum, Ioannes Paduanius in Viridario Mathematicorum., Chriſtoph. Clauius in comment. ſuper ſphæram ſimiliter eam poſuerunt. Addita etiã fuit eadem Tabula omnibus fere Ephemeridibus, Ptolemęi geographię, Tabulis Alphonſi regis; & plurimi denique libri ſunt, in quibus eadem Tabula adſcripta reperitur. Noſtro autem inſtituto tam neceſſaria

eſt,

Digitized by Google

eſt,vt abſque ea ad propoſitum finē progredi nullo modo valeamus. Nobis
igitur veniam Lector dabit,ſi noſtri huius ēt tractatus paginam vnā, caput nempe nonageſimū octauū aurea hæc Tabella occupare permiſſa ſit.

Ex ea aūt Tabula cognito tēpore ſemidiurno in Signis Borealibus,quę
4 † ſunt, Aries ♈. Taurus ♉. Gemini ♊. Cancer ♋. Leo ♌. Virgo ♍.
5 Vel cognito tempore ſeminocturno in Signis Auſtralib. quæ † ſunt,
Libra ♎. Scorpius ♏. Sagitarius ♐. Capricornus ♑. Aquarius ♒.
Piſces ♓. facile per ſubtractionem aut additionem omnia temporum momenta a nobis propoſita haberi poterunt.

6. Scito (verbi gratia) per huiuſmodi Tabulam † tempore ſemidiurno in prin
cipio Tauri,& Virginis, Signorum Borealium ad eleuationē poli in grad.
42.eſſe hor.6. min. 42. ſtatim per duplicationem dicti temporis habebo,
quantitatem diei artificialis eſſe hor.13.min.24.
7 Quibus † ſubtractis ex horis 24. cognoſcam, durationem noctis eſſe hor.
10.min.36 .Et ſic ea hora Solem oriri pronunciabo.
8 Rurſus diuiſa † noctis quantitate in duas partes,vel ſubtracto tempore ſemidiurno ex horis.12.ſtatim eliciam,tempus ſeminocturnum,ſiue mediam
noctem eſſe hor.5.min.18.
9 Qua noctis † medietate iterū ſubdiuiſa in duas alias partes, & vna ex illis
addita ad ipſam noctis medietatē, vel ex tota nocte ſubtracta, cognoſcam
quāprimū, tertiā vigiliā noctis finē accipere, & quartam inchoare hor.7.
10 min.57.Quòd ſi tēpus† ſemidiurnū ſpatio noctis adiecero,vel potius tēpo
ris ſeminocturno duodecim horas addidero, inueniā illico, meridiem eſſe
11 hor.17.min.18.Et ſi tēporis† ſemidiurni medietatē adiecero meridiei, vel
ex horis 24.ſubduxero,dicam,Nonam eſſe, & compleri hor.20. min.39.
12 Si vero eamdem † medietatem temporis ſemidiurni ſpatio noctis adiecero;vel facilius tertiæ noctis vigilię ſex horas cumulauero, dicam, Tertiam
eſſe,& compleri hor.13.min.57.
13 Quòd ſi poſtremo dictam † medietatem ſemidiurni temporis in tres ęquales partes ſubdiuiſero, & vnam ex illis, quæ eſt hora diei inæqualis, ſpatio
noctis adiecero,illico ſciam,Primæ finem eſſe hor.11.min.43.
14 Et ſimiliter ſi eamdem † horam inæqualem ab horis 24.ſubtraxero, Vndecimæ finem,ſeu Duodecimæ initium eſſe ſciam hor.22.min.53.

Et hæc quidem quantum ad ſupputationem,quæ eſt ſecundū horologia Italica. Quantum vero ad horologia extra Italiam multo facilior erit operatio. Nam ſecundum illa tempus ipſum ſeminocturnum dat ortum Solis,tēpus autem ſemidiurnum dat occaſum. Rurſus medietas temporis ſeminocturni dat finem tertiæ vigiliæ. Cui ſi addantur ſex horæ habebitur finis Tertiæ horæ canonicæ. Si vero dicta medietas auferatur ex ſex horis,remanebit tempus,quod erit finis Nonæ. Quòd ſi medietas temporis ſemidiurni diuidatur in tres partes æquales,& vna ex illis addatur tempori ſeminocturno,habebitur finis Primæ. Ex quo fine ſi ipſe rurſus auferatur ex hor. 12. habebitur finis Vndecimæ. Et demum quælibet horæ inæqualis tum diei tum noctis tam celeri operatione ſciri poterit (ſi quis velit) ſiue ſecundum horologia Italia,ſiue ſecundum horologia extra Italiam;data notitia temporis ſemidiurni, aut temporis ſeminocturni, quæ per hanc Tabulam Ioan.de Monte Regio habetur, vt dicto citius omnes aſſignari valeant.

Potuiſſet

Potuiſſet quidẽ hæc Tabula ita extẽdi, & duplicari, vt in omnib. Signis tam borealibus, quàm auſtralibus apponeretur tempus ſemidiurnum, & ſeminocturnum, quemadmodum in multis libris extenſa eſt; ſed nobis breuitatem amantibus, & neceſſaria dumtaxat proſequentibus hæc breuior Tabella poſſe ſufficere viſa eſt. Facile enim ex tempore ſeminocturno ſubtracto a duodecim horis habetur tempus ſemidiurnum; & contra ex tempore ſemidiurno per ſimilem ſubtractionem ab horis 12. habetur tempus ſeminocturnum.

Et hæc quidem quantũ ad notitiam temporis pro omnibus horis canonicis.

DE CREPVSCVLORVM DVRATIONE INueſtiganda. Cap. XCV.

1 *Crepuſculorum duratio varijs modis inueſtigari poteſt. Sed modus facilior eſt huiuſmodi. nu. 2. Qui hic deſcribitur. nu. 3. Et exemplo declaratur. num. 4. Et figura oſtenditur. num. 9.*

5 *Crepuſculum matutinum, & crepuſculum veſpertinum ſunt omnino æqualia.*

6 *Sol bis eumdem prorſus facit parallelum in diuerſis Signis, vt tanta ſit dies in vno, quanta eſt in altero. Et rurſus in oppoſitis Signis duos alios facit parallelos, in quibus tanta eſt nox, quanta fuit dies in illis; & e conuerſo. nume. 7.*

8 *Crepuſculis inuentis pro vno quadrante Zodiaci, facile habentur pro toto Zodiaco.*

QVantum vero ad notitiam durationis crepuſculorum in vnaquaque poli eleuatione pro Miſſis priuatis celebrandis, non paruus fuit nobis ſubeundus labor; nam cum nullibi inuenire potuerimus, qui Tabulam aliquam de illis vniuerſalem conſcripſerit, neceſſarium fuit, vt nos ipſi ſtudium & diligentiam adhiberemus.

1 Inter omnes autem varios modos, quibus crepuſculorum † duratio inueſtigari poteſt, quorum non nulli habentur per Ioan. Paduanium in viridario Mathematicorum, tract. 5. cap. 19. & per Petr. Nonium in lib. de crepuſculis par. 2. propoſ. 7. ille mihi viſus eſt commodior † quem olim ex doctrina ſinuum didici a R. P. Chriſtophoro Clauio Bambergenſi, cuius ſupra ſæpius mentionem feci, præclariſſimo in Mathematicis præceptore meo. Is autem modus duplo poſtea per me compendioſior factus, & facilior, vt ſciat Lector, an rite ſecundum artem proceſſerimus, in duabus ſequentibus regulis conſiſtit; quarum prima tradita mihi fuit a dicto præceptore. Secunda vero pro me fuit deinde addita, & inuenta. Quam cum poſtmodum eidẽ præceptori meo oſtendiſſem, in tantum ea ſibi placuit, & ab ipſo probata fuit, vt eam libris ſuis, quos de horologijs, ſiue de Gnomonice ſcripſit, inſerere non dubitauerit, neque fuerit dedignatus.

3 Prima igitur regula Chriſtophori Clauij eſt huiuſmodi. Sicut ſe habet † ſinus rectus altitudinis meridianæ ad ſinum rectum decem & octo graduũ crepuſculi, ita ſe habet ſinus verſus arcus ſemidiurni ad quemdam aliũ ſinum; qui ſinus additus prædicto ſinui verſo dabit arcum compoſitum ex

arcu

arcu ſemidiurno,& arcu crepuſculi: Sublato igitur arcu ſemidiurno, nota erit quantitas crepuſculi.Secunda regula a me addita hæc eſt. Sicut ſe habet ſinus rectus depreſſionis meridianæ ad ſinum rectum decem & octo graduum crepuſculi,ita ſe habet ſinus verſus arcus ſeminocturni ad quemdam alium ſinum, qui ſinus ſubtractus a prædicto ſinu verſo relinquet ſinum verſum arcus ſeminocturni ſine crepuſculo:Et ſic nota erit quantitas crepuſculi.

4 Exemplo † prius has regulas declarabo,& deinde etiam figura,ac ſchemate oſtendam.Sit(verbi gratia) nobis propoſitum inueſtigare crepuſculum in principio Tauri ad eleuationem poli in grad. 42. In primis ex altitudine Aequatoris in dicta poli eleuatione,& ex Tabula declinationis punctorum eclipticæ ab Aequatore, quam inter alios ponit prædictus Chriſtophorus Clauius in comment.ſuper ſphæram, cap.2.vbi agit de Coluris,colligo altitudinem meridianam in dicto principio Tauri eſſe grad. 59. min. 30. Cuius ſinus rectus, vt ex Tabula ſinuum Petri Apiani habetur, eſt. 86162.Sinus autem rectus decem & octo graduum crepuſculi eſt. 30901. Vt autem ſciamus, quantus ſit ſinus verſus arcus ſemidiurni in dicto principio Tauri,colligo in primis ex Tabula temporis ſemidiurni Ioan.de Mõte Regio,de qua ſuperiori cap.ſermonem habuimus,& quam ponemus infra cap.98. tempus ſemidiurnum eſſe tunc hor.6. min.42. quod tempus ad gradus redactũ dat grad.100.min.30.Cuius arcus ſinus verſus eſt. 118223. His habitis dico ſic.Vti ſe habet ſinus rectus.86162. altitudinis meridianę, ad ſinum rectum. 30901. decem & octo graduum crepuſculi: ita ſe habet ſinus verſus 118223. arcus ſemidiurni, ad quemdam alium ſinum: quem per regulam trium numerorum inuenio eſſe 42399.Quem poſtea addo ad prædictum ſinum verſum arcus ſemidiurni;& conſtituo ſinum quemdam. 160622.qui erit ſinus verſus arcus ſemidiurni, & crepuſculi ſimul. Hic autem ſinus,vt patet ex Tabula ſinuum, dat grad.127. min.19. Ex quibus ſi auferantur grad.100.min.30.arcus ſemidiurni, remanebunt pro arcu crepuſculi grad.26.min.49.qui conſtituunt tempus hor. 1. min.47. pro ſpatio

5 crepuſculi tam veſpertini, quàm matutini (ſunt enim † hæc duo crepuſcula in eodem die omninò æqualia) in principio Tauri, pro eleuatione poli in grad.42.Quod fuit quæſitum.

6 Et quoniam Sol eumdem prorſus† parallelum facit in principio Tauri,quẽ facit etiam in principio Virginis,Ideo quantum fuit illic crepuſculum, tantum etiam erit hic,nulla penitus differentia adhibita.

7 Rurſus quoniam Sol in Signis oppoſitis † auſtralibus, puta in caſu noſtro in principio Scorpij,& Piſcium, eamdem habet declinationem ab Aequatore,& eoſdem facit parallelos,eo tamen excepto,quòd quanta eſt altitudo meridiana in Signis borealibus tanta eſt depreſſio meridiana in Signis auſtralibus; & quantus eſt arcus ſemidiurnus in illis,tantus eſt arcus ſeminocturnus in his, & e contrario. eadem operatio, quà vſi ſumus ad inueniẽda crepuſcula in Signis borealibus, poterit etiam inſeruire ad illa inueniẽda in Signis auſtralibus, paucis quibuſdam immutatis iuxta ſecundam regulam hoc pacto.

Sicut ſe habet ſinus rectus 86162.depreſſionis meridianæ, ad ſinum rectum 30901.decem & octo graduũ crepuſculi; ita ſe habet ſinus verſus. 118223. totius arcus ſeminocturni cum crepuſculo,ad ſinum 42399.ſupra proxime


per

Digitized by Google

per regulam trium numerorum inuentum. Subtraho deinde hunc ſinũ inuentum, quem in alia priori operatione addideram, a prædicto ſinu verſo totius arcus ſeminocturni cum crepuſculo, & remanent. 75824. qui erit ſinus verſus arcus ſeminocturni ſine crepuſculo. Hic autem ſinus verſus, vt patet ex Tabula ſinuum, dat arcum grad. 76. min. 1. qui ſubtracti ex grad. 100. min. 30. totius arcus ſeminocturni cum crepuſculo, relinquunt grad. 24. min. 29. pro arcu crepuſculi. Qui gradus ad horas redacti conſtituunt tẽpus hor. 1. min. 38. quod erit ſpatium crepuſculi ſiue matutini ſiue veſpertini in principio Scorpij, & Piſcium pro eleuatione poli in grad. 42. quod fuit quæſitum.

Cum ergo, vt vidimus, eadem operatio ſeruiat pro duobus punctis eclipticæ, & paucis quibuſdam immutatis, pro alijs duobus oppoſitis, ſequitur, quod
8 qui laborem ſuſceperit ad inuenienda †crepuſcula pro vno quadrante Zodiaci, abſque alio labore pro altero quoque quadrante, & deinde facillimo negotio pro toto Zodiaco inuenta habebit crepuſcula.

9. Figura autem † & ſchema, vnde prædictarum operationum demonſtrationes ſumuntur in exemplis datis, eſt id quod ſequitur.



Huius figuræ circulus A C F I. eſt meridianus Analemmatis.

Linea E L. eſt axis mundi. Cuius punctum E. eſt polus arcticus, punctum L. eſt polus antarcticus.

Linea A F. deſignat diametrum Horizontis.

Et linea M G. diametrum paralleli Horizontis, ab ipſo Horizonte diſtantis gradibus decem & octo; in quo parallelo exiſtens Sol inchoat crepuſculum matutinum, vel terminat crepuſculum veſpertinum.

Linea C I. denotat diametrum Aequatoris.

Linea.

Linea D H. diametrum paralleli Solis in principio Tauri, & Virginis.

Et Linea B K. diametrum paralleli Solis illi reſpondentem in Signis oppoſitis, in principio ſcilicet Scorpij, & Piſcium.

Semicirculus D N H. deſignat arcum ſemidiurnum, & ſeminocturnũ in principio Tauri, & Virginis.

Cuius ſemicirculi portio D N. eſt arcus ſemidiurnus.

Et portio N O. eſt arcus crepuſculi.

Linea D a. eſt ſinus verſus dicti arcus ſemidiurni.

Et linea D b. eſt ſinus verſus dicti arcus ſemidiurni, & arcus crepuſculi ſimul.

Semicirculus K P B. denotat arcũ ſeminocturnũ, & ſemidiurnũ in principio Scorpij, & Piſcium.

Cuius ſemicirculi portio K P. eſt arcus ſeminocturnus ſine crepuſculo.

Et portio P Q. eſt arcus crepuſculi.

Linea K Z. eſt ſinus verſus dicti arcus ſeminocturni ſine crepuſculo.

Et linea K Y. eſt ſinus verſus totius arcus ſeminocturni cum crepuſculo.

Punctum D. eſt altitudo meridiana quando Sol eſt in principio Tauri, & Virginis.

Et linea D T. eſt ſinus rectus dictę altitudinis meridianæ.

Punctũ K. eſt depreſſio meridiana, qñ Sol eſt in principio Scorpij, & Piſciũ.

Et linea K V. eſt ſinus rectus dictæ depreſſionis meridianæ.

Linea M R. & linea G S. ſunt ſinus recti decem & octo graduum crepuſculi.

His ſic poſitis vides, quòd ſicut ſe habet linea D T. ad lineam T X. quæ eſt æqualis lineæ R M. ita ſe habet linea D a. ad lineam a b. Cõcipitur enim ibi triangulis D X b. & ex 2. prop. lib. 6. Elem. Eucludis habetur huius rei demonſtratio. Eodem modo ſicut ſe habet linea K V. ad lineam V c. quæ eſt æqualis lineæ S G. ita ſe habet linea K Y. ad lineam Y Z. Nam ibi cõcipitur alter triangulus K V Y. vt ſupra.

Sufficiat hæc modo leuiter, & extremis dumtaxat digitis ita attigiſſe, vt aliquam rationem noſtræ operationis oſtenderemus, & ne videremur clauſis Andabatarum more oculis Tabellam crepuſculorum elaboraſſe. Ceterum exactam omnium demonſtrationem afferre neque noſtrum eſt, neque præſentis huius inſtituti, quod pro perſonis eccleſiaſticis, & non pro Mathematicarum diſciplinarum peritis aſſumpſimus. Si quis tamen horum demõſtrationes videre cupiat, legat Christoph. Clauium præceptorem meũ lib. 1. Gnomonices, propoſ. 35. vbi latiſſime hæc pertractat. & vbi plures etiã tradit modos ad inuenienda crepuſcula ſatis claros, & expeditos.

DE TABVLIS HORARVM CANONICArum conficiendis. Cap. XCVI.

1 *Latitudo ciuitatis aut regionis eſt altitudo poli in dicta ciuitate, aut regione.*

2 *Tabularum exactior deſcriptio non ad Clericorum negotia, ſed ad ſubtilitates aſtronomorum pertinet.*

3 *Horis in numerandis non omnes eiſdem vtuntur initijs, quidam enim ab occaſu, quidam a meridie, ſeu media nocte, quidam ab ortu Solis earum numerationem auſpicantur.*

4 *Minuta horarum ſunt ſexageſimæ partes vnius horæ.*

Tempora

5 *Tempora pro rebus eccleſiaſticis non niſi craſſiori quadam Minerua computantur.*

6 *Recto & ipſum & obliquum cognoſcimus: iudex enim vtrorumque regula.*

HAbita iam notitia temporis ſemidiurni, aut ſeminocturni, & durationis crepuſculorum, nihil eſt amplius noſcendum ad Tabulas construẽdas, niſi quantitas altitudinis poli in vnaquaque ciuitate, aut regione, quę
1 quantitas † eſt latitudo ipſius ciuitatis aut regionis. Dicta autem latitudo haberi poterit tum ex Ptolemæi geographia, tum ex Abaco ciuitatum vel Ioan. Stoffler. in Kalẽdario Rom. vel Petri Apiani in 2. par. Coſmographię, tum ex Catalogo earumdem ciuitatum qui habetur in cõment. Chriſtoph. Clauij ſuper ſphæram, & in omnibus fere Ephemeridibus, & in non nullis alijs libris. Sed ne videamur in hac vna re velle Lectorem defatigare, ponemus etiam nos infra in ſeq. cap. Catalogum quemdam vrbium & locorũ, quæ habent polum eleuatum a 36. gradu vſque ad 56. incluſiue, de quibus reliquæ etiam Tabulæ ſupradictæ temporis ſemidiurni, & durationis crepuſculorum compoſitæ ſunt. Confecimus autem dictum Catalogum locorum, prout ſparſim in alijs auctoribus proxime allegatis aſſignata reperiũtur, nulla alia maiori adhibita diligentia, aut ſtudio ad inueniendam pręciſam, & magis exactam eorum latitudinẽ, niſi quòd vbi auctores ita quãdoque diſcordant, vt vnius, vel duorum, vel etiam trium graduum differentia inter eos conſpiciatur, nos mediam quodam modo viam, & quæ nobis communior viſa eſt, ſecuti ſumus.

Ea autem loca, & ciuitates, quæ a nobis omiſſa ſunt, intra latitudinem dictorum graduum viginti & vnius exiſtentia, a gradu ſcilicet 36. vſque ad 56. incluſiue, poterit vnuſquiſque ſupplere vel ex aliqua vicina ciuitate in noſtro Catalogo deſcripta, vel ex aliquo ex ſupracitatis auctoribus, vel alio quouis modo habita notitia latitudinis dictorum locorum omiſſorum.

Deſcriptus eſt autem a nobis Catalogus ciuitatum & locorum per ſolos gradus, non etiam per minuta latitudinis; tum quia reliquæ etiam Tabulæ omnes ad ſolos gradus, non etiam ad minuta eleuationis poli confectæ
2 ſunt; tum quia exactior † deſcriptio Tabularum non ad noſtra iam, & Clericorum negotia, ſed ad ſubtilitates potius aſtronomicas pertineret. Quare minuta illa, quæ locus aliquis, aut ciuitas habet in ſua latitudine ſupra aſſignatos gradus, relinquenda ſunt in caſu noſtro, ſiquidem non plura fuerint quàm triginta minuta; quòd ſi plura fuerint, tunc pro vno alio gradu computanda erunt.

Ex his, quæ iam tradidimus, poterit quiſque ſine difficultate quamcumque Tabulam voluerit, ſibi conflare. Et nos quidem potuiſſemus plurimas extẽdere ad multas poli eleuationes, ſed veriti ſumus, ne liber hic nimia excreſceret, & ſuperflua prolixitate oneratus: prȩſertim quòd non omnes,
3 qui eamdem habent poli eleuationem eiſdem etiã vtuntur † initijs in numerandis horis: quidam enim ab occaſu, quidem a meridie, ſeu media nocte, quidam ab ortu Solis horarum numerationem auſpicantur. Quamobrem ſatis, ſuperque me facturum arbitratus ſum, ſi quattuor dumtaxat Tabellas, tamquam in exempli gratiam, tres ſcilicet pro hac Italica regione ad latitudinem grad. 39. 42. & 45. iuxta Italica horologia, quæ ab occaſu Solis initium ſumunt, & vnam ad latitudinem grad. 48. iuxta horologia,

quæ

quæ extra Italiam in vſu habentur, & quæ a media nocte, & a meridie de duodecim in duodecim horas procedunt, confeciſſem. Reliquas enim Tabulas vnuſquiſque ſuo arbitratu conſtruere valebit.

Et quoniam plurimi ſunt, qui ignorant, in quo gradu Signi ſingulis diebus Sol immoretur, neque per Ephemerides, aut aſtrolabium id cuique noſſe in promptu eſt, idcirco addidi in primis columnis dictarum Tabularum iuxta gradus cuiuſlibet Signi dies etiam menſium, qui noſtra hac tempeſtate communiter reſpondet gradibus prædictis Signorum Zodiaci, per quos Sol pertranſit, quemadmodum etiam addidit Ioan. Paduanius ad Tabulā temporis ſemidiurni, in Viridario Mathematicorum, lib. 5. cap. 39. Ea tamē adhibenda in his cautela, & proteſtatione, vt ſi contingat Kalendarium reſtitui, prout ſub hoc Pontif. Max. Gregorio XIII. & feliciter cœptum eſt, & breui ſub eodem perficiendum ſperamus, reſtituatur etiam dierum aſſignatio in noſtris Tabulis poſitorum.

Procedunt autem dictæ noſtrę Tabulę omnes per ternos gradus Signorū Zodiaci; & conſequenter per ternos dies, non per ſingulos menſium Kalendarij. Nam & ita procedebat Tabula temporis ſemidiurni, Ioan. de Mōte Regio, a qua omnes noſtræ maxime pendent. Vnde quæ vni gradui, aut vni diei aſſignantur alij quoque duobus gradibus circunſtantibus, præcedenti ſcilicet, & ſequenti, & alij ſimiliter duobus diebus (vt pro ſingulis gradibus & diebus Tabulæ ſeruiant) aſſignanda erunt. Deſcribitur vero tem-

4 pus in vnaquaque re oſtendenda per horas, & per minuta, quæ ſunt † ſexageſimę partes vnius horæ, relictis ſecundis, tertijs, & reliquis fractionibus aſtronomicis; tum quia hic eſt communis modus in Tabulis conficiendis obſeruatus; tum etiam quia in rebus eccleſiaſticis, pro quibus hæc ela-

5 boramus, tempora † non niſi craſſiori quadam Minerua (vt ſæpius ſupra diximus, cap. 24. nu. 10. cap. 39. num. 7. & cap. 41. num. 31.) computatur. Et quamuis neque etiam nimis exacta minutorum conſideratio eccleſiaſticis perſonis omnino ſit neceſſaria, præſtat tamen cum eiuſmodi minutis Tabulas habere, & conficere; quibus ſi tempora non obſeruent Clerici ad amuſſim & præciſe, cognoſcere ſaltem poſſint, quantum ab aſſignato iuſto termino diſcedant, & magnas, atque notabiles ab eo elongationes caueāt.

8 Chriſtus apparuit in terris manducans & bibens communem cum alijs vitam nō ſolitariam degēs. cap.54.num.6.

9 Et legem ſeruauit in omnibus. Ibi. nu.9.& ſeq. & cap.53. nu.12. & cap.56 num.10.

10 Licet legi non eſſet obnoxius. d. cap.53.num.13.

11 Quæ ad ſui honorem faciebāt occultauit,& aufugit;quę vero ad ignominiam, patefecit, & acceptauit.cap.57.nu.5.

12 Exiſtens ſecundus Adā contrario modo ſe habuit ad Adā primū. Ibi.

Ibi.num.4. & c.58.nu.3.& ſeq.
13 Ingreſſus eſt ſollemniter Hieruſalem in die Palmarũ Luna decima. Cap.68.num.21.
14 Chriſtum vno die ante Iudæos celebraſſe vltimũ Paſcha, nullo probatur valido argumẽto. cap. 87.num.19.
15 Et falſum eſſe oſtẽditur.cap.62. num.8.
† Chriſtus figuratus fuit ab agno paſchali.Vi.ſup.Agnus.4.
16 Ipſe enim fuit verus agnus paſchalis.cap.56.num.1. & 11.
17 Et immolatio agni typici,Chriſti immolationem figurabat.Ibi. num.3.
18 Magis tamen ſignificabat cærimonia illa agni paſchalis ſacramentũ euchariſtię,quàm paſſionem Chriſti. Ibid.num.6.
19 Chriſtus apprehenſus fuit in horto hora fere tertia noctis,ſecundum B.Auguſt.c.23. num.7.
20 Quãdo adhuc noctis primę partes erant.cap.26.num.21.
21 Secundum B.Chryſoſ.prope mediam noctem.cap.23.num.8.
22 Chriſtus traditus eſt ad crucifigendum a Iudæis, a Pilato, ſed magis principaliter a Iuda traditore.cap.57.num. 10.
23 Chriſtus tempus,& diem,& horam ſuam exſpectauit; & omnia fecit bona in tempore ſuo. c.84. num.15.
† Fuit crucifixus hora tertia completa, & ſexta iam incœpta.Vi. infr.Crucis.19.
24 Nõ enim decebat,illico peracta cena Chriſtum tempore noctis in crucem agi,ſed vt in meridie publice & palam crucifixus proponeretur.cap.57.num.3.
† Cur autem ſexta hora, & ſexta feria paſſus ſit.Vi.inf.Sexta.2.
25 Dici poteſt Chriſtus paſſus in feria quinta, quia in eius diei nocte paſſio ipſius cœpit cum captus eſt,licet in feria ſexta fuerit crucifixus.cap.74.num.5.
26 Dicitur etiam Chriſtus crucifixus ad veſperam, non diei, ſed mundi.cap.67. num. 13.
27 Nam & in vltima mundi ætate veniſſe dicitur.Ibi. num. 14.
28 Item dicitur crucifixus ad Solis occaſum, quia Sol in eius crucifixione obſcuratus eſt.Ibi. nu.16.
29 Chriſtus occiſus eſt nõ quando Iudæi voluerunt, ſed quãdo ipſe voluit.cap.63. num.1.
30 Nam & in die feſto, & cum tumultu populi occiſus eſt,licet Iudæi dicerent, Non in die feſto, ne forte tumultus fieret in populo.Ibi. num.2.
† Iudæi enim abſtinere volebant in die feſto ab occiſione Chriſti. Vi.infr.Iudæi.13.
† Chriſtum tamen fuiſſe crucifixũ in vigilia Paſchæ,non in die feſto Paſchæ multæ coniecturæ probare videntur. Vi.infr.Crucis.11.
31 Sed longe cõuenientius dicitur crucifixus in die feſto Paſchæ, q̃ in vigilia Paſchæ, cap.57.nu.6.
32 Fuit enim crucifixus Luna exiſtẽte pleniſſima.cap.67.num.10.
33 Ipſum fuiſſe crucifixũ Luna decimaquarta,aliquibus modis recte interpretari poteſt.Ibi.nu.6.
34 Luna decimaquarta ſimpliciter ipſum fuiſſe crucifixũ nullus auctor claſſicus tenet.c.68.nu. 11.
35 Videtur tamen id tenere B.Anſelmus in quodã loco.Ibi.nu.12.
36 Sed dicendum eſt, quòd ille nõ eſt B.Anſelm.Ibi. num.13.
37 Nam ipſe expreſſiſſime alibi cõtrarium docet.Ibi.num.20.
38 Chriſtus crucifixus fuit octauo Kal. Apr.id eſt viceſimoquinto die Martij, ſecundum vulgatam & magis receptam antiquorum opi-

nionem;Vel tertio Non. Apr.id eſt tertio die Aprilis ſecundũ magis communem recẽtiorum opinionem.cap.68.num.18.

39 Dicitur(inquam) paſſus ſecundum magis cõmunem, & vulgo receptam opinionem viceſimoquinto die Martij, quo die etiã incarnari dignatus eſt. cap. 73. num.2.

40 Alij tamen dicunt, quòd paſſus ſit die viceſimotertio Martij. Ibi. num.3.& 19.& c.74.nu. 1. & 8.

41 Inter quos eſt B.Anſelmus.c. 77. num. 16.

42 Secundum alios dicitur paſſus die viceſimoſecundo Martij. ca. 74.num.12.

43 Secundum alios die viceſimoprimo.Ibi.num.13.

44 Secundum alios die viceſimo. Ibi.num.14.

45 Cuius opinionis eſt Beatus Epiphanius,qui dicit, Chriſtum reſurrexiſſe viceſimoſecundo die Martij in æquinoctio. capit.77. num.17.

† Ad idem.Vi.inf.num.66.

46 Secũdum alios dicitur Chriſtus crucifixus die decimooctauo Martij.cap.74.num.15.

47 Secundum alios die ſeptimo.Ibi. num.16.

48 Secundum alios die viceſimoſexto.Ibi.num. 17.

49 Secundum alios die triceſimo. Ibi. num.18.

50 Secundũ alios die ſecundo Aprilis.Ibi.num. 21.

51 Secundum alios die tertio. Ibi. num. 22.

52 Secundum alios die vndecimo. Ibid.num.23.

† Iudæi in occiſione Chriſti nihil manibus proprijs effecerũt. Vi. infr. Iudæi.16.

† In paſſione Chriſti cæremonialia legis ceſſauerunt. Vi.inf.Lex.12.

53 Chriſti mors certiſſima fuit.cap. 85.num.10.14. & 17.

54 Quamuis Diabolus eam obſcurare maxime niſus fuerit. Ibi. num.15. & ſeq.

† Chriſtus fuit ſepultus in die Paraſceues ante occaſum Solis. Vi. infr.Sepultura.1.

55 Et dici poteſt fuiſſe in corde terræ duobus modis, vel quantum ad corpus in ſepulcro,vel quantum ad animam in limbo. ca.87. num.1.

† Chriſti depoſitionem de cruce Veſperæ repræſentant. Vi. infr. Veſperæ. 19.

† Chriſtus manſit in morte horis quadraginta,in ſepulcro trigintaſex. Vi.inf.Horę.19.& ſeqq.

56 Manſit enim in ſepulcro duabus noctibus integris, & vno die, quia lucem ſuæ ſimplę mortis tenebris duplę noſtrę mortis oppoſuit,& vtramque mortem noſtram curauit.cap.46.num.8. & cap.85.num.7.

57 Chriſtum manſiſſe in ſepulcro tribus diebus integris probatur a Middelburgẽſi quattuor argumentis.cap.50. num. 2. & ſeqq.

58 Sed non iacuiſſe in ſepulcro per integrum triduum opinio eſt omnium catholicorum. cap. 74. num.6.

59 Et quamuis diuinitati nõ repugnet Chriſtum manſiſſe in ſepulcro tribus diebus integris ſimpliciter loquẽdo, ex ſuppoſitione tamẽ repugnat.cap.85.nu.2.

60 Illud certum eſſe debet,Chriſtũ non manſiſſe in ſepulcro tribus diebus integris abſque ſynecdoche.cap.86.num.2.

61 Quomodo autem verificetur,ipſum manſiſſe in ſepulcro, ſeu in corde terrę tribus dieb.& tribus noctibus,ſicut fuit Ionas in ventre ceti,explicatur.Ibi.nu.1.& 5.

Et

Digitized by Google

62 Et tres dies & tres noctes diſtincte & ſeparatim exponuntur. cap.87.num.3.
† Chriſtus reſurrexit in aurora. Vid. inf. Reſurrectio.2.& ſeqq.
63 Eſt enim probabilius reſurrexiſſe in aurora, quàm media nocte. cap.87.num.4.
64 Reſurrexiſſe autem tertia die cõpertiſſimum eſt, & de fide. cap. 89. num.13.
65 Similiter certiſſimum eſt, & fere de fide ipſum eſſe mortuum in feria ſexta, & in die Dominica reſurrexiſſe. cap.50.num.10.20. 21. & 23.
66 Reſurrexit autem ſecundum Bea. Epiphaniũ viceſimoſecundo die Martij, in quo erat æquinoctiũ vernum. cap.75.nu.11.
† Ad idem. Vi.ſupr.num.45.
67 Secundum Euſebium Cæſareen. reſurrexit Chriſtus die viceſimo quinto Martij.cap.75.nu.14.
68 Chriſtus ſua paſſione veterem hominem,& ſua reſurrectione nouum ſignificauit. cap.45.nu.7.
69 Traditio eſt, Chriſtum media nocte venturum ad iudicium. cap. 47.num.17.
70 Chriſtus factus eſt eccleſiæ ſemel Paſcha in hac mortali vita,& iterum fiet illi Paſcha in alia vita, ſed multo clarius & perfectius. cap. 82.num.11.
1 Ciborum differentiæ & mutationes ſumuntur a media nocte. capit.93.num.11.
† Circa, dictio addita horæ aut tempori, hoc denotat, quòd licet aliquid factum ſit parum ante vel poſt illam horam aut tempus, recte tamen dici poſſit factum circa illam horam aut tempus. Vi. infr.Fere.1.
† Ciuitatum, aut locorum catalogus intra latitudinem viginti & vnius graduum, a triceſimoſexto ſcilicet vſque ad quinquageſimumſextum incluſiue. Vi. ſupr. Catalogus 1.
† Claues ſcientiæ, & iuriſdictionis habebant ſacerdotes Iudæorũ, non quidem quales habẽt ſacerdotes nouæ legis. Vid. infr. Iudæi 21.
1 Clerici nihil aliud quàm dominũ Ieſum Chriſtum habere debent. cap.24 num.17.
2 Et in nullo ab adminiſtratione diuina auocari debent. Ibi. nu.18.
3 Clerici peregrini poſsũt ſimul mane dicere omnes horas vſque ad veſperas incluſiue, & poſtea facere iter ſuum. cap.26. nu.5.
4 Idem de clericis curialibus cenſeri poteſt. Ibi.num.6.
5 Idem ſeruant ſecundum Hoſtien. & Doct.D.Papa, Cardinales, & Epiſcopi pro magna parte, & multi alij etiam inferiores recitantes mane vſque ad Nonã incluſiue. Ibi.nu.7.
1 Collatio quid ſignificet. capit.38. num.10.
2 Vnde dictæ ſint vulgati ſermone Collationes in ieiunijs. Ibi. n.9.
† Comeſtio, quę mane fit, eſt prandium. Vi.infr.Prandium 1.
† Quę autem fit veſpere, eſt cena. Vi. ſupr.Cena 1.
1 Comedere mane ante Tertiam nõ eſt in vſu apud ſanctam eccleſiã. cap.32.num.13.
2 Comeſtio meridiana a quibuſdam reprehenditur, ſed neſcio, an recte. cap.31.num.3.
3 Nam comedendi horam eſſe ſextam extra ieiunia, probatur multis auctoritatib. Ibi.nu.4. & ſeq.
4 Antiqui longe tardius accedebant ad comeſtionem, quàm nũc nos facimus. Ibi.num.2.
† Comedebant enim quotidie ueteres ad nonam. Vi.inf. Nona 2.
† Ieiunantes comedere debent ad veſperam.

veſperam. Vi.inf.Ieiunium 8.

† Comeſtio in diebus ieiunij erat ad nonam. In diebus communibus ad ſextam poſt Miſſam. Vid.inf. Miſſa 33.

† In diebus Dominicis & feſtis erat ſimiliter ad ſextam, non ad tertiam. Vi.inf. 34.

† Comeſtio, quę hodie fit in ieiunijs eſt vere prandium, non cena. Vi. inf. Ieiunium 21.

† Nam hodie in ieiunijs tráſlata eſt hora comedendi a nona in meridiem. Vi.inf. Horæ 16.

† Comeſtio, quę fit ad nonam, eſt potius cena, quam prandium. Vid. infr. Nona 4.

† Secundum Micrologum comedimus ad nonam, cum dicitur Miſſa ad ſextam, & comedimus ad veſperam, cum dicitur Miſſa ad nonam. Et ſecundum B. Clementem Rom. ieiunandum eſt vſq; ad ſextam cum ſumitur mane euchariſtia; cum vero ſumitur tertia aut quarta hora, ieiunandum eſt vſque ad veſperam. Sed hæc vſu recepta non ſunt. Vid. inf. Miſſa 35. & ſeqq.

† Comeſtio moderata dici poteſt ieiuniũ late ſumpto ieiunij vocabulo. Vi.inf. Ieiunium 5. & ſeq.

5 Comedere ſemel in die eſt Angelorum, bis hominum, frequentius brutorum. cap. 36. nu. 20.

6 Aliqui inter veteres Romanos comedebant non ſolũ bis, ſed etiã ter & quater in die. Ibi. nu. 19.

† Comedendi horæ appellantur canonicæ. Vid. infr. Horæ canonicæ, 52.

7 Comeſtioni non ſomnus, neque cubile ſuccedere debet, ſed oratio, & ſacrarum lectio ſcripturarũ cap. 26. num. 31.

1 Cõmunio neceſſario, quę de corpore exeũtib. fit pro viatico, nulli vnquã denegatur. cap. 30. n. 31.

† Communionem ſumpturi debent eſſe ieiuni a media nocte. Vid. inf. Ieiunium 29.

2 Communicans in feria quinta cenæ Domini, vt liberius poſſit in die ſancto Paſchæ conuiſtationibus, & ludis indulgere, male agit. cap. 26. num. 23.

† A communione abſtinendum eſt in Paraſceue maioris hebdomadæ. Vi. inf. Paraſceue 9.

5 Sacerdotes quandoque laicã communione communicare debẽt, ſcilicet in feria quinta, & Sabbatho maioris hebdomadæ. cap. 30. num. 5.

† Communiones in Miſſa cantari cęperunt ex inſtituto Cœleſtini, & B. Gregorij. Vid. infr. Introitus 1.

1 Completorium vnde ſic appelletur. cap. 17. num. 1.

2 Quare incipiat a lectione breui. Ibi. num. 2.

3 Secundũ aliquos in prima noctis vigilia exſolui debet. Ibi. nu. 3.

4 Secundum Amalarium celebratur in tertia noctis parte ex ſeptem partibus noctis, quæ tertia pars vocatur conticinium. c. 19. nume. 18.

5 Secundũ Canoniſtas eſt vna ex vigilijs nocturnis. cap. 17. nu. 30.

† Eſt vna ex vigilijs nocturnis, & de officio nocturno ſecundum eoſdem, & Roſellam. Vi.inf. Matutinum 13. & ſeqq.

† Eſt (inquam) ſecũdum Canoniſtas vna ex vigilijs nocturnis, ſeu ex horis canonicis nocturnis; Sed falſo. Vid. inf. Vigiliæ 12.

6 Cenſetur autem eſſe hora nocturna per quamdam iuris fictionẽ. cap. 19. num. 26.

7 Quo modo etiã Veſperæ cenſetur eſſe hora nocturna. Ibi. nu. 27.

† Quod autem Completorium ſit ex quattuor noctis vigilijs ſecũdũ

Amalarium, id quodam modo recte exponitur. Vid. infr. Vigiliæ 14.
8 Completorium in duodecima diei hora parum ante occaſum Solis exſolui debet. cap. 16. nu. 29.
9 Secundum communem opinionẽ. cap. 18. nu. 1. & 5.
10 Conuenit enim illi duodecima hora. cap. 21. nu. 1. 2. & 21.
† Et Completorium eſt duodecima hora. Vi. infr. Duodecima 4.
† Et ita appellatur a Smaragdo. Vi. Ibi. 3.
† Completorio, & Primæ aſſignatæ ſunt vltima & prima diei horæ. Vi. inf. Prima 7. & 10.
11 Secundum Archidiaconum licet Completorium deputetur huic diei quaſi complens ipſum, non tamen cantatur in hoc die, ſed poſt finem eius in principio ſequentis. cap. 17. nu. 29.
12 Et dicitur cantari in principio ſequentis ſecundum computationem canonicam. cap. 19. nu. 23.
† Generaliter enim, & per ſe eſt de die præcedenti, ſed per accidẽs eſt de ſequenti, ſuperueniente ſcilicet maiori feſto. Vid. infr. Veſperę 18.
† Et includitur in ſollemnitate alicuius feſti etiam poſt ſecundas Veſperas. Vi. inf. Dies 87.
13 Completorium eſt finis diei eccleſiaſtici, Matutinũ vero eſt principium. cap. 28. nu. 18.
† Inter horas canonicas Completorium vltimo loco eſt numerandum. Vi. inf. Matutinum 19.
14 In eccleſijs clericorum ſęculariũ immediate poſt Veſperas decantatur. cap. 25. nu. 5.
† Quare Veſpere recitare Completorium ſimul cum Veſpere non eſt malum. Vid. infr. Horæ canonicæ 45.
† Et quando Completorium immediate dicitur poſt Veſperas, ſemel tantum dicitur oratio Dominica. Vi. inf. Oratio Dominica 4.
† Quando autem Completorio finito immediate dicitur Matutinum, omnes orationes, ſcilicet Pater noſter, Aue Maria, & Credo, ita integre dicuntur, & duplicantur, ac ſi hęc duo officia non continuarentur ſimul. Vid. Ibi. 5.
† Completorium ſub Veſpertini officij nomine late ſumpto comprehenditur. Vi. inf. Matutinum 10.
15 Et eo Chriſti ſepultura repræſentatur. cap. 18. nu. 2. & 6.
16 Licet quidam eam repræſentari dicant Veſperis. Ibi. nu. 8.
† Completorium non erat ſpecifice, & explicite cognitum ab initio. Vi. inf. Prima 9.
† Neque tempore B. Auguſtini, ſaltem ſub hoc nomine. Vi. Ibi. 12.
† Etſi tamen non ſpecifice nominatum, videtur tactum ab antiquis ſanctis patribus. Vi. ibi. 14.
17 Ipſumque videtur commemorare B. Baſilius. cap. 14. nu. 17.
† Et eius expreſſam mentionem faciunt hi. Vi. inf. Prima 15.
† Completorium poſtea adinuentũ, fuit horis canonicis adiunctum. Vi. Ibi. 11.
† Prima & completorium in multis conueniunt, & fuerunt adinuẽtæ poſt alias quinque horas. Vi. Ibid. 8.
1 Conceſſione alicuius actus expreſſe facta, ea omnia tacite intelliguntur conceſſa, ſine quibus ille actus bene explicari non poteſt. cap. 66. num. 21.
† Concubium appellatur nox intempeſta, quòd fere omnes tunc cubent. Vi. inf. Nox. 14.
† Confeſſione non præmiſſa poteſt in aliquo caſu Miſſa celebrari. Vid.

Vid.infr.Miſſa 72.
† Priuilegium audiendi confeſſiones nulla poteſt induci conſuetudine. Vi.inf. Priuilegium 3.
1 Coniecturis non eſt opus, vbi eſt expreſſa auctoritas textus. cap. 57.num.9.
† Coniunctiones aliæ pro alijs poſitæ inueniuntur. Vi.inf. Et 1.
1 Conſcientia etiam erronea obligat.cap.27.num.16.
1 Conſequens qui vult, vult omne neceſſarium antecedens.cap.41. num.22.
1 Conſuetudo laudabilis,& mos patriæ ſeruãdus eſt.cap.24. nu.14.
2 Conſuetudo generalis ſeruanda eſt.cap.39.num.15.
3 Conſuetudines eccleſiaſticæ diligenter ſeruandæ ſunt, quia parem omnino vim obtinent cum iure ſcripto.cap.41.num.17.
4 Conſuetudo non minus quàm lex vigorem habet.cap.30.n.1. & 6.
5 Obtinet vim legis, & ęque ac ius ſcriptum obligat.cap.42. nu.12.
6 Et optima legum interpres. Ibid. num.13.
7 Conſuetudo diuino cultui fauorabilis eſt extendenda. Ibi.nu.16.
8 Conſuetudo cenſetur obligare ad mortale, quando viri prudentes ita exiſtimant. Ibi.num.17.
9 Conſuetudo generalis nõ indiget probatione.Ibi. num.19.
10 Dicitur autem generalis, quando omnes ita exiſtimant.Ibi. nu.18.
11 Conſuetudo, quæ eſt contra ius, probari debet. Ibi.num.23.
† Doctori alicui excellenti aſſerenti conſuetudinem, ſtari debet. Vi. inf. Doctori.1.& ſeqq.
† Nulla conſuetudine induci poteſt priuilegium audiendi confeſſiones. Vi.inf.Priuilegium 3.
† Conſuetudo loquendi attendenda eſt.Vi. inf.Vſus 1.& ſeqq.
1 Conſultatio non eſt de impoſſibilibus.cap.63.num.17.
† Conticinium appellatur nox intẽpeſta, quòd fere omnes tunc taceant.Vi.inf.Nox.14.
† Ab Hugone de S.Vict. appellatur prima pars noctis. Vi.Ibi.5.
1 Correctio vitanda eſt; quod enim non mutatur cur ſtare prohibetur? cap.89.num.4.
2 Legum correctio reſtringenda eſt, non amplianda.cap.27.num.13.
† Et non inducitur ex tacita & præſumpta ratione legis. Vid. infr. Lex 10.
3 Correctio iuris antiqui non cenſetur facta, niſi quatenus habetur ex iure nouo in ſenſu directo. cap.28.num.6.
4 Vel etiam in ſenſu contrario, quãdo aliàs ius nouum in ſenſu directo nihil operetur.Ibi.nu.7.
5 Et intelligitur de iure antiquo, quod immediate vigebat ante ius nouum.Ibi.nu.11.
1 Crepuſculum eſt totum illud ſpatium temporis, quod eſt vel mane ab initio auroræ vſque ad Solis ortum, vel ſero ab occaſu Solis vſque ad initium noctis perfectæ.cap.9.num.17.
repuſculum ſignificat dubium, quia dies an ſit etiamnum, an nox, multis eſt dubiũ. Ibi. n.16.
repuſculum nõ eſt idem cũ die, vel cum nocte.cap.20. nu.23.
4 Sed diei, & nocti tamquam inter vtrumque medium adſcribi poteſt.cap.9.num.12.
5 Et nunc diei, nunc nocti annumeratur.cap.20.num.24.
† Et dici poteſt & dies & nox propter conuenientiam, quam cum vtroque habet. Et quia in medio exiſtens, vtrumque participat.Vi.inf.Diluculum 4. & ſeq.
6 Quare tamquam medium quiddã inter diem & noctem, facile attribui poteſt vel diei, vel nocti,

quoius.

quouis cuiuſque modo, ſiue præcedenti, ſiue ſubſequenti. c. 88. num. 12.
7 Crepuſculo durante intelligi poteſt eſſe dies, & Sol. c. 93. num. 6.
† Dici etiam poteſt eſſe media nox. Vi. inf. Medium. 5.
8 Crepuſculum adſcribitur potius diei quam nocti, ſi id præſertim ſuadeat mitior interpretatio. cap. 93. num. 9.
† Ab initio crepuſculi matutini ſumi poteſt initium diei artificialis. Vi. inf. Dies. 4.
† Et quando finit crepuſculum veſpertinū, tūc perfecte finit dies, & eſt occaſus Solis. Vi. ibi. 13.
† Crepuſculo matutino eſt mane. Vi. inf. Mane. 2.
9 Crepuſculum matutinum non ita ligat diem cum nocte ſicut veſpertinum. cap. 20. num. 21.
10 Crepuſculum matutinum & veſpertinum ſunt omnino æqualia. cap. 95. num. 5.
11 Et ſingula crepuſcula pro vna hora inæquali computantur. ca. 9. num. 19.
12 In Italia numquam minus quàm vnam horam cum dimidia continent. ibi. num. 18.
13 Linea crepuſculina æquidiſtat ab horizonte per decem & octo gradus. cap. 39. num. 5.
14 Secundum opinionem magis communem. c. 46. num. 7.
15 Sed ſecundum aliquos Magiſtros extēditur vſque ad triginta gradus ſub horizonte. ibi. num. 8. & cap. 91. num. 14.
16 In dictis autē decem & octo gradibus pertranſeundis Sol immoratur plus ſemper quàm per vnā horam, & quintam partem alterius. cap. 39. nu. 6.
17 Crepuſculorum duratio varijs modis inueſtigari poteſt. cap. 95. num. 1.
18 Sed modus facilior eſt qui deſcribitur. ibi. num. 2. & 3.
19 Qui etiā exemplo declaratur. ibi. num. 4.
20 Et figura oſtenditur. ibi. num. 9.
† Tabulam durationis crepuſculorū a 36. gradu eleuationis poli vſque ad 56. incluſiue iuxta determinationem decem & octo graduum ſub horizonte. Vi. inf. Tabulam. 5.
1 CRVCIS ſuppliciū durius erat alijs ſupplicijs; quia diutius cruciabat. cap. 65. num. 7.
2 Et nihil fuit peius cruce inter omnia genera mortium. ibi. num. 8.
3 Nonnulli aſſerunt, Romanos nō Iudæos inferre fuiſſe ſolitos crucis ſupplicium. cap. 61. num. 10.
4 Sed probatur, etiam Iudæos idem ſupplicium ſæpius in reos decreuiſſe. ibi. num. 12.
5 Cur Chriſtus ſibi ipſe crucem portare fuerit coactus. c. 64. num. 5.
6 Cur etiam Simon Cyrenæus angariatus fuerit ad eamdem crucem portandam. ibi. num. 6.
7 Crucifixorum corpora in eadē die ſepelienda erāt apud Iudæos ex præcepto Dei. cap. 65. num. 4. & cap. 66. num. 24.
8 Quod præceptum pro Chriſto ſpecialiter latum fuiſſe cenſendum eſt. d. cap. 65. num. 5.
9 Intelligebatur autem in eadē die, non in qua crucifigebantur, ſed in qua moriebantur in cruce. ibi. num. 6.
10 Diem crucifixionis Ieſu Chriſti quicumque inueſtigare nituntur, non incipere debent computationem ab initio mundi. cap. 68. num. 15.
11 Diem dictum crucifixionis Ieſu Chriſti nō fuiſſe feſtum Paſchæ, ſed Vigiliam Paſchæ, multæ coniecturæ probare videntur. c. 60. num. 3. & ſeqq.

In

12 In contrariũ fuiſſe feſtũ, & Lunã decimamquintã, probatur multis coniecturis.cap.61. num.1.6. & 8.& cap.62.nu.1. & 11.

13 Et probatur etiã teſtimonijs multorum patrum.d.cap.62. nume. 12.& ſeqq.

† Longeque conuenientius dicitur Chriſtus crucifixus in feſto die Paſchæ, quàm in vigilia Paſchę. Vi.ſup.Chriſtus 31.

14 Hora crucifixionis Ieſu Chriſti habet difficultatem non paruam. cap.22.num.1. & 24.

15 Quidam ex antiquis, & ex recentiorib.dicunt fuiſſe tertiam, quidam ſextam. cap.23.num.12.

16 Horam tertiã dicunt hi.ibi.nu.13.

17 Sextam hi.ibi.num.14.

18 Crucifixum fuiſſe Chriſtum hora tertia declaratur multis modis. ibi.num.2.& ſeqq.

19 Fuit enim crucifixus hora tertia cõpleta,& ſexta iam incœpta.cap. 22.num.2.

20 Vel fuit crucifixus hora media inter tertiã & ſextam.ibi.num.22.

† Crucifigi non decuit Chriſtum in media nocte,ſed in meridie. Vi. ſup.Chriſtus 24.

† Curiales clerici poſſunt ſimul mane dicere omnes horas.Vi. ſupr. Clerici 4.

1 CVRSITATIONES Carniſpriuij olim ad oſtenſionẽ viriũ,nũc ad lucrum militum apparitorum exercentur.cap.80. num.8.

† Cuſtodiæ noctis erãt quattuor, in quas nox diuidebaſ.Vi.iſ.Nox 3

1 CYCLOS habere perpetuos ac ſempiternos, perfectos & exactiſſimos ad Paſchę celebrationem, ſanctæ Chriſti eccleſiæ militanti non conuenit, neque expedit.cap.82.num.10.

D

1 DEBITOR ſoluens ante tempus non poteſt ſe liberare, ſi tempus adiectum ſit non in ſolum fauorem debitoris, ſed etiã creditoris.cap.16.num.10.

† Defectus noſtrorũ temporũ,quib. non ſolũ merita, ſed etiã corpora ipſa hominũ defecerunt,non patitur diſtrictionis antiquę manere cenſurã.Vi.infr.Tẽpus 19.

† Defunctorum Miſſa canitur poſt Matutinum,aut Primam. Vid. inf.Miſſa 62.

† Et celebratur conuentualiter etiã quòd alias fiat officium de feſto vel de feria.Vid.ibi.63.

† In multis eccleſijs quolibet veſpere dici ſolet vnus Nocturnus defunctorum ſine Laudibus. Vid. inf.Nocturni 15.

1 DETERMINATIO vna reſpiciẽs plura determinabilia debet pariformiter determinare.cap.39. num.19.

1 DIES artificialis pluribus modis definiri poteſt, vel quando Sol in ſuo corpore eſt ſuper terram, vel quando in ſuis radijs. cap.9. num.14.

2 Diem vulgus omne appellat præſentiam Solis ſuper terram. cap. 91.num.12.

3 Diei artificialis initiũ duplex eſt. Vnum ab aurora, Alterum ab ortu Solis.cap.9.nu.22. & cap.15. num.18.& cap.16.num.21.

4 Sumi enim poteſt dictum initium & a crepuſculo, & ab ortu Solis.cap.21.num.23.

† Id eſt ſumi poteſt & ab initio crepuſculi matutini,& a fine: Crepuſcula enim & diei nocti tamquam inter vtrumque media adſcribi poſſunt. Vi.ſup.Crepuſculum 4.& ſeqq.

5 Dies igitur artificialis incipit non ſolum quando Sol in ſuo corpore oritur, ſed etiam multo ante cum lux emicare proſpicitur in Oriente.cap.90. num.10.

6 Et vno modo incipere dicitur ab auroræ initio.cap.6.nu.27.
7 Alio modo ab ortu Solis.ibid. nume.33.
8 Ita quòd vſque ad ortum Solis dicatur nox.ibi.nu.28.
9 Immò & media nox.ibi.nu.29.
10 Pro Miſſis priuatis celebrandis non ab ortu Solis,ſed ab aurora, diei initiũ ſumitur. cap.39.n.2.
11 Et ab aurora ſumẽdum eſt ijs qui agendi initium conſiderant.capit.9.num.20.
† Operarij diem ſibi auſpicantur ad minus ab ortu Solis. Vid. infr. Operis 8.
† Dies cenſetur completus veſperis. Vid.inf.Veſperæ 17.
12 Sed non finitur ſecundum veritatem niſi per occaſum Solis. cap. 19.num.35.
13 Et tunc perfectè finit dies, & eſt occaſus Solis,quãdo finit crepuſculũ veſpertinũ. cap.95. nu.4.
† Tabulam quantitatis dierum artificialiũ elaborauit Ioan.de Mõte Regio. Vid.inf. Tabulam 1.
† Dies artificialis tãtus eſt in vno pũcto Zodiaci,quãtus eſt in altero puncto ęquidiſtante a Tropicis in altera parte Zodiaci. Et ruſus quãtus eſt dies in dictis duobus pũctis, tanta eſt nox in alijs duobus oppoſitis. Vid.infr.Sol 4. & ſeqq.
14 Diei artificialis,ſeu noctis quantitate habita,reliqua ſingularum horarum puncta facile inueniũtur. cap.94. num.1.
15 Quod exemplis manifeſtatur. ibi. num.6.& ſeqq.
16 Dies totus diuiditur in mane & veſpere ſecundum quoſdam: Et ita mane durat vſque ad meridiem, a meridie vero incipit veſpere.cap.8.num.13.
17 Secundum alios diuiditur in mane,meridiem,& ſupremum. Et mane durat vſque ad horã poſt tertiam,meridies vſque ad horã ante nonam. Ibid.nu.14.
18 Dies diuidebatur antiquitus apud hebræos in quattuor partes,& ſingulæ partes ab hora in fine poſita nominationem ſumebant.cap.20.num.8.
19 Et ſimiliter apud antiquos pro horis canonicis in quattor æquales partes diuidebatur: quemadmodum nox pro vigilijs: Et quælibet pars ab hora in fine poſita nominationem ſumebat.cap.21. nu.3.11.15.& ſeqq.
† Ad idẽ.Vi.inf. Horæ canonicæ 23.
20 Dies quilibet artificialis in duodecim horas inæquales apud omnes diuiditur.cap.21. nu.20.
21 Dies (inquam) quilibet, & nox quælibet ita diuiditur. capit.9. num.1.& 4.
22 Quòd ſi computẽtur ẽt crepuſcula,cuiuſque diei artificialis horę erunt quattuordecim.ibi.nu.11.
23 Dies naturalis conficitur ex vna Solis integra,& completa circũlatione.cap.59.nu.13.
† Et diuiditur in vigintiquattuor partes per horas æquinoctiales.Vi. inf.Horæ 1.
24 Dierum varias ſupputationes & inchoationes multi auctores pertractant.cap.91.num.5.
25 Qui dies pro diuerſitate factorũ & cauſſarum diuerſimode incipere, & finire cenſentur. ibid. num.3.
26 Et diuerſæ nationes diuerſimode eos computare ſolebant.ibi.nu. 2.& 6.& cap.91. num.4.
† Arabes diei initium faciunt a meridie.Vi.ſup.Arabes 1.
† Et ita etiam computant Aſtrologi. Vi.ſup.Aſtrologi 1.
† Babylonij, & Perſæ diei initium faciunt ab ortu Solis. Vid. ſup. Babylonij 1.

Græci

Digitized by Google

† Græci a mane. Vi.inf.Græci 1.
† A primo enim mane diei initiũ facit eccleſia græca. Vi.if. Miſſa 74
27 Romani a media nocte dies computare ſolebant cap 92.nu.1.
† Iudæi computant a Veſpera. Vi. inf. Iudæi 23.
28 Ita enim dies computare præceptum illis fuit, non quantum ad omnia, ſed quantum ad ſollemnitatum dumtaxat celebritates. cap.44.num.5.
29 Vnde dies ſollemnitatum apud hebræos a veſpera in veſperam celebrabantur. cap.67. num.12. & cap.70.num.14.
30 Tribus autem modis computabatur dies naturalis apud Iudæos. Ab ortu Solis ſecundum naturã ipſorum dierum. Ab occaſu ſecũdum ſollemnizationẽ feſtorũ. A media nocte ſecundum commu nem vſum loquendi. cap.87.nu. 5.& cap.89.num.14. & 16.
31 Quidam inquiunt, dies naturales apud Iudæos communi reputatione cœpiſſe a mane. d. capit. 89.num.1.
32 Sed id falſum eſt. ibid.nu.2.& 12.
33 Nam in communi vſu loquendi dies computabantur apud Iudæos & apud ſacras litteras a media nocte.cap.88. num.1.
34 Vnde ſimpliciter dicendum eſt, ꝙ dies naturalis ſecundum cõmunem reputationem,& vulgarem loquendi vſum currit a media nocte.cap.20. num.29. & capit. 87.num.2.
35 Quod procedit etiam in interpretandis ſacris ſcripturis. d. capit. 87.num.9.
36 Et etiam apud Iudæos. ibid. nume.22.
† Dierum enim naturalis diſtinctio eſt, ut veſperam diei præcedenti coniungamus. Vid. infr. Veſpera 25.
37 Naturaliter igitur a media nocte dies naturalis computari debet ſecundum communem reputationem.cap.90.num.1.
38 Nam diei principium ab aliquo puncto maxime noto capere oportet ſecundum naturam.ibid. nume.2.
39 Dies autem puncta maxime certa, ex quibus initium diei capere poſſumus, quattuor ſunt, ortus Solis, occaſus, meridies, & media nox.ibi.nu.3.
40 Et initium diei naturalis non eſt ſumendum ſecundum naturam ab occaſu Solis.ibi. num.4.
41 Neque ab ortu.ibi.num.7.& 9.
42 Neque a meridie, ſed a media nocte.ibi.num.13.
43 Quare dies computare a media nocte magis naturale eſt, quàm aliunde.cap.92.num.4.
44 Et dies naturalis a media nocte ſecundum naturam inchoandus eſt.cap.91.num.1.
45 Ac ita habet,& habuit ſemper vſus communis.ibid.num.16.
46 Eccleſia etiam diem computat a media nocte. capit.92.nume.7. & 11.
47 Quod intelligendum eſt non ſimpliciter quoad omnia, nam in pluribus diem inchoat ab occaſu Solis.ibid.num.12.
48 Sed quoad quædam, ſcilicet quoad ieiunia,& ciborum differentias, diem eccleſia inchoat a media nocte.ibi. nu.13. & cap.43. num.7.& cap.91.num.2.
49 Nam dies naturalis ſecundũ Eccleſiam Romanam incipit magis ab occaſu Solis, quàm a media nocte.d.cap 91. num.3.
50 Et dies eccleſiaſticus quantum ad celebrationem diuinorum officiorum currit a veſpera in veſperam. cap.18.num.10.
† Et ita incipit ſecundum computationem

tionem canonicam. Vid. inf. Veſpera 26.
51 Dicitur quidem quòd pro horis canonicis dies naturalis computatur a media nocte. cap. 25. nume. 2.
52 Sed hoc addi debet, quòd pro Matutino incipit dies a veſperis præcedentis diei. ibi. num 3.
† Diei autem eccleſiaſtici principiũ eſt Matutinum, finis vero Completorium. Vid. ſupr. Completorium 13.
53 Quantum igitur ad eccleſiaſticũ officium dies naturalis ita currit, vt nox præcedat, dies autem artificialis ſequatur. cap. 43. n. 1.
54 Et incipit a Veſperis. ibi. num. 3.
55 Incipit a veſpera, vel ab occaſu Solis quantum ad officium diuinum; ſed quantum ad ieiunia incipit a media nocte. capit. 26. num. 28.
56 Et ſimiliter dies feſtus a media nocte incipit, quantum ad ieiunia, & communem populorum morem, præſertim in ceſſando ab operib. ſeruilib. cap. 47. nu. 14.
57 Licet quantum ad celebritatem officij incipiat a veſpera. ibid. nume. 15.
58 Dies qui a veſpera ſupputatur, inter alias ſupputandi rationes dicitur eccleſiaſticus. cap. 43. n. 5.
59 Competebat quidem etiã Iudęis huiuſmodi ſupputatio in veteri lege quantum ad eorum ſollemnitates. ibid. num. 10.
60 Sed nobis regulariter dies currũt ab occaſu, Iudæis contra regulariter currebant ab ortu. Ibid. num. 12.
61 Et ſpecialiter in ſollemnitatib. celebrandis currebant illis dies ab occaſu. Ibid. num. 13.
62 Dies enim naturales ab Initio mũdi a mane procedebant in mane. Ibid. nu. 17. & ſeqq.
63 Ita vt dies artificialis præcederet, & nox ſequeretur. cap. 20. nume. 20.
† Naturalis enim ordo poſtulat diẽ ac noctẽ dicas potius, quàm retrorſum. Vid. inf. Lux 2.
64 Dies item primus in creatione mũdi ſine vllo diluculo, aut aurora præcedente incœpit. cap. 89. num. 7.
† Et quamuis ſecundum Thaletem Mileſium nox pręceſſit diẽ, non dies noctem; Id tamen intelligẽdum eſt non de nocte proprie dicta, ſed improprie, de materia ſcilicet informi, & tenebroſa. Vid. inf. Nox 9. & ſeqq.
65 Dies igitur naturales ab initio creationis mundi vſque ad Chriſti reſurrectionem ita currebãt, vt dies noctem præcederet. cap. 44. num. 8.
66 Poſt Chriſti vero reſurrectionem ita procedunt, vt nox diem pręcedat. Ibid. nu. 9.
67 Et diei initium ab occaſu Solis habeatur. cap. 19. num. 20.
68 Quod myſterio congruit. cap. 44. num. 10.
69 In nouo etenim teſtamento nõ ſequimur in cõputatione dierũ naturaliũ ordinem creationis, ſed potius recreationis; & idcirco noctẽ diei præmittimus, quia a tenebris peccatorum tranſimus ad lucem gratię. ibid. nu. 4.
70 Huiuſmodi autẽ dierũ naturaliũ mutatio facta eſt in Chriſti reſurrectione. Nã prius dies præcedebat noctem, & poſtea nox præcedit diem. cap. 45. num. 1.
71 Quamuis B. Auguſt. in die Paraſceues dictam mutationem factam exiſtimet. ibid. nu. 2.
72 Nam dies mortis, ſeu ſepulturæ Chriſti ſecundum ipſum a nocte ſumunt initium. cap. 48. num. 12.

Dies

73 Dies vero creationis mũdi a luce. ibi.num.13.
74 Per dictam autem dierum naturalium mutationem factam in reſurrectione Chriſti ſaluatur tempus trium dierum,& trium noctium mortis Chriſti. capitu.45. num.17.
75 Cui tamen ſolutioni nõ nulla obſtant.cap.46.num.1.
76 Et videtur potius myſtica, quàm litteralis. cap.48.num.1.
77 Minus tamen mala eſt,quam ſolutio communis.ibi.nu.2. & 11.
78 Difficillimum autẽ eſt numerum aſſignare dictorum trium dierũ, & trium noctium mortis,ſeu ſepulturæ Chriſti.cap.50.num.1.
79 A multis dictus numerus varie aſſignatur.cap.49.num.1.& ſeqq.
80 Duo modi noui aſſignantur a Middelburgenſi. capitulo 50. num.5.& 8.
81 Dies a Iudæis per Lunas numerabantur.cap.89. num.3.
82 Et erãt in duplici differẽtia apud ipſos; quidam ſcilicet legales a veſpera in veſperam,quidã vſuales a media in mediam noctem. cap.87.num.14.
83 Euangeliſtæ fere ſemper nominãt dies ſecundum computationem vſualem, nõ ſecundum legalem. cap.60.num.2.
† Dies hebdomadæ dicebãtur prima Sabbathi,ſecunda Sabbathi,tertia Sabbathi.&c. Vi.inf.Hebdomadæ.1.
† Dies Sabbathi in ſingulari,vel dies Sabbathorum in plurali idem ſignificat.Vi.inf.Sabbathum.4.
† Prima Sabbathi, vel vna Sabbathi hebræorum more eſt dies Dominica.Vi.inf.Dominica.10.
† Diem Dominicam ita appellamus, & feſtiuã dici nus propter Chriſti reſurrectionem. Vi.ibi.7.
† Dierum omnium digniſſima eſt dies Dominica.Vi.ibi.3.
84 Dierum feſtorum officiũ antiquitus non habebat primas veſperas.cap.19.nu.21.
85 Sed poſtea factum eſt, vt incipiat a primis Veſperis incluſiue. Ibi. num.29.
86 Et durat ſolemnitas per totũ diẽ ſequentem.Ibi.num.30.
87 Incluſo etiam Completorio. Ibid. num.31.
88 Secundum conſuetudinem, & cõmunẽ opinionem. Ibi.num 32.
† Deſcriptio temporis diei vt plurimum fiebat antiquitus apud hebræos,& apud patres, per horã tertiam, ſextam, & nonam,alijs intermedijs omiſſis, tamquam per horas inſigniores,& ſollemniores.Vi.inf.Tempus 14.& ſeq.
† Et vſque hodie fit quandoque dicta deſcriptio temporis per horas canonicas. Vi.ibi.17.
89 Dieĩ prima pars eſt aptior & melior rebus gerendis, quàm ſuprema. cap 9.nu.6.
90 Eſt aptior(inquam)ad laborandũ, ad orandum,& ad deuotionem, cap.26.nu.13.
† Vnde apud Chriſtianos feriarũ nomine appellati ſint dies. Vid. inf. Feriæ 1.
91 Dies paſſionis Chriſti occultus eſt nobis.cap.74.nu.24.
92 Huiuſmodi autem occultationis cauſſa affertur ex aliorum ſententia.Ibi.num.25.
93 Item ex propria.Ibi.nu.26.& 28.
94 Dies naturalis quantum ad calculationem æquinoctij verni, aut Lunæ quartędecimę pro Paſchæ celebratione, cõmode ſumitur a media in mediã noctẽ.c.91.n.15.
95 Numerare dies abſq; noctiũ cõmoratione in vſu eſt. Ibi. nu 13.
96 Quattuor diei puncta reſpondent quattuor anni punctis, ortus.ſ. Solis æquinoctio verno, occaſus

æquinoctio autumnali, meridies ſolſtitio æſtiuo, media nox ſolſtitio hiberno. cap. 90. num. 15.

97 Dicta quattuor diei puncta, ſcilicet ortus Solis, occaſus, meridies media nox, ſumēda ſunt in qualibet regione ex linea meridiana. cap. 40. num. 4.

98 Præterquam vbi polus eſt pro Zenith, in qua ad placitum conſtituenda ſunt. ibi. num. 6.

99 Dies artificiales, & noctes in quibuſdam regionibus contingunt longiſſimæ per plures Solis circumlationes. ibi. num. 3.

100 Vnde fit, vt ibi dies artificiales pauciores ſint quàm apud nos, non autem dies naturales, id eſt Solis paralleli, & circūlationes. ibi. num. 5.

101 Dierū duplicatio, ita vt duo dies pro vno & eodem computētur & nominentur, falſa eſt, & nō admittenda. cap. 59. num. 9. & 17.

102 Sed ita vt plures dies duplicētur ad celebrandum aliquam feſtiuitatem, abſque interruptione dierum hebdomadę, quemadmodum fit in biſſexto, admitti poteſt. ibi. num. 14.

† In anno enim biſſextili duo dies pro vno computantur. Vi. ſup. biſſextili. 1.

103 In numero aliquorū dierum, ſeu in dierum appellatione faciēda, vtraque extrema computanda ſunt. Verbi gratia cum dicitur, Die tertio poſt Kalend. vel Die tertio ante Kal. & ipſæ Kalēdæ, & dies qui deſcribitur computantur, vt ſic trium dierum ratio conſtet. cap. 73. num. 18.

104 Dies idem apud veteres Romanos pluribus modis deſcribebatur. Verbi gratia in die tertio Ianuarij dicebant, Tertio Non. Ianuar. ſeu (quod idem eſt) Tertio ante Non. Ianua. & ante diem tertium Nonarum Ianua. Item dicebant, Die tertio poſt Kal. Ianuar. & poſt diem tertium Kalendarum Ianuar. ibi. num. 17.

1 DIFFICVLTAS ſacrarū literarū debet efficere, vt potius fateamur inſcitiam, & imbecillitatē noſtram, quàm vt contra illas militemus. cap. 23. num. 16.

1 DIGNIVS trahit ad ſe minus dignum. cap. 24. num. 22.

1 DILVCVLVM omne poſt ſextam noctis horam incipit, quādo primum galli canunt, ſecundum Euthymium. cap. 46. num. 3.

2 Immo ſecundum ipſum tunc proprie Sol nobis oriri dicitur. ibi. num. 13. & 22.

3 Quæ tamen abſurda ſunt. ibi. nume. 14.

4 In diluculo & crepuſculo dici poteſt & dies & nox propter conuenientiam quam cū vtroque habent. cap. 47. num. 20.

5 Et quia in medio exiſtentia vtrūque participant. ibi. num. 22.

6 Diluculum tempore reſurrectionis Chriſti in Hieruſalem non incœpit prius quam per horam, & dimidiam fere ante ortum Solis. cap. 46. num. 15.

† DISPENSARE aliquem in vno caſu particulari eſt minus quàm legem ferre communem, & vniuerſalem. Vi. inf. Lex. 7.

† DISTRVS menſis apud Macedones eſt idem penitus cum noſtro Martio. Vi. inf. Menſis. 11.

1 DIVERSIS ex rebus aut principijs non fit illatio. c. 26. num. 29.

2 Diuerſorum enim diuerſum eſt iudicium, & ex diuerſis (vt dictum eſt) non fit illatio. capit. 27. numero 13.

1 DOCTORI alicui excellenti aſſerenti ita eſſe conſuetudinem, ſtari debet. cap. 42. num. 21.

2 Licet Nauarrus contrarium ſentiat.

ſtiat. ibi.num.22.
3 Poteſt tamen probatio in contrarium admitti.ibi.num.25.
1 DOMINICA dies ſicut fuit prima dies creationis mundi,ita prima fuit redemptionis & innouatio nis ſeculi.cap.85.num.2.
2 Et quemadmodum fuit prima dies antiqui ſtatus,ita fuit prima noui.cap.45.num. 3.
3 Et tenet primatum in diebus omnibus. ibi.num.4.9.14.& ſeqq.
4 Et in ea primum gratia noui teſtamenti illuxit.ibi.num. 5. & 11.
5 Et præcipua myſteria in ea facta ſunt.ibi.num.10.
6 Dominicam diem quam celebrat eccleſia ob reſurrectionem Chriſti,fatetur eſſe primam diē hebdomadæ, in qua etiā creatus eſt mundus.cap. 59.num.11.
7 Eamque ita appellamus & feſtiuā ducimus propter reſurrectionē Chriſti.cap.50.num.12.
† Quam ſemper in lætitia propter dictam Chriſti reſurrectionem recolere debemus. Vi.inf.Sexta.3.
8 Dominica dies ob id principaliter conſecrata eſt,quia in ea Chriſtus reſurrexit, non quia in ea primum apparuit poſt reſurrectionem.cap.46. num.21.
† Nam in ea die Chriſtum reſurrexiſſe certiſſimum eſt. Vi. ſup. Chriſtus.65.
9 Dominicæ diei initium a veſpere Sabbathi incipit.cap.43.num.9.
† Paſcha in die Dominica celebrandum eſt.Vi.inf.Paſcha.48.
10 Dominica dies dicitur prima Sabbathi,vel vna Sabbathi hebræorum more.cap.50.nu. 13. & 15.
† Dicitur (inquam)hebræorum appellatione vna Sabbathorū. Vi. infr.Vna.1.
1 DVODECIMAE horæ canonicæ fit mentio per B. Athanaſium. cap.12.num.20.
† Duodecima autem appellatur veſperæ.Vi.inf. Veſperæ.8.
2 Nam duodecima hora ſunt veſperæ.cap.17.num.7.26. & ſeq.
3 Sed a Smaragdo abbate accipitur Duodecima pro Completorio. cap.15.num.13.
† Et ſecundum communē duodecima diei hora eſt Completorium. Vi.ſup.Completorium.8.
4 Quare Duodecima hora eſt Completorium.cap.19. num.6.
† Duplicatio dierum an ſit admittēda.Vi.ſup.Dies.101. & ſeq.

E

1 EDITIO vulgata,& vetus bibliorum ſola pro auctētica habetur. cap.46. num.24.
2 Eius auctoritas, aut vltimi Marci capitis,nō poteſt amplius in dubium reuocari. cap. 50.num.14.
1 EFFECTVS maior maiorem cauſam requirit, & minor minorē. cap.70.num.10.
† Effectus ceſſat ceſſante cauſſa.Vi. ſup.cauſſa.1.
1 EPIICIAE virtus dictat, in aliquo caſu non eſſe ſeruandum præceptum.cap.42.num 4.
† EPIPHANIORVM die,id eſt ſexta Ianuarij a quibuſdam orientalibus ſimul celebrabatur natiuitas Chriſti in carne,& apparitio.Vi. ſup. Chriſtus.7.
1 B. EPIPHANIVS in quarumdam rerum hiſtoria circa tempus vitæ, & mortis Chriſti fallitur.ca. 67.num.4.
1 EPISCOPVM decet quotidie Miſſam audire, licet non præcipiatur.cap.39.num.11.
† Epiſcopo iter faciente celebrari poteſt ante auroram. Vi. infr.Miſſa.20.
† Epiſcopi pro magna parte ſecundum Hoſtien. & Doct. dicunt ſimul mane omnes horas.Vi.ſup. Clerici.5.

1 ET, coniunctio multa ſignificat; coniunctioneſque aliæ pro alijs poſitę inueniuntur.cap.23.n.5.
1 ETYMOLOGIA vocabuli nō prę ſtat argumentum affirmatiue. cap.20.nu.19.
1 EVANGELISTAE nō omnia no bis minutatim deſcripſerunt.capit.69.nu.13.
1 EVCHARISTIA a ieiunis ſumi debet.cap.56.nu.19.
2 Et Euchariſtiæ ſacramentum ieiu nis tantum licet offerre,& accipere.cap.32.nu.6.9. & 12.
3 Excepto vno die ferię quintæ in Cena Domini. Ibi.nu.8. & 10.
4 Verum ille mos Cenæ dominicæ abrogatus eſt.Ibid. nu.11.
5 Euchariſtia ſumi non poteſt ab eo qui poſt gallicantum, aut poſt mediā noctē bibit. cap.47.n.2.
† Ad hoc autem, quod quis reputetur ieiunus in ſumptione euchariſtiæ,attendenda eſt cuiuſque eccleſiæ conſuetudo,& cōſtitutio.Vi.inf.Miſſa 77.
6 Cur Chriſtus non ieiunis Diſcipulis euchariſtiā tradidit. cap.56. num.18.
7 Euchariſtiam ſtatim poſt comeſtionem agni Paſchalis inſtitui decuit;& deinde ad alterum dicti agni ſignificatū,immolationem ſcilicet Chriſti deueniri.cap.57. num.1.
† Euchariſtiæ enim ſacrificium ſignificabatur ab agno Paſchali. Vi. ſup.Chriſtus 18.
8 Et a nullo veteris legis ſacrificio magis exprimebatur, quàm ab agno Paſchali. cap.56. nu.4.
9 Comeſtio namque agni Paſchalis erat figura, & inſtructio comeſtionis euchariſtiæ. Ibid.num.5.
10 Iccirco decuit, vt poſt comeſtionē agni Paſchalis, ſtatim Chriſtus euchariſtiam inſtitueret.Ibi.nu. 7.& multis ſeqq.
11 Euchariſtiam Chriſtus in azymo, non in fermentato conſecrauit. cap.68.num.25.
† Euchetę id eſt Orantes hæretici, nimis orabāt.Vi.inf. Pſalliani 1.
1 EXCEPTIO firmat regulam in caſibus non exceptis.cap.24. num. 7.& cap.30.nu.8.
1 EXEMPLORVM non requiritur veritas,ſed manifeſtatio. cap 9. num.15.
2 Minores & ſimplices ſequuntur exempla maiorum doctorum, iuxta illud,A boue maiori diſcit arare minor.cap.30.nu.15.
1 EXHALATIO habet ſe vt genus ad vaporem, & ad exhalationē ſpecifice ſumptam.cap.7.nu.14.

F

† FAVORES conuenit ampliari, odia vero reſtringi. Vid. infr. Odia 1.
1 FERE,Quaſi,Circa,dictiones additæ alicui horæ, aut tempori, hoc denotant, ꝙ licet aliquid factum ſit parum ante, vel parum poſt illam horam aut tempus, recte tamen dici poſſit factū fere, quaſi, circa illam horam aut tempus.cap.22.nu.14.
1 FERIARVM nomine vnde appellati ſint dies apud Chriſtianos. cap.24.num.19.
2 Sexta feria abſtinemus propter paſſionē Domini.cap.50.num.11.
† Ad idem.Vi.infr.Sexta 3.
† Sextæ quæq; ferię mēſis Martij Sacrę, & celebres habenf.Vi.ibi.4
† In feria quinta cenę Domini eccleſia nō pōt plene vacare celebrationi ſacramēti corporis, & ſanguinis Chriſti ob multas illius diei occupationes. Vi.inf.ſacramenti 1.
† In dicta feria quinta non niſi vna Miſſa celebrari debet.. Vi. infr. Miſſa 69.

FER-

Digitized by Google

1 FERMENTVM non abijciebatur e domibus Iudęorum, niſi Luna decimaquarta ad veſperam.cap. 53.num.6.

† Ad idem.Vi.ſup.Azyma 6.

† Chriſtus conſecrauit azymum non fermentatum. Vid. ibi.9.& ſup. Euchariſtia 11.

† Fermentariorum Græcorum argumenta contra eccleſiam Latinā multi Doct.ſoluerunt. Vi. infr. Græci 7.

1 FERRVMINATIO per eamdem materiam facit confuſionem. cap.20.num.22.

† Feſtus dies incipit a media nocte. Vi.ſup.Dies 56.

1 FESTA Iudęis celebrātur a veſpera in veſperam.cap.60. num.1.

2 Feſtorum principium & finis prout magnitudo dierū exigit prius debet incipere,& tardius terminari.cap.93.nu.8.

† Feſtorum dierum officium non habebat primas Veſperas. Vi. ſup. Dies 84.

Feſtorum iuſtæ celebrationi nō ſufficit, vt numerus dierum menſium apte reſpondeat, ſed requiritur præterea etiam, vt locus Solis apte conſentiat. capit.80. nume.5.

† Feſtis diebus nulla lotio corporis cenſetur prohibita.Vid.inf. Lotio 3.

† Apud Iudæos lotiones feſtis diebus in pretio, & in vſu erant. Vid.ibid.2.

4 Feſtis diebus lex prohibebat opera tantum ſeruilia,non etiā alia non ſeruilia.cap.63.num.19.

5 Rurſus feſtis diebus prohibita erant Iudæis opera ſua propria, non opera quæ erant ad cultū Dei.cap.66.num.23.

† Et feſtis diebus non cenſetur illicita opera ſeruilia facta in honorem Dei.Vi.inf.Operis 3.

† In Sabbato prohibita erant Iudęis omnia opera indiſtincte, at in reliquis diebus feſtis opera tantum ſeruilia.Vi.inf. Sabbathum 9.& ſeqq.

6 Feſtis diebus reos apprehendere non erat Iudæis prohibitum. cap.63.num.15.& ſeqq.

† Neq; erat prohibitū ſepelire cadauera.V.inf. Sepultura 3. & ſeq.

7 Item poterant Iudæi ex diſpenſatione feſtis dieb. aliqua agere, alioquin illicita.cap.64. num.1.

† Feſta omnia a Iudæis appellantur Sabbatha.Vi.infr.Sabbathum 1.

1 FIGVRA præcedere debet figuratum.cap.57.num.7.

2 Nulla figura ita ſimilis eſt veritati,quin ſit ex aliqua ſui parte diſſimilis.cap.47.num.18.

1 FINIS ſpectandus eſt. cap.8.nu.9.

2 Si finis malus ſit, ipsū quoq; opus malum erit.cap.26.num.24.

3 Inducta ad vnum finem non debent operari ad contrarium.Vi. inf.Inducta 1.

† Finis orationis melior eſt, quàm principium.Vi.inf. Oratio 2.

† Fragor in diuinis officijs tridui Maioris hebdomadæ repræſentat furorem & tumultum Iudęorum in paſſione Chriſti.Vid.inf. Tenebrę 1.

1 FRANGENTI Sabbathum, Sabbathum frangatur eidem. cap. 64.num.3.

1 FREQVENTIVS quæ accidunt ad ea leges accommodantur. cap.41.num.23.

G

† GALLI GALLINACEI primū canunt poſt ſextam noctis horam.Vi.ſup. Diluculum 1.

1 Duplex enim eſt gallicantus in nocte.cap.47.num.1.5.& 7.

2 Vnus poſt ſextā horā, Alter q̄ celebrior eſt,& ſipliciter gallicinium appellatur, in quarta & vltima vigilia.

Digitized by Google

vigilia. Ibid.num.3.
† Gallicinium appellatur tertia pars noctis a Chriſto Domino. Vid. infr.Nox 4.
† Item ab Hugone de S. Vict. Vid. ibid.5.
3 Oratio quæ fit gallicantus tempore eſt nocturna non matutina, id eſt Laudes; licet etiam Matutina ſignificari poſſit. capit. 14. nume.6.& ſeqq.
† Gallicinio enim ſecundum vnum modum eſt mane primum. Vid. infr.Mane 7.
† Et in eo ponuntur Laudes. Vid. ibid.9.
Nam gallicinio celebrantur Laudes.Vid.inf.Laudes 10.
† Galli Populi olim ſemper celebrabant Paſcha octaua Kal.Apr.Vi. infr.Paſcha 45.
† Generalis lex per aliam ſpecialem determinatur.Vi.inf.Lex 6.
1 Generaliter dictum generaliter debet intelligi.cap.61. nu.11.
† Generatio prius natura eſt, quàm corruptio.Vid.ſup.Acceſſus 1.
1 Gloria in excelſis Deo. numquam dicitur poſt meridiem. cap.41. nume.5.
1 Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. vt in fine pſalmorum caneretur, primus inſtituit Flauianus monachus Antiochenus. cap.2.nu.39.
2 Et B.Damaſus.Ibi.nu.41.
† Gradualia in Miſſa cantari cœperunt ex inſtituto Cęleſtini,& B. Gregorij.Vi.inf. Introitus 1.
1 Græci diem computant a mane in mane, quia tunc primo apparet Sol.cap.92.nu.8.
† Gręca enim eccleſia initium diei naturalis facit a primo mane. Vid.inf.Miſſa 74.
† In ea tamen eccleſia celebrans debet eſſe ieiunus a media nocte, ſicut in eccleſia Latina. Vid. ibid.75.
2 Græci hæretici fermentarij in fermentato conſecrantes dicunt, Chriſtum celebraſſe Paſcha ante Iudęos Luna decimatertia. cap.53.num.4.
3 Item dicunt, tres Euangeliſtas a Ioanne fuiſſe correctos in deſcriptione vltimi Paſchæ. cap. 56.num.2.
4 Quod aſſerentes blaſphemi, hęretici,& ſchiſmatici ſunt. cap.87. num.18.
5 Eorum opinio longe diſtat ab opinione recentium Latinorũ quorundam.cap.67.nu.1.
6 Licet ab eadem multum iuuetur. Ibi.num.2.
7 Argumenta dictorum Græcorum contra eccleſiam Latinam multi Doct.ſoluerunt. cap.54. nume.14.

H

1 Hebdomadæ dies dicebantur a Sabbatho, prima Sabbati, ſecunda Sabbati, tertia Sabbathi.&c.cap.50.nu.16.
† Hebdomadæ ordo non fuit interruptus cum Sol ſtetit tempore Ioſue, aut cum retroceſſit tempore Ezechiæ.Vi.infr.Sol.9.
2 Hebdomada ſancta appellatur magna.cap.2.nu.15.
† In ea exſpectabatur veſpera ad mãducandum. Vi.inf.Ieiunium 11.
1 Herodes qui nominatur in paſſione Chriſti erat religione & natiuitate Iudęus. nã pater ſuus ſecerat ſe circumcidi tranſiens ad ritum Iudaiſmi.cap 61.nu.16.
1 Horæ æquinoctiales vnumquemque diem naturalem in vigintiquattor partes ſecant. cap.9.num.8.
2 Horæ inæquales quæ ſint, & cur ita appellentur. Ibi. num.2.
† Horæ inæquales ſunt duodecim in quas dies quilibet, & nox quæ-

queſlibet diuiditur. Vi. ſup. Dies. 20. & ſeq.
3 Horæ inæquales æſtiuę longiores ſunt, quàm brumales. capit. 9. num. 3.
4 Horas computabant antiqui in ſolarijs. ibi. num. 25.
5 In numerandis horis non omnes eiſdem vtuntur initijs; quidam enim ab occaſu, quidam a meridie, ſeu media nocte, quidam ab ortu earum numerationē auſpicantur. cap. 56. num. 3.
9 Et tempus deſcriptũ accipi poteſt (vt dictum eſt) vel completum, vel ſolum inchoatum. cap. 86. nume. 4.

10 Vbi tempus adiectum eſt ad aliquam rem agendam, ſi fiat illa res citius quàm cõſtitutum eſt, potentiæ eſt, ſi fiat tardius imbecillitatis. cap. 49. num. 7. & ſeqq.

11 Quod procedit ſi tempus adiectũ ſit in fauorem promittentis. ibi. nume. 9.

12 Secus ſi adiectum ſit in fauorem eius cui promittitur, vel vtriuſque. ibid. num. 10.

13 Tempus in recitatione diuini officij adiectum eſt non in ſolum fauorem recitantis, ſed etiam publicæ vtilitatis. capit. 26. nume. 8.

14 Temporis diurni deſcriptio apud Hebræos vt plurimũ fiebat per horam tertiam, ſextam, & nonã alijs horis intermedijs omiſſis. cap. 22. num. 12. & ſeqq.

15 Et etiam apud antiquos patres. ibid. num. 15. & ſeqq.

16 Tres enim hę horæ ſunt inſigniores in rebus humanis, & ſollemniores in orationibus diuinis. ibid. num. 18.

17 Temporis diei deſcriptio vſq; hodie fit quandoque per horas canonicas. ibid. num. 19.

18 Tempus ſeparatim, & diſtincte expreſſum, ſeparatim, & diſtincte verificandum eſt, ſaltem ſecundum aliquam ſui partem. cap. 48. num. 4. & 9.

† Diſpoſitio rei, & perſonæ accommodatur diſpoſitioni temporis; nam valet argumentum a re ad tẽpus, & a perſona ad tempus. Vid. ſupr. Rei 1.

19 Temporum noſtrorum defectus, quibus non ſolum merita, ſed etiam corpora ipſa hominum defecerunt, nõ patitur diſtrictionis antiquæ manere cenſuram. cap. 24. nume. 23.

† Chriſtus omnia fecit bona in tempore ſuo. Vid. ſupr. Chriſtus 23.

† Temporis ſemidiurni, aut ſeminocturni Tabulam. Vid. ſupr. Tabulam 4.

TENE-

1 TENEBRAE, & fragor in diuinis officijs tridui maioris hebdomadæ furorem & tumultum Iudæorum in paſſione Chriſti repræſentant.cap.70.num.3.

1 TERTIA diei hora appellatur ſacra,& quare.cap.32. num.4.

† Tertia diei hora Miſſæ ſunt celebrandæ.Vi.ſup. Miſſa 41.

† Tertia, ſexta, & nona diei hora vt plurimum deſcribebatur tempus apud antiquos,quia illę ſunt inſigniores in rebus humanis,& ſollemniores in orationibus diuinis. Vi.ſup.Tempus 14.& ſeq.

† Tertia Hora Canonica ſub Matutini officij nomine late ſumpto cō prehenditur. Vid. ſupr.Matutinum 10.

1 TERTIAE Horæ Canonicę cō uenit tertia diei hora . cap.21. nume.1.

2 Conuenit etiam ſecunda. ibid.nume.2.

1 TERTVLLIANVS probat ieiunandum eſſe vſque ad Veſperā. cap.33.num.11.

2 Sed illi non eſt fidendum , nam in multis errauit. ibid. num.13.

1 TESSARESCAEDECATITAE hæretici vnde ſic dicantur. cap. 52.num.3. & 18.

† Quartodecimani à Græcis Teſſareſcædecatitæ appellantur, qui in celebrando Paſcha Lunam quartamdecimam ſimul cum Iudæis obſeruabant. Vi.ſup.Quartodecimani 1.& ſeqq.

† Totius & partis idem eſt iudiciū . Vid.ſup. Pars 2.

† Tuſci olim ſemper celebrabant Paſcha octauo Kal.Apr. Vid. ſupr. Paſcha 45.

V

1 VEritati nulla figura ita ſimilis eſt, quin ſit ex aliqua ſui parte diſſimilis. Vi.ſup.Figura 2.

1 VERITATIS amor, quam ſumme diligimus in totius eccleſię Chriſti ædificationem, facit vt diſputando contra aliquem ſcribere non vereamur.cap.86.nu.7.

1 VESPERA dicitur a Veſpere ſtella apud Latinos . cap.20.nume.14.

2 Et apud Græcos.ibid.num.15.

† Ad idem. Vid.infr. Veſperæ 1.

3 Apud Hæbreos Veſpera dicitur Hereb, quod ligamentum ſignificat.cap. 20.num. 16.

4 Vel quia ſcilicet ligat diem cum nocte.ibid.num.17.

5 Vel quia ligat homines,ne poſſint amplius operari . ibid.num.18.

6 Veſpera non vna tantum eſt, ſed duę.ibid.num.2.

7 Duæ veſperæ quo modo intelligā tur.cap.55.num.5.

8 Varię de hoc referuntur ſententiæ.cap.20. num.3. & ſeqq.

9 Veſpera fit quando Sol occidit. capit.17.num.6.

10 Et eſt proprie veſpera in occaſu Solis.cap.18.num.4. & cap.20.nume.10.

11 Veſpera,& veſperum tempus non ſolum ſignificant tempus in occaſu Solis , ſed etiam latius protenduntur , vt denotent quandoque tempus multo ante , & multo poſt.d.cap.20.nume.1. & cap.19.num.7.& cap.88.nu.13.

† Veſpera incipit a meridie ſecundum quoſdam.Vi.ſupr.Dies 16.

12 Sed id falſum eſt . capit. 58. nume.14.

13 Non incipit Veſpera niſi poſt Nonam.cap.18.num.9.

14 Veſpera enim eſt quarta & vltima diei pars quæ poſt nonam incipit . cap.20.num.9.11.& ſeqq.

15 Et ſimiliter veſpertinum tempus poſt horam nonam incipere dicitur.cap.34.num.12.

16 Veſpere pro termino diei , & mane pro termino noctis accipiuntur

tur

tur in illa auctoritate Gen.1. Factumque eſt veſpere & mane. cap.43.num.18.21.& ſeqq.
17 Quamuis B. Hieronymus & Hebræi pro veſpere intelligant totam noctem, & pro mane totũ diem.ibid.num.19. & ſeqq.
18 Nam ſecundum non nullos veſperæ nomine tota nox intelligitur.cap.28.num.4.
19 Sed hoc non niſi improprijſſime, & valde abuſiue dici poteſt.capit.20.num.26.
20 Veſpere ſecundum propriam ſignificationem ſignificat crepuſculum veſpertinum,& ſpatium illud temporis, quod eſt finis diei,& principium noctis. Mane vero illud quod eſt finis noctis, & principium diei. cap.44. nume.1.
21 Veſpera proprie ſumpta primam partem noctis ſignificat. capit. 20.num.13.25.28.& 31. & cap. 88. nume.5.
22 Et ad diem præcedentem refertur in communi vſu loquendi. d.cap.88.num.6.
23 Et etiam in ſacris litteris, quamuis ſecundum legem ſequentis diei eſſet initium. ibid. nume. 15.& ſeqq.
24 Veſperam diei præcedenti ſolent coniungere Iudęi. cap.87. nume.12.
25 Et hęc eſt naturalis dierum diſtinctio.ibid.num.17.
† Veſpertina vigilia appellatur prima vigilia noctis a B.Ambroſio. Vid.inf.Vigilię 2.
† Veſpera eſt terminus diei eccleſiaſtici.Vid.ſup.Dies 50.
† Et a veſpere incipit dies naturalis quantum ad eccleſiaſticum officium. Vid.ibid.54.
† Atque hic dies ſpecialiter dicitur eccleſiaſticus. Vid.ibid.58.
26 A veſpertino tempore incipit ſequens dies ſecundum computationem canonicam. cap.19.nume.24.
27 Veſpera præcedentis diei cum ſequenti mane coniungitur,& ad eumdem diem pertinet,præſertim ſi continuato ieiunio a veſpera procedatur ad mane. cap. 70.num.13.
28 Veſpera quandoque ſumitur pro fine, & extremitate alicuius durationis.cap.67.num.15.
29 Et finem ſæculorum quandoque ſignificat.cap.56.num.13.
† Vnde Chriſtus dicitur crucifixus ad veſperam, ſcilicet mundi, non diei. Vid.ſupr.Chriſtus 26.
† Ad veſperam comedere debẽt ieiunantes. Vi.ſup.Ieiunium 8.
† Et veſpera exſpectabatur in ieiunio a Iudęis in lege veteri, & a multis ſanctis in primitiua eccleſia.Vid.ibid.14. & ſeqq.
† Veſpere quilibet orare debet.Vid. ſup.Oratio 3.
† Cur veſpere pulſentur campanæ tribus vicibus. Vid. ſupr.Mane 15.
† Veſpertina hora cantantur Miſſæ in Sabbatho ſancto,& in Sabbathis quattuor temporum. Sed hæc hodie in deſuetudinẽ abierunt.Vid.ſup.Miſſa 45. & ſeqq.
† Et omnes veſpertinæ celebrationes Miſſarum ſunt annullatæ per Pium Quintum. Vi.ibi.57.
30 Veſpera declinantur quandoque hæc Veſper,veſperis. capit.88. nume.14.
1 VESPERAE HORA CANONICA dicuntur a Veſpere ſidere, quod decidente Sole exoritur. cap.17.num.5.
† Ad idem. Vi.ſup.Veſpera 1.
2 Veſperæ ſunt vna ex principalioribus partibus diuini officij. cap. 41. num.29.
3 In noctis initio, vel ſaltem in extrema

Digitized by Google

trema diei parte ſunt decantandæ.cap.17.num.4.25. & 28.
4 Tempus Veſperarum poſt nonam currere incipit. cap.93.nu.18.
5 Veſperum (inquam) tempus pro Veſperis exſoluendis ſtatim poſt nonam currere incipit. cap.19. nume.9.
6 Vnde veſpertina hora eſt decima & vndecima.ibid.num.10.
7 Sed proprie eſt vndecima.ibid.nume.11.& 16.
8 Veſperæ etiam appellantur Duodecima.cap.8.num.4.
† Ad idem.Vi.ſup. Duodecima 2.
9 Veſperis conuenit (vt dictum eſt) decima & vndecima hora. cap. 21.nume.2.
10 Hora vndecima conuenit Veſperis, duodecima Completorio. ibid.num.1.& 21.
† Veſperæ poſt viceſimamprimã horam inchoari debent. Vid. ſupr. Matutinum 17.
11 Quòd Veſperæ in Quadrageſima celebrentur mane, eſt quædam noſtri temporis calamitas, ne dicam abuſus.cap.34.nu.11.
12 Recitare Veſperas antę comeſtionem in Quadrageſima, aut Nonam in alijs ieiunijs, non eſt pręceptum in priuata recitatione. cap.37.num.11.
13 Sed in publica ſic. ibid.num.13.
14 Quamuis etiam in priuata id obſeruare congruum ſit. ibid.nume.12.
† Veſperæ cenſentur quandoque eſſe hora nocturna per quamdam iuris fictionem. Vid.ſupr. Completorium 7.
† Et ſunt vna ex quattuor noctis vigilijs, ſecundum Amalarium: quod ad bonum ſenſum trahitur. Vi.inf. Vigiliæ 13. & ſeq.
15 Veſperæ celebrabantur de die ante Solis occaſum etiam tempore Amalarij, & multo ante. capit. 19. nume. 19.
16 Et tempore B.Benedicti.ibid. nume.22.
17 In Veſperis cenſetur completus dies, & omnes horæ canonicæ diurnales.ibid.num.25.
18 Veſperæ & completorium generaliter & per ſe ſunt de die præcedenti, ſed per accidens ſunt de ſequenti, ſuperueniente ſcilicet maiori feſto.ibid.num.34.
† Dies feſti antiquitus non habebãt primas Veſperas, ſed poſtea factum eſt, vt habeant. Vid. ſupr. Dies 84.& ſeqq.
† Veſperæ appellantur Lucernariũ, aut hora Lucernaris. Vid.ſupr. Lucernarium 1.
† Veſpertini officij nomine late ſumpto comprehenduntur Nona, Veſperæ, & Completorium.Vi. ſup.Matutinum 10.
19 Veſperæ depoſitionem Christi de cruce repræſentant. cap.19.nume.12.
† A primis veſperis vſq; ad occaſum Solis diei ſequentis Indulgentię conceduntur de more a ſummo Pont. Vid.ſup. Indulgentia 2.
† Quando poſt finitas Veſperas immediate dicitur Completoriũ, ſemel tantum dicitur oratio Dominica. Vid.ſupr.Oratio dominica 4.
† Viaticum nulli vnquam denegatur.Vid.ſup. Communio 11.
1 VICTIMARVM pacificarum carnes poterant etiam in craſtinum reſeruari, & a mundis comedi apud Hebręos.cap.72.nume.6.
† Vigiliæ erant quattuor, in quas nox diuidebatur. Vid. ſupr. Nox 2.
1 Vnaquæque vigilia per tres horas durabat.cap.1.num.2.
2 Prima noctis vigilia, veſpertina vigilia appellatur a B. Ambroſio. cap.

Cap.2. num.11.
3 Quarta & vltima noctis vigilia di cebatur matutina. Cap.1. num. 3.& 7.
4 Quæ vſque ad Solis ortum proten ditur. Ibi.nu.16.
† Quattuor noctis vigiliæ repræſen tantur tribus Nocturnis,& Lau dibus.Vi.ſup.Nocturni.1.
† Vltimam noctis vigiliam Laudes matutinæ ſibi vindicāt. Vi.ſup. Laudes 11.
5 Vt nocturnę vigiliæ celebrarentur, in primitiua Eccleſia inſtitutum eſt. Cap.1.nu.8.
6 Vigilias, ac nocturnas orationes antiquitus celebratas fuiſſe, & celebrandas eſſe probatur teſtimonijs omnium patrum, auctoritate ſacræ ſcripturæ,& ſanctorum exemplis.Cap.2.num.1. & ſeqq.
7 Ad nocturnas vigilias omnes pariter ſurgebant in primitiua Eccleſia tam clerici,quàm laici, tā viri, quàm fęminæ. 1.Ca.nu.10.
8 Sed quantum ad laicos nocturnæ vigiliæ caſſatæ fuerunt poſtea. Cap.5.nu.16. & ſeq.
9 Tempore B. Ambroſij vigiliarum vſus non fuit ſublatus, ſed potius in meliorem formam redactus.Ibi.nu.3. & ſeq.
10 Vigilias nocturnas exſecrantur hę retici.Cap.4.nu.2.& ſeqq.
11 Vigiliarum nomine intelliguntur omnes horæ canonicæ ſecundū Canoniſtas, ſed id falſum eſt. Cap.6.nu.13.
12 Vigiliæ nocturnę, & horæ canonicæ nocturnæ ſunt tres ſecun dum eoſdem, Matutinum, Prima,& Completorium; ſed falſo. Ibi.nu.14. & 36. c.19. num.37.
† Ad idē.Vi.ſu.Matutinū.13.& ſeq.
13 Secundum Amalarium quattuor noctis vigiliæ ſunt Officium Veſpertinum,Completorium, Nocturnum,& Matutinum. Cap. 19.nu.17.
14 Quod ad bonum ſenſum trahitur. Ibi.nu.40.
15 In vigilia Paſchæ populus non eſt dimittendus de Eccleſia ante mediam noctem iuxta canonū ſanctiones.Cap.29.nu.5.
† In dicta enim vigilia populus ieiunabat & vigilabat vſque ad mediam noctem. Vi.ſup.Paſcha.71. & ſeqq.
16 Vigilate. fuit vltimum verbum, quod Chriſtus dominus dixit Apoſtolis ante paſſionem. Cap. 1.num.9.
† VIROS ac feminas dicas potius naturalis ordo poſtulat, quàm retrorſum.Vi.ſup.Lux.2.
1 VNA Sabbathorum Hebræorum appellatione eſt dies Dominica. Cap.88.nu.17.
1 VSVS ſermonis,& loquendi conſuetudo attendenda eſt.Cap.73 num.11.& 14.
2 Vſus(inquam)communis loquendi attendi debet. Cap.87.nu.7.
3 Etiam in interpretandis ſacris ſcripturis.Ibi.nu.8.
† Vſus loquendi communis facit,vt recedamus a propria verbi ſignificatione. Vi.ſup.Propria.1.
1 VVALDENSIS, & Vuitcleffiſtæ hæretici impugnant horas canonicas.Cap.13. nu.15.
† VVITCLEFFISTAE hæretici impugnant horas canonicas.Vi. ſup.Vualdenſes.1.

FINIS.

LAVS DEO.

Oo

Digitized by Google

MARCELLI FRANCOLINI DE MATRIMONIO SPADONIS VTROQVE TESTICVLO CARENTIS DISPVTATIO.

Matrimonium Spadonis vtroque teſticulo carentis, qui ſe potentem iactat, improbandum eſſe.

PRO reſolutione propoſiti dubij tria diſtinctè a nobis videnda ſunt.

Primum an ſpado qui vtroque caret teſte, habet tamē rigorem membrorum,& aptus eſt, vt dicitur, coire, poſſit matrimonium ignoranter contrahere ita valide,vt etiam ſi mulier poſtea ſciens impedimentum, velit diſſentire,& recedere a contractu, ac dicere matrimonium nullum, non poſſit.

Secundum dato quòd matrimonium ignoranter contractum ſit nullum,an ſpado huiuſmodi poſſit ſcienter contrahere,cum muliere.ſ.informata de ipſius conditione & impedimēto,& nihilominus conſentiente,ita vt Eccleſia non debeat ipſum in tali matrimonio impedire.

Tertium an poſtquam contractum fuerit matrimoniū huiuſmodi per licentiam Eccleſiæ ſiue de iure,ſiue de facto habitam,poſſit ſpado licite & ſine peccato ſe tali mulieri carnaliter commiſcere,& dare operam rebus venereis,ac carnalem copulam,eo modo quo poteſt attentare.

Nemo autem putet, primum articulum impertinentem eſſe in caſu noſtro, in quo ſupponitur,mulierem eſſe ſcientem & conſentientem,nam ex deciſione illius pendet totius quæſtionis,& omnium ſequentium determinatio;vt in proceſſu apparebit. Quare non ſolum non omittendus, ſed etiam maiori cum diligentia examinandus erat.

Vtemur autem in hac tractatione verbis claris, & quibus vtuntur Doct. in hac materia; Et licet non nulla ſint quæ aliquam fortaſſe turpitudinem præ ſe ferant,ſapientes tamen lectores facile veniam præſtabunt,dum ad eruendam veritatem in re grauiſſima,quæ de peccato mortali,& de ſalute animarū tractat,diſputamus.Omnia.n.munda mundis,inquit Apoſtolus ad Tit.1.& vt bene ait Hoſt.in ſumma, tit.de frig.& malef. §.quæ im potentia. verſ. Item quid ſi naturaliter. turbari non debent animarum Medici,cum talia audiunt quæ ab ipſis non ſunt ignoranda. Nam & Io. Caſſia.collat. 12.c.9. licet quædam (inquit) abſque verecundia nequeamus effari,tamen q̄m hoc medicinæ ipſius neceſſitas cogit, quæſumus,vt cum venia tui,ſi qua forte inuerecundius fuerint denudata, ſuſcipias.

Quantum igitur ad primum videtur quod matrimonium teneat,& non poſſit dici nullum.Quod probatur ex pluribus.

Primo quidem ratione hoc pacto. Si iſte ſpado repellendus ſit a matrimonio,non ob aliud repelli poterit, niſi quia reputatur frigidus & impotēs

Google

ad coeundum, quæ impotentia impedit matrimonium contrahendum & dirimit poſt contractum, vt notiſſimum eſt, nulla enim alia cauſa excogitari poteſt, ob quam repellatur: Sed ſpado iſte in caſu noſtro non eſt frigidus aut impotens, ſed imò bene poteſt coire, & ſemen emittere intra vas naturale, vt ſupponitur in facto: quod poſſe fieri & experientia patet, & docet Auicenna, quem refert Summa Ang. ver. matrimonium. Tertio impedimento. 16. nu. 11. ergo. &c.

Neque obſ. ſi quis diceret, ꝙ ſemen huiuſmodi eſt inualidum ad generandum, nam ad eſſentiam matrimonij non requiritur potentia generandi, ſed ſolum potentia coeundi, alioquin ſteriles & valde ſenes, & quibus certum eſt, ſemen eſſe ineptum ad generationem, & quod haberent teſtes & reliqua omnia requiſita, repellerentur a matrimonio; quod tamen falſum eſt, vt omnes ſciunt, & omnes Doct. fatentur.

Hanc autem rationem tanti faciunt quidam ſcribentes, vt putent, Doct. omnes, qui contrarium ſenſerint, audiendos non eſſe, neque attendendos, tamquam falſo fundamento innixos, & qui Spadonum naturam penitus ignorauerint.

Secundo eſto ꝙ ſpado iſte nō ſeminet, adhuc probatur poſſe ſimpliciter matrimonium contrahere, nam vir & vxor pari iure ſunt in hac materia cenſendi. c. intelleximus. & c. tua. de adult. Sed fœmina apta eſt ad matrimonium ſiue ſeminet ſiue non, modo ſit apta ad patiendum copulam viri, ſecundum Innoc. communiter receptum in c. fraternitati. de eo qui cogno. conſ. vxo. ſuæ. ergo vir cenſendus eſt aptus ad matrimonium ſiue ſeminet ſiue non, modo poſſit immittere membrum genitale intra membrum genitale fœminæ. Quod Spadonem poſſe efficere probatur teſtimonio ſacrarum litterarum, Eccleſ. 20. ibi, Concupiſcentia Spadonis deuirginabit iuuenculam.

Tertio quia iſte ſpado cum habeat virgam arrectam, ſatisfacit mulieri in coitu, ſiue reſoluat ſperma ſiue non, quemadmodum mulier ſatisfacit viro ſiue reſoluat ſiue non. vt ait glo. in c. hi qui. 32. q. 7.

Quarto quia non videtur vllo iure caueri, quod de eſſentia copulæ carnalis ſit ſeminum commiſtio, nam cap. vltimum de ſponſ. vbi hoc not. Panor. citans Innoc. quem alij ſequuntur, non probat illud. non enim habet, quod ille adoleſcens, de quo loquitur tex. miſerit membrum virile in mēbrum fœmineum, & quod non potuit ſeminare, ſed ſolum quod non potuit carnaliter cognoſcere; quod ob aliam cauſam contingere potuit.

Quinto, quia matrimonium nō ſolum fuit inſtitutum ad generandam prolem, ſed etiam ad euitandam fornicationem, vt late docet Gratia. in cap. ſicut non. §. 1. 32. quæſt. 2. allegando illud Apoſtoli, 1. Corinth. ſeptimo. Propter fornicationem autem vnuſquiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque ſuum virum habeat. At licet matrimonium Spadonis non poſſit dirigi ad finem prolis habendæ, poteſt tamen dirigi in finem fornicationis vitandæ.

Sexto & poſtremo idem probatur auctoritate nonnullorum Docto. qui aſſerunt, Spadonem vtroque teſte orbatum poſſe matrimonium contrahere. Doct. autem qui hanc ſententiam tenuerunt, quos reperire potuimus ſunt infraſcripti.

Glo. in l. ſi ſerua. §. ſi Spadoni. ff. de iur. dot. vbi inquit. Quidam tamen

dicunt,

dicunt, in Spadone matrimonium eſſe etiam ſi generare non poſſit, quia vitium eſt accidentale, non naturale.

Et clarius in l. ſed eſt quæſitum. §. Spadonem. ff. de lib. & poſthu. vbi cum tex. diceret, Spadonem poſſe poſthumum hæredem ſcribere, quoniam nec ætas, nec ſterilitas huic rei impedimento eſt. ipſa ſubiungit. Nam & contrahit matrimonium. Et infra declarans, quinam intelligatur Spado qui matrimonium contrahit, qui vero caſtratus, qui non contrahit. Et dicitur caſtratus (inquit) id eſt caſte natus qui propter ſui frigiditatem nec agere, nec generare poteſt: Spado qui cultello ex accidenti amiſit, qui poteſt agere, ſed non generare.

Bal. in d. l. ſed eſt quæſitum. de lib. & poſthum. Secundo nota (inquit) quòd Spado poteſt contrahere matrimonium, quia poteſt agere, ſed non generare: ſecus in caſtrato, quia non poteſt agere nec generare. Hæc ſunt verba glo. multum notanda.

Alcia. in l. Spadonum. nu. 2. ff. de ver. ſign. Nec enim (ait) rei venereæ Spadones omnes abſtinentes ſunt: nam quibus vnus teſtis relictus eſt, etiam generant; ſed & qui puberes exſecti ſunt, & hepate ſunt feruentiore, vaſaque genitalia capaciora poſſidēt, hi coeunt, licet non generent, vocanturque Græcis Emiſeles eunuchi. Quod igitur coire queunt, hi & vxorē ducere poſſunt, & adoptare, & poſthumum inſtituere: at qui nō poſſunt hi caſtrati, id eſt caſti facti dicuntur, qui cum non arrigant, nec ducere vxorem, nec adoptare queunt.

Glo. in c. hi qui. verb. exſecti. 32. q. 7. Cuius verba hæc ſunt. De iſtis caſtratis, quidam ſunt caſtrati, quidam caſte nati, id eſt frigidi, & iſti nō poſſunt contrahere. inf. prox. q. 1. ſi vero. Alij caſtrati, ſcilicet Spadones bene poſſunt. argumento. 27. q. 1. nuptiarū. inf. prox. q. 5. quod Deo. ff. de iur. dot. ſi ſerua. §. ſi Spadoni. Alij dicunt melius, quia nec iſti poſſunt contrahere, cum cognoſcere vxorem non poſſunt, & exigunt in matrimonio tria bona re vel ſpe. 27. q. 2. omne. Vel dicas quòd ſi habet virgam arrectam, ſiue reſoluat ſperma ſiue non, quòd ſit ibi matrimonium: nam talis ſatiſficit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro, ſiue reſoluat, ſiue non. nec requiritur quòd ſemper in matrimonio ſit filiorum procreatio, quia ſufficit ꝙ non euitet prolem. vt ſup. ea. q. 2. ſolet.

Io. de Tur. crem. 33. q. 1. in ſumma, q. 2. nu. 11. De caſtrato (inquit) & Spadone dicit Pet. de Palud. in 4. quòd ſi non impediuntur ab actu generationis, licet ab effectu, quia in eis virga erigitur, & ſemen emittitur, ſed inualidum ad generandum, contrahere poſſunt: ſed ſi non emittunt ſemen, non poſſunt contrahere ſecundum quoſdam. 32. q. 7. hi qui. Nec contrahitur per eos affinitas.

Pet. de Palu. in quarto ſent. diſt. 34. quæſt. 2. art. 1. concluſione ſecunda. Quo in loco hæc ait. Secunda concluſio eſt de caſtratis & Spadonibus, de quibus dicit lex, quòd caſtratus non poteſt contrahere, ſed Spado. Glo. per caſtratos caſte natos, per Spadones qui ab hominibus fiunt, quaſi ſpata: alij econuerſo. Vnde vř ꝙ tales ſi naturaliter, vel accidentaliter impediuntur non ſolum ab effectu, ſed etiam ab actu generationis, ſi præcedat, impedit contrahendum & dirimit poſt contractū; ſi aūt non impedit actū ſed effectum tantum, vt in quibuſdam, quorum virga erigitur & ſemen licet inualidum emittitur, valet matrimonium. Concupiſcentia enim

Spadonis virginem defloraüit. Eccleſ. 20. Si autem virga tenditur, ſed ſemen non emittitur, deflorare quidem poteſt, nec poteſt tamen matrimonium contrahere, ſecundum quoſdam, 32. quęſt. 7. hi qui. nec contrahitur affinitas.

Ricchar. de Media villa in eod. 4. diſt. 27. quæſt. 2. art. 3. in corp. quærens, an matrimonium non conſummatum poſſit diſſolui per abſciſſionem genitalium, habet hæc verba. Videtur, quòd trūcatio membrorum genitaliū, cōprehendendo teſticulos & virgā, ſit ſufficiens cauſa ſoluendi matrimoniū non conſummatum. Non ſic autem eſt dicēdum ſecundum aliquos de trūcatione teſticulorum, virga remanente, ſi tamen erigi poſſit. Vnde 32. q. 7. hi qui matrimonium in glo. dicitur de Spadone, ꝙ ſi habet virgam erectam, ſiue reſoluat ſperma ſiue nō, ꝙ ibi ſit matrimonium. Nam talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatiſfacit viro, ſiue reſoluat ſperma ſiue nō: neque requiritur quòd ſemper in matrimonio ſit ſpes filiorum, quia ſufficit, quòd non euitent prolem.

Supplem. Gabr. Biel. in eod. 4. diſt. 34. quæſt. 1. art. 1. not. 4. poſtquàm retulit multas opiniones variorum Docto. tandem concludit in hæc verba. Sed tunc adhuc pendet, an ſolutio debiti coniugalis requirat neceſſario ſeminis debiti transfuſionem naturalem in vas debitum, & receptionem; ità quòd ſine ſeminatione, non dicitur quis poſſe contrahere, & quòd ſeminatio actiua & paſſiua ſufficiat, vt videtur velle Paludanus. Vel an ſufficiat virgæ erectio ſiue ſeminet ſiue non. vt voluit glo. vbi ſup. Et ita eſt materia brocardica, maiorum explanatione determinanda.

omin. de Soto in eod. 4. diſt. ead. quæſt. 1. artic. 2. col. antepen. Atque hinc (ait) iudicium ſumitur de matrimonio Spadonum, caſtratorum, & eunuchorum. De quibus regula ſit infallibilis & certiſſima, quòd ſi nullatenus dum maritantur, in vaſe legitimo ſeminare poſſunt, nullū contrahunt matrimonium, quia fieri nequeunt vna caro: ſi vero ſeminare quoquo pacto illic poſſunt, licet ad generandum ſint inepti, matrimonium vere contrahunt, quia tunc vt ſupr. dictum eſt, non frigidi, ſed ſteriles reputantur.

S. Anton. in 3. part. tit. 1. cap. 12. §. 2. in fi. De caſtrato (inquit) & Spadone dicit Petr. de Palud. quòd ſi non impediuntur ab actu generationis, licet ab effectu, quia ſcilicet in eis virga erigitur, & ſemen emittitur, ſed inualidum ad generādum, contrahere poſſunt: ſed ſi non emittunt ſemen, nō poſſunt cōtrahere, ſecundum quoſdam 32. q. 7. cap. hi qui. Neque contrahitur per hos affinitas.

Summa Aſten. lib. 8. tit. 28. habet hæc verba. Si vero loquamur de eo qui teſticulos ambos amiſit, virga tamen ei remanſit, talis ſecundum aliquos cōtrahere poteſt, dummodo virgam erigere poſſit. Vnde 32. q. 7. hi qui. dicitur in gl. de Spadone, quòd ſi virgam habet erectam, ſiue ſperma reſoluat ſiue non, ſit ibi matrimonium, quia talis ſatisfacit mulieri, ſicut mulier viro, ſiue ſperma reſoluat ſiue non. Nec requiritur ſemper in matrimonio, quòd ſit ſpes filiorum, ſed ſufficit quòd proles nō euitetur. Vnde & ſecūdum Legiſtas Spado poteſt contrahere & adoptare, licet non poſſit generare, ſicut not. Hug. Sed cum Spadonis erigatur virga, & ſemē emittat, vt vult Auicenna, licet ſit inualidus ad generandum, quærit Hug. vtrum per talem coitum affinitas contrahatur. Et reſpondet, quod tutius eſt dicere, quòd ſic, licet forte ibi non ſit commiſtio ſeminum, ſine qua contra

hitur

hitur affinitas aliquando, vt dicit.licet videatur notaſſe contrarium 35. q.3.extraordinaria.vt dictum eſt ſup.de affinitate.

Summa Angel.ver.matrimonium 3.impedimento 16.nu.11.Quid de Spadone vtroque teſticulo?Reſpon.quidam tenent,quòd non dirimitur,quia ſecundum Auicennam poteſt erigere virgam, & ſemen emittere, licet non poſſit generare.Sed ſecundum Panor.in c.quòd ſedem. de frig. & malefi. Doct.communiter tenet,quòd non poteſt contrahere: & ſic nõ tenet matrimonium,& dirimetur: ſecus ſi eſſet caſtratus tantum vno teſticulo. & ſic poteſt intelligi tex.& gl.in l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni.ff.de iu.dot. Vide gl. in c.hi qui.32.q.7.Sed ego teneo,quòd ex quo habet actum generandi,ꝙ tenet matrimonium,licet non habeat effectum,vt ſup.dictum eſt: aliter ſteriles non poſſent contrahere, ꝙ falſum eſt: & ſecundũ hoc limita gloſſas prędictas.Nec obſ.c.1.de frig. & malef. ibi, volo eſſe mater, & filios procreare.quia ille vir non habebat actum nec effectum.

Summa Silueſt.ver.matrimonium 8.§.16.verſ.7.hæc inquit.Sed Panor. in c. quod ſedem extra eo.dicit de mente Doct. quòd carens vtroque teſticulo contrahere non poteſt,ſecus vno tantum.Et ſic poteſt intelligi l. ſi ſerua §.ſi Spadoni.ff.de iu.dot.Et hoc eſt verum, quia ſic carens vtroq; teſticulo non poteſt ſeminare, vt aliqui dicunt,cum ſemen tranſeat per eos; & conſequenter nec effectum,nec actum generationis habere,nec copulam carnalem,quę in iure, vt dicit Archid. non reputatur ſubſecuta, niſi ſit conſummata per ſeminationem ordinaria:ſecus ſi poſſent ſeminare,licet inualide ad generandum. Vnde de caſtrato & Spadone dicit Petr. de Palu.quòd ſi non impediuntur ab actu generationis,licet ab effectu,quia ſcilicet in eis virga erigitur,& ſemen emittitur ſed inualidum ad generãdum,poſſunt contrahere;ſed ſi ſemen non emittunt,contrahere non poſſunt, ſecũdum quoſdam 32.q.7. hi qui. Neque cõtrahit per hos affinitas. Et hoc ſaltem intendunt omnes tenentes quòd ſpado vtroque teſticulo priuatus contrahere non poteſt.vt Panor.& gl.ſup.in c.nuptiarum 27.q.1. & Goffr.in ſumma,& Hoſtien.in ſumma,Hugo.Ioan. Franc. Archid.in c. hi qui.32.quæſt.7.

Summa Tabien.ver.impedimento 12.§.6. hæc ait. Quòd caſtratus non poſſit contrahere clarum eſt in d. c. quòd ſedem. Sed quid de illo qui erigit virgam,non tamen poteſt emittere ſemen?Reſpond. Panor.in d. c. quòd ſedem.dicit,quòd poteſt contrahere,quia poteſt prouocare mulierẽ. Sed ipſe tenet contrariã opin.quia poteſt dicere, volo eſſe mater. Prima tamẽ opinio videtur verior,quia ſterilis &c.

Summa Armilla,ver.matrimonium §.51. Item quòd caſtratus (inquit) non poſſit contrahere, patet per d.c.quòd ſedem. & infr.§. 53. Et qui erigit virgam,non tamen poteſt ſeminare,non poteſt contrahere, ſecundum ꝙ tenet Panor.in d.c. quòd ſedem. Alij autem tenent, quòd ſic, & verius, quia & ſi non poteſt ſeminare, poteſt tamen mulierem prouocare. Tamen communiter tenetur, quòd non poteſt contrahere, quia mulier poteſt dicere,volo fieri mater.vt dicit Silue.matrimonium 8.q.16.§.2.Tabiena, impedimentum 12.§.6.tenet, quòd poteſt contrahere; & hæc opin. magis videtur conſonare dictis S.Tho.Fac.glo.in c.quòd ſedem.eod.tit.

Et ĩ.§.53.Quod dictum eſt de caſtrato,intellige quando taliter eſt truncatus, quod ſeminare non poteſt,ſecũdum quoſdam 32.q.7.c. hi qui.Si vero

ſeminare poteſt,ſed inualide, poteſt contrahere; & hoc ſequitur Pet.de Palu.Alij autem dicerent, quòd dummodo poſſit virgam erigere,& prouocare mulierem,poſſet contrahere,vt ſupradictum eſt. Vide Silue. verſ. matrimonium.8.§.7.quæſt.16.

Ioſephus Angles in floribus theologicarum queſtionum,par 1. quæſt.de impedimento matrimonij.art.1.difficult.1. concluſione 1. Hinc ſi eunuchus (ait)ſeminauerit, matrimonium erit validum, etiam ſi ſemen ad generationem ſit inſufficiens.Quia per ſemen coniuges vna caro efficiuntur, & ſunt ad reddendum debitum potentes;quod ſolum eſt de eſſentia matrimonij.Nam quòd ſit ſterilis,nihil refert.

Michael Medina lib.5. de ſacrorum hominum continentia, cap.77. Credimus(inquit)ea matrimonia,in quibus poteſt eſſe coitus,& in quibus coniugum ſexus miſceri poſſunt, vt eorum Spadonum, quos Thlibias ob attritos teſtes appellari diximus, veriſſima eſſe coniugia, cum finem Chriſtiani matrimonij ſortiantur, vitationem ſcilicet fornicationis, ob hanc cauſam euangelico ſtatu ducendam eſſe vxorem Paulus & veteres Theologi,vt ſuperius vidimus,docuerunt: contrariamque opinionem periculoſam credimus. Dicimus deinde non eſſe neceſſariam ſeminationem actualem aut potentialem, ſed ſequendo opinionem Gratiani, duntaxat quemcumque coitum,ſequendo vero communem ſententiam, nullum.

Alphonſus a Vera cruce in Speculo coniugiorum,par.1.art.38. concluſione 6.hæc habet.Vir ſiue ſit Spado,ſiue ſenex, qui poteſt actum exercere carnalem,& ſeminare licet inualide ad generationem,contrahere poteſt: nō tamen ſi ſemen nullo modo emittere poteſt. Concluſio hæc prætendit, quòd dato aliqui ſint impotentes propter hoc quòd non emittunt ſemen validum ad generationem,ſed tamen ſeminant, & actum carnalem exercent,ſunt apti ad matrimonium. Si tamen nullo modo ſeminare poſſint,vel dato poſſint,non tamen in vaſe naturali,tales ſunt impotentes;& non poſſunt matrimonio coniungi. Probatur quantum ad primam partem;quia tales poſſunt matrimonium contrahere qui poſſunt talem actū exercere ad quem obligantur per matrimonium; huiuſmodi autem qui ſeminare poſſunt licet debiliter,actum illum exercere poſſunt.

His tamen non obſtantibus intrepide tenendum eſt, qui vtroque caret teſticulo,ineptum eſſe ad matrimonium contrahendum:& ſi de facto contrahat,mulierem poſſe dicere matrimonium nullum, & ab eo diſcedere, atque alteri coniugi,ſi velit,ſe copulare. Neque inquirendum eſt,an habeat caſtratus ille rigorem membrorum, & poſſit ſeminare:hæ enim inſulſiſſimæ nugæ ſunt, & futiles quæſtiones; ſed ſtatim atque apparet, illum eſſe ſectum,& vtroque teſticulo priuatum,repellendus eſt a contractu,& impotens iudicandus.ac eſſet inſuper in vtroque foro(mea ſententia) grauiter puniendus, tamquam qui nobilem virginem, aut pudicam matronam,aut honeſtam aliquam mulierem ſub matrimonij prætextu eludere voluerit. Videturque mihi quòd qui in hac facti ſpecie, quando ignoranter contrahitur matrimonium, contrariam ſententiam defenderet, vt ſcilicet mulier cogatur inuita in huiuſmodi Spadonis coniugio permanere, nullatenus in praxi eſſet audiendus, tamquam qui rem valde nouam moliretur, & quæ in eccleſia (vt puto) numquam fuit admiſſa.

Sed

Sed ne videamur ſolius noſtræ opinionis aſſertione niti, adducemus in primis auctoritates & teſtimonia plurimorum Docto. illuſtriſſimorum, qui ſententiam noſtram communem faciunt. Deinde etiam rationibus validis eandem ſententiam ſtabilire conabimur. Ac poſtremo ijs quæ in contrarium allata ſunt ſatisfaciemus.

Quod igitur caſtratus, cui vterque deeſt teſticulus, matrimonium non contrahat, & impotens ſit iudicandus, videtur mihi eſſe tex. expreſſus in l. ſi ſerua. §. ſi Spadoni. ff. de iu. dot. & in l. Pomponius. §. ſi Spadonem. cum l. ſeq. ff. de ædil. edic.

Si Spadoni (inquit text. in d. l. ſi ſerua) nupſerit mulier, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, nec ne: vt in caſtrato dicas dotem non eſſe: in eo qui caſtratus non eſt, quia eſt matrimonium, & dos & dotis actio eſt. Ex quibus verbis, ſi ſequamur proprium, ac directum, & germanum eorum ſenſum, neque eamus per ineptas gloſſematum ambages, clare colligimus, quod ſpado qui caſtratus eſt matrimonium non contrahit; caſtratus autem intelligitur, cui vterque teſtis abſciſſus eſt. Hunc enim & latine & vulgo caſtratum dicimus tum in hominibus, tum in brutis. vt apparet in l. ædiles aiunt. §. ſed enim. ff. de ædil. edic. vbi mulus caſtratus, equus caſtratus, & animalia caſtrata appellantur. Clarum eſt autem, arbitror, quòd animalia dicuntur caſtrata, non quia ſint caſte nata, quod ridiculum videtur, ſed quia ita facta ſunt ab hominibus; rurſus etiam clarum eſt, quòd in caſtratione animalium brutorum ſoli teſticuli euelluntur, non etiam virga abſcinditur, vt omnino ineptum appareat, exponere caſtratum in d. l. ſi ſerua. vel ideſt caſte natum, vel ideſt cui etiam coles vna cum teſtibus abſciſſus eſt. Spado vero qui caſtratus non eſt, qui matrimonium poſſe contrahere in ead. l. is intelligitur, cui vel non eſt abſciſſus vterque teſtis, ſed forte vnus tantum, ſecundum gloſſæ expoſitionem; vel cui teſtes aliquo pacto ſunt fracti, aut attriti, aut compreſſi, aut contorti, aut ſemireſciſſi, vel aliter læſi, ita quòd eorum vſus ſit quidem aliqua ex parte impeditus, non tamen in totum ſublatus.

Nam Spadonum generalis appellatio eſt, inquit Vlpianus in l. Spadonum. ff. de verborum ſignificatione, quo nomine & thlibiæ, & thlaſiæ, & ſi quod aliud genus Spadonum eſt, continentur. Et Columella libro ſexto, de re ruſtica, cap. 26. modum caſtrandorum vitulorum docens, dicit teſtes ita reſcindendos eſſe, vt extrema pars eorum adhærens cremaſteribus neruis relinquatur. Nam hoc modo (ait) nec eruptione ſanguinis periclitatur iuuencus, nec in totum effeminatur adempta omni virilitate, formaque ſeruata maris generandi vim depoſuit.

Text. vero in dicta l. Pomponius. ſic habet. Spadonem morboſum non eſſe, neque vitioſum, verius mihi videtur, ſed ſanum eſſe. Sicuti illum qui vnum teſticulum habet, qui etiam generare poteſt. Sin autem quis ita ſpado eſt, vt tam neceſſaria pars corporis ei penitus abſit, morboſus eſt. In quibus verbis apparet, Spadonem etiam dici, vel qui vnum habet teſticulum, ſi dictio, ſicuti, ſtet exemplificatiue, vel qui ei qui vnum habet teſticulum ſimilis eſt, puta qui teſtes habet aliquo modo læſos, non tamen penitus euulſos aut abſciſſos: nam is cui tam neceſſaria pars corporis abeſt, in alio Spadonum genere collocandus eſt, morboſo. ſ.

ac

Digitized by Google

ac impotenti, & frigido. Neque opus eſt, vt etiam coles abſciſſus eſſe intelligatur vnà cum teſtibus, cui tam neceſſaria pars corporis abeſt: ſi quidem teſtes ſunt, quos Medicorum placita, inquit Cælius Rhodiginus an tiquarum lectionum lib. 4. cap. 7. in primis Membris principalibus, ſublimibusque, ac dominantibus, & in corpus totum influentibus annumerant. Ea vero eſſe quattuor omninò deprehenſum ab ſcientiſſimis eſt; cerebrum, cor, hepar, teſticulos. Hiſce vero teſticulis tantum dignitatis attribuit Galenus, vt conſeruationi ſpeciei dixerit eſſe nobiliores mēbris omnibus ad id ipſum deſtinatis, cùm quia caliditatem ac robur ſuggerūt animalibus, tum quoniam prolem ſufficiunt. Hæc Rhodiginus.

Neque obſtat, ſi quis dicat, rationem matrimonij Chriſtiani ab Vlpiano, aut quopiam gentili Iuriſconſulto petere, indignum eſſe. Nam aduertendum eſt, quòd Iuriſconſulti non hæc aſſeruerunt tanquam aliquid iuris poſitiui ſtatuentes, ſed tanquam ius naturale declarantes: Quare multo eſſet indignius, ea quæ natura ipſa reſpuit, & improbat matrimonia, velle facere vt Eccleſia Chriſtiana legitima habeat & rata. De Spadonum quidem coniugijs, quòd caſtrati non ſunt, nihil nunc diſſero aut aſſirmo; nam Eccleſia poteſt impedimentum addere aut conſiderare, vbi ſolo iure naturali attento non apparet: ſed de caſtratis audacter dico, cum naturæ ius ipſos a matrimonio repellat, nullatenus in eccleſia Chriſtiana eos ad contrahendum ſimpliciter aptos eſſe iudicari debere.

Non omitto, poſt hæc ſcripta incidiſſe me in aliam expoſitionem ſupradictorum iurium. l. ſi ſerua. §. ſi Spadoni. de iu. dot. & l. Pomponius. §. fin. de ædil. edic. ſatis pulchram & commodam, quam etiam veram exiſtimo: vt caſtratus ſcilicet qui morboſus eſt & a matrimonio repellitur, is intelligatur, cui teſtes omnino abſunt, vt nos ſuperius diximus; Spado autē qui morboſus non eſt, & matrimonium contrahere poteſt, vt habetur, in ſupradictis iuribus, & in l. alumnos. §. fi. ff. de manum. vind. is intelligatur qui propter vitium aliquod aut frigiditatem membrorum genitaliū nunc quidem liberis operam dare non valet, ſed tamen ſperare poteſt, vt vitio quo tenetur ceſſante liberos poſſit gignere. Hanc autem expoſitionem ponit Theophilus anteceſſor in inſtit. tit. de adopt. §. ſed & illud. & ſequitur Ant. Aug. lib. 3. emend. cap. 5. & Franc. Balduinus in tit. de ædil. edic. annotatione. in c. 6. & 7.

Hanc ſententiam, quòd eunuchus qui vtroque caret teſticulo matrimoniū contrahere non poſſit, tenent Doct. infraſcripti. quorum verba formalia, quantum ad præſentem materiam ſpectant, ſubijciemus in ſingulis.

Alber. de Roſ. in dictionario. ver. impedimentum. 15.

Sequitur videre de impedimento quod prouenit ex cauſa accidentali per caſtrationem: & dic quòd tales cum ſint inepti ad reddendum debitum, non poſſunt contrahere; & ſi contraxerint, ſeparandi ſunt. extra. eod. c. quòd ſedem. & 32. q. 7. hi qui.

Ludoui. Rom. in ſing. 634.

Bononiæ dum erā, fuit quæſtio veniens de Francia, an Spado, de quo in l. Spadonum. de ver. ſig. ex accidenti, poſſit matrimonium contrahere, vel ſi contrahat, nulliter contrahat; venit de facto in perſona cuiuſdam Reginę in Francia, & agebatur coram Epiſcopo Carnoten. De iure ciuili eſt expeditum, quia caſus eſt in l. ſi ſerua. §. ſi Spadoni. ff. de iu. dot. vbi dicitur

quòd

Digitized by Google

quòd ſic per Legiſtas,per l.ſi quis poſthumos.in princ.de lib.& poſth.De iure canonico.glo.mouet.32.q.7.hi qui.ponens multas opiniones. Non ſunt quattuor dies, quibus inueni Io.And. hoc plene tractantem in c. ꝙ ſedem.de frig.& malef.& determinat quod non; & matrimonium contractum poteſt petere nullum declarari, ea ratione,quia matrimonium contrahitur duplici ratione ſeu cauſa,aut propter ſobolem procreandam, aut propter euitandam fornicationem. vt dixi in rub.ſol. matr. Sed hæc duplex cauſa ceſſat in Spadone ex accidenti, ergo &c. Ad l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni.reſpondet,quòd eſt correcta de iure canonico.Vel dicit intelligi in Spadone qui caret vno tantum teſticulo, quo caſu poteſt tamen generare.vt l.Pomponius.§.Spadonem.de ædil.edic. rationem quare a Philoſophis. Ita determinat ſingulariter Dom.Abbas.

Soc.in l.1.ff.ſol.matr.in 2.not.nu.23.

Et aduerte ad intellectum d.§.ſi Spadoni,quia ſpado eſt nomen generis. vt in l.Spadonum.inf.de ver.ſign. Et ideo dicit illa littera in §.ſi Spadoni. quòd aut Spado eſt caſtratus, quia fuerunt inciſi teſticuli, iuxta l.ſi ſeruus ſeruum.§.& ſi puerum.ſup. ad l.Aquil. & tunc non eſt matrimoniū, neque dos.&c. aut Spado non eſt caſtratus, & tunc eſt matrimonium & dos;Intelligas de Spadone,cum quo eſt matrimonium,quia eſt potens ad coeundum,ſed non generandum, aliquo vitio: ſi enim eſſet impotens ad coeundum,non eſſet matrimonium,ſicut in caſtrato.&c.

Et infra num.29.

Quid autem iuris, ſi recta ambularet, & iter non perficeret,i. quia habet haſtam rectam ſine effectu? glo.dicit eſſe matrimonium.33.q.1.c.ſi quis. quia licet effectus non producatur ex parte viri,producitur ex parte vxoris. Cuius tamen contrarium tenent communiter Canoniſtæ in c. quòd ſedem.extra.de frig.& mal.

Pet.Rebuffus in l.Spadonum.ff.de ver.ſign.in fi.

Sed matrimonia contrahere non poſſunt Spadones, immo annullari poſſet matrimonium cum his contractum.tit.de frig.& mal.& ibi Hoſtien.in ſumma.quia deficeret vnum ex ſubſtantialibus matrimonij.Secus vbi vnicum haberet teſtem. l.ſi ſerua. in fin. ff.de iu. dot. & l. Pomponius. de ædil.edic.

Vocabularius vtriuſque iuris.ver.Spado.

Spado carens vtroque teſticulo non poteſt contrahere matrimonium, ſecus ſi careat vno teſticulo tantum.Panor. in c.ꝙ ſedem.de frig. & mal.

Glo.in c. veniens.in princ.in ver.in quibuſdam.27.q.1.

Et eſt argumentum hic,ex quo ſenes quod iam arrigere non poſſunt,contrahunt;ergo & Spado & frigidus poteſt matrimonium contrahere. arg. 33.q.5.quod Deo.nam & poſthumum inſtituit Spado.vt ff. de lib. & poſthum.ſed eſt quæſitum. §.Spadonem. Sed non eſt verum, quia non poteſt contrahi matrimonium, niſi ibi ſint tria bona matrimonij,vel re, vel ſpe.inf.ead. q.2.omne. De ſene non eſt ſimile; nemo enim eſt adeo ſenex, quin aliquando calere poſſit natura vel artificium, quod non eſt in frigido,uel in puero,vel Spadone;& ideo ſenex habilis eſt ad contrahendum: ſufficit enim, quòd prolem non euitet. 32. quæſtione 2. ſolet. Sic enim generare dicitur, ex quo non euitat prolem, & aptus eſt ad coeundum.

Item

Item gloſ.in c.quod ſedem.de frigi. & malefic. vbi cum text. diceret, Sicut puer, qui non poteſt reddere debitum, non eſt aptus coniugio, ſic qui impotentes ſunt, minime aptos ad contrahenda matrimonia reputari. ipſa glo.in ver.impotentes. hæc notat.

Hic ratione videtur, quòd ſenes qui a naturali calore defecerunt, contrahere non poſſunt; ſed contrarium eſt verum. C.de nupt.ſancimus. 27. q.1.nuptiarum.quia in ſenibus dicitur eſſe legis obſequium, & humanitatis ſolatium.vt ibi, & 31.q.1.aperiant, & c.quod ſi dormierit. Sed hic nõ loquitur de tali impotentia, ſed de eo qui ſectus eſt, & qui perpetuo impotens eſt; ſed ſenes aliquando aliquo beneficio mouentur.

Et notandum, quod ille tex.bene fac.pro hac ſententia, coniuncta parte ſui deciſa. Ibi enim proponitur, quòd quædam mulier cuidam viro nupſit ignorans, quod propter vtriuſque inguinis rupturam, genitalia eius eſſent abſciſſa.

Goffr.in ſumma, tit.de frig.& maleſ.nu.5.

De caſtratis autem dicunt quidam, quod caſtrati, hoc eſt caſte nati, id eſt frigidi, contrahere non poſſunt, & ſi contraxerint, non tenet matrimonium, vt ſuperius dictum eſt. Si vero fuerint Spadones.i.ſpata ſecti, poſſunt contrahere: in quibuſdam enim matrimonium eſt humanitatis ſolatium.vt.27.q.1.nuptiarum.& arg.ad idem.33.q.5.quod Deo. Sed verius eſt, quod ſecti matrimonium contrahere non poſſunt, nec valet contractum, quia ex quo cognoſcere vxores non poſſunt, pueris aſſimilantur, vt inf.eo.quod ſedem. Præterea tria ſunt bona matrimonij, proles, fides, & ſacramentum, quæ in matrimonio caſtrati locum non habent. vt.27.q.1. omne. Item duæ ſunt cauſſę principales matrimonij.vt not.ſup.de ſponſ. §.cauſſæ. quarum neutra in caſtratis inuenitur. Et quod caſtrati matrimonium nullum ſit, probatur.ff.de iu. dot. l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni. Secus vbi aliquis habet vnum teſticulum; huiuſmodi matrimonium tenet. & ſic videtur poſſe intelligi.lex.ff.de lib.& poſthum.ſed eſt quæſitum.§.Spadonem.& ff.de ædil.edic.l.ædiles aiunt.§.idem refert, offilium.nã & hic militat.ff.de re milit.l.qui cum vno. Et propterea dicit lex, Spadonum multa ſunt genera.vt.ff.de ver.ſign.l.Spadonum.

Archid.in c.hi qui.32.q.7.

A.Ide. Poteſt dici ſecundum Vinc. quod qui vtroque caret teſticulo non poteſt matrimonium contrahere, quia cum omne matrimonium cauſa prolis, & cauſa vitandæ fornicationis contrahatur, & in tali ſecto cauſa vtraque deficiat, ergo nullum eſt matrimonium cum eo. Præterea ſi quis in contrahendo ponat hanc condictionem, ſi filij non naſcantur, nil agitur.vt 32 q.2.aliquando. ergo vbi tale impedimentum naturaliter ineſt, nullum erit coniugium. Præterea ſicut hic dicitur non poteſt in carnalem copulam conſentire, ſecundum Io.de Fant. Et inf.in ead.glo.ibi, melius.

A Ide. Et vero melius ſecundum Hugo. qui dicit, Generaliter dico, quod nec ſpado, nec caſtratus poteſt contrahere, quia neuter eſt, nec eſſe poteſt potens commiſceri.27.q.2.non dubium.33.q.1.c.1.& 2. Secundum Hugo.prædicta l.ſi ſerua.loquitur in eo, qui vno tantum caret teſticulo: & ideo ſecundum Vinc. qui vtroque caret teſticulo contrahere non poteſt, quia cum omne matrimonium contrahatur cauſa prolis, & cauſa vitandæ fornicationis, & tali ſecto vtraque cauſa deficiat, ergo nullum erit matrimonium

monium cum eo,ſecundum Io. de Fant. & hoc etiam not. Goffr. in ſumma de frig. §. de caſtratis. ibi videas. In glo. ibi, matrimonium.
Adde. Dicit Hugo in hoc caſu, ꝙ ſecurius eſt dicere, per coitū caſtrati contrahi affinitatē, quamuis ſit inhabilis ad generandum, licet forte non ſit ibi commiſtio ſeminum; nam & in primo coitu ſæpe non fit commiſtio ſeminum, quia forte tunc mulier non ſpermatizat, & tamen ibi contrahitur affinitas ſecundum Hugo. Sed contra hoc fac. quod ipſe not. 35. q. 3. extraordinaria. & ibi dicam. Item contra iſtud dictum Io. de Fant. not. Ray. Dicit enim firmiter tenendum eſt, quod illi qui habent ſecta virilia, inepti ſunt ad reddendum debitum matrimonij, & ideo contrahere non poſſunt, ſicut nec pueri. ext. de frig. quod ſedem, & ſi contraxerint, nullū eſt matrimonium; vnde ſunt diuidendi, ſecundum Raym. qui ita not. in ſumma, rubr. de impoſſibilitate coeundi, §. vidimus. Et adde quod dixi. 27. q. 2. omne.

Idem in c. requiſiſti. 33. q. 1. in glo. naturaliter.

Not. tamen quod frigiditas ex parte mulieris non inducit impedimentū ad matrimonium, ſed arctatio, & alia inſtrumenti ineptio; ſed ex parte viri ſectio, frigiditas, & perpetuum maleficium; ex parte vtriuſque furor. ſecundum Goffr. qui not. ext. de frig. & mal. conſultationi.

Innoc. in c. iuuenis. de ſponſ. & matrim.

Poteſt autem contrahere quiſquis qui poteſt conſentire in carnalem affectum, niſi expreſſe prohibeatur, vt minor quattuordecim annis. inf. eo. tuæ fraternitati. & qui vtroque teſticulo caret. infr. de frig. & mal. quod ſedem. Et infra.

Impedimenta matrimonij ſunt 12. ſcilicet quæ dirimunt matrimonium. Primum furor 22. q. 7. neque furioſus. Secundum omnino ſectus, & impotens coire. 32. q. 7. hi qui.

Hoſtien. in c. quod ſedem. de frig. & mal. ibi, reputantur.

Ergo nec ſenes matrimonium contrahere poſſunt. Sed contra. C. de nupt. ſancimus 1. nam & in talibus dicitur matrimonium legis obſequium. 27. q. 1. nuptiarum. & 31. q. 1. aperiant, & c. quod ſi dormierit. Sed dic, quod non obſtat, quia quod hic dicitur, intelligitur de ſecto, vel de naturaliter frigido, quod omnino impotens eſt; vel de habente quodcūque aliud impedimentum perpetuum, ſecundum d. n. Senes autem aliquo beneficio naturæ mouentur. Sed & ſi nullo modo iuuari poſſunt, permiſſum eſt, ꝙ etſi matrimonium non ſit, viuant tamen ſicut fratres. vt infra eodem, conſultationi.

Idem in ſumma, tit. eo. §. quæ impotentia. verſ. maſculina.

Maſculina vero naturalis impotentia, ſcilicet frigiditas, in homine perpetua eſt, & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum. vt 33. q. 1. c. 1. & 2. inf. eod. c 1. & 2. & c. laudabilem. & talem frigidum appello caſtratum. vt inf. verſ. accidentalis autem. Nec dicitur in hoc caſu matrimonium contractū diſſolui, ſed a principio nullum fuiſſe. vt in auct. de nupt. §. ſi vero coll. 4. Et inf. verſ. accidentalis, Accidentalis autem violētia dicitur quæ violenter infertur, vt ſectio; qua impeditur ſpado, i. is qui ſpata ſeu alio gladio virilia amiſit, matrimonium contrahere; & ſi contraxerit, ſeparabitur, ex quo ſectio precceſſerat: ſecus ſi poſt matrimonium contractū accidiſſet; nam ex quo ſemel tenuit matrimoniū, nullo

impe-

impedimento ſuperueniente tollitur . vt not.ſupra de matrimonio . §. 1. & §. quis ſit effectus. & §. vltimo,& de deſpon. duo. §. quæ quibus . verſiculo aut vterque de.præſenti. & ſup. de coniu. leproſ. ſic intellige inf.eod. quod ſedem.& 32.quæſt.7. illi qui ſani. & 32. q.fin. hi qui matrimonium.& q.1.dixit . Quid ſi dubitetur,vtrum præceſſerit , vel non ? præſumitur,quòd impedimentum matrimonium præceſſerit . arg. C.de ædif.act.l.3. Et ſecundum hoc ſectio impedit & dirimit ; ſuper quo vide quod not. ſup. de corp. vitia.§. & quæ impediebant.verſic.in eunucho. Quidam autem dicunt , quòd hac impeditur caſtratus. ſic ſcripſit &c. & male:quia caſtratus idem eſt quòd frigidus, vnde dicitur caſte natus . vt not.ſup.de cogna.§.quis poteſt adoptare.& legitur in inſtit. de adopt.§. ſed illud.Eſt tamen verum,quod promiſcue vtimur his verbis, Spado,caſtratus,eunuchus; ſed vera ſignificatio ſe habet, vt dixi.Eunuchus autem ad vtrumque ſe habet.& accedit ſup.vt lit.non conteſt.quoniam frequenter.§.ſi vero aliter. Fuerunt tamen qui dixerunt,quod Spadones contrahere poſſunt , quia matrimonium in quibuſdam eſt humanitatis ſolatiũ. 27.q.1.nuptiarum.arg.33.q.5.quod Deo pari,& male.& probaui,& probatur, ff.de iu.dot.ſi ſerua.§.ſi Spadoni . Secus ſi ſaltem vnum teſticulum quis haberet,quia talis contrahere poſſet;& ſic poteſt intelligi lex de lib. & poſth.Sed eſt quæſitum. §.Spadonem . & ff.de ædil. edic. ædiles.§.ſi filius.nam & hic militat.ff.de re mil.qui cum vno .

Ideo etiam dicit lex,quòd Spadonum multa ſunt genera.ff.de verb.ſignific.Spadonum .

Io.Andr.in d.c.quòd ſedem.de frig.& mal.nu.4.

De Spadone,an contrahere poſſit,no.32.q.7.hi qui.& hic no.antiqui,& dixerunt Ala.& Vinc.quod carens vtroque teſticulo non contrahit, quia cum omne matrimonium contrahatur aut cauſa prolis,aut cauſa vitandæ fornicationis, & in ſecto huiuſmodi vtraque cauſa deficiat , ergo cum eo non eſt matrimonium:& ſecundum eos lex.ff.de iu.dot.ſi ſerua. §.ſi Spadoni.intelligitur de illo qui caret altero tantum teſticulo.

Anton.de Butr.in c.quod ſedem.de frig.& malef.nu.6.

Communis opinio habet,quod ex quo eſt priuatus vtroque teſticulo,contrahere non poteſt .

Henrich.Boich.in c.fraternitatis.de frig.& mal.nu.5.

Sectio , propter quam quis amiſit virilia ſeu ambos teſticulos & dicitur ſpado,aut præceſſit matrimonium,& tunc impedit & dirimit matrimonium poſt contractum .

Panor.in c.quod ſedem.de frig. & mal.

Senex enim ideo contrahit,quia habet habitum quandoque reducibilem ad exercitium;ſed tex.dicit intelligi de omnino impotente . Ideo dicunt hic Doct. quod ſpado carens vtroque teſticulo non poteſt contrahere matrimonium,ſecus autem ſi careat vno teſticulo tantum. Et ſic poteſt intelligi l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni.ff.de iu.dot.& vide glo.in c.hi qui.32.q.7.quę tractat,quid de eo qui habet virgam erectam,ſed non poteſt emittere ſemen propter impedimentum naturale, vel accidentale. & tenuit ibi glo. quod talis poteſt matrimonium contrahere,cum poſſit mulierem prouocare.Sed communiter tenetur cõtrarium;& hoc puto verius: quia ex quo non poteſt generare,poteſt vxor dicere,Ego volo eſſe mater.vt &c. vt c.

prox.

prox.in fi.& de hoc aliquid inf.c.conſultationi.

Zacharias de Ferrerijs in addit.ad Panor. in ſupracitatis verbis.

Ad intellectum d.§.ſi Spadoni.ff.de iu.dot.aduerte,quod tale nomen eſt nomen generis.vt l.Spadonum.ff.de verb.ſignific.Et ideo dicit illa littera in d. §. ſi Spadoni. aut ſpado eſt caſtratus, quia fuerunt inciſi teſtes, iuxta l.ſi ſeruus ſeruum.§.& ſi puerum. ff.ad l.Aquil. & tunc non poteſt eſſe matrimonium.ex quo infertur quod talis non poteſt adoptare, vt eſt caſus in l.2.ff.de adopt.per ea quæ ponit Bart. in l.ſi is qui pro emptore. ff.de vſuc.aut ſpado non eſt caſtratus,& tunc eſt matrimonium.vt per Socin.in l.1.ff.ſol.mat.in 4.col.

Nicol.de Ploue in tract.ſacerdotali,de ſacramento matrimonij, c.de impedimentis matrimonij.

Sunt autem 12.impedimenta, quæ impediunt matrimonium contrahendum,& dirimunt iam contractum,ſecundum Innoc.in c.iuuenis.de ſpõſ. Primum eſt furor.&c. Secundum ſi eſſet vtroque articulo, ideſt teſticulo carens,vel impotens coire.32.q.7.hi qui.

Manipulus curatorum par.1.tract.7.de ſacramento matrimonij, c.14.

Si autem ſit impotentia accidentalis, ſicut caſtratio, firmiter tenendum eſt,quòd talis impotentia impedit matrimonium contrahendum,& dirimit iam contractum.ext.de ſrig.& mal.c.quod ſedem.

Sacerdotale in prima part.tract.2. de matrimonio. cap.3. de impedimentis matrimonij.

Duodecimum impedimentum eſt impotentia coeundi, quæ eſt duplex, ſcilicet naturalis & accidẽtalis.Naturalis,vt frigiditas in viro, & arctatio in muliere, & defectus ætatis in vtroque. Accidentalis, vt caſtratio, & maleficiatio.

Et inf.Accidentalis impotentia ſiue caſtratio impedit.

Bartholomeus de Chaimis in ſuo Interrogatorio, ſiue Confeſſionali, par.3. tit.4.cap.2.vbi agit de impedimentis matrimonij.

Secunda impotentia eſt accidentalis, vt caſtratio in viro, vel deſtructio matricis,aut alia ineptitudo in muliere; vel commune impedimentũ per maleficium.

Io.Paulus Lancellottus in conſtit.canonicis tit.quæ matrimonium impedire poſſunt.§.item frigiditas.in glo.in ver.natura.Sed an ſenes qui calore naturali ſunt deſtituti poſſunt matrimonium contrahere? Reſp. affirmatiue.&c.& ſenex quãdoque habet habitum reducibilẽ ad exercitium; ſicut dicimus de Spadone habente vnum teſticulum.l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni. ff. de iu.dot.& per Abb.in c.quòd ſedem.de frig.& mal. Vbi habetur & de eo,qui habet virgam erectam,ſed non poteſt ſemen emittere, quod contrahere non poteſt.iuxta not.in c.hi qui.32.q.7.

Theſaurus ſacerdotalis,par.1.in tract.de matrimonio,cap.de impedimentis matrimonij.

Sunt autem 12.impedimenta,quæ impediunt matrimonium contrahendum,& dirimunt iam contractum,ſecundum Innoc.in c.iuuenis.de ſponſ. Primum eſt furor,&c.Secundum ſi eſſet vtroque articulo, i. teſticulo carens,vel impotens coire.32.q.7.hi qui.

Altiſſiodoren.in ſumma ſua,lib.4.in tract.de ſacramento matrimonij, c.de tertio impedimento,ſcilicet de impotentia coeundi.

Impo

Impotentia vero coeundi accidentalis eſt duplex, vna per caſtrationem, Alia per maleficia. De caſtratione dicendum, quod ſi poſt matrimonium contingat, non rumpitur matrimonium propter hoc; ſi vero ante matrimonium, non potuit caſtratus contrahere; & ſi cõtraxit de facto, nullum fuit matrimonium.

Gulielmus Pariſien. in libello de ſeptem ſacramentis. c. 39.

Notandum eſt, quod cauſa frigiditatis eſt duplex, quædã temporalis, &c. Alia eſt cauſa perpetua, cui nõ poteſt ſubueniri. Et hoc fit dupliciter, quia aut illa cauſa præceſſit matrimonium, aut ſequitur. Si præceſſit, ſic impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum: ita tamen quod ille qui illud impedimentum habet, perpetuo maneat abſque ſpe coniugij, ille vero ex parte cuius non eſt repertum impedimentum, nubat cui voluerit in Domino. Si vero illud impedimentum ſequitur matrimonium iam contractũ & conſummatum, ſicut cũ aliquis habens vxorem caſtratur, vel ex infirmitate deueniat frigidus, vel impotens ad carnalem copulam, propter hoc non dirimitur matrimonium contractum.

S. Bonauentura in quarto ſent. diſt. 34. art. 2. quæſt. 2. in corp.

Hæc autem impotentia perpetua quæ eſt per maleficium, aut præcedit legitimam contractionem matrimonij, aut ſequitur. Si præcedit, facit perſonam illegitimam ita quod impedit contrahendum, & dirimit iam contractum. Si ſequitur, non impedit. Sicut etiam de ſectis dicitur cauſa. 32. q. 7. vbi tale capitulum inſcribitur, & in litera ponitur. Illi qui matrimonium ſani contraxerunt, & vni ex duobus aut amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accedit, ob hanc cauſam coniugia talium ſolui nõ poſſunt. Similiter intelligendum, qui ab aduerſarijs excæcantur, aut membris trũcantur, aut a barbaris ſecti ſunt. Et ſic concedendum, quod ſicut ſectio quæ reddit impotentem ad coitum facit perſonam illegitimam ſi præcedat contractionem, non facit ſi ſequitur, quia matrimonium non poteſt ſolui niſi per mortem vel ſpiritualem, vel carnalem. &c. ſic maleficium ſi ſequatur contractionem, non impedit, ſi vero præcedit, impedit, ſi ſit perpetuum.

S. Tho. in eod. 4. d. diſt. 34. in expoſitione litteræ, par. 3.

Diuortium hoc modo fieri debet, cum impotentia coeundi allegatur. Si vterque confiteatur. ſcilicet vir & vxor, ſi eſt euidens impedimentum, vt in Eunuchis, poſſunt ſtatim ſeparari. Si autem non eſt euidẽs, præcipiendum eſt eis, vt adhuc cohabitent. &c.

Scotus in eo. 4. d. diſt. 34. q. 1.

Duplex eſt impotentia in genere, naturalis & caſualis. Naturalis in viro eſt frigiditas, vel mutilatio partis neceſſariæ, in muliere arctatio. Caſualis eſt per maleficium. Et inf. De iſtis duobus impedimẽtis ad propoſitum dico quòd in aliquo ſunt ſimilia, & in aliquo diſſimilia. Similia quia impediunt contrahendum & dirimunt iam contractum. &c.

Ricar. de Med. villa in eo. 4. d. diſt. 34. art. 2. q. 1.

Hæc autem frigiditas probari poteſt vere, vt cum vir per teſtes ſufficientes probat ſe antequam matrimonium contraheret membris genitalibus priuatum eſſe. Et inf. Si autem vir dicit, ſe non cognouiſſe uxorem, & petit, ab ea ſeparari, vxore contradicente non creditur ſibi ſoli, ſed ſibi incumbit probatio. Sed quomodo hoc poſſit probare non video, niſi probando

Digitized by Google

probando ſe eſſe priuatum genitalibus membris, antequam matrimoniũ contraheret.

Tho. ab Argentina in eo. 4. d. diſt. 34. q. 1. art. 2. in princ.

Eſt aduertendum, quod huiuſmodi impotentia tripliciter poteſt accidere ex parte viri. Vno modo ex frigiditate naturali. Secundo modo ex læſione accidentali, puta ſi ex ſectione caret vtroque teſticulo, vel aliàs ſic læſus eſt in membris genitalibus, quod omnino eſt inutilis ad actum carnalis copulæ. Tertio modo ex prauitate ſortilegiali. &c. Si ſecundo modo, tunc ſine dilatione temporis immediate mulier poteſt licentiari vt contrahat cum alio viro, ſi a primo petierit ſeparari, & noluerit cõtinere, & vir perpetuo priuandus eſt matrimoniali coniugio, quia ex ſucceſſu temporis nõ poteſt eſſe ſpes quod carens vtroque teſticulo vnquam fiat aptus ad matrimonium conſumandum.

Durandus in eo. quarto. d. diſt. 34. q. 2.

Diſtinguendũ eſt de impotentia, quia eſt vna naturalis, alia accidentalis, & quęlibet iſtarũ vel eſt perpetua vel tẽporalis. Naturalis impotentia eſt triplex. Vna in viro, ſ. frigiditas; alia in muliere, ſ. arctatio, vel aliud impedimentũ naturalis membri. vt habetur de frig. & mal. in c. ex literis. Tertia eſt defectus ętatis in vtroque, vt in pueris. Accidentalis vero impotentia contingit ex duob. ſcilicet ex maleficio, vel ex ſectione ſeu caſtratione, quæ locum habet ſolum in viris. Horum autem impedimentorum frigiditas & arctatio, quibus non poteſt ſubueniri opere Medicorum ſunt perpetua impedimenta, vt habetur in præallegato c. Similiter ſectio, caſtratio, & maleficium quod deleri non poteſt. Tẽporalia vero impedimenta ſunt frigiditas & arctatio, quib. poteſt ſubueniri, & maleficium quod poteſt deleri. His ſuppoſitis dicendum eſt primo, quod omnis impotentia naturalis vel accidentalis ſi ſit perpetua & antecedens matrimonium, impedit ipſum contrahendum, & dirimit contractum, nõ aũt ſi ſit tẽporalis.

Nicol. de Orbellis in eo. 4. d. diſt. 34. q. 1.

Quęro vtrum impotentia ad actũ carnalẽ impediat ſimpliciter matrimonium. Rñ. impotentia talis duplex eſt in genere, ſ. naturalis & caſualis. Naturalis, vt frigiditas in viro, vel mutilatio partis neceſſariæ ad actũ illũ; in muliere vero arctatio. Caſualis per maleficium. Omnis talis impotentia ſi ſit perpetua, ita ſcilicet quod ſibi non poſſit ſubueniri per naturam, vel per artem, & præcedat matrimoniũ, impedit contrahendum & dirimit poſt contractũ. vt patet 33. q. 1. & ext. de frig. & mal. in plurib. capitulis. Et inf. Sed qualiter cognoſcetur differentia impedimenti naturalis & caſualis? Reſpon. difficile eſt, niſi per inſpectionem corporis. Si deficiat aliqua diſpoſitio neceſſaria in parte requiſita ad iſtum actum, vel per iudicium Medicorum quantum ad frigiditatem ſi aliqua ſigna ipſum manifeſte oſtendant eſſe talis complexionis. Si nec ſic, nec ſic, & tamen ſimpliciter impedit, præſumendum eſt quod ſit maleficium.

Io. Maior in eo. 4. d. diſt. 34. q. 1. in princ.

Notato, quod aliqua ſunt impedimenta, quæ virum impediunt: ne mulierem cognoſcere poſſit, vt naturalis frigiditas: & ſiue a calore, vel qualitercumque illud a natura proueniat, ſub nomine frigiditatis includitur, vt ſi vtroque teſte careat.

Dom. de Soto in eo. quarto, d. diſtinct. 34. quæſtione prima, articulo ſecundo, colum. penult.

Si vero Spadonibus qui teſticulis orbati ſunt, virile ſuperſit, ſunt qui dicant, vt Silueſ.ver.matrimonium.8.§.16. refert, matrimonium contrahere poſſe, quamquam non ſeminent, quia erigere valent, & poſſunt feminam prouocare, atq; ei ſatisfacere. Ita cenſet gl. fin. in c. hi qui. 32. q. 7. Et fundant ſe iſti in l. ſi ſerua. ff. de iu. dot. vbi ait Vlpianus, q̃ ſpado contrahere poteſt, non aũt caſtratus; quaſi caſtratus ſit, vt falſo iſti putant, qui teſticulis, & virga careat: ſpado vero qui non niſi teſticulis. Eſt tñ oppoſitio intolerabilis, quia vbi non eſt ſeminatio, non fiunt coniuges vna caro, & ſic nec eſt matrimonium, vt ſcite ait Panor. c. q̃ ſedem. eo. tit. & l. illam idem ipſe Vlpianus exponit l. Pomponius. ff. de ædil. edic. vbi ait, q̃ tunc ſpado contrahere poteſt, quando vno duntaxat teſticulo caret. Igitur Eunuchi vtroque vacui, quamuis virili polleant, illudque erigant, & in vas inducant, reuera nullum contrahunt matrimonium, quia vel non ſeminant, vel eorum ſemen non eſt eiuſdem rationis cum prolifico.

Martinus Ledeſmius in 2 4. q. 60. art. 1. verſ. ſed dices.

Si autem cognoſcatur prædictum impedimentum ſtatim matrimonio contracto, illico debent ſeparari, nec expectandum eſt tempus aliquod; vt ſi mulier eſt clauſa, vel vir ſpado aut eunuchus, vel ambo ſunt impediti, e veſtigio debent ſeparari; & hæc eſt communis ſententia Docto. Triennium autem non expectatur niſi quando eſt dubium.

Nic. de Nijſe in Reſolutione Theologorũ, tract. 6. par. 3. de matrimonio, q. 6.

Notandum, ſicut dicit Scot. in 4. quòd impotentia coeundi in genere duplex eſt. Vna naturalis, vt frigiditas in viro, vel mutilatio partis neceſſariæ, vel arctatio in muliere. Alia eſt caſualis, vt quæ eſt per maleficiũ. &c. His præmiſſis ponendæ ſunt octo concluſiones. Prima eſt, Omnis impotentia coeundi ſimpliciter & perpetua, cui non poteſt adhiberi remediũ nec per naturam, nec per artem, ſi præcedat contractum matrimonij ſimpliciter impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

Pet. de Soto lib. de inſtitutione Sacerdotum, in tract. de matrimonio, lect. 5. circa princ.

Cum igitur impotentia fuerit, duo ſunt per ſe conſiderãda, quod attinet ad matrimonium. Primum an perpetua ſit, an tẽporalis. Secundum an præceſſerit, an ſecuta fuerit matrimonium. Secũdum quas diſtinctiones dua certa habentur ex Pontificum & Conciliorum definitionib. Primum perpetua impotentia matrimoniũ præcedens facit, vt iudicio Eccleſiæ diſſoluatur, petẽte altero eorum, aut ambob. ita c. 1. 2. & 3. ext. de frig. & mal. Tẽporalis vero impotentia & præcedens non ſufficit vt dirimatur. Secundũ ſequens vero matrimoniũ impotentia quælibet non dirimit ipſum, vt aperte teſtatur Nicolaus Papa. 27. q. 2. c. decreta. §. item Nicolaus. de his qui ab inimicis vel hoſtibus poſt matrimonium contractum ſecti ſunt, aut in morbum aliquem inciderunt.

Summa Confeſſorum lib. 4. tit. 16. q. 12.

Sequitur videre de accidentali impedimento. Et primo quæro de caſtratione, an. ſ. is qui habet ſecta virilia contrahere poſſit. Reſp. ſm Ray. §. 3. vidimus. Hoc firmiter tenendum eſt, q̃ tales, ſ. quib. vterq; teſticulus abſciſſus eſt, quia inepti ſunt ad reddendũ debitum, matrimonium contrahere non poſſunt, ſicut nec pueri. ext. de frig. & mal. q̃ ſedem. Et ſi contraxerunt, diuidẽdi ſunt, cũ nullum eſt matrimonium. Si vero matrimonium præceſſit ſectionem, nõ ſeparatur, licet vir factus ſit ineptus ad reddendum.

dendum debitum vxori.32.q.7.hi qui,ext.vt lit.non conteſt. quoniã ĩrequenter.Et inf.Item quærit ibidem Hug.Cum Spadoni erigatur virga,& etiam emittat ſemen,vt aiunt, licet ſit inualidus ad generandum, vtrum contrahatur affinitas per talem coitum. Et reſpondet, quod ſecurius eſt dicere, quod contrahatur affinitas, licet forte non ſit ibi ſeminum commiſtio; ſine qua contrahitur affinitas aliquando.

Summa Piſanella ver.impedimentum.15.§.15.

Circa impotentiam coeundi quando eſt propter impedimentum accidentale,puta per caſtrationem,quæritur an tales contrahere poſſint.Reſpondeo indubitanter tales, quia omnino inepti ſunt ad reddẽdum debitum, contrahere non poſſunt,& ſi contraxerint diuidendi ſunt,quoniam nullum eſt matrimonium.ext.eo.quod ſedem.

Summa Roſella ver.impedimentum.15.§.16.

Circa impotentia coeundi qñ eſt propter impedimentum accidentale puta pp caſtrationem,an tales poſſint contrahere? Reſp.Panor.in c.ꝙ ſedẽ. ext.eo.de mente Doct.dicit, ꝙ ſpado vtroq; teſticulo carens non poteſt contrahere matrimoniũ;Secus aũt ſi careat vno tm̃.& ſic põt intelligi,l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni.ff.de iu.dot. Et vi.glo. in c.hi qui.32.q.7. quę tractat de eo qui hẽt virgã erectam, ſed non poteſt emittere ſemen propter impedimentum naturale vel accidentale;& tenet ibi gl.ꝙ talis poteſt matrimonium contrahere,cũ poſſit mulierẽ prouocare;ſed cõiter tenetur contrarium;quod putat Panor.verius,quia ex quo non põt generare, poteſt vxor dicere,Ego volo eſſe mater.vt ext.eo.accepiſti.

Summa Pacifica,c.11.pag.mihi 86.lingua Italica conſcripta, quæ in latinũ conuerſa hæc ſonat.

Si coeundi impotentia naturalis aut accidentalis ex parte viri propter frigiditatem irremediabilem complexionis,aut membri nimiam carnoſitatẽ vel nimiã ſiccitatem,aut quãcumque aliam totalem ineptitudinẽ,vel propter caſtrationem,præciſionem,aut priuationem ipſius membri,aut propter inſanabile maleficium,vel ſimile impedimentum,aut ex parte mulieris propter irremediabilem arctationem,vel ineptam latitudinẽ,aut quãcumque aliam deſtructionem vuluę, aut matricis totalem ineptitudinem ad reddendum debitum,fuit ante contractum & conſummatũ matrimonium,hmõi matrimonium contractum eſt nullum.33.q.1.c.1.& 2.c.laudabilem,& c.ꝙ ſedem.de frig.& mal. Et patet is qui impedimentum non habet Eccleſiæ auctoritate diſcedere ab eo qui habet impedimentum.

Iacobus Vugarellus in addit.ad Summam Angel. ver.matrimonium. tertio impedimento.16.nu.11.

Videtur ꝙ opinio Doct. videlicet ꝙ ſpado vtroq; teſticulo matrimonium contrahere nõ poſſit,ſit tutior,eo quia in tali deficit vnũ bonũ ſacramentis,ſ.procreatio filiorum,licet debitũ reddere poſſit.Nec ob.illud de ſterili,quia intelligitur de ea quę poſt contractũ inuenitur ſterilis:ſecus ſi ante,vt in caſu noſtro: in ea etiam ſterili poteſt eſſe aliqua ſpes, ſicut etiam in ſene,vt aliquando inuenitur:ſed in Spadone tali nulla poteſt eſſe ſpes. Bene tamen teneret matrimonium, quando mulier hoc ſciens, cum ipſo contraheret,quia hoc introductum eſt etiam ad fornicationem euitandã. Et ſic concorda opiniones,ſcilicet quod Doct.intelligantur,quando ignorans mulier cum tali contrahit,hic autem quando ſcienter.

Franciſcus a Victoria in ſumma ſacramentorum Eccleſiæ.q.285.

Duplex eſt impotentia. Quædam perpetua, & hæc tam in viro, quàm in femina irritat matrimonium, vt ſi ſpado contrahat matrimonium, non tenet. vt in c.1. de frig. & mal. &c. Et hoc impedimentum iure naturali irritat matrimonium, ſicut iure naturali prohibentur duæ feminæ contrahere inuicem.

Nauar. in Manuali Confeſſar. c.22. nu.59.

Ad impedimētum frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut exceſſus, & arctatio membri, quæ copulam impediunt; & ad maleficium ſiue faſcinationem quodlibet accidentale, quod ex abſciſſione, caſtratione, vel alio artificio naſcitur. &c. Porro hoc impedimentum eſt impediens & dirimens.

Vltimo loco referendus eſt mihi S. Auguſt. qui huic ſententiæ aſtipulatur expreſsè in lib. de Sancta virginitate, c.24. De quibus autem Spadonibus loquitur Deus per Iſaiam prophetam, quibus ſe dicit daturū in domo ſua & in muro ſuo locum nominatum, meliorem multo quàm filiorum atque filiarum, niſi de ijs qui ſeipſos caſtrant propter regnum cęlorum? Nam illis, quib. ipſum virile mēbrum debilitatur, vt generare non poſſint, ſicut ſunt Eunuchi diuitum & regū, ſufficit vtiq; cum Chriſtiani fiunt & Dei præcepta cuſtodiunt, eo tamen propoſito ſunt vt coniuges ſi poſſint haberent, ceteris in domo Dei coniugatis fidelib. adæquari, qui prolem licite pudiceq; ſuſceptam in Dei timore nutriunt, docentes filios ſuos vt ponant in Deo ſpem ſuam: non autem accipere meliorem locum quàm eſt filiorum atque filiarum. Neque enim vxores animi virtute, ſed carnis neceſſitate non ducunt.

Hæc eadem ſententia probatur nunc nonnullis rationibus.

Primo quia matrimoniū eſt coniūctio maris & feminæ. Sed caſtratus vtroq; teſticulo degenerat in feminā, & hēt potius naturā feminæ q̄ maris: ergo matrimoniū cū caſtratus cōtrahere nō pōt. Maior eſt clara per tex. in l.1. ff. de rit. nupt. inſt. de patria poteſta. in princ. c. illud quoq;, de pręſumpt. Gratianū, 27. q.2. in princ. & 29. q.1. in princ. Iuo. par.8. c.1. Panor. lib.6. c.1. Magiſtrū ſent. lib.4. diſt.27. in princ. & Glo. ordin. 1. Cor.7. in princ. Minor probatur tum ex ipſa facti euidentia, quia tali Spadoni deſunt principia naturalia, quib. diſtinguitur ſexus maris a ſexu feminę; tum ex effectib. qui caſtrationem conſequuntur in Eunuchis; Ipſi. n. tanquam feminæ non caluescunt, corpus habent imbecillum, creſcunt in longitudinē, vocem reddunt acutam, imberbes manent, & in omnib. fere effeminati fiunt; tum demum ex ſententia Ariſt. & ſapientiſſimorum hominum. Teſtes. n. idcirco ſic dicti ſunt, quia teſtātur hoīem marē eſſe, vt inquit Io. de Ianua in li. qui dicitur Catholicon, in ver. Teſticuli, vel quia teſtes sūt virilitatis. vt inquiunt Calepinus, Cornucopia, & Theſaurus linguæ latinę, in ver. Teſtis. Vn̄ ad hoc alludens Glo. ordin. Leuit.22. ſuper illis verbis, Omne animal quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis, ablatiſq; teſticulis eſt, non offeretis Domino in terra veſtra. exponens illud, ablatiſq;. Qui vna (ait) actione praua quaſi cultro ſeipſum abſcindit a coniūctione Dei, priuatus prole virtutis & ſignis virilitatis. Et Yſichius ibidem, Contritis teſticulis eſt (inquit) qui paulatim creſcente malitia conterit ſuā in virtutib. prolē, & ſigna per quæ vir poſſit agnoſci. Et inf. Sectis ablatiſq; teſticulis eſt, qui ſemetipſum abſcindens & auferens a coniunctione Dei, q̄ eſt in virtutib. & vt diximus, priuatur ꝓle, & ſignis virilis cognitionis.

Ariſtot.

Ariſtot.autem lib.1.de generat.animal.c.2. habet hæc verba in hac materia valde notanda.

Mas autẽ & femina inter ſe differunt ratione, ꝙ facultas vtriuſq; diuerſa eſt:ſenſu autem partib.quibuſdam differunt. Rationis diſcrimen ita exſultat,vt mas ſit quod in altero generare poteſt, vt dictum eſt, femina ꝙ in ſeipſo, & ex quo ſit quod generatur contentum in eo quod generat. Sed cũ facultate & munere quodam hęc diſtinguantur,ad oẽm autem officij functionũ inſtrumento opus ſit,inſtrumentaq; facultatib.partes corporis accõmodentur, ad procreationẽ quoq; & coitum partes aliquas eſſe accommodatas neceſſe eſt,eaſque inter ſe diuerſas,quib.mas a femina differat. Nam etſi de toto aĩali mas aut femina dicitur,tamen non quauis ſui parte potentiaque idem mas aut femina eſt, ſed certa quadam virtute ſiue potentia & parte;ſicut & vim cernendi,gradiendique obtinet,vt ſenſu patet. Partes vero eiuſmodi ſunt,feminæ vteri & vuluæ;maris, teſtes & coles in omnib.ſanguine præditis. Eorum.n.alijs teſtes, alijs meatus eiuſmodi quidam ſunt.In genere autem exſangui diſcrimen maris & feminæ eſt,quib.hæc ſexus contrarietas data eſt. Differunt forma inter ſe partes ad coitum delegatæ in ſanguineo genere. Sed intelligendum ſic eſt, vt principio vel exiguo immutato,multa ex ijs quæ a principio ſunt, immutari ſoleant. Patet hoc in exſectis,quibus parte genitali tantum corrupta, tota fere forma vſque eo commutatur, vt aut femina eſſe videantur, aut parum abſint: tamquam non qualibet ſui corporis parte aut potentia animal ſit femina aut mas.

Et lib.4.de generat.animal.c.1.

Parte autem aliqua opportuna mutata,conſtitutio tota animalis multo diſcrepat forma. Licet hoc perſpicere in Spadonib.qui vna parte truncati, tam a priſtina forma diſcedunt,parumque a femina ſpecie differunt. Cuius rei cauſa eſt, ꝙ partes nonnullæ principia ſunt;principio autẽ mutato multa ex ijs quę ſequuntur commutari & dimoueri neceſſe eſt.

Et lib.5.de generat.animal.c.3.in fi.

Spadones etiam non caluescunt,quoniam in fęminam mutantur. Et inf. obleſio.n.hæc,mutatio de mare in feminam eſt.

Et lib.eo. cap.7.

Exſecta omnia in feminam mutantur.Et inf. Cauſa hæc eſt, quamobrem exſecta mutentur in feminam tum voce, tum etiam reliqua forma.

Et lib.8.de hiſtor.animal.c.2.loquens de quibuſdam animalibus naturę ancipitis,partim ſcilicet aquatilis,& partim terreſtris.

Horum autem omnium natura quaſi peruerſa videtur:ſicut marium nonnullorum natura feminam refert,feminarum marem;exiguis.n.quibuſdã partib.ſuis natura animalium immutata, plurimũ toto in corpore differre videtur;quod latiſſimè in exciſis patet;particula enim quadam oblæſa totum animal in feminam vertitur.Quapropter in prima etiam ortus conſtitutione,minimæ magnitudinis quoquam immutato, dummodo ſit principale, efficitur vt alterum mas,alterum femina reddatur : atque ſi omnino tollatur,neutrum prodeat.

Et Problem.ſect.10.c.38.

Spadonibus cetera in ſexum femineum vitiata mutãtur;vox enim tenuis, corpus imbecillum.&c. Et cap.41.

padones effeminati omnino ſunt. Hæc omnia Ariſtot.

Sanctus Baſilius in epiſt.87.ad Simpliciam hæreticam. Ignominioſum illud ac pernicioſum Eunuchorum genus vocat, genus hoc inquam, nec femineum, nec maſculinum.

Magnus Cyrillus apud Suidam in ver. Spadon. Nullius enim (inquit) vtilitatis ſtudio, ſed propter laſciuiam naturam mutant diuinitus fictam; & viro dignam figuram vltro ſæpe corrumpunt, aut ab alijs hoc ferre coguntur, vt peſtes naturæ, & ſexus virilis hoſtes. Et inf. Merito igitur ſine mãmis, euirati, androgymi, i. viri feminæ appellati ſunt. Et rurſus inf. Non viri, non mulieres.

Palladius in vita Sancti Io. Chryſoſtomi, vt habetur apud Lipom. lib.2. de vitis Sanctorum. ſub nu.42. de Eunucho quodam Epheſiorum pſeudo Epiſcopo, inter cætera inquit, quòd neque vir neque femina ſit; nulla quidẽ mercede caſtus, ferro ſectus, fruſtra inſaniens ob ſuam turpitudinem.

Caiet. in Deuter. c.23. in princ. ſuper illis verbis, Non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis teſticulis. Excluduntur (ait) in primis ab hoc collegio omnes euirati, tanquam ſemimulieres.

Euſtratius in Ethic. Ariſt. lib.1. c.1. par.3. Mortuus homo (inquit) & vir Eunuchus nullomodo dici abſolute poſſunt, neque hic vir, neque ille homo; propterea quod ſi orationes pro nominibus ſumantur, contradictionem ſequi in appellationibus quæ ſimplici atque abſoluta ratione fiunt, maniſeſte videmus. Homo enim animal eſt rationale ac mortale; animal q̃d viuit; quod autem viuit, mortuo qui vita omnino caret, oppoſitum proculdubio eſt. Item vir homo eſt qui vim in altero procreandi inſitam habet, qua re Eunuchum penitus priuatum eſſe conſtat.

Martialis lib.11. epigr.82. de Spadone & ſene, maniſeſte præſupponit, virum non eſſe.

Alexander Cæſar pronunciauit, Eunuchos eſſe tertium genus hominum. vt refert Cælius Rhodiginus, antiq. lect. lib.19. c.12.

Et demum Vlpianus in l. lege Cornelia. §. plane. ff. de ſicar. Spadones virilitatem amiſiſſe aſſerit.

Secundo probatur eadem ſententia, quia qui impotentes ſunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur. tex. eſt in c. ꝙ ſedem. de frig. & mal. Sed Eunuchi vtroque teſticulo priuati, impotentes ſunt. Ergo, &c. Minor probatur, quia ad coeundum non ſufficit confricatio (verbi gratia) manu & digitis facta, qua fœdiſſima fœditate vti ſolere cum mulierib. nõnullos Spadones ſcribit Magnus Cyrillus apud Suidã in verſ. Spado. citans ad hoc propoſitũ, illud Sap.3. Felix incoinquinata quæ neſciuit thorũ in delicto, & ſpado qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem. Sed quemadmodũ requiritur ex parte mulieris vas naturale, ita ex parte viri requirũtur mẽbra naturalia? Sed Eunuchus patitur defectũ in mẽbris naturalib. ergo, &c. Non. n. putandũ eſt, ꝙ natura teſtes adhibuerit tamquã ſuperfluos, aut ad ornatum duntaxat, ſed ad neceſſitatem coitus adhibuit, vt ex ſententia Ariſt. vidimus parum ſup. in lib.1. de generat. animal. c.2. vbi partes ad coitum delegatas dicit eſſe in mare teſtes & colem. Vt non immerito dictum ſit in carmine obſcœno.

Magnis teſtibus iſta res agetur.

Sed occurret hic mihi aliquis dicẽs, ꝙ teſtes adhibiti ſunt a natura ad neceſ-

ſitatem

Digitized by Google

ſitatem quidẽ generationis,non aũt ad neceſſitatẽ actus generationis & coitus. Verum rñdetur, ꝙ hæc aſſertio eſt falſa, & contra doctrinã non ſolum Ariſt. & ſapientũ, ſed ẽt ſacræ ſcripturæ. Nã Eccl. 20. cum dixiſſet Sapiens, Concupiſcentia Spadonis deuirginabit iuuenculã. poſtea c. 30. ſubdit, Vidẽs oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado cõplectens virginem & ſuſpirans. Quib. verbis datur intelligi manifeſte, ꝙ licet ſpado habeat principium aliquod coitus, & poſſit deuirginare iuuenculam, non tñ poteſt habere perfectionem & complementum coitus, in quo eius concupiſcentia conquieſcat. Vnde Cælius Rhodig. antiq. lect. lib. 19. cap. 12. recte ait ad hoc propoſitum.

Illud quoque non indignum qõne opinãtur eruditi. Vnde nam ſit, ꝙ Eunuchis venerij proluuij incentiua interextincta haudquaquã ſunt, verum ſępe amorib. irretiuntur; quod de Phauorino adſtruximus. Nempe multis cum pubeſcerent, ſubſecti teſtes ſunt aut eliſi, & quodammodo ἡμιτελεῖς εἰσὶν εὐνοῦχοι, i. Eunuchi quidam ſunt, ſed non pleni. Et qui hepate ſunt natura feruentiore, ac genitalia vaſa poſſident capaciora, vſum quidem imaginantur, concipiuntque, ſed non perficiunt, nec voti euadetur compotes queunt, quoniam verenda ipſa efflacuerit. Qui. n. tumeſcere facit ſpiritus, emarcuit, quia ſemine ortus per ſeminales meatus ferebatur ex eis partibus, quæ circa lumbos habentur, vt in pueris ſeminales occœcantur meatus. Hæc Rhodiginus.

Quodq; Eunuchi nõn habeant perfectionem coitus, duo ſunt quę atteſtantur. Vnũ eſt, ꝙ ipſi in coitu nullã fere ſentiũt voluptatẽ, vt aſſerit Archangelus Piccolomineus lib. 3. anatomicarũ pręlectionum, lect. 4. theſi 2. Cuius verba hęc ſunt. Quib. exſecti ſunt teſtes, nullam ex re venerea oblectationem, nullamq; voluptatẽ capiunt, licet ij ætate ſint adulta atq; florente. Et Marſilius Cagnatus excellens Medicus litteris ad me datis ſic inq̃t, Quod igitur Eunuchi ſaltẽ aliqui inire feminas poſſint, negandũ non eſt; voluptatem vero percipere non aliã poſſunt, q̃ quæ tangendo ab amatorib. percipi ſolet. Alterum eſt, ꝙ ipſi numquã libidine explentur, nunquã in coitu ſatiantur; nam a fide digniſſimis accepi, quoſdam ex ipſis dũ coirent per ſpatiũ vnius horæ integræ in agitatione, & confricatione perduraſſe. Vñ S. Baſilius in lib. de vera virginitate, prope fin. cuius verba paulo infra citabimus, de Spadonib. loquens, quibus ſoli teſtes abſciſſi ſunt, recte ait, eos in coitu vix extinguere libidinis ęſtũ, quoad (vt ferũt) huiuſce rabiẽ fatigatio ſoluat. Et magnus Cyrillus apud Suidã, in d. verſ. Spadon. Cum mulieribus (inquit, de eiſdem Spadonib. tractans) vt cuſtodes ſimul, & temperantiæ. ſ. exempla, dormientes, impudenter & ſine rubore turpia faciunt; & iſti quidem ſic a viris impijs & profanis corrupti & effeminati fędant & fędantur, fœditate & impuritate naturę contraria: ipſi aũt mulieres miſeras & exagitatas conſpurcant & lædunt vt rabioſi canes. Et inf. Qui laxis habenis fugiendi, & deteſtandi merito ſunt vt animarum interfectores, & corporum corruptores, & nefarij, naturæq; adulteratores. Nihil. n. vere ſceleſtius aut impurius eſt ijs, qui ita ſubagitantur & ſubagitant. Solet. n. vt certo didicimus, non Spadones tantum, quiq; membra flagitioſa aliquo modo habent, laſciuire immodice, & luxuriare impudenter & inſatiabiliter; ſed & ij quibus virilia plane amputata ſunt, ſicut & ij qui à primo ortu ijs priuati ſunt.

Tertio & vltimo eadem ſententia probatur, quia ſpado vtroque teſticulo carens, licet poſſit virgam arrigere, & carnalis copulæ inchoationem habere, non poteſt tamen ſemen effundere vllo modo, in quo conſiſtit perfectio & complementum coitus, & in quo conſiſtit proprie potētia coeundi, ſecundum omnes Doct. ac etiam eos qui contrariā partem ſequuntur. Probatur autem hoc tum ex ſententia Ariſt. tum ex ſententia Galeni, & Auicennæ, & aliorum ſapientum.

Ariſtoteles quidem, licet ipſe teneat, ſemen non a teſtibus, ſed aliunde in penem deſcendere, dicit tamen quod meatus ſeminales abſciſſis teſtibus intro retrahuntur, & obcœcantur, vt impoſſibile ſit poſtea amplius ſemen effundi. Eius autem verba lib. 1. de generat. animal. capitulo quarto, hæc ſunt.

Nullam partem meatuum teſtes complent, ſed adiecti pendent, eo modo quo pondera textrices telis annectunt; his enim detractis meatus intro ſe retrahunt, quo fit ne exſecta poſſint generare; nam niſi ita retraherentur, poſſent generare. & iam taurus quidam cum ſtatim à caſtratione iniiſſet, impleuit, quoniam nondum retracti eſſent meatus.

Neque te moueat, quòd hic ait Ariſt. taurum caſtratum potuiſſe coire, & generare; quod etiam ait lib. 9. de hiſtor. animal. cap. vlt. & lib. 1. de generat. animal. cap. 1. Nam id intelligitur, vt ipſe ſemper declarat, illico poſt caſtrationem, non ſi aliquot poſt diebus coire velit. Et Columella libro 6. de re ruſt. capit. 26. poſtquam dixiſſet, caſtratum iuuencum generandi vim depoſuiſſe; ſubdit, quam tamen ipſam non protinus amittit. Nam ſi patiaris eum a recenti curatione feminam inire, conſtat, ex eo poſſe generari. Sed minime hic permittendum, ne profluuio ſanguinis intereat.

Idem Ariſt. lib. 3. de hiſtor. animal. cap. 1. Exciſis (inquit) detractis ve teſtibus meatus ſurſum ſe retrahunt.

Et Problmatum ſect. 4. capit. 27. Excrementis ſingulis locus determinatus a natura eſt, in quem inſtituto ſecerni naturali debeat; ſolicitaque natura ſpiritus excurrens tumorem admouet, excrementumque vna extrudere ſolet; verbi cauſa vrinam in veſicam, cibum conſumptum in aluū, lachrymam in oculos, mucorem in nares, ſanguinem in venas, naturæ deduci placuit; his autem proxime genituram quoque in teſtes & penem deferri conſtitutum eſt. Quibus itaque meatus habitu ſuo naturali priuantur, vel quia obcęcati ſunt qui ad penem tendant, (quod Spadonibus, hiſque ſimilibus euenit) vel etiam alijs de cauſis, his talis humor in ſedem confluit, quippe qui hac tranſmeare ſoleat.

Idem præterea Ariſt. quærens cur Spadones vocem reddunt acutam, aut cur non caluеſcunt; non aliunde id prouenire aſſerit, niſi quia expertes ſeminis ſunt. vt patet in problem. ſect. 10. capit. 56. & ſect. 11. capitulo 16. & 34.

Galenus vero multo id clarius aſſerere habet in ſua opinione, quam communiſſime ſequuntur Medici, & Anatomiſtæ: qui tenēt, teſtes eſſe officinam ſeminis, & ab ipſis ſemen confici & generari; vt patet in libro de ſemine, tum in libro decimoquarto, de vſu partium, capitulo decimo, & decimotertio.

Eiuſdem etiam ſententiæ eſt Auicenna, quem licet ego non legerim, ipſum

tamen

tamen refert Cælius Rhodiginus antiquarum lectio. lib.4.cap.7. vbi habet hæc verba.

Bene viuere autem præſtantius longe eſt, quàm viuere ſolum: id vero teſtibus præſtatur; ergo & pars ea cenſeri præſtantior debet. Quam optimus Maximus Deus produxit, vt poſſet concipi ſemen virtute corpulentiæ teſtium, ſicuti docuit item Auicenna. Id enim ad cuſtodiam generis neceſſarium: dant quippe ſpermati formam, qua ipſum eſt id quod eſt, per quam meretur vt ſit vehiculum virtutum immutantis & informantis, deciſarum a toto corpore.

Quod Eunuchi præterea abſciſſis teſtibus ſemen non effundant, colligitur ex glo. interlineari, Deut. 23. in princ. vbi cum textus diceret, Non intrabit Eunuchus attritis vel amputatis teſticulis. ipſa ſuper ver. Eunuchus, addit, Qui non habet ſemen verbi, nec poteſt gignere bona opera. Clarum eſt autem, quod ſi Eunuchus ſemen effunderet, non fuiſſet bona alluſio glo. à litera ad ſpiritum.

Sanctus Baſilius eandem ſententiam clare & expreſſe aſſerit in lib. de vera virginitate, prope fin. Cuius verba cũ valde ſint notabilia in hac materia, hic tranſcribere non grauabor.

Verum iſta quidem de his qui vnà cum teſtibus genitalia quoque abſciderunt. Nam qui ad virilitatis annos cum genitalibus iam per ætatem ad coitum idoneis peruecti, ſolos poſtea teſtes abſcindunt, eós aiunt acrius atque ardentius inflammari libidine, & ad concubitum impatientiſſime ferri. Neque id ſolum, verum tuto iam, vt ſibi videtur, violare quaſcumque potuerint. Aiunt enim abſciſſis inferius teſtibus, qui a lumbis, ac renibus reliquo genitali membro ſemen adminiſtrant, oppilari ſtatim ſuperiores poros; feruente vero in renibus obſcœna libidine, atque ita ſemen expumante, inflammari quidem ad id emittendum virum, cumque feruens in intimis id effundere nequeat, eo quod ſibi ad concumbendum reſeruauit, armari; atque ad actum proſilire nefarium. Ita abſciſſionem teſtium illecebram ad fallendam mulierem aſtute machinatus, impudicius illiam, flagitioſiuſque miſcetur. Nam is quidem qui naturalia integra habet inſtrumenta concubitus, excipientibus ſupernæ partis teſtibus ſemen, illudque fundentibus, emiſſo iam ſemine alleuiatus, concupiſcentiæ flagrantis remittit ardorem. Is autem qui non habet, vnde quod intrinſecus prurit euacuet, vix extinguit libidinis æſtum, quoad (vt ferunt) huiuſce rabiem fatigatio ſoluat.

Atteſtantur his quæ dicimus non ſolum naturæ ratio, verum & plurima ætatis noſtræ documenta, ſicuti quodam ſummæ reuerentiæ viro, caniciéque ac vitæ meritis ornato referente didicimus.

Aiebat enim confeſſam ſibi eſſe mulierem, Eunuchum cui illa a domino ſine a viro ſuo credita fuerat, quaſi virum impudice ſibi commiſceri ſolitum. Præſumebatque, vt ait, factum turpitudinis ipſa ſua infœcunditate ac ſeminis priuatione ſecurius. Neque hic ſolum, ſed alius quoque nobis vnanimis, haudquaquam facile mentiri ſolitus retulit, virginem quandam Eccleſiæ canonicã ſibi cũ eiulatu nunciaſſe, ꝙ in cubiculo ipſius Eunuchus fuerit, qui illam vitioſo complecteretur affectu, totuſq; toti affuſus, cũ non haberet quo poſſet concupiſcentiæ ſuę ſatiſfacere, dentib. vtebatur, ardentè in carne cõcubitus rabiẽ morſib. indicans. Atq; ob eã quã

dixinus

Digitized by Google

diximus abſciſſionis illecebram, quòd ignara & imprudens rei eſſet tentationi implicitam virginem. Vbi vero eius nefarios conatus animaduerterat, exſecratam eſſe hominem. Neque eam huic ſolum, ſed & alijs plurimis inquinatiſſimam illius aduerſum ſe concupiſcentiam cum lamentatione prodidiſſe certum eſt. Duorumque hominum teſtimonium verum eſt, ne & alios plurimos citantes teſtes in re præſertim ingrata prolixiores ſimus. Hactenus B. Baſilius.

Id. Caſſianus etiam ipſe huic ſententiæ adſtipulatur collat. 12. c. 10. dum inquit. Quod autem ineuitabilem eſſe commotionem carnis, hoc adſtruere voluiſtis indicio, quod ea ne ipſi quidem Eunuchi carere demptis genitalib. poſſunt; ſciendum eſt, non eis carnales æſtus, nec affectum libidinis, ſed ſolam ſatiuæ generationis deeſſe virtutem.

Poſtremo eunuchos ſemen non effundere illa ratio manifeſtat, quia animalia quæ teſtibus carent citiſſimè in coitu ſe expediunt, & ociſſime abſoluunt in ſeminis profuſione. vt docet Ariſt. lib. 1. de generat. animalium, c. 4. & ſeqq. Cum ergo Eunuchi coeuntes numquam libidine ſaturentur, neque vmquam appetitui ſatisfaciant, ſignum eſt euidentiſſimum eos ſeminis reſolutione carere.

Nunc ad ea quæ in contrarium allata ſunt, reſpondendum eſt.

Ad primum, licet pateat ſolutio ex ſupradictis, tamen clarius dicitur, ꝙ neganda eſt minor; ſpado. n. vtroque teſticulo carens cum patiatur defectũ in membris naturalib. ad coitum deſtinatis, neque verum habet coitum, neque ſemen effundit. Cui rei & ratio manifeſta, & experientia, & omnes ſapientes atteſtantur. Ratio, quia teſtes ſunt officina ſeminis, & dant ſemini formam qua ipſum eſt id quod eſt. Experientia, quia Spadones nullam fere capiunt voluptatem, & numquam ſatiantur. Omnes ſapientes, quia & Ariſt. & Galenus, & ſacræ literæ, & glo. interlin. & S. Baſilius, & reliqui, quos iterum referre non eſt opus, ita aſſerunt.

Ad experientiam in contrarium reſpondetur, ꝙ maior proculdubio fides adhibenda eſt viris doctiſſimis, & rationibus firmis ac ſolidis, quàm viliſſimis quibuſdam mulierculis, & euiratis hominib. non intelligentib. neq; quæ loquuntur, neq; de quib. affirmant. Deinde reſpõdetur, quod ſi quid a Spadonib. emittitur, illud non eſt ſemen, neque ſperma, nam hoc nullatenus concedendum eſt, ſed eſt quædam humor, qui in glandulofis corporibus & partibus gignitur, de quo Galenus agit lib. 14. de vſu partium, c. 11. vbi ait humorem illum a natura comparatum eſſe, vt meatum vrinarium madefaciat ac molliat, ne exſiccatus conſideat, prohibeatque quo minus per ſeſe lotium, ac ſemen facile ferantur. Et in coitu quidem repente ac ſimul vnà cum ſemine elabi, ſenſumq; idcirco ſuifacere, reliquo aũt tẽpore omni paullatim, eoque ſenſu non deprehendi. Et inf. Quod autẽ (inquit) non ſolum in venerem humor hic meatum excitet, ſed dum erũpit etiam delectet, meatum quam madefaciat, ex hiſce præcipue noſces: plane ſiquidem tunc feminis effluit, cum & ipſæ vehementer in coitu oblectantur, & qui concumbunt, circa pudendum ſibi eum offundi percipiunt; atque & Spadonibus iſtud ipſum voluptatem afferre videtur, vt nullam poſthac amplius probationem inquirere debeas. Hæc Galenus.

De hoc eodem humore puto agere Aegidium Romanum in libello de fornicatione humani corporis, c. 7. vbi habet hæc verba. Eſt etiam in homine

duplex

Digitized by Google

duplex humor, Vnus ſpermaticus qui emittitur cum magna delectatione, & magno impulſu, ut auctores tradunt; Alius autem non ſpermaticus, qui emittitur ſine impulſu, & ſine delectatione, vel cum modica delectatione: & vt plurimum iſte humor medius præcedit humorem ſpermaticũ. Caietanus etiam de hoc humore ſentit in 1. Tom. opuſcul. tract. 22. in q. de pollutione ex auditione confeſsionis proueniente, circa fi. vbi ita ait. In corpore demum aduertendum eſt; ne putent, omnem effluxum humoris eſſe ſeminationem. Eſt enim præter vrinam & ſemen tertius quidam humor, qui ex calefactione ſeu ex inflammatione carnis fluit: de quo, niſi cum rebellione carnis veniret, non magis curandum eſt, quam de ſudore videtur.

Quod ſi non ſit hic humor qui in glandulofis corporibus gignitur, hoc eſt in proſtatis, vt Anatomiſtæ appellant, quẽ Eunuchi in concubitu emittunt, erit fortaſſe alius qui in paraſtatis continetur; paraſtatæ autẽ ſunt meatus quidam qui teſtib. adhærent, & ſunt vaſa præparantia ſemen ipſis teſtibus. Hic autem humor eſt quidem miſeria ſeminis & rudimentum ſeminis, ſed ſemen nequaquam eſt. Quod ſi ab aliquib. appellatus ſit ſemen, hi gloſſandi ſunt, vt intelligant de ſemine in potentia, non in actu. Illud enim certiſſimum eſt, vltimam ſeminis concoctionem fieri in teſtibus, vt ex Galeno, Medici omnes dicunt. Et ſi quis diligenter animaduerteret, fortaſſe reperiret, humorem hunc ſatis eſſe differentem ab ipſo ſemine, non tantum in virtute, de qua dubitari non poteſt, ſed etiã in qualitatibus, & quantitate. Forſitan. n. non eſt ita albus, non ita tenax, non ita ſpirituoſus, vt genituram eſſe auctores tradunt. Verum ego his perſcrutandis ſtudium non adhibui. Quod ſi quis dicat, hunc vel illum humorem ſufficere ad contrahenda matrimonia, is in tantum poſſet deſipere, vt etiam diceret, lotium ſufficere, vt ſi quis ſcilicet meiat intra vas naturale feminæ, intelligatur matrimonium conſummaſſe,

Reſpondetur præterea ad argumentum in contrarium factum, etiam alio modo. Dato per impoſsibile, ſed non conceſſo, quod ſpado vtroque priuatus teſte emitteret in concubitu verum ſemen, cui nihil aliud prorſus deeſſet, niſi fœcunditatis, dico adhuc excludi illum debere a matrimonio; nam mulier poteſt dicere, volo eſſe mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi, vt habetur in c. 1. & c. fi. de frig. & malef. & in c. requiſiſti. 33. q. 1. Et licet ſcientia, communiter Doct. exponere in dictis verbis procreationem filiorum pro carnali copula, quam mulieres verecundantur expetere. Id tamen non videtur mihi neceſſarium. Et ad obiectionem de ſterilibus & valde ſenibus, qui matrimonium contrahunt abſque vlla ſpe procreationis filiorum, rñdeo primum quantum ad ſteriles, ꝙ aliud eſt loqui de eo ꝙ eſt per ſe, aliud de eo quod eſt per accidens. Spado vtroque teſticulo carens habet impedimentum per ſe ad procreationem filiorum, cum patiatur defectum, & truncationem in membris naturalibus requiſitis & deſtinatis ad generationem; & ideo non mirum ſi a matrimonio repellatur: at alij ſteriles habent impedimentum per accidens, cuius vel neſcitur origo & cauſa, vel quod matrimonium contractum conſequitur, vel de quo poteſt eſſe aliqua ſpes vt amoueatur. Reſpõdeo ſecundo quantum ad valde ſenes, quod etiam valde ſenes & nonagenarij reperti ſunt quandoq; generaſſe, vt refert Io. de Neuizanis in Sil. nuptia. lib. 2. nu. 16.

Deinde

Deinde ſenectus morbus eſt qui patet;vnde non poteſt dici mulier decrepta tum ſene contrahens, ſecus cum contrahit cum Spadone ſemiuiro, quem putat virum integrum & completum.Hæc autē dicta ſint ex abundanti,& quodam modo ex ſupererogatione.

Illud etiam poſtremo addi poteſt,cum non omnes Spadones coeant, neque ſemen emittant,vt apud omnes inconfeſſo eſt, ſed tantum pauci quidam quibus hepar eſt calidius,& qui in pubertate exciſi ſunt,ſi matrimonium eorum duntaxat ſuſtinendum ſit qui ſeminant, quomodo procedetur in iudicio, vt ſciat eccleſia, an ſpado hic particularis ſeminet,vel non ſeminet? Finge mulierem velle ab eo diſcedere,& dicere, ipſum non ſeminare;numquid conſulendus erit ſpado, vt per grauiſſimum peccatum mortale vel mollitiei,vel fornicationis teſtes ſibi quęrat ſuæ ſeminationis ſine teſtibus? Abſit. At dices, huiuſmodi lites & controuerſias interdum etiā oriri inter alios coniuges qui Spadones non ſunt. Scio equidem,ſed tamē in alijs faciſſimè dirimuntur; nam ſi vir dicat ſe coiſſe, & ſeminaſſe, illi creditur,niſi euidens aliquid appareat in contrarium; facile enim præſumi poteſt,quòd qui habet membra integra, potuerit etiam coire & ſeminare.At in Spadone alia ratio eſt:non.n.habet iuris præſumptionem pro ſe, ſed potius contra ſe. Quare ſimpliciſſime dicendum eſt, quòd ſpado vtroque carens teſticulo matrimonium non contrahit quando ignoranter contrahit,ſi mulier non conſentiat poſtea ſciens impedimentum cum Spadone contrahere.De hac enim facti ſpecie, quando ſcilicet ignoranter contrahitur,nunc diſputamus.

Non obſtat demum id quod dicitur de Doct.communem ſententiam tenentibus,quòd ipſi falſo moti ſint fundamento,tamquam naturam Spadonū penitus ignorauerint.Nam reſpondetur id minime veriſimile eſſe.Quod enim Spadones improbi ſint mulieribus & cum ipſis concumbant, res tā antiqua eſt,& tam nota,vt etiam lippis atque tonſoribus ſit manifeſta.Et præter multas ſupracitatas auctoritates quas adduximus, audiant quid B.Hieronymus dicat lib.1.contra Iouinia.prope fin.referens verba Theophraſti in aureolo libello de nuptijs,vxorum incommoda narrantis. Vocanda(inquit)domina,celebrandus natalis eius, iurandum per ſalutem illius;vt ſit ſuperſtes optandum;honorandā nutrix eius, & gerula,ſeruus, primus, & alumnus, & formoſus aſſecla,& procurator calamiſtratus,& in longam ſecuramque libidinem exſectus ſpado: ſub quibus nominibus adulteri deliteſcunt.

Et paulo infra ipſe B.Hieronymus narrat,quòd Cnei Pompeij Muciā vxorem impudicam Pontici Spadones, & Mithridaticæ ambiebant cateruæ. Martialis lib.6.epigr.2.hæc de Spadonibus ſcribit ad Cęſarē Domitianū.

Luſus erat, ſacræ connubia fallere tedæ,
Luſus & immeritos exſecuiſſe mares.
Vtraque tu prohibes Cæſar,populiſque futuris.
Succurris,naſci quos ſine fraude iubes.
Nec ſpado iam,nec mœchus erit te præſide quiſquam.
At prius,o mores,& ſpado mœchus erat.

Et clarius epigr.66.eiuſdem lib.ad Pannicum de Gellia.quod tamen honeſtatis cauſa prætermitto. Iuuenalis Satyra 6.circa med.ſpadonum naturam & improbitatem dilucide explicat his carminibus.

Sunt

Sunt quas Eunuchi imbelles, ac mollia ſemper
Oſcula delectent, & deſperatio barbæ;
Et quòd abortiuo non eſt opus: illa voluptas
Summa tamen, quod iam calida matura iuuenta
Inguina traduntur Medicis iam pectine nigro.
Ergo expectatos ac iuſſos creſcere primum
Teſticulos, poſtquam cœperunt eſſe bilibres,
Tonſoris damno tantum rapit Heliodorus.
Conſpicuus longe, cunctiſque notabilis intrat
Balnea, nec dubie cuſtodem vitis & horti
Prouocat a domina factus ſpado; dormiat ille
Cum domina; ſed tu iam durum Poſthume, iamque
Tondendum Eunucho Bromium committere noli.

Verum hęc ſatis. Non eſt itaq; exiſtimandū, naturam rerum nunc in noſtris Eunuchis immutatam eſſe, & ordinem vniuerſi alteratum. Quod. n. olim fuerunt, nunc etiam ſunt; & quæ de ipſis ſcripta & cognita ab antiquis fuerunt, potuerunt eſſe cognita Doctoribus, qui de ipſis ſunt locuti. præſertim cum nonnulli expreſſam mentionem faciant & arrectionis virgæ, & etiam ſeminationis.

Ad ſm reſpondetur, ꝙ vir & vxor pari iure cenſendi ſunt in ijs quæ paritatem recipiunt ſeruata inter eos ſexuū diſtinctione; alioquin concluderetur, ꝙ vir teneatur geſtare in vtero, & lactare filios infantes, quemadmodum vxor; ꝙ eſt ridiculū. In copula carnali vir eſt agens, mulier patiēs. Sufficit ergò, ꝙ mulier patiatur & recipiat: at vir requiritur ꝙ agat & perficiat. Nūquam aūt intelligetur copula perfecta quouſq; vir ſeminet, & reſoluat ſperma. Non eſt aūt neceſſarium ad cōſummationem matrimonij, ꝙ mulier ſeminet, tū quia ſm Philoſophum conceptio ſequi poteſt abſq; eo ꝙ mulier ſeminet, vt notat S. Tho. in 3. par. q. 31. art. 5. ad tertium poſt Ariſt. lib. 1. de generat. animal. c. 20. tum etiam quia cum ipſa ſeminet ad intra, numquam probari poſſet, an ſeminet vel non ſeminet. At in viro probari poteſt euidentiſſime per inſpectionem corporis, quod ipſe non ſeminet; Si enim illi teſtes deſint, clarum erit, quòd neque habebit verū ſemen, neque copulam carnalem perfectam.

Ad tertium rūdetur, ꝙ ſpado in coitu neq; ſatisfacit mulieri, neq; ſibijpſi, neq; naturę. Nō mulieri, quia vel nihil effundit, vel longe poſt abſolutum ab ipſa opus effūndit. Non ſibijpſi, quia numquam quieſcit, & valde modicam capit voluptatem. Non naturę, quia ſine membris naturalibus requiſitis & neceſſarijs oīa facit incaſtum. Mulier autē ſatisfacit viro abſq; ſeminatione, quoniam ipſa eſt patiens, & non requiritur niſi vt recipiat, vt dictum eſt. Glo. vero in c. hi qui. 32. q. 7. eſt communiter reprobata, vt aſſerit Panor. & omnes fatentur.

Ad quartū rūdetur, ꝙ licet non probetur in c. fi. de ſpōſ. de eſſentia copulæ carnalis eſſe ſeminationē viri, ꝓbatur id tū ex ijs quę not. Doct. cōiter, qui aiūt, ꝙ licet vir puellā omno defloraueri, ſi tamen non ſeminauerit, non ſufficit, vt iudicetur matrimoniū poſt ſponſalia de futuro; quod tū iudicatur, ſi ſequatur copula carnalis; & præterea dīt, ꝙ per eiuſmodi deflorationē non intelligitur matrimonium conſummatum. vt not. Pānor. in d. c. fin. de ſponſ. poſt Innoc. quem allegat, non in d. cap. fin. ſed in cap. atteſtationes,

Digitized by Google

teſtationes.de deſponſ.impub.& in c.fraternitati. de eo qui cognc. conſang.vxor.ſuæ.& not.Silue.in ver.matrimonium.2.§.16.vbi ait, hanc eſſe communiſſimam ſententiam,& Dom.de Soto in 4.ſent.diſt.27.q.1.art.4. col.3.verſ.hoc autem perplexum dubium eſt. vbi etiam ait, quòd frigidi ſunt qui ſeminare nequeunt,quamuis clauſtrum aperiant, & quod ſeminatio viri intra vas neceſſaria eſt ad matrimonium conſummandum. & diſt.ead.q.2.art.4.concluſ.3. eadem repetit.

Quod ſi dicas, te non curare quod Doct. ſentiant, ſed quid ſentiendum ſit in puncto iuris.Reſpondeo,quod multum intereſt ſcire quid Doct.ſenſerint, nam Iudex in iudicando non debet diſcedere a communi omnium opinione. Et deinde quid opus eſt quærere, quid ſentiendum ſit in puncto iuris,cum hæc per naturam ipſam ſint determinata & manifeſta? Nũquid enim bruta animalia coeunt abſque ſeminatione? numquid natura ordinauit coniunctionem maris & feminæ ad ſolam duntaxat confricationem? Hęc certe videntur mihi indigniſſima nedum Theologo,ſed etiã Philoſopho habenti lumen naturale.

Ad quintum reſpondetur verũ eſſe,ꝙ cauſa finalis matrimonij per ſe eſt duplex,ad quam matrimonium de ſe eſt ordinatum, ſcilicet procreatio prolis,& fornicationis vitatio,vt inquit S.Tho.in 4.ſent.diſt.30.q.1.art.3. in cor. Sed fornicatio hic accipi debet in eſſe completo & perfecto per operis conſummationem;qualem Eunuchus vtroque carens teſticulo non incurrit.Alioquin etiam Eunuchi, quibus abſciſſa ſint omnia genitalia,matrimonia contraherent, vt euitarent peccata fornicationis,quæ luxurioſe tangendo,amplexando,& oſculando committerent.32.q.7.c.non ſolũ. Deinde etiam reſpondetur ex abundanti, quòd licitum quidem eſt matrimonium contrahere ad euitandam fornicationem,dum tamen non afferatur impedimentum per ſe ad prolis procreationem. Vnde eſto quod liceat ſterilibus qui impediuntur per accidens ab effectu generationis,ad ſolum finem vitandæ fornicationis matrimonia contrahere,non ob id tamen idem licebit Spadonibus, qui habent impedimentum per ſe in membris genitalibus generationi a natura deſtinatis, vt dictum eſt.

Ad ſextum & poſtremum reſpondetur, quòd Doct. qui pro contraria parte allegantur,aliquo ex infraſcriptis modis gloſſari poſſunt.

Vel primo quod intelligantur locuti quantum ſpectat ad iuris ciuilis interpretationem,in qua tamen etiam errauerunt,vt ſup. viſum eſt, & ſic intelligenda eſt Glo.iur.ciuilis,Bal.& Alciatus.

Vel ſecundo,quòd intelligantur locuti dubitatiue,potius referentes aliorum ſententias, quàm ſuam ſtatuentes. & ſic intelligi poſſunt Ricar. Aſſen.Supplem.Gabr.Biel.& Glo.iuris Canonici.

Vel tertio,quod intelligantur locuti de alio Spadonum genere,nempe de ijs,qui habent teſtes aliquo modo læſos & impeditos, ita vt non impediantur a coitu, neque a ſeminatione, ſed tantum a generatione. Et ſic intelligendus eſt Dom.de Soto ſine dubio, nam ipſe poſtea ſubdit de caſtratis aliam concluſionem.Ita etiam intelligi poſſunt Pet.de Pal.S.Anto. Io.de Tur.crem.Ioſephus Angles.Alphon.a Vera cruce.& nonnulli alij.

Vel quarto,quod intelligãtur locuti de eo qui ſcienter matrimonium contrahit,cum muliere videlicet,quæ ſciens impedimentum ante contractũ, conſentit habitare cum illo, nam in caſu iſto licet nõ reſultet vere & pro-

prie

prie matrimonium, eſt tamen quædam ciuilis confœderatio & obligatio quantum ad communicationem aliquorum officiorum. Et ita eos intelligit Addit. ad Sum. Angel.

Vel quinto, quòd intelligantur locuti in alio caſu de eo, qui cum habeat omnia genitalia integra, ſolum tamen habet rigorem membrorum abſq; ſeminatione. Et ſic intelligi poteſt Tabien.

Demum quidquid ſit, multo plures ſunt pro noſtra opinione. Quam communem eſſe ex Doctorum numero, & dignitate, & ex ipſorum atteſtatione cognoſcitur. Apparet autem contrarios falſo fundamento innixos, dum putauerunt, ſine teſtibus poſſe ſemen effundi.

Ex omnibus ſupradictis intrepide concludendum arbitror, & firmiſſime tenendum, matrimonium contractum a Spadone vtroque teſticulo carente, ſi mulier ſectionem illam ignorans, nolit poſtea cum ſciuerit impedimentum in eum conſentire, nullum eſſe; & Spadonem huiuſmodi indiſtincte cenſeri in iure impotentem, & habere impedimentum ad nuptias, quod dicitur impotentia coeundi.

His ita ſtabilitis, & concluſis, ad ea quæ conſequuntur procedendum eſt.

Quantum ad ſecundum articulum breuiter dicendum eſt; quòd quando impedimentum detectum eſt, eccleſia non debet impotentes, etiam ſcienter cõtrahentes, in matrimonium coniungere. Idque probatur auctoritate iuris, & omnium Doct.

In 2. art. Si Eccleſia nõ debet cõiungere eunuchum et cum illa quę impedimentum ſcit, & vult cõtrahere cũ illo.

Tex. eſt in c. requiſiſti. 33. q. 1. ibi, Quod ſi mulier cauſatur, & dicit, volo eſſe mater, & filios procreare, &c. tunc videtur, mulierem ſecundas nuptias contrahere poſſe. Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum. vir autem qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine coniuge.

Gratianus in c. decreta. §. de his. 27. q. 2. De his autem (inquit) qui cauſa frigiditatis vxoribus debitum reddere non poſſunt, ſtatuit Gregorius Papa, vt vterque eorum ſeptima manu propinquorum tactis ſacroſanctus reliquijs iureiurando dicat, quod nunquam per commiſtionem carnis coniuncti vna caro effecti fuiſſent; tunc mulier ſecundas nuptias poterit contrahere, vir autem qui frigidæ naturæ eſt, maneat ſine ſpe coniugij.

Idem ẽt probatur in c. 1. & c. laudabilem. de frig. & mal. in quibus iuribus cũ agatur de eo caſu, quando vir eſt frigidæ naturæ, reſpondetur, quòd ſeparari poſſunt, & quod mulier, ſi vult, ad ſecundas nuptias conuolare valet: de viro autem è contrario innuitur, vt ſine coniuge permaneat.

Magiſter ſententiarum lib. 4 diſt. 34. De his enim (ait) qui cauſa frigiditatis debitum reddere non poſſunt, conſulit Gregorius vt permaneant. Sed ſi mulier cauſatur dicens, Volo eſſe mater & filios procreare, decreuit vt vterque eorum ſeptima manu propinquorum iuret, quod numquam carnaliter conuenerunt; & tunc mulier ſecundas nuptias contrahat, vir autẽ qui frigidæ naturæ eſt, abſque ſpe coniugij permaneat.

Hugo de S. Vict. lib. 1. de cærimonijs, ſacramentis, officijs, & obſeruationib. eccleſiaſticis, cap. 30.

In frigiditate naturali poteſt ordine Canonico diſſolui matrimonium, ſed frigidus ad alias nuptias non tranſibit.

Idem in ſumma ſententiarum, tract. 7. c. 17.

Si vir frigidæ naturæ eſt, vel ſi mulier naturaliter carens inſtrumento ad coeundum idoneo, vt nullo modo poſſint commiſceri, tales perſonæ nec

inter.

inter ſe,nec cum alijs poſſunt facere coniugium.

S.Bonauentura in 4.ſent.diſt.34.in expoſitione literæ.nu.3.

Diuortium propter impotentiam coeundi aliquãdo fit propter hoc,quod impotentia eſt in altero, aliquando propter hoc quod impotentia eſt in vtroque.Si propter hoc quod ſit in vtroque,vterque debet ſine ſpe coniugij remanere.Si propter hoc quod ſit in altero ſiue in viro ſiue in muliere,poſt diuortium ille in quo eſt cauſa, debet remanere ſine ſpe coniugij tamquam perſona illegitima.

S.Tho.in eod.4.d.diſt.34.q.1.art.2.in cor.

Quando impotentia coeundi ex cauſa naturali eſt perpetua, tunc ſoluit matrimonium; ita quod ille ex cuius parte allegatur impedimentũ, perpetuo maneat abſque ſpe coniugij,alius nubat cui vult in Domino.

Hoſtien.in ſumma,tit.de frig.& malef.§.qualiter & quando.verſ.Et ſi quidem maſculus.

Si per rectum iudicium eccleſiæ poteſt probari,virum impotentem,diuortium ſtatim celebrabitur,& mulier nubat in Domino, ſed viro indicetur, ne aliquam ducat.Et inf.verſ.Quid ſi mulieres.Si mulieres aſſerãt, ipſam non poſſe fieri matrem naturaliter, incontinenti poteſt diuortium celebrari,& dabitur viro licentia cum alia contrahendi,ſed mulieri continentia indicetur.

Et denique omnes tam Theologi,quàm Canoniſtæ idem aſſerunt, neminem(quantum puto)contradicente.

Verum hic mihi aliquis obijciet & auctoritatem canonum,& aliquorũ coniugiorum exempla in contrarium.

Si quidem in c.conſultationi,& c.laudabilẽ.de frig.& mal.& c.requiſiſti. 33.q.1. apparet matrimonium contractum cum impotente ſuſtineri, ſi velit is qui potens eſt,cum illo permanere; vt ſi non poſſint eſſe ſimul tãquam vir & vxor,ſint ſaltem tamquam frater & ſoror.

Deinde videmus alicubi in Hiſpanijs, ac etiam forte in Italia nõ nullos Spadones cum mulieribus matrimonio coniunctos.

Ad auctoritatem iurium reſp. quod Summi Pontifices in tantum abhorrẽt diuortia & ſeparationes matrimoniorum,vt poſtquam contracta ſunt publice & in facie Eccleſiæ,permittant,aut velint, illa potius ſuſtineri etiã quod detectum ſit impedimentum,ſi quo modo ſuſtineri poſſint, ſi partes non reclament, quàm omnino diſſolui. Secus igitur dicendum eſt a principio antequam matrimonium contractum ſit. Multa enim facta tenent,quæ ſi fierent,prohiberentur. l.patre furioſo. ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.

Sed dices, Non ſolum poſt factum matrimonium, ſed etiam antequam fiat, poſſunt partes auferre hoc impedimentum impotentiæ coeundi, puta ſi ſcienter contrahant, & is qui potens eſt, conſentiat cum impotente contrahere.vt apparet in d.c.conſultationi.de frig.& mal.Vnuſquiſque enim poteſt iuri ſuo quandocumque vult renunciare.l.pen. C.de pact.

Ad hoc reſp.in caſu noſtro non ſolum conſiderari ius priuatum, ſed etiã ius publicum.Vnde fateor,quod partes poſſunt auferre hoc impedimentum, quantum eſt ex parte ſui,& iuri ſuo priuato renunciare;ita vt ſi cõtrahãt, cõtractus teneat non vt verum matrimonium. (Eſſentialia enim pro vero contractu matrimonij deſunt) ſed ſocietatem quandam ciuilem quantũ

ad

ad cohabitationem & communicationem officiorum domus, qualis eſt inter fratrem & ſororem; ſed tamen per hoc non tollitur ius publicum, ità vt eccleſia debeat huiuſmodi matrimonia coniungere, quæ manifeſtū habent impedimentum, quęque vel non ſunt vera matrimonia, vel ſemi matrimonia ſunt, & valde claudicantia; in quibuſque coniungendis nulla vtilitas apparet, ſed potius ſæpiſſime periculum grauiſſimū peccandi mortaliter per extraordinarias pollutiones. Quis enim ſanæ mentis in matrimonium coniungat iuuenem validum & potentem cum virgine pulchra, quam conſtet ita eſſe clauſam, vt nullo modo penetrari poſſit? Aliud eſt igitur, & longe diuerſum, agere de coniungendis matrimonijs, aliud de ſeparandis. Eccleſia non ſeparat impotentes coire poſtquam coniuncti ſunt, ſed ne iure etiam taliter impeditos in matrimonium coniungit.

Qua in re patet ſolutio cuiuſdam argumenti a quibuſdam ſcribentibus in contrarium facti. Dicebant enim Spadonis matrimonium impediri non debere ab eccleſia, quia Concilium Tridentinum nihil ſtatuit contra huiuſmodi matrimonia, nihilque prohibuit; nam præterquam quod hæc argumentatio ſatis debilis eſt & infirma, cum Concilium Tridentinum nihil ſtatuendo aut prohibendo ſuper hac re, intelligatur eam diſpoſitioni iuris reliquiſſe, non autem per id Spadonum matrimonia approbaſſe; dicitur tamen magis adhuc ad ſenſum argumentantium, quòd Concilium Tridentinum egregie prouidit in hac materia, cum ſtatuit matrimonia clandeſtina irrita eſſe, & matrimonia non niſi præſente Parocho & duobus teſtibus, ac præcedentibus denunciationibus fieri debere; vt ſi quod ſit legitimum impedimentum detegatur, & opponi poſſit. Prius.n. ante Concilium Tridentinum facile poterat aliquis ſpado cum quapiam muliere eius impedimentum ſciente contrahere, cum nullius alius præſentia aut ſollemnitas requireretur, poſſentque ipſi per ſeipſos totam rem expedire. At nunc cum tot ſollemnitates requirantur, quis dubitat, coeundi impotentia detecta Parochum ipſos repulſurum eſſe?

Bene itaque Magiſter ſentent. lib.4. diſt.34. in princ. diſtinguendo ait, q quædam perſonæ ad contrahendum matrimonium plene legitimæ ſunt, quædam omnino illegitimæ, quædam medię; & quod inter medias frigidi computantur; ſi enim tales iunguntur ignorãter, commanere poſſunt, quibuſdam accedentibus cauſis; & eiſdem deficientibus diuidi. Quibus verbis innuit, quòd tales ſcienter iungi non debeant.

Ad exempla quæ in contrarium adducuntur, reſp. quòd illa Spadonum matrimonia ignoranter contracta ſunt; Vel.ſ. per ignorantiam facti, quia Parochus neſciebat illum contrahentem eſſe Spadonem vtroque teſticulo priuatum, quod excuſabile fuiſſet; Vel ſaltem per ignorantiam iuris; non enim vbique tanta eſt rerum ſcientia, quantam eſſe oporteret. Et hoc ſi poſt Concilium Tridentinum Spadones illi in matrimoniū copulati ſunt; nam ante Concilium nulla erat difficultas, cum ipſimet contrahere poſſent cum ſciente contractu ſupra expoſito.

Ad aliud exemplum, in quo narratur, Spadonem quendam factum presbyterum, & cuiuſdam eccleſiæ parochum, fuiſſe coactum redire ad vxorē, quæ ipſum petebat, & cum qua ante ſacros ordines contraxerat; vt dimiſſa ordinum executione illi cohabitaret: & hoc ex ſententia Theologorū Salmanticenſium, inter quos fertur quod erant tunc & Canus & Sotus:

& ita etiam fuiſſe iudicatum in Hiſpanijs & Romæ. Reſp. quod hoc nihil facit contra nos; nam ſpado ille poſtquam contraxerat cum muliere, tenebatur eam alere & illi cohabitare; a qua obligatione ordinum ſuſceptio eum non exemerat. Non fuit autem permiſſus ſimul cum hac cohabitatione adminiſtrare Sacerdotium, quia nimis graue fuiſſet ſcandalum in Eccleſia occidentali inter populos Catholicos videre hominem reputatum coniugatum celebrantem Miſſas, & ſacramenta adminiſtrantem. Nõ tamen fuit (arbitror) deciſum, quòd ſpado ille teneretur ſe carnaliter cõmiſcere cum vxore: nam in hoc Sotus non conſenſiſſet, vt eius ſcripta maniſeſte indicant in 4. ſent. diſt. 34.

De qua re mox in articulo tertio, qui nunc ſequitur, viſuri ſumus.

Quantum ad tertium articulum, in quo quæritur, an Spadones iſti qui vtroque carent teſticulo poſtquam quouis modo ſiue per ignorantiam iuris ſiue per ignorantiam facti in matrimonium cum aliqua muliere copulati fuerint, poſſint licite ſe illi carnaliter commiſcere, & eo modo quo poſſũt carnalem copulam attentare? Reſp. nullatenus poſſe.

Nam talis coniunctio & matrimonij contractus, vel non eſt verum matrimonium, vt omnes Doct. & Theologi, & Canoniſtæ communiſſime fatentur, vel ſi ſit verum matrimonium, in eum finem contractum eſſe intelligitur, vt coniuges caſti viuant. Hæc autem ratio apud me tam euidẽs eſt & certa, vt demonſtratio in iure dici poſſe videatur.

Et quidem quod huiuſmodi impotentiũ coniunctiones non ſint vera matrimonia, probatur illa firma ratione, quia de eſſentia conſtitutionis matrimonij eſt potentia ad carnalem copulam, vt omnes Docto. dicunt: alioquin poſſet eſſe matrimonium inter duas feminas, vel inter duos mares.

Neque obſt. ſi quis dicat, quod ſpado in caſu noſtro non eſt omnino impotens, ſed habet rigorem membrorum, & poteſt ingredi & reſerare clauſtra pudoris: nam reſpondetur, quod inter animalia quidem reperiuntur nonnulla ancipitis naturæ, quę Græci vocãt amphibia, vt Varro ait lib. 4. de lingua lat. & Cicero vocat ancipites beſtias, lib. 1. de nat. Deorum, partim ſcilicet terreſtria, partim aquatilia, de quibus agit Ariſt. lib. 8. de hiſtor. animal. c. 2. & lib. 3. de part. animal. c. 6. Similiter in rerũ natura non ſolum reperitur calidum & frigidum, ſed etiam tepidum quod eſt mediũ inter calidum & frigidum. At in caſu noſtro hæc ſtare non poſſunt. Vnũ enim è duobus neceſſario Spadoni conuenit; aut potens eſt, aut impotẽs; vel frigidus eſt, vel calidus. Non datur medium in iure, neque tertium genus, partim ſcilicet potens, partim impotens, aut partim calidum, partim frigidum. Et ratio eſt manifeſta, quia calidum & frigidum in hac materia non opponuntur ſicut duæ qualitates contrariæ, ſed ſicut negatio & affirmatio, vel ſicut habitus & priuatio. Vir enim qui potens eſt ad copulam carnalem perfectam dicitur calidus, qui vero ad illam non eſt potens dicitur frigidus, etiam ſi ex nimia caliditate id proueniret. At probauimus ſupra in primo articulo Spadonem vtroque teſticulo carentem reputari in iure frigidum & impotentem, quando mulier ignoranter contraxit cũ illo, neque poſtea conſentit cum eo permanere. Ergo idem nunc dicendũ etiam eſt quando mulier ſcienter contraxit, vel poſtea conſentit cohabitare illi: non enim ſcientia aut conſenſus mulieris poteſt facere de frigido calidum, aut de impotente potentem, cum id pendeat ex natura rei,

non

non autem ex arbitrio & voluntate partium.

Quamuis autem Michael Medina lib. 5. de ſacr. hominum continentia, c. 74. & ſeqq. multa inuoluens contra communem ſententiam Doct. teneat, verũ matrimonium poſſe contrahi nulla habita ratione carnalis copulę, neque actualis neque potentialis, & conſequenter Spadonum, & impotentium matrimonia vera eſſe exiſtimet, legitima, rata, & ſacramentalia: tamen ipſius opinione non obſtante, arbitror non eſſe diſcedendum a ſententia communi; cum neque auctoritas tanta ſit, vt omnibus Theologis & Canoniſtis poſthabitis ipſum anteſignanum ſequi debeamus; neque eius rationes tantum habeant ponderis & energiæ, & intellectum omnino conuincant.

Præcipua autem argumenta quæ pro eius ſententia fiunt, hæc propemodũ eſſe videntur.

Primum, quia definitio matrimonij, nempe coniunctio viri & mulieris indiuiduam vitæ ſocietatem cõtinens. poſita inſtit. de patria poteſta. in princ. & relata a Gratiano. 27. q. 2. in princ. conuenit Spadonum matrimonijs: ſiquidem Spadones matrimonium contrahentes, eo animo contrahunt, vt faciant cum ſuis coniugibus habitationem indiuiduam & perpetuam. vt palam eſt.

Secundum, quia ad eſſentiã matrimonij non requiritur copula carnalis ſiue coitus, ſed ſufficit conſenſus in mutuam, eamdemque perpetuam, & indiuiduam cohabitationẽ. l. nuptias. ff. de reg. iu. c. ſufficiat. 27. q. 2. Vnde & inter Beatiſſimam Mariam virginem, & Sanctum Ioſeph fuit verũ & perfectum matrimonium, c. beata Maria. ead. cauſa, & quæſt. quidquid Gratianus ſentiat in c. quòd autem. §. ecce. & c. inſtitutum. §. poteſt & aliter. & c. ſic quippe. §. ex his. ead. cauſa & q. Contra quem tenet S. Tho. communiter receptus in 4. ſent. diſt. 30. q. 2. art. 2.

Tertium, quia Lucius Papa in c. conſultationi, & Cæleſtinus in c. laudabilẽ. de frig. & malef. expreſſe faciunt facultatem commanendi eis qui propter impedimentum perpetuum alterius vel vtriuſque poſſunt iuſte ſeparari, ſi poſtquam ſciuerint illud, voluerint ſibi mutuo cohabitare perpetuo, & iuri ſuo diſcedendi ab impotenti renunciare.

Quam tamen facultatem nullatenus viderentur potuiſſe iuſte facere, niſi coniunctiones illæ vera eſſent matrimonia, propter probabilem periculũ peccandi mortaliter imminens eis conuiuentibus in tam coniuncta ſocietate ſine vinculo coniugali. argumento. c. interdixit. 32. diſt. c. in omnib. 81. diſt. c. 1. de cohab. cler. & mul. quibus regulariter vetatur, cohabitare virum & feminam non coniunctos matrimonaliter, cum periculoſa ſit diuerſorum ſexuum hominum commiſtio. c. definimus. 18. q. 2.

Quartum, quia communiter Doct. ſimpliciter docent, ſenes qui vt plurimũ nõ poſſunt coire, & minus generare, poſſe verũ matrimoniũ contrahere.

Quintum, quia licet tria ſint bona matrimonij, nempe fides, proles, & ſacramentum. c. omne. 27. q. 2. tamen ad veram eſſentiam matrimonij non requiritur quod ex eo proles habeatur; alioquin inter ſteriles non eſſet verum matrimonium, quod falſum eſt.

Sextum & vltimum, quia S. Tho. hanc ſententiam videtur ſecutus. Nam in 4. ſent. diſt. 34. q. 1. art. 2. in reſponſione ad quartum dicit, quòd quando quis eſt impotens ad matrimonium contrahendum, quia non ſit ſoluen-

Digitized by Google

do de facto,tunc ſi ſciat ille cũ quo contrahit, hanc impotentiam,& nihilominus contrahit,oſtenditur,quòd alium finem ex contractu quærit,& ideo contractus ſtat;ſi autem neſcit, tunc contractus nullus eſt. Et ideo frigiditas quæ cauſat talem impotentiam, vt homo non poſſit de facto ſoluere debitum,& conditio ſeruitutis per quam homo non poteſt de facto libere reddere,impediunt matrimonium,quando alter coniugũ ignorat hoc,quod alius non poteſt reddere debitũ.Et diſt.36.q.1.art.1.in cor. ait,quod ſicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimonium, non autem ſi ſciatur;ita conditio ſeruitutis ignorata matrimoniũ impedit, nõ autem ſeruitus ſcita. In quibus verbis cum ſub vna determinatione ponat matrimonium contractum a potente cum impotenti,& matrimoniũ contractum a libero cum ſerua;& manifeſtum ſit,quòd quando liber contrahit cum ſerua ſciens conditionem ſeruitutis eius,matrimonium eſt verum, legitimum,ratum,& ſacramentum;clariſſime videtur ſentire,quod etiam quando potens contrahit cum impotente ſciens impotentiam eius, matrimonium eſt verum,legitimum,ratum, & ſacramentum. Facit etiam id quod ait idem S. Doctor in ſecundo ſcripto in quartum ſent. diſt. 34. & 35.q.1. art.2. in cor. quod ſi alter coniugum ſciat impotentiam alterius quæ eſt per naturam vel maleficium,matrimonium non impeditur.

Ad hæc autem argumenta omnia non erit valde difficile, aut operoſum reſpondere.

Ad primum reſpondetur quod matrimonium eſt coniunctio viri & mulieris,non cuiuſcumque viri & cuiuſcumque mulieris, ſed legitimam perſonam habentis, & potentis exercere munia virorum & mulierum. Alioquin ſecundum eaſdem leges, quæ illam matrimonij definitionẽ tradũt, liceret etiam caſtratis matrimonia contrahere; quod tamen eſt falſum,& contra tex.in l.ſi ſerua.§.ſi Spadoni.ff.de iu.dot.& in l.alumnos.§.fin.ff. de manum.vind.

Ad ſecundum reſpondetur verum eſſe quod ad eſſentiam matrimonij non requiritur copula carnalis actualis, ſed bene requiritur potentia ad eam habendam. Nam in mutuo conſenſu,in quo conſiſtit eſſentialis perfectio matrimonij intelligitur alteruter coniugum alteri ſe tradere,& concedere facultatem ſui corporis. Et per illum conſenſum implicite conſentitur in copulam. vt ait S.Tho.in 4.ſent. diſt.28.q.1. art.4. Vnde ſi qui ſub hac conditione contraherent,vt neuter alteri debitum vnquam reddat,neq; ſe carnaliter cognoſcant; vel ſi diceret vterque alteri, contraho tecum ſi voto te prius caſtitatis ſic obſtrinxeris,vt numquam a me petas,neque mihi debitum reddas,matrimonium non valeret,quia conditiones huiuſmodi eſſent contra ſubſtantiam matrimonij, vt declarat Dom. de Soto ſed legatur Soto qui paulo inferius magis ſe explicat.in 4.ſent.diſt.29. q.2.artic.3.colum.3.verſ.in prima autem concluſione.vbi hanc dicit eſſe communem ſententiam,& pro ea facere tex.in c.fi. de cond.appoſ. Alioquin ſi in contractu matrimonij nulla haberetur ratio carnalis copulæ, neque in actu,neque in potentia, neque explicite neque implicite, ſequeretur quod inter regulares profeſſos & profeſſos,ſequeſtrato omni iure poſitiuo,poſſet eſſe verum matrimonium;quod falſiſſimum eſt, & contra celebratam illam ſententiam Sancti Hieronymi, vel potius Sancti Auguſtini diſt.17.c.vouentibus,& 17.q.1.c.vouẽtibus,& 27.q.1.c.nuptiarum, poſt

princ.

Digitized by Google

princ.vouentibus virginitatem,non ſolum nubere,ſed etiam velle, damnabile eſt.

Quantum vero ad matrimonium Beatiſſimæ Virginis, & Sancti Ioſeph dicitur,quòd illud fuit verum & perfectum matrimonium,ſed Beata Virgo nondum vouerat virginitatem quando matrimonium contraxit:habebat tantum eam in propoſito,non autem in voto; poſt contractum vero matrimonium expreſſe vouit virginitatem vna cum S.Ioſeph. Et credenda eſt B.Virgo mater Dei,ex familiari inſtinctu Spiritusſancti deſponſari voluiſſe, confidens de diuino auxilio qui nunquam ad carnalem copulam perueniret;quod tamen diuino commiſit arbitrio, vt bene docet S.Tho. in 3.par.q.28.art.4.& q.29.art.1.& 2.

Ad tertium reſpondetur, quòd illæ cohabitationes inter impotentes tunc permiſſæ & conceſſæ a Summis Pontificibus intelliguntur, quãdo vir & mulier volunt caſte viuere, & ſimul permanere potius tanquam frater & ſoror,quam tanquam vir & vxor.vt in d.c.conſultationi, & c.laudabilē. de frig.& mal.aſſeritur.Quod non omnino difficulter præſtari poteſt;cũ ſæpe coniuges perpetuo abſtineant a venereis vel propter animi virtutē, & votum caſtitatis vtriuſque,vt habetur in c.quod Deo pari. 33.q.5. vel propter morbum,vel propter ętatem, vel propter aliud impedimentum. Alioquin ſi velint incontinenter viuere, quid prodeſt eis matrimonium eſſe verum, ratum,& ſacramentum,cum vnus ſit potens,alter vero impotens?Nunquid per illas licitas,quas Medina putat, in vno lecto cubationes,amplexationes,& oſcula,danda eſt potenti occaſio ſe polluendi?Tantum abeſt,veritatem matrimonij in his caſibus excuſare, vt potius incentiuum præſtet ad delinquendum.

Ad quartum reſpondetur,ꝙ ſenes contrahunt verum matrimoniũ,quia nemo adeo ſenex eſt, quin poſſit calidis & medicinis iuuari ad quandoque coeundum,& reperti ſunt ſenes in nonageſimo anno generaſſe. vt diximus ſup.in 1.art.Quod ſi quis adeo eſſet ſenex debilis & infirmus,vt nullo modo poſſet iuuari ad copulam carnalem explendam,hic tanquam impotens verum matrimonium non contraheret. vt inquit Scot. in 4. ſent. diſt.34.q.1.in reſp.ad ſecundum.

Ad quintum reſpondetur verum eſſe,ꝙ ad eſſentia matrimonij non requiritur quòd ex eo proles habeatur,& ꝙ verum eſt matrimonium inter ſteriles, nam licet matrimonium in illis non habeat intentum ſuum fin̄ ꝙ eſt in officiũ naturę,habet tamen fīm ꝙ eſt in remedium per carnalem copulã.vt ait S.Tho.in 4.ſent.diſt.34.in expoſitione litterę,par.2.Vnde per hoc nihil contra nos efficitur,cũ taltē in ſterilib.requiratur potētia coeundi,ad hoc vt matrimoniũ inter illos ſit in remediũ.Addo ꝙ tunc demum inter ſteriles contrahi matrimoniũ poteſt,cum non afferunt impedimentum per ſe ad prolis ſuſceptionem.vt ſup.dictum eſt in 1.art. ad primum.

Ad ſextũ & vltimũ reſpondetur,ꝙ opinio S.Tho.non ea eſt,quam nonnulli exiſtimant.Ipſe.n.in 4.ſent.d.diſt.34.q.1.art.2.in reſpon.ad primum hēt, ꝙ quamuis actus carnalis copulæ non ſit de eſſentia matrimonij, tamen potentia ad hoc eſt de eſſentia eius.Si igitur potentia ad carnalem copulam eſt de eſſentia matrimonij,Sanctus Tho.in ſua doctrina non videtur poſſe dicere ꝙ impotentes verum matrimonium contrahãt. Et ideo nũquã his verbis vſus eſt,vt diceret,matrimoniũ inter impotentes eſſe verũ,

ratum,

Digitized by Google

ratum,& ſacramentum;ſed dicit tantum,quòd matrimonium non impeditur,quia contractus ſtat. Et certe ſi Sanctus Doctor illius fuiſſet ſententiæ, quam nonnulli arbitrantur,nũquam eius diſcipuli,& ipſius familię Doct. illuſtres,vt Sylueſter , Dom.de Soto,& alij quamplurimi,aliam ſecuti fuiſſent viam. Senſus igitur verborum Sancti Tho.eſt,quod contractus matrimonij eſt validus, quia ſcientes impotentiæ impedimentum,& nihilominus cum tali ſcientia contrahentes, non poſſunt poſtea reſilire a contractu , ſed tenentur ſimul permanere,atque in eo perſeuerare .

Ad rationem illam,in qua dicitur, quod S.Tho. parem facit impotentiam coeundi ſcitam & conditionem ſeruitutis ſcitã, reſpondetur quod S.Tho. paria hæc duo facit, non quantum ad omnia , nec quantum ad validitatẽ matrimonij vt eſt ſacramentum, ſed quantum ad validitatem matrimonij vt eſt contractus,non quidem matrimonij veri,ſed matrimonij (ideſt) ciuilis cuiuſdam ſocietatis modo ſupra declarato . Neque hoc in iure nouũ eſt,cum verbum ſemel poſitum quandoque æquiuoce teneatur,vt eſt tex. in materia noſtra , & ibi hoc not.glo.in c. requiſiſti. 33.q.1. vbi in princ. dicitur,quod qui ob cauſam frigidæ naturæ dicunt ſe non poſſe inuicem operam carni dantes commiſceri , ſi retinaculum coniugale voluerint reſcindere,maneant vtrique innupti.Et tamen illud manere innuptos quãtum ad virum eſt præceptum , quantum ad mulierem eſt conſilium . Ad idem fac.tex.in c.fi.de tranſact. & in c.gaudemus . in princ. de diuor.vbi dicitur,quod ſacramentum coniugij apud fideles & infideles exiſtit . Et tamen coniugium apud infideles non exiſtit vt eſt ſacramentum in actu, ſed tantum in habitu,vt declarat S.Tho. in 4.ſent.diſt.39. quæſt.1. art.2. ad ſecundum .

Cum itaque inter impotentes non ſit veri matrimonij ſacramentum,ſed tantum quidam matrimonij contractus , in quo vnus alteri obligatur ad cohabitandum,ad alendum , ad obſequia præſtanda , & ad ſimilia , clarum eſt,quod neque copula carnalis, neque attentatio , neque nixus , neque præparatoria ad illam,vt amplexus & oſcula,neque ſimul in eodem lecto cubatio,quæ ſolis veris coniugibus licita eſſe poſſunt,inter eos licent .

Sed demus ad maiorem certitudinem eorum quæ aſſerimus, verum & perfectum eſſe matrimonium,ratum,& ſacramentum,inter impotentes. Dico adhuc, nihil eorum quæ nunc ſupra enumerata ſunt , inter eos licere. Nam in tantum eis permittitur a Summis Pontificibus matrimonium , in quantum caſte viuere intendunt , ita vt in ipſo matrimonio permaneant ſimul,quantum ad ea quæ ad carnalem copulam ſpectant , non vt vir & vxor,ſed vt frater & ſoror.vt expreſſe patet in c.conſultationi.& c.laudabilem.de frig.& mal.& c.requiſiſti. 33.q.1. Qui textus adeo clari ſunt & conuincentes,vt Medina ipſe qui eſt contrarius,cauillari non audeat;Dicit enim in d.c.74. Habere vxores tamquam ſorores non eſt aliud quàm earum carnali commercio non frui.Idque vel ex hoc patet,quod coniuges qui poſt carnis commiſtionem caſtitatem vouent, tamquam fratres commanere dicuntur.Hæc Medina.Et hoc eſt quod ait S.Tho.in 4. ſent. diſt. 34.q.1.art.2. in reſponſione ad quartum,quod quando aliquis ſcit impotentiam eius cum quo contrahit,& nihilominus contrahit, oſtenditur , quòd alium finem ex contractu quærit . quia ſcilicet non quærit obligationem illius ad carnalem copulam , quæ eſt illi impoſſibilis , ſed propoſitum caſtitatis

ſtitatis & continentiæ. Quare cum in caſu noſtro Eunuchus ſit impotens, vt probatum eſt ſup. in articulo primo non in alium finem poteſt cum ipſo, aut ab ipſo contrahi matrimonium, quam in finem caſtitatis & continentiæ. Sublata enim illi carnali copula, cetera etiam quæ ad illam diriguntur, procuſdubio intelliguntur eſſe ſublata. argumento l. ad rē mobilem. & l. ad legatū. ff. de procur. & l. 2. & ibi not. ff. de iuriſd. omni. iud. & fac. tex. in l. oratio. ff. de ſponſal. Quod ſi alium finem ab hoc diuerſum Spadones iſti & mulieres quæ cum ipſis contrahunt, præſeferant, aut indicent aliquo modo ſe intendere, reijci omnino debent & repelli tanquam habentes intentionem peruerſam contra iura, & contra naturam contractus, qui inter illos celebrari poteſt. Ex quibus manifeſtiſſime apparet, quod allegare in caſu noſtro pro licentia nubendi, Spadonem illū arrigere virgam & ſimilia, non ſolum eſt quid impertinens, ſed etiam de directo facit contra ipſum, cum per id detegatur turpitudo eius, & quanto ſe potentiorem iactet, tanto ſe improbiorem futurum matrimonij contractui oſtendat.

Verum ſi hæc ita ſe habeant, dicet quiſpiam contra me, non nullæ eccleſiæ ſunt in errore, quæ eunuchis matrimonia permittunt, & ſinunt eos cum vxoribus ſimul cubare, & omnia facere quæ poſſunt, & mariti ſolent. Reſp. ad hoc, quod præſumendum eſt, Eccleſias in tantum illis matrimonia concedere, in quantum de iure conceſſibilia ſunt, nempe vt in matrimonijs huiuſmodi caſte viuant; neque enim eis imponunt (arbitror) vt ſimul cubent, ac ſpurciſſimis illis confricationibus vacent; hoc enim nefas eſſet, & indigniſſimum. Quod ſi ipſi poſtea in ſuis domibus faciunt quæ non licent, hoc ad eccleſias non pertinet, quæ non iudicant de occultis: ſed Sacerdotes confeſſarij cum talia nouerint, debent tum declarare illi quod ſunt in ſtatu peccati mortalis & dānationis niſi contineāt, tum eis abſolutionis beneficium denegare, niſi reſipiſcant. Et ſi ita incontinenter viuerent, vt etiam publice id pateret, Epiſcopi debent occurrere, & eos ab inuicem ſeparare. vt not. Hoſti. in d. c. conſultationi. de frig. & mal. & Doct. tradunt.

Sed certe nulla vtilitas eſt, in matrimonium tales coniungere, quin immo res eſt potius perículoſiſſima. & quæ ſecundum canones fieri non debet. vt ſup. in ſecundo articulo probatum eſt.

Quare ex his conſtat, optime feciſſe Epiſcopum illum, & eſſe valde laudandum, qui eunucho matrimonium prohibuit, & ſub cenſuris & grauibus pœnis illi ne contraheret interdixit.

Si ita eſt eunuchorum cauſa, rurſus dicet aliquis, nimis mala & infelix erit eorum conditio. Ipſi ſtimulis carnis agitantur, ipſi a matrimonio arcentur, quid ergo miſeris agendum erit? Reſp. In primis nihil mirum videri debere, conditionem eunuchorum eſſe malam & infelicem, cum maximum in membris principalioribus patiantur defectum. Qui quidem defectus tantus viſus eſt auctoribus multis, vt non ſolum in carne poſitum, ſed etiam in mores quodam modo redundare prodiderint.

Deinde reſpondeo, me daturum eunuchis conſilium ſalutare, quo ſi vti velint defectus quem ſuſtinent, nihil prorſus eis nocebit. Id autem eſt, vt iuxta ſententiam Saluatoris Matth. 19. poſtquam ſunt ex ijs eunuchis qui vel de matris vtero ſic nati ſunt, vel facti ſunt ab hominibus, ſint etiam

ex

Digitized by Google

ex illis Eunuchis qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cęlorum. Audiant vero quid eiuſmodi Eunuchis Iſaias dicat c.56 Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, qui cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum, Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filijs & filiabus; nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit. Neque putent Eunuchi, cum carnales æſtus & affectum libidinis ſentiant, virtutem caſtitatis non poſſe conſequi. Laborãdum quidem eſt eis, non nego, ſed tamen ſcire poſſunt, maiori facilitate, quàm integri homines, pudicitiam ſi velint ſe adepturos. Quod Io.Caſſia. coll.12.c.10. egregie aſſerit his verbis. Manifeſtum eſt, ne Eunuchos quidem, ſi ad hanc ad quam nos nitimur caſtitatem cupiunt peruenire, ab humilitate & contritione cordis vel continentiæ diſtrictione debere laxari, licet nequaquam ſit diſcredendum, minore ab eis caſtimoniam poſſe labore ac ſtudio comprehendi. Et B.Auguſtinus lib.6. contra Iulianum Pelag. c.5. idem adſtruit his verbis. Nam vtrique concupiſcere, viuentis ſentientiſque naturę eſt, ita vt non deſit concupiſcentia; quam Spadonem quoque caſtitas frenat, minus quidem laborioſa, quia vbi materiam de qua operetur, non inuenit, minus aduerſus eam libido conſurgit. Eſt tamen, pudicęque comprimitur.

Atque hæc tandem circa propoſitum dubium de matrimonio Spadonis vtroque teſticulo carentis a me dicta ſufficiant. In quibus omnibus & ſingulis cenſuræ in primis Sanctæ matris Romanæ Eccleſiæ, deinde etiam acri & limato iudicio Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini mei colendiſſimi D.Cardinalis Sanctæ Seuerinæ, ac admodum Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Epiſcopi Nouarien. nunc in Hiſpanijs Apoſtolicum Nunciũ agentis, ad quem in huiuſmodi Spadonis matrimoniali cauſa prouocatũ fertur, & in cuius gratiam ſcribendi onus & ſententiam meam proferendi ab eodem Illuſtriſſimo Cardinali mihi impoſitum, licet meis humeris valde impar ſuſcipere coactus ſui, ac demum etiam cuiuſuis alterius rectius quàm ego ſentientis iudicio libentiſſime me ſubmitto.

Romæ 4.Kal.Octob. M. D. LXXXVI.

LAVS DEO.

Marcellus Francolinus.

523532

Digitized by Google

Digitized by Google

523532

Digitized by Google

Digitized by Google